☞ ab eo, erit dealbata & candida, abiectaque omni nigredine, ve-
A ri luminis luce circunfuſa radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hieruſalem pro nigredine ſua ſatisfaciens, Non putetis, ô filiæ Hieruſalem, quòd naturalis eſt iſta nigredo, quam videtis in vultu meo, ſed ſcitote quoniam deſpectu ſolis eſt facta. Sol enim iuſtitiæ, quia me non inuenit rectè ſtãtem, nec ipſe in me rectos direxit lucis ſuæ radios. Ego enim ſum populus gẽtium, qui priùs non aſpexi ad ſolem iuſtitiæ, nec ſteti ante dominum, & ideo nec ille me aſpexit, ſed deſpexit, neque aſtitit mihi ſed præteriit.

irati ſunt

a *Filij matris*. Et quaſi ad obiectionem infirmorum dubitan-
B tiũ reſpondet: Oſtendit vnde primã perſecutorũ rabiem pertulerit, quæ grauior apparet, per hoc quòd à contribulibus. *Filij*, id eſt, apoſtoli deſtruxerunt ſectam noſtram. Paulus eccleſiæ perſecutor filius fuit matris eius ſecundum carnem & educationem: & pœnitentiam agens ad ſororis ſigna conuerſus, prædicauit fidem, quam antè deſtruebat.

a ¶ Chriſtus. b ¶ Iudæi qui in ritibus ſynagogæ adhuc perſeuerant. c ¶ Diſputationibus & perſecutionibus. d ¶ Ad me retinendam. e ¶ Cauſa fuit eorum malitia.

a me ſol. Filij matris meæ † pugnauerunt contra me, poſuerunt 1

b a ¶ Fructuum. b ¶ Gentium excollendis per orbem. c ¶ Primitus in Ieroſolymis conſtitutam 2
per Chriſtum & apoſtolos, ſed multas per orbem d ¶ Vox adoleſcentularum ad ſponſum,
¶ De occulta tribulatione, quæ ab hæreticis fit.

c me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui. Indica 3

a ¶ Congrue dilectum vocat, quia quo grauius eſt periculum, eo amplius liberatorem diligit.
b ¶ Des paſtum, id eſt, opera: vel accipias, vt eis poſsim conformari: vel paſcat. c ¶ Scilicet in 4
contemplatiuis poſt paſtum requies. d Vel cubet. e ¶ Id eſt, clarè & manifeſtè.

d mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas, ubi cubes in meri- 5

a ¶ Niſi annuntiaueris, incipio errabunda iactari à via recedendo. b ¶ Laſciuas multitudines 6
latam viam incedentes.

e die, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Si 7
f
a ¶ Sub huiuſmodi tentatione te mihi ſponſatam. b ¶ Hæreticos, animas hominum diabolo par- 8
turientes. c ¶ Non præcipit, ſed permittit, & quid ſit euenturum prædicit 9
d ¶ Varios actus errantium ſequere.

ignoras te ô pulchra inter mulieres, egredere & abi 10

a ¶ Nutri prauos motus carnis, vel perditos auditores, quià ſiniſtris ſtatuentur. 11

g poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta ta- 12
13

b *Poſuerunt me*. Vna erat in Ieroſolymis vinea Chriſti, ſcilicet primitiua eccleſia, quæ in die pẽtecoſtes aduentu ſancti ſpiritus eſt conſtituta, cuius eo tempore apoſtoli cuſtodes fuerunt: ſed facta perſecutione diſperſi ſunt in regionibus Iudææ & Samariæ præter apoſtolos, & ſic contigit vt plures eſſent vineæ, id eſt, in pluribus locis. Et dum perſecutores Iudæi volebant eccleſiam perturbare, ſeminarium verbi ſpargebant latius nolentes, & vnam perſequendo, multas conſtitui fecerunt. Cùm ergo dixiſſet ſe afflictam paricidali odio ſynagogæ, mox ſubijcit, quan-
C tum per hanc afflictionẽ profecerit: addens ex perſona illorum, quibus prædicandi cura cõmiſſa eſt, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*. Grego. *Vineæ* noſtræ, actiones ſunt, quas vſu quotidiani laboris excolimus. Sed *cuſtodes in vineis* poſiti, noſtrã vineam non cuſtodimus: quia dum extraneis actionibus implicamur, miniſterium actionis noſtræ negligimus. Dum plures cuſtodirem vineas, vt alios lucrifacerem, in quibuſdam damna ſuſtinui. Acerbitas perſecutionis filiorum ſynagogæ fecit me vineam meam non cuſtodire, quia relicta euangelica doctrina, ad legalium obſeruationum differentias cogebant.

c *Indica mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas*. Vox incipientis eccleſię de gentibus ad ſponſum, quia multi pſeudoprophetæ exeunt in mundum, dicẽtes, Ecce hic Chriſtus, ecce illic; exorat vt poſſit diſcernere, in quorum profeſsione & opere poſsit inueniri. *Indica mihi*, paſtorem meum, quem tota anima diligo, &
C in quibus requiem & paſcua habeat, ne æſtu turbata tentationum, per ſodalium, id eſt, hæreticorum conuenticula eam quæ-
D rere incipiam. Vel, in voce prædicatorum ad ſpõſum, vt diſcernere poſſint quibus vitæ verba miniſtrare debeant. Deinde conſpicit ſponſum, qui conſpectus abſceſsit. Et frequenter hoc facit in toto carmine, quod expertus in ſe probauit, ſæpe habitus ſponſus, ſæpe elabitur, donec verè tenebitur.

d *In meridie ne vagari incipiam poſt greges*. id eſt, in ſplẽdore maieſtatis tuæ, quod perfectis conuenit, non mane, vel veſpere. Vel, *meridie*, id eſt, in exuſtione tribulationũ, quam immittit diabolus dolens mundum ſibi ſurripi. Solet rerum qualitas ex tempore notari. Abrahã meridie an-
E gelos ſuſcepit. Ioſeph meridie cũ fratribus epulatur.

e *Sodalium tuorum*. Hæretici ſodales dicũtur, quia nominis eius & confeſsionis myſteria circunferunt. Gene. 18. a. Gene. 43. g.

f *Si ignoras*. Quia ſponſa dum auxilia præſentiæ Dei requireret in tribulationibus, ex perſona infirmantium ſubiũxerat, *Ne vagari incipiam*: ſtatim eandem trepidationem illius ſponſus imploratus benigna increpatione redarguit, ſecundũ illud euangelij, *Modicæ fidei*, quaſi dicat, tu times in tribulatione à me deleri, & in feruore denigratam te conquereris: ſed ego per tribulationes te pulchriorem efficere conſtitui. Quod ſi fortè hoc ignoras, nec reminiſceris quòd nemo coronatur, niſi qui legitimè certauerit, egredere à meo conſortio. Matt. 14. d. 1. Tim. 2. a.

Grego. Semetipſam cognoſcit, quando anima inter peccatores poſita, ad autoris ſui imaginem ſe conditam meminit & iuxta perceptæ ſimilitudinis ordinem incedit; Quòd ſi non cognoſcit, egreditur à ſecreto cordis in exteriores concupiſcentias, & ad latam viam ducta, ſequitur exempla populorum. Dominus obiurgans eccleſiam pauentẽ, admonet datæ ſibi gratiæ, aduerſus hoſtium inſidias. Lib. 16. moral. c. 21. In expoſi. cant.
F

*Exi tu in veſtigijs gregum*. ✠ Orig. quaſi ad eam loquitur, quæ intus iam ſit anima, & intra myſteria collocata: pro eo tamẽ quod negligat ſemetipſam cognoſcere & requirere quæ ſit & quid, vel quomodo agere debeat, quídve nõ agere, dicitur ei, exi tu, quaſi quæ ob hanc deſidiæ culpam foras mittatur ab eo, qui præeſt. Sic ingens animæ periculum eſt ſcientiã ſui agnitionẽque negligere.

g *Hædos tuos*. Quia non iuxta mandatorum meorũ regulã, ſed iuxta tuos errores inſtituuntur. *Iuxtà*, in veſtigijs paſtorũ nouiſſima fies, non inter oues, ſed hædos. Vel *iuxtà*, id eſt, vt ſis ſimilis veris paſtoribus, quia hypocritę ſequi bonos videntur viros.

✠ Gregor. Per *hædos* immũdæ cogitationes deſignantur, per *tabernacula paſtorum*, cõuenticula hęreticorum exprimuntur:

☞ Qui

---

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Filii matris meæ pugnauerunt contra me, *id eſt, duris laboribus me afflixerunt Aegyptij. Qui dicuntur* filij *eiuſdẽ* matris *cum Hebræis, eò quod vtrique de eadẽ terra fuerunt nati, eo modo loquẽdi quo nati Pariſiis dicũtur pueri & filij Pariſienſes. Omnes enim Hebræi qui cum Iacob fuerũt ingreſſi Aegytum, mortui erant, quando Aegyptij cœperũt eos affligere, vt habetur Exodi primo & ideo omnes reliqui erant in Aegypto nati.*

2 Poſuerunt me cuſtodem vineis. *Id eſt, deputauerunt me ſeruilibus operibus. Et forſitan aliqui eorũ tanquam ſerui erant deputati nocte, & die ad cuſtodiam vinearum.*

3 Vineam meam non cuſtodiui. *id eſt, operibus meis intendere conuenienter non potui, propter occupationem in operibus Aegyptiorũ.*

4 Indica mihi quem diligit anima mea. *Poſtquam ſponſa petiuit à ſponſo dilectionis affectũ: hic conſequẽter petit ab eo directionis effectũ. Aliqui enim Hebræi laboribus fracti reputabãt Aegyptios felices, & cum eis ad idololatriam inclinabantur: propter quod petit ſponſa ab hac deuiatione præſeruari, dicens*, Indica mihi quem diligit anima mea, *& conſtruatur ſic litera: O tu ſponſe* quem diligit anima mea, Indica mihi in meridie. *id eſt, in hoc tribulationis ardore.*

5 Vbi paſcas, *fideles tuos tanquam gregem tuum.*

6 Vbi cubes in meridie. *Id eſt, requieſcas per fidem formatam ab infidelitate, & idololatria me præſeruando propter quod ſubditur,*

7 Ne vagari incipiam poſt greges. *Id eſt, alias gentes infideles.*

8 Sodalium tuorum. *Id eſt, regum & principum ipſorum, qui dicuntur ſic* ſodales *Dei, eò quòd cũ eo participant in nomine. Dicuntur enim reges & domini ſicut ipſe Deus, vt dicit Rab. Sal. Sed mihi videtur melius dici, quòd angeli ſancti prælati gentibus infidelibus dicantur hîc ſodales Dei. vnde Dani. x. d. Angelus prælatus Græcis vocatur princeps Græcorũ, & prælatus Perſis, princeps Perſarum. Et dicit beatus Dionyſius. quòd fuerũt angeli ſancti de quibus certũ eſt, quòd ſunt in ſocietate Dei, & tamen præerant infidelibus populis.* Angeli principes infidelium.

9 Si ignoras te ô pulchra inter. *Poſtquam deſcripta eſt amoroſa ſponſæ petitio, hic conſequenter ponitur ſponſi gratioſa reſponſio. Et primò reſpondet ad petitionem ſecundã, vt cõtinuetur litera ad immediatè præcedentẽ dicens:* Si ignoras te ô pulchra inter mulieres: *id eſt, ô tu plebs Hebræa inter alias gentes pulchra, propter puritatem fidei & latriæ.* Si ignoras te *i. times propter infirmos tuos, à via recta declinare*

10 Egredere. *De ſocietate & familiaritate idololatrum, quia ſcribitur Prou. xiij d.* Amicus ſtultorum ſimilis efficietur.

11 Et abi poſt veſtigia gregum. *id eſt, ſimplicium credẽtium, quales fuerunt, Abel, Seth, Enoch, Noe & conſimiles.*

12 Et paſce hædos tuos, *id eſt infirmos de populo tuo.*

13 Iuxta tabernacula paſtorum. *id eſt, ſecundum documenta pa-*

 ✠ *triar-*

A Qui ergo pugnare neſcit, iuxta tabernacula paſtorum hœdos paſcit: quia quiſquis obſiſtentibus tentationem gladiis viriliter non reſiſtit, immundas cogitationes quaſi hœdos laſciuos in corde nutrit; & efficitur ei ſimilis, etiam qui à fide recedit. Anima verò, quæ ſponſa Chriſti effici concupiſcit, qualiter ſe habeat, Chriſtus eam docet, cùm ei per cõparationem protinus dicit, *Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilaui te amica mea.*

† propter. a *Equitatui.* Sicut prioré populum de Aegyptiaca ſeruitute liberaui, ſic te de perſequentium ma-

B nibus liberabo, elidens Pharaoné, ſi te ſponſã meã cognoueris, liberans à ſeruitute diaboli, in fonte baptiſmatis paſſione rubricati, ſubmerſo ibidé autore peccati. *Equitatui meo.* Quia dominus non vult eccleſiam ignorare ſeipſam, ſed diligenter attẽdere, quid donorũ acceperit, quid pati debeat. conſequenter poſt cõminationé blanditur ei, quaſi dicat, Si vis intelligere, quomodo te ſcire debeas, intellige cui te cõparauerim, & tũc cognoſces te talem per beneficia mea tibi collata, quæ turbari non debeas. *Equitatui* Eques,

Abac 3.b. ſecundum LXX. ſponſus, dicente propheta, *Et ſalus eius equitatio,* Quantum ergo differt meus equitatus ab equis Pharaonis, tantum melior es omnibus alijs filiabus. Sicut ille populus ſuperuenietibus curribus Pharaonis perterritus eſt ſed cæleſti protectione ſaluatus, & per aquas ſubmerſis hoſtibus in terram promiſſionis in- Exo. 15. f.

C troductus eſt: ſic vnda mortis, quæ cunctis occurſura eſt mortalibus, prauos rapit in interitum, pijs reſerat iter ad ſalutem, & cætera omnia, quæ ibi corporaliter, hîc complentur ſpiritualiter. Dubitantem benigne increpat, & ne deſperet in ſequenti fideli amore viriliter confortat, vbi Pharaonis e. comparat.

b *In curribus Pharaonis.* id eſt, in tempore curruum. Et nota ſuperbiam: Pharao, elidens vel diſſipans interpretatur. Nec oportet vt vagari incipias, cùm me conſolatorem habeas, & prælatos quibus innitaris, per quos ſubſiſtas.

c *Pulchræ.* Quoniam oſtenſum eſt, quomodo dominus eccleſiam inter aduerſa protegat, reſtat oſtẽdi quantum amoré ipſius domini inter aduerſa ſeruet eccleſia. Vnde ſequitur, *Pulchræ ſunt genæ.* Tanta te verecundiæ ſalutaris virtute decoraui, vt caſtitatem promiſſæ mihi fidei nulla prauorum doctorum doctrina vel ſuggeſtione corrumpas, à quibus timebas in errorem deduci. Pulchritudo mulieris in genis dicitur eſſe quàmplurima.

Allegoricè. In *genis* notatur ſignum pudoris, ſicut in prædicatoribus mos rectè viuendi. Eccleſia, etſi ſponſi ſui morte viduata, tanta tamen eius memoria tenetur, vt nullatenus externorum poſſit recipere conſortium: & pro ſuis & aliorum peccatis gemit. In *collo,* doctores, in *monilibus* opera illorum: quia ea quæ verbo docent, operantur. Quæ ſit huius ſobrietatis cuſtodiendæ gratia ſubdendo, demonſtrat. *Collum tuum ſicut monilia.* Per collum namque cibos traijcimus in corpus reficiendum, & verba proferimus, quibus ſecreta cordis proximis declaramus, id eſt, doctores qui & verbis inſtruunt, & cibum ſalutis in commiſſa ſibi membra trãſfundunt. Qui monilibus cõparantur, qui pulchri ſunt moribus, & pectora virginum verbis & exemplis claudunt, ne adulter inſerat manum. D

✠ GREGOR. Turtur poſtquam parem ſuum perdiderit ſemei, nunquam ſe alteri ſe iungit, ſed ſemper ſolitariè habitans in gemitu perſeuerat: quia quem diligebat, non inueniens, quærit. Sic ſancta quæque anima dum à ſponſo ſuo abſens eſt, ab eius amore non recedit, ſed in eius deſiderium ſemper anhelat & gemit: & dum illum quem valde diligit omnino inuenit, quia ab omni alieno amore ſe retrahit, quaſi in genarum verecundia caſtitatem cordis ipſo habitu & actu exteriori oſtendit. In expoſ. cant. E

d *Murenulas.* Alia tranſlatio. *Similitudines auri fabrefaciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoadusque rex in accubitu ſuo eſt.* Quod eſt, aurum, id eſt, faciem meam in præſenti vita non poteris videre, ſed ſimilitudinem claritatis cæleſtis, per illuminationem ſcripturarum, videbis per ſpeculum in ænigmate, donec omnibus appareat, quod nunc latet in deitate. *Murenulas.* Pulchrè deſcribit ſponſus eius pulchritudinem: Poſt F hæc ſit ei ſponſus in recubitu. Interim, eo dormiente, eius ſocij, id eſt, angeli conſolantur eam; non habemus aurum, ſed ſimilitudinem auri fieri faciemus tibi, donec ſurgat cum ſtigmatibus largenti. *Murenulæ,* quæcunque bonæ inſtitutiones, quaſi ornamenta aurium. In *murenulis* ſcriptura ſancta, quę *auro* ſpiritualiũ ſenſuum fulget interius, & *argento* cæleſtis eloquij ſplendet exterius; per doctorum ædificationem fit cuſtodia ſobrietatis, & per diuinæ ſcripturę meditationem. Auro diuinæ ſapientiæ, & argento diuini eloquij intus & exterius renitentes.

e *Faciemus.* Ego & mei opifices, quos plurimos ad eroganda ſemina verbi conſtitui.

f *Dum eſſet.* Acceptis eccleſia tantis à conditore ſuo muneribus & promiſſis, qua hæc deuotione operum ſuſceperit, manifeſtat, dicens: *Dum eſſet rex,* quod eſt, cùm Dei filius in carne apparuit, eccleſia per ipſum myſterium incarnationis in virtutum cæleſtium feruoré excreuit. Vel cùm eſſet in humiliatione crucis humanum genus per crucem redemptum, exercitatio bonorum operum odorem ſuauitatis aſperſit. Chriſto rege in beatitudine cęleſtis ſecreti quieſcente, ſanctorum virtus in eccleſia magna nobis gratiam ſuauitatis miniſtrat, qui quò eum, quem

appetunt

a ¶ Secuta magiſtrorum inſipientium doctrinas. b ¶ Populo Iſraelitico.

a b bernacula paſtorum. Equitatui meo in curribus Pharao- 1

a ¶ Id eſt, prædicatores, qui cibum ſcripturarum conterunt, & auditoribus ſuis comeſtibilem reddunt.

c nis aſſimilaui te amica mea. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſi- 2

a ¶ Per collum capiti membra iunguntur.

d cut turturis, collum tuum † ſicut monilia. Murenulas 3

a ¶ Ego & illi, qui illuminati ſpirituſancto ſcripturas aliis miniſtrant. b ¶ Diſtinctas & variatas, ſecundum diuerſitates perſonarum. c ¶ Eloquij nitore. d ¶ Cauſa præmiſſa quare tantopere diligat. 4

e f aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dum eſſet rex 5

## NICOLAVS DE LIRA.

*triarcharum, qui interrogati de ſua conditione reſponderunt:* Viri paſtores ouium ſumus nos & partes noſtri, *xlvij. a.*

1 Equitatui. *Hic conſequenter reſpondet ad primam petitionem ſpõſæ, quæ erat de dilectionis affectione; dicẽs,* Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te anima mea, *id eſt, oſtendi manifeſte veram dilectionem ad te, quando ſubuerti currus Pharaonis in mari rubro te perſequentibus, Exod. xiiij. d. Et tunc* aſſimilaui te equitatui meo, *id eſt, angelis meis quos valde diligo. Angeli enim ſancti in multis locis ſacræ ſcripturę dicuntur eius militia & exercitus: Et eodem modo dicuntur hic* equitatus Dei. *Militum enim turma & exercitus, equitatus communiter nominatur.*

2 Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis, *id eſt pulchritudo fidei tuæ eſt mihi amabilis. In Hebræo habetur:* Pulchræ ſunt genæ tuæ in ordinibus, *id eſt in ornamentis circa faciem tuam ordinate diſpoſitis. Et ad hoc conſonat litera ſequens cùm dicitur:*

3 Collum tuum ſicut monilia, *Sunt enim monilia colli ornamenta. Hebræi enim de Aegypto exeuntes petierunt ab amicis, & vicinis Aegyptij iocalia argentea & aurea de mandato Dei, Exodi. vndecimo a. de quibus poſtea ornauerunt ſe in ſolennitatibus domini. Ratio verò diuerſitatis literæ prædictæ eſt, quia nomen Hebraicum ibi poſitum eſt æquiuocum ad* turtures, & ordines. *Trãſlatio noſtra ſequitur primam ſignificationem, Hebræi verò aliam, quorũ dicto magis conſonat litera ſequens, vt viſum eſt. Et ad idem pertinet quod ſubditur.*

4 Mure-

4 Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, *Tunc enim murenulæ ornamenta opere plectili facta de filis aureis & argenteis & lapidibus intextis, ornabantur capita mulierum, & oræ veſtium circa manus & collum.*

5 Dum eſſet rex in accubitu ſuo. *Deſcripto amore ſponſi & ſponſæ, prout reſpicit exitum de Aegypto, hic conſequenter idem deſcribitur, prout reſpicit habitationem in deſerto. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponũtur huius amoris promotiua: Secũdò eius impeditiua, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Secunda pars incipit ibi,* Capite nobis. *Promotiua vero amoris ex parte ſponſi ſunt eius beneficia in deſerto ſpõſæ collata, non tamen recoluntur hic omnia, ſed aliqua notabilia. Nec ponuntur eodem ordine quo fuerunt collata quia frequenter in ſacra ſcriptura prius facta poſterius narrãtur & econuerſo. Igitur pars iſta diuiditur in tres partes, In prima, ponitur beneficiũ cohabitationis diuinæ, In ſecunda columnæ nubis, & mannæ, ibi,* Sub vmbra, *In tertia, legis datæ,* Vox dilecti mei. *Prima adhuc in duas: quia primò ponitur dictum beneficiũ, Secundò, ſponſi & ſponſæ mutuum colloquiũ, ibi,* Ecce tu pulchra. *Circa primum ſciendum, quòd maximum beneficium fecit Deus Iſraeli in deſerto, quando voluit habitare in medio populi in tabernaculo, in quo erat propitiatorium tanquam ſedes Dei, ſicut dictũ fuit plenius Exodi xxv. de quo loquebatur Moyſi, ſicut homo ad amicũ ſuum, & per Moyſen populo; vnde dicitur Deu. iiij. a.* Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. *De hac igitur habitatione Dei dicit ſponſa,* Dum eſſet rex, *cæleſtis.*

In accu-

☞ appetunt, non vident, tantò ardentius per deſiderium flagrant.
A Vel, dum eſſet cum patre, *nardus*, id eſt, dilectio, qua prior dile-
1 Ioh. 4. b. xit nos, *dedit odorem*, quia per dilectionem propter nos aſſum-
pſit carnem. Mirandus ordo verborum: Accubante rege nardus
mea de. odo. ſu. dum propter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos,
filius factus eſt mulieris.

a ¶ In humiliatione incarnationis, vel humiliatione crucis, vel in ſinu patris.
b ¶ Nardus humilis herba eſt calidæ naturæ, per quam charitas deſignatur.
c ¶ Tota congeries paſſionis. ¶ Faſciculus myrrhæ factus eſt Chriſtus, quando ablatus de cruce myrrha & aloe perlinitus eſt.

a in accubitu[a] ſuo, nardus[b] mea dedit odorem ſuum. Faſciculus[c] 1
b a ¶ Imitanti paſsionem. b ¶ In principali corde. ¶ Docebat in carmine nuptiali mammas potius appellari, quàm pectus. c ¶ Quæ prius timebam vagari, nunc firmo amore eum cõplector. 2
c myrrhæ dilectus meus mihi[a]: inter vbera[b] mea commorabitur[c]. 3
a ¶ Floritio interpretatur. b ¶ Repetit ex nimia dilectione. c ¶ Cuius flore digna ſum.
d ¶ In collectionibus gentium quæ abluuntur fonte baptiſmatis.
d Botrus[a] † cypri dilectus[b] meus[c] mihi, in vineis[d] Engaddi. Ecce tu 4
e a ¶ Simplicitate cordis, & munditia operis. ¶ Vel bis dicit, pro acquiſitione vtriuſque populi, vel anima & corpore. 5
b ¶ Quia ſenſus tui ſpirituali ſunt intellectu præditi. 6
f pulchra[a] es amica mea, ecce tu pulchra, oculi[b] tui columbarũ. Ec- 7
g a ¶ Naturaliter per diuinitatem, & ego ex te ſum pulchra. b ¶ Secundum humanitatem, quia de ſanctificatione natus 8
h c ¶ Humanum corpus. 9
i ce tu pulcher[a] es dilecte mi & decorus[b]. † Lectulus[c] noſter flori- 10

Nardi natura. a *Nardus*, quæ dicitur expellere tumores, fugare frigus, & afferre calorem; cui aſsimilatur homo dominicus, qui carnem aſſumendo ſe humiliauit, & ſe humiliando omnẽ tumorem ſuperbiæ abſtulit, frigus infidelitatis remouit, & feruorem charitatis intulit. Herba etiam hæc, quantò plus atteritur, tantò maiorem reddit odorem, ſic Chriſtus.

† copher, ſiue caphoræ.

B b *Faſciculus*. mors dilecti mei, quã pro mea ſalute ſubijt, ſemper in mea memoria commorabitur. Itẽ faſciculo myrrhæ comparatur, dum propter nos crucis iniurias tolerauit. Myrrha arbor eſt Arabiæ, altitudinis quinque cubitorum, ſimilis ſpicæ quam achantum dicunt, cuius gutta viridis atque amara, vnde nomen accepit myrrha. Gutta eius ſponte manans, pretioſior eſt, corticis vulnere vilior, quæ medendis infirmitatibus eſt ſalubris. vnde, Et myrrhatum vinum à militibus accepit.

Myrrhæ natura.

✠ BEDA. Hoc iuxta literam impletum de Saluatore noſtro legimus, quando conſummata paſsione illius, & ablato corpore de cruce, venit Nicodemus, ferẽs mixturam myrrhæ & aloes, quaſi libras centum. Acceperúntque corpus eius, & ligauerunt in linteis cum aromatibus. Dilectus igitur Eccleſiæ faſciculus myrrhæ factus eſt; quando Dominus myrrha & aloe perlitus, linteis inuolutus eſt. Qui videlicet faſciculus, inter vbera ſponſæ commoratur; cùm Eccleſia mortem ſui redemptoris ſine intermiſsione, intimo in corde meditatur. Inter vbera enim cor-
C dis eſſe locũ quis neſciat? Et faſciculus myrrhę inter vbera ſponſæ commorabitur, cùm anima quæque Deo conſecrata, mortem eius, à quo ſe redemptam nouit, intenta mente, quantum
Gal. 5. valet, imitari ſatagit: memor iſtius Apoſtolici ſermonis, *Quia quicunque ſunt Ieſu Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis*. Verum quia eidem morti mediatoris ac ſaluatoris noſtri mox reſurrectionis gloria ſucceſſit; rectè ſponſa ſubiungit. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*.

Mat. 15. b. c *Vbera mea*. Caſtarum vbera non franguntur; ſed meretricũ, laxis pellibus irrugantur, Vnde Ezechiel, *In Aegypto fracta ſunt*
Eze. 23. a. *mamma tua*.

Ex Greg. in expoſit. cantic. d. *Botrus cypri dilectus*. Botrus cypri cum reſurrexit, *In vineis Engaddi* eſt, cum fidelibus ſpiritualia dona deſtribuit. Arbores balſami, quæ in Engaddi creſcunt, quia in modum vinearum excoluntur, vineas appellat. Spõſus Chriſtus igitur eſt in vineis Engaddi, quia in carne veniens ſpiritu ſancto plenus, credentibus eiuſdem ſancti ſpiritus dona largitur per chriſmatis vnctionem, in cuius confectione oleum & balſamum commiſcentur.

Engaddi

D Engaddi fons hædi propter chariſmata, quæ poſt reſurrectionẽ largitus eſt in baptiſmo ſuis participibus. Engaddi, id eſt, ocu-
Iob. 7. a. lus meæ tentationis, & tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Quia morti mediatoris, mox reſurrectionis gloria ſucceſsit, rectè ſubditur, *Botrus*, qui fuit faſciculus myrrhæ in amaritudine paſsionis, in dulcedine reſurrectionis extitit botrus cypri. Quod myrrha enim triſtificat, vinum lætificat.

e *Ecce tu pulchra*. Hactenus eccleſia, quæ dilectionis pignora à ſpõſo receperit, teſtatur, cui ipſe mox remunerationis vice reſpõdet: *Ecce tu pulchra*, quaſi, ex hoc ꝙ me diligis, pulchra efficieris.

† Lectus. f *Amica mea*. Alia trãſlatio: *Proxima mea*; hoc eſt, in hoc quòd proxima es ſpecio-
E ſa es, & poſtquam cœperis eſſe ſpecioſa, ſine additamento pulchra es.

g *Oculi tui*. Alia laus ſponſæ ſpecioſæ, vt & nos laboremus ſpecioſi fieri. *Oculi tui columbarum*, ſimpliciter Deũ intueris quia
Mat. 5. d. nihil aliud niſi ipſum quæris. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam*, non habet oculos columbæ; ſed qui habet, caſtis intuetur oculis, & legem & euangelium ſpiritualiter intelligit. In cuius columbæ ſpecie ſpirituſſanctus apparuit. Ideóque &
Colũbæ natura & eiuſdem moralizatio. ſpiritualis intelligentia, & omnia ſpiritualia dona nomine columbæ deſignantur. Columba felle caret, roſtro non lædit, in cauernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluenta manet, meliora grana eligit, gemitum pro cantu reddit, gregatim volat, alis ſe defendit, viſum recuperat. Ita ſancti iuxta fluenta doctrinæ ſedentes meliores ſententias eligunt, homines à Chriſto alienos nutriunt Deo, ſi quas bonas ſententias in hæreticis inueniunt non peruertunt, ira irrationabili carent, in fide plagarum Chriſti refugium habent, gemunt pro peccatis.

F h *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus*, audiens ſponſa ſe per dilectionem ſponſi meruiſſe, vt ab ipſo ſponſo laudaretur, ſponſo vicem in laudibus tribuit: non quod ei, quod non habet, ſuo præconio largiatur: ſed intelligens decorem eius, per quem, & ipſa decora facta eſt, ait: *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus*,

i *Lectulus noſter floridus*. Aliquando eccleſia quaſi in lectulo cum ſponſo quieſcit, tempore ſcilicet pacis, vbi Dei pulchritudinem liquidius aſpicit, & prolem fidelium flore fidei redolentem, ex aqua & ſpirituſancto gignit. Aliquando cum ſponſo inſurgente tentatione in acie conſiſtit. Vel, *lectulus*, puſilli fideles, qui Deo ſunt quies & magiſtris ſuis, per hoc, ſaltem, quòd peccare mortaliter nolunt, qui florent initijs bonorum operum, per quod dant ſpem fructus, id eſt, maiorum operum. Quietam in ſponſo vitam agere volens quales domus ſint, in quibus eum ſuſcipere velit inſinuat. Pax eccleſiæ, virtutibus floret, & ſpirituali prole multiplicatur.

☞ Tigna

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 In accubitu ſuo, *id eſt, in propitiatorio.*

2 Nardus mea dedit odorem ſuum. *Id eſt, thimiama boni odoris, quod offerebatur in altari incenſi in conſpectu ſancti ſanctorum, vbi erat propitiatorium.*

3 Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur, *id eſt intra cor meũ per iugem meditationem. Et dicitur dilectus* faſciculus myrrhæ, *quia ſicut myrrha conſeruat carnẽ à putrefactione; ſic Deus mentẽ à peccati corruptione. Et quia non ſolum mentem ſeruat, ſed etiam delectat, ideo ſubditur;*

Engaddi Balſamum vbi creſcat. 4 Botrus. *& ordinetur ſic litera;* Botrus cypri in vineis En. *Eſt autẽ Engaddi locus vbi creſcit balſamum prope mare mortuum: vt apparet in deſcriptione terræ ſanctæ: & ibidem creſcit arbor aromatica nomine cyprus, quæ facit grana ſimul iuncta ſicut in vuis vineæ, & inde locus vineæ dicitur, vt dicunt aliqui: Et ideo cyprus non eſt hic nomen inſulæ quæ eſt in mari mediterraneo, quia ibi non ſunt dictæ vineæ.*

Cyprus æquiuocum eſt.

5 Dilectus meus mihi. *id eſt, magis delectat me ſpiritualiter, quàm quodcunque ſapidum & ſuaue delectet corporaliter.*

6 Ecce-

6 Ecce tu pulchra es amica mea. *Poſt cohabitationem ſponſi & ſponſæ, ponitur hîc mutuum colloquium gratioſum ſponſi & ſponſę, quod ſolet eſſe in corporalibus ex cohabitatione: & ſecundũ hoc dicit ſponſus,* Ecce tu pulchra es. *& duplicatur ly* pulchra, *ad denotandum pulchritudinem mentis, & exterioris conuerſationis.*

7 Oculi tui columbarum *per ſimplicem contuitum qui multùm decorat ſponſam corporalẽ: & per hoc in ſponſa ſpiritualis ſimplicitas intentionis intelligitur eam decorans, ſecũdum quod dicit ſaluator Matthæ. vj. c.* Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Et *reſpondet ſponſa.*

8 Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus *cuius pulchritudinis non eſt finis.*

9 Lectulus noſter, *id eſt, tabernaculum, in quo ſponſa per Moyſen, & Aaron, & alios ſacerdotes in quiete contemplationis quaſi in lecto quieſcebat.*

10 Floridus. *quia operimẽtũ interius tabernaculi erat de cortinis varijs coloribus, & pulchra varietate contextis ad modum diuerſorũ florum Exodi. xxvj. Et quia templũ Salomonis poſtea fuit ædificatũ ad ſimilitudinẽ huius tabernaculi, ideo occaſione huius dicitur hic de ipſo,*

 Tigna

A a *Tigna domorum noſtrarum cedrina.* Domus, variæ per mundũ de gentibus eccleſiæ; *Tigna,* quæ ad munitionem domus ſolent fieri, prædicatores, quorum verbo & exemplo ſtructura eccleſiæ, ne corruat, continetur. *Laquearia,* quæ ad decorem domus ſolent fieri, ſimpliciores famuli Chriſti, qui tignis adhærent & ſuſtentãtur, qui non doctrina, ſed virtutibus ornant.

In expoſit. cantic. ✠ GREGOR. *Cedrus* quæ ſerpentes reprimit & fugat, ſublimiores ſignificat ſanctos: *cypreſſus,* ſimpliciores. Per *tigna* etiam dilectionem Dei poſſumus intelligere, per *laquearia* dilectionem proximi, quæ ſunt partes virtutis eminẽtioris in cordibus ſanctorum, quæ ſunt *domus* Dei. *Cedrina* verò & *cypreſſina* ideo dicuntur, quia ſicut hæc ligna incorruptibilia ſunt, ita charitas nũquam excidit. Per *domos,* plures Eccleſias intelligimus, per *tigna cedrina,* prædicatores deſignamus, per *laquearia cypreſſina* ipſos populos figuramus. Tigna enim tectum ſuſtentant, laquearia verò domum implent & ornant: Sic & in ſancta Eccleſia prædicatores boni ſcripturam diuinam in corde & ore portant, quam fidelibus, quaſi tectum, expandentes, prædicãt, vt dum Eccleſia prædicatione cœleſti inſtruitur, munimen accipiat, quo ab imbribus tẽtationum protegatur. D Cedrus autem & cypreſſus imputribilia ligna eſſe perhibentur. Quibus bene omnes electi figurantur, quia dum temporalia nullo deſiderio ſectantur, æterni fiunt, eò quòd mente in æterna figuntur.

b *Cypreſſina.* Cypreſſus Græcè dicitur, quòd caput eius à rotunditate in acumen erigitur. vnde & κῶνος turben dicitur, Id eſt, alta rotunditas, hinc & fructus cum conus dicitur. vnde, *Conifera cypreſſi.* Virgilius. 3. Aenei.

a ¶ Tui facientis, mei cooperantis. b ¶ Imputribilia, & odore ſuo ſerpentes, id eſt, dæmones fugantia. c ¶ Quia alta, odoris optimi, medendis apta corporibus.

a dus, tigna domorum noſtrarum cedrina: † laquearia noſtra 1
b cypreſſina.

† trabes noſtræ abiegnæ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tigna domorum noſtrarum. laquearia noſtra. *De talibus enim lignis fuit illud templum ædificatum, vt patet tertij Regum. Et ſubdit ſponſa tanquam de beneficijs ſponſi grata.*

CAP. II.

a a *Ego flos.* Quia præſentis tẽporis ſtatu labor magis quã requies conuenit: B rectè ſponſam otio delectatã ad laborum exercitia prouocat. Q. Tu quidem volẽs pulchritudinem tuã mihi commendabilem reddere, delectaris in quiete ſecretis florere virtutibꝰ: ſed ſcias, quòd ego alteriuſmodi pulchritudinẽ requiro in præſenti, quia ſum flos virtutum, à quo omnis fructus campi egreditur; quia odorem meum toti mundo innoteſcere cupio, quod non poteſt impleri, niſi intermiſſa quiete, qua delectaris, ad officium prædicationis accingaris. Et *lilium conuallium* magis quã montium, quia claritatẽ meæ humanitatis, vel ſplendorẽ æternæ lucis, vel deitatis magis reuelo humilibus, & paratis ad patiendum. Q. Memẽto quòd qui de virgine naſci potui, qui Deus ſum, humiliter in mundo apparui, hominibus me ſociũ eſſe exhibui, humiliter vſque ad mortem veni: Ideo deſiſte quietis ſecuritatem quærere, vnde ſubdit, *Sicut li.* C Sicut campus floribus ornatur, ita mundus mea notitia & fide decoratur.

† roſa in Saron.

Nota pro officio prædicantium.

b *Sicut li.* Laudato ſe, laudat ſponſam, ita: *Sicut lilium* non poteſt *ſpinis* comparari, inter quas ſępe exoritur: eodẽ modo proxima mea, ſuper omnes *filias lilium* eſt. *Sicut li.* Tu requiem quæris & laudes *lectuli*: ſed ſcito quia candidior tribulationum aculeis efficieris, & maior eſt fructus prædicationis, quàm quietis.

c *Sic ami. mea.* GREG. In eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſũt: bonus nõ fuit, q malos tolerare non potuit.

Aduerſarum hæreſum dogmatibus eius integritas tanquam ſpinis pungitur, vt contra hoſtes ſuos vigilans exerceatur, donec eminens, tanquam lilium, in capite ſponſi ſui, candore ipſo decoretur.

d *Sicut ma.* Sponſa laudata & exemplo ſponſi ad patiendum admonita, reciproca laude ſponſum attollit, quòd inter bonorum opera † ſimiliter ſanctus emineat, & ſe paſſurã promittit, quod patitur, eo præſidente, qui eſt refrigerium & refectio. *Sicut ma.* Vnguentorum odor quamuis ſuauiter redolet, non eſt tamen ad edendum ſuaue. Malum autem optimi ſaporis & odoris tale eſt, vt fauces dulcore delectet, & ſpiritum mulceat odoratus. E

† ſingulariter.

CAP. II.

a ¶ Decor mundi, gloria humilium, virginis integritas, de inculta terra ortus. b ¶ Poteſt in hoc humilitas parentum Chriſti accipi, quia pauperes elegit parentes.

a Ego † flos campi, & lilium conuallium. 1 2

a ¶ Quod pungitur à ſpinis, candorem tamen retinens, & tunc maiorem odorem effundens. b ¶ Id eſt, te pungentes, dum à ſtatu diaboli mouentur. c ¶ Non ſolum ab infidelibus, ſed etiam eorum improbitate pungeris, quos in filiarum numero gaudebas te accepiſſe.

b c Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea 3 4 5 6

a ¶ Viſu, odore, & guſtu antecedit omnia ligna ſyluarum.
b ¶ Omnes inſtitutiones, ad comparationem inſtitutionis diuinæ, inferaces ſunt, id eſt, infructuoſæ ſyluæ.
c ¶ Sic Chriſtus præcedit omnes ſanctos, qui dicuntur filij Dei gratia, ipſe natura.

d inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarũ, ſic dilectus meus 7 8

a ¶ Quaſi, ab æſtu deſideriorum carnalium ſub aduentus illius protectione requieui vel vmbra, id eſt, diuina ſcriptura.

e f inter filios. Sub vmbra illius quem † deſiderauerã ſedi, & 9 10

† deſiderabam.

In expoſ. cantic. ✠ GREG. Ligna ſyluestria, eſui hominum habiles fructus nõ gignũt: Malus verò, quod gignit, congruè & ſalubriter homines edunt. Meritò ergo per *malũ* Chriſtus, per *ſylueſtria* verò ligna cæteri homines figurantur: quia in ſolo Chriſto cibũ ſalutis, quoties quærimus, inuenimus; in eius verbis & exẽplis animas noſtras fructu ſuaui & ſalubri reficimus. Ipſe eſt quippe lignum vitæ, quam nobis tribuit: Ipſe eſt, qui dum nobis ſemetipsũ inſpirat, animam paſcit. In cæteris verò, ſi quid refocillationis inuenimus, nõ quod illorum, ſed quod Chriſti eſt, ab illis ſumimus: quia quicquid in eis pręter Deum eſt, mortiferum nobis procul dubio inuenimus.

e *Sub vmbra.* Ideo dilectũ omnibus propono, quia in ſola pietatis eius protectione, cuius deſiderio ardebam, refrigerium tribulationum me inueniſſe conſpicio, & ſuauiſſimũ donorũ eius fructum ſentio, quo me perpetuò reficiendam confido. F Deſiderauerat autem *ſub vmbra* autoris reſpirare, cũ ſe ſole perſecutionum fuſcatam querebatur, cùm Dei auxilium implorans clamabat, *Indica mihi quẽ di. a. mea: vbi paſcas, vbi cubes in meridie* cũ nõ ſolum præſſurarũ tædio fatigata, ſed recordatione pulchritudinis & decoris eius illecta dicebat, *Lectulus noſter floridus*; cuius deſiderij ſe compotem factam oſtẽdit, dicens, *Sub vmbra.* Et notandũ quòd ſuperius *tigna cedrina & laquearia cypreſſina* prædicabat, non tamen horum ſibi protectionem ſufficere memorabat; ſed ſolam vitæ arborem, in cuius vmbra quieſceret, & fructu reficeretur quærebat, quia ſancti exemplis, doctrina, & interceſſione, ſuffragia ferunt: ſoli tamẽ ſaluatori dicere habemus, *Filij autem hominum in protectione alarum tuarum ſperabunt.*

Suprà. 1. b

f *Sedi & fru. &c.* Non dicit ſedeo, ſed *ſedi.* Huiuſmodi profectus ſunt eccleſiarũ, vt in exordio deſiderat quiſpiam in virtutũ vmbra conſidere vt ad eum veniat corpus eius, ex quo vmbra naſcitur: ideo & natiuitas Ieſu ab vmbra cœpit, & in veritate finitur:

Pſal. 35. b.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

1 EGo flos cãpi, *i. modo habito pura, & mũda extra vilitatẽ Aegypti.*

2 Et lilium conuallium, *quaſi dicat, quando eram in Aegypto, erã quaſi liliũ in monte, cuius color obfuſcatur ſolis ardore, ſicut dixit ſuprà,* Decolorauit me ſol; *ſed modo ſũ ſicut liliũ in valle, quod habet colorem recentem ex vallis humore; & quia Deo placet ſponſa gratitudo, ideo ſubdit, eam commendando,* Suprà. 2 b.

3 Sicut lilium inter ſpinas, *id eſt, ſicut lilium redolens, & ſuaue, comparatur ad ſpinas aſperas & pungentes:*

4 Sic amica mea, *id eſt, plebs Hebraica,*

5 In. filias, *id eſt gentes alias, quæ ſunt idololatriæ dedita, & innocentes tractant aſperè, ſicut patet de Aegyptijs, qui tractauerant Hebræos valde durè: Et ſubditur reſponſio ſponſa,*

6 Sicut malus, *quæ eſt arbor fructifera,*

7 Inter ligna ſyluarum, *Quæ communiter ſunt infructifera.*

8 Sic dilectus meus, *A quo procedunt cuncta bona,*

9 Inter filios, *id eſt, aliarum gentium Deos, à quibus nulla bonitas procedit, ſed ſunt inutiles omnino.*

10. Sub vmbra il. *Hic conſequenter ponitur duplex notabile beneficiũ. Primũ eſt beneficiũ colũnæ ignis & nubis, quæ illuminabat noctẽ, & de die tẽperabat ſolis ardorẽ. Exod. xiij. & quãtũ ad hoc dicit ſponſa,* Sub vmbra illius, quẽ deſiderauerã ſedi, *id eſt, manſi vel habitaui, ſicut dicitur Deute. j. g.* Sediſtis ergo in Cadesbarne multo tẽpore, *id eſt, manſiſtis. Secundum beneficiũ fuit manna cælitus data in cibum Exodi xvj. c. De quo cibo dicitur Sapienti. xvj. c.* Panẽ paratũ de cælo præſtitiſti eis ſine labore, omne delectamẽtũ in ſe habẽtẽ, & omnis ſaporis ſuauitatẽ; *& hoc eſt quod ſubditur,* Fructus eius

Primũ beneficium in deſerto.

Secundum

a ¶ Poſtquam vmbra protexit me, fructu eius ſaturata ſum, id eſt, cæleſti eius dulcedine, vel corpore ſuo. b ¶ Cordis mei. c ¶ In collectionem gentium quæ iam aliis exemplo & prædicatione vinum propinat, quo eos amore ebrios facit.

a fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam 1
b

a ¶ Ordinatam me fecit habere charitatem. ¶ Oſtendit mihi qualiter Deus, & qualiter proximus eſſet diligendus.
b ¶ Conſolamini me exemplis, etiam illorum qui iam incipiunt bene operari: vel qui currunt: vel qui iam peracto curſu terminant viam ſalutis: vt eorum exemplis ad memoriam reductis non deficiam.

c vinariam: † ordinauit in me charitatem Fulcite me † flo- 2
d

a ¶ In huius mundi perigrinatione, amore ſupernæ viſionis langueo.

e ribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. † Læua 3

¶ Mente. a ¶ Et ſi nondum.

eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

¶ Conteſtor. a ¶ Iam in fide generati, illis miniſtrantibus, qui Deum propius vident.
¶ Bene capreas & ceruos dicit eſſe camporum, vt notet puram ſimplicitatem mentium, pura fide florentium, in quibus virtutes oriantur & nutriantur.

f Adiuro vos filiæ Ieruſalē per capreas ceruoſque cāporum, 4 5
g

A finitur. Sicut dicitur *Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi* Sic poſtea ad meliora fit tranſitus. [Luc. 1. d.]

a *Dulcis.* Quia in eo intelligit anima cauſam vitæ, dum & corporaliter percipit.

b *Introduxit me.* Hæc refectio quātæ dulcedinis, quātæ ſit virtutis, oſtenditur, cùm ſubdit, *Introduxit me.* id eſt, ſpe futuræ gloriæ adeò lætificauit, vt iam ſeculi nō ſentiam labores. *Introduxit.* AMBR. Quàm citò guttur meum dulcedinē gratiæ eius attigit, ita me recreatā ſpiritu, & ab amore terrenorū in ſuperna trāslatam ſentio, acſi in cellam vinariā introducta, noui ſim meri odore & poculo refecta. [† & vexillū eius ſuperne eſt amor.]

Typicè per *vinum* gratia ſpiritusſancti notatur; *Cella* vinaria eſt eccleſia, in cuius vnitate tantum dari ſolet & accipi ſpiritusſanctus; quam eccleſiam de toto orbe collectam, Deus in
B vnam ſibi domum fabricauit, quam ſpiritusſanctus ſuis chariſmatibus conſecrauit. Quæ fabrica, quia in charitatis maximæ fundamento ipſo operante conſiſtit, rectè ſubditur: *ordinauit in me cha.*

✠ GREGOR. Quid per cellam vinariam cōgruentius, quam ipſam arcanam æternitatis contemplationem accipimus? In hac æternitate angeli ſancti vino ſapientiæ inebriantur, dum ipſum Deum facie ad faciem videntes, omni voluptate ſpiritali ſatiantur. Hanc ſancta mens, ſi à ſponſo introducatur, poſtpoſitis omnibus temporalibus intrat, in qua ex illis angelicis deliciis, quantum ſibi conceditur, guſtat. Et ſi adhuc, quia in corpore corruptibili detinetur, ſe perfectè non ſatiat: tamen ex illo minimo quod curſim ſumit, conſiderat quantum debeat amare quod amat. Poteſt tamen per cellam vinariam ſcriptura diuina figurari: per hanc quippe in ſponſa charitas ordinatur, quia in eius doctrina manifeſte dicitur, qualiter Deus & proximus ordinatè diligantur. Hac charitate percuſſa, ſequitur, & dicit. [In expoſi. cantic.]

C c *Ordinauit in me charitatem.* Multorum charitas inordinata eſt, quod in primo eſt, ponunt tertiū, vel quartum. Primò, Deus diligendus eſt; Secundò, parētes; inde filij, pòſt domeſtici, qui etiam ſi boni ſunt, malis filiis præponendi ſunt. Secundū hoc in euangelio ad cuiuſcunque dilectionem, proprium ponit. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum.* Inimicos non ex tota virtute, non ſicut teipſum, ſed ſimpliciter: Sufficit enim quòd diligimus, & non odio habemus. Vel, ipſe prior dilexit me, & diligendo, vt eum amare noſſem, donauit. Vel, ordinauit, id eſt, ordinata charitate, mea ſingula membra, id eſt, electos omnes, ſibi copulauit; eminentiora ampliori affectu complectitur. Quantum charitas mentem quam perfectè abſorbuerit ab amore infirmorum ſuſtollat oſtendit, cum ſubditur.

d *Fulcite.* Iam ſupradictis confortata, ita in amorem Dei ardet, vt præ nimio amore, vel pœnis illatis languor carnis immineat: Vel, *fulcite*, id eſt, vos alij, vel perfectiores, vel incipientes bene operādo, ſitis mihi recreatio, vt in bonis operibus veſtris quieſcam, quæ adhuc non poſſum quieſcere contemplando vultum Dei. Ideo *fulcite*, vt & præſens & futurum ſubſidiū habeatis, ſicut ego in languore meo habeo. Quātò ſe ad amorē ſpōſi accē- D dit, tāto ab amore tēporalium langueſcit: vnde ſubdit, *Langueo.*

e *Læua eius.* Noli aliunde capiti requiē quærere; ſi enim læuam eius habueris, omnia tibi, quæ mea ſunt tribuentur. *Leua eius ſub ca. meo.* Cùm corda fidelium in hac vita, per ſacramētorum participationē, p pignus ſpiritus, per ſcripturarum ſolatia confortātur: quæ & ad ſubſidiū peregrinationis dat Deus: *dextera amplexabitur*, cùm poſt hanc vitam cæleſtia præmia accipiemus. *Læua,* (id eſt, præſens vita, & tēporalia Dei dona) dum per ſpem mentem roborat, eſt *ſub capite* ad conſolationē data: Et *dextera.* i. æterna vita *amplexabitur*, ſicut protegens, quando per remunerationem nos glorificabit. Q. tēporalia Dei beneficia (quò à mundi cupiditatibus & perturbationibus aliquantulum quieſcere queam) adiuuant in hoc loco peregrinationis, & æternorum promiſſio amplius delectat. [† phialis, vaſis vinariis.] [† Infrà, 8. a.]

✠ GREGOR. Per læuam ſponſi, vita præſens, per dexteram verò vita æterna deſignatur; Per *caput* autem ſponſę, mens, quę animæ principatur, aſſumitur. Sed *læua ſponſi ſub capite ſponſæ* eſſe dicitur, & *dextra* eius *amplexatur* eam: quia vitam temporalem ſub mente ſua ſemper ponit; vitam verò æternam, vt omnimodo amplexetur, concupiſcit. Hæc quippe, quæ videt, magnanimiter mente ſublimi conculcat, officiis cœleſtibus ſe occupat. Hæc neceſſitate tolerat, ad illa ſummo deſiderio, quaſi brachio dextero ſponſi aſtricta, ſuſpirat. In quæ cùm aliquantulum intrat, delectabiliter quieſcit: cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino faſtidit. Sic quieſcentē vtique ſponſus amplius diligit, & ab eius excitatione improbos quoſque repellit, dicens; *Adiuro vos filiæ Ieruſalē per capreas ceruóſque camporū, &c.* [In expoſit. cantic.] E

f *Adiuro.* Primitiua eccleſia ad gentes conuerſa, & quaſi in perſona eorum hucuſque locuta, cùm ex amore interiori corporis defectum iam patiatur; monet ſponſus nouellam eccleſiam, ne peccando inquietet eam. Quàm amabilis ſit Deo huius eccleſiæ & cuiuſlibet fidelis animæ pauſatio, ex reſponſione ſponſi declaratur. F

g *Per capreas* id eſt, ſi velitis eſſe comparabiles *capreis*, vel *ceruis* in virtutum altitudine & pretioſioribus cibis, & in agnitione, quæ medela ſit congrua veſtris vulneribus, ſi vulnera habetis. Capreæ & cerui, munda animalia, venenorum inimica, ruminantia, opera ſpiritualium virtutum figurant, contra virulenti hoſtis inſidias. Cerui tempore amoris diſcedentes à patria, alter clunibus alterius capite impoſito ſe ſuſtentant, ordinatim incedentes, primus fert, vltimus tantum fertur, primo fatigato, vltimus ſuccedit, canibus inſequentibus per dumeta cornibus dorſo impoſitis illæſi euadunt. Caligantibus oculis ſerpentem comedunt, & hauſto fonte viſum recuperant, & deponunt ſuperflua: Sic ſancti amore Dei renuntiant terrenis: Alter alterius onera ſupportant, minus enim onerati peccatis alleuiant oneratos, condonando, pro eis orando; Robur datum per ſpiritumſanctum, menti ſuæ ſupponunt, dum vrgentur ab impijs, & ſic tranſeunt illæſi; diabolum comedunt, id eſt, annihilant in ſe, & potato fonte, id eſt, Chriſto, viſum interiorem recuperant, & pellem ponunt, id eſt, immunes fiunt à peccatis. [Cerui natura.] [Gal. 6. a.]

☞ Ne ſuſ-

## NICOLAVS DE LIRA.

dulcis gutturi meo. *Tertiū beneficium fuit ritus ſacrificiorū, per quæ placabatur offenſa diuina, & conferebatur gratia, non ex ſacrificijs ſecundum ſe, ſed inquantum fiebant ex offerentium fide & deuotione: & quantum ad hoc dicit ſponſa.* [Tertium.]

1 Introduxit me rex in cellam *id eſt, ad altare holocauſtorū, vt dicit Rabi Salomō quod dicitur* cella vinaria, *eò quod in libaminibus ſacrificiorū ibi effūdebatur vinū, & tūc Leuitæ cātores incipiebāt canere diuinas laudes, quæ ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi: & ideo ſequitur.*

2 Ordinauit in me charitatem, &c. *Licet autem per charitatem Deus habeatur in via, hoc tamen non eſt in re, per quem modū habetur in patria; ſed in ſpe. Licet autē ſpes inquantū eſt de bono, cauſet delectationē: tamen abſentia realis huius boni inducit afflictionē, ſecūdum illud Prouerbio. decimotertio, b. Spes, quæ differtur, affligit animā, & hæc afflictio vocatur hic languor ſponſæ. Mulier autē languida corporaliter delectatur florū, & pomorum odoribus, & ſponſi amplexibus: per quæ hic deſignantur metaphoricè diuinæ conſolationes quæ dantur ſperantibus in ſe, cùm dicitur.*

3 Fulcite me floribus: ſtipate me malis, *& patet ex dictis litera. Et quia continuatio talium conſolationum eſt appetenda, & ſubtractio abhorrenda, ideo ſubditur.*

4 Adiuro vos fil. Ieruſ. *infirmi de populo Iſrael, vt dictum eſt ſuprà cap. primo.*

5 Per capreas ceruoſque cāporum, *id eſt, per patriarchas, qui ſic nominātur in ſcriptura, Geneſis. xlix. c.* Nepthali ceruus emiſſus, &c.



No

a ¶ Vt veſtra culpa neceſſe ſit illis laborare. ¶ Id eſt, alius alium non impediat, ſed ſic quiſque de proximorum profectu, quaſi de ſuo gaudeat. b ¶ Id eſt, ne commoueatis etiam vt in aliquo interrumpere faciatis quietem. c ¶ In meo amore quieſcentem. d Notat eam aliquando ex voluntate reſurrecturam.

a ne ſuſcitetis, neque vigilare faciatis dilectam, † donec ipſa 1 2

a ¶ Spontanea voluntate, ſi congruum tempus viderit. b ¶ Qui me diligit. ¶ Hic de contemplatiua. c ¶ Et vt eum mecum inuenire ſciatis, hoc ſigno quærite. d ¶ Qui eſt inuiſibilis carne indutus. e ¶ Viſitauit nos. f ¶ Id eſt, ſe in ſcripturis viſibilem fecit, & crebra viſitatione illuſtrat corda fidelium.

b velit. Vox dilecti mei: Ecce iſte venit ſaliens in montibus, 3

a ¶ Secundum viſum. b ¶ Quia eſt in ſimilitudine carnis peccati. ¶ Caprea id eſt, dorcas. 4

c d tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ hin- 5

e a ¶ Veram carnem de patriarchis aſſumpſit. Et velocior illis, quia pondere peccatorũ preſsi, iſte immunis. ¶ Secundum opera quia contrarias fortitudines contriuit. b ¶ Ecce venit. c ¶ Corporali præſentia paratus ad adiuuandum. d ¶ Indutus parietem noſtræ carnis, ita manet in nobis, vt à nobis videri non poſsit.

f nuloque ceruorum. En, ipſe ſtat poſt parietem no- 6

a ¶ Nobis reſiſtentem, ſed ei non: Vel, nobis communem, quam pro omnibus aſſumpſit, non pro nobis ſolis. b ¶ Sicut ex alto. ¶ Miſericordiam faciens apertè per miracula, per prædicationem. c ¶ Id eſt, apoſtolos. d ¶ A longè. ¶ Dudum.

g ſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per can- 7

a ¶ Per prophetas. ¶ Per inſpirationem. b ¶ Venit & ſtat, & ſic de aliis conuertendis mihi præcipit. c ¶ Inſpirando. d ¶ Et debes ſurgere, quia amo te, & tu me. e ¶ Quia tempus breue eſt

h cellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera 8

A a *Ne ſuſcitetis.* Greg. Si ſubditi aliquid peccant, propter quod doctores à quiete ſurgere cogantur, non tantum pœnam illius peccati incurrunt, ſed etiam puniuntur pro inquietatione doctorum, quia qui doctores cæleſtibus intentos inquietare præſumit, etiam virtutes quas habere ſe credebat, perdit. Adiuramentum ſponſi, ſponſa libenter ſuſcipit, & audiens determinationem iſtam appoſitam, ſcilicet donec ipſa velit, animaduertit, ſibi latenter præcipi, vt ipſa ſponte ſurgere velit, promittit ergo ſe ſurrecturã, & proponit tale ſponſum, pro quo velit, & tempus congruum. Poſtquam enim apoſtoli in primitiua eccleſia gentium poſiti, in tantam perfectionem ſe, & alios B induxerant, vt iam contemplationi vacarent, iterum intelligit ſibi impoſitam neceſsitatem diſcurrendi per totum mundum, & conſtruendi nouas eccleſias.

b *Vox dilecti mei.* Hæc eſt quam audiui adiurantem filias Ieſalem ne me ſuſcitarent: gaudeo conſolatoriam eius vocem audiens, cum eius faciem nondum video; tamẽ ſubleuato ad cœlum animo, aliquam ſuauitatem futuræ beatitudinis præguſto, etiam in hoc præſenti.

Salit in mõtibus c *Saliens in montibus.* Salit in montibus, & quaſi pedes ponit, quo ſigno ibi fuiſſe dignoſcitur, quia eum per paſsionem & vitæ conuerſationem imitatur. Saltum fecit de cœlo in vterum, de vtero in præſepe, de præſepi in crucem, de cruce in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in cœlum. Ipſe eſt qui eleuatus eſt Eſa.2.c. ſuper omnes montes, & colles, id eſt, ſanctorum tam maiorum quàm minorum altitudines.


2 In die deſponſatio. eius. *id eſt tempore dationis legis, in quo deſponſauit ſibi plebem illam, vt dictum eſt.*

3 Et in die lęti. cor. eius. *quia Deo fuit placitum verbum populi, dicentis Exo. xxiij. b.* Omnia verba quę locutus eſt, faciemus.

---

CAPVT IV.

a Q*Vam pulchra es.* Cum ſponſa de gentibus conuerſa iam tantæ ſit perfectionis, vt Iudæis verſa vice prædicet
B & ſponſum laudet: ipſa quoque dignam laudis recompenſationem à ſponſo recipit. Hæc deſcriptio pro eccleſiæ multiplicitate extenditur. *Pulchra* actione, quia ſicut virgula fumi per deſertum aſcendit, pulchra prædicatione, quia ad ſuum conſortium proximas attrahit.

†Ecce tu

❧Rvp. O pulchritudo admirabilis, quā ſic admiratur & collaudat pulcherrimus author ipſe pulchritudinis ſeptē pæconijs. Cōſiderauit oculos, dentes, labia, genas, collum & vbera, & pro ſingulis dilectus ſingula decantauit dignæ collaudationis capitula, &cæ. Quid enim ſeptem iſtis modulis decantatur? Quid in te, ô dilectiſſima dilectarum,

†infra 6. d.

C

†detonſæ ſunt

CAP. IIII.

a ¶ In operibus exterius.

a †Q*Vam pulchra es amica mea, quàm* 1
a ¶ Interius in animo, vel in prædicatione. 2
b ¶ Illi qui prouident tibi: vel conuerſatio exterior ad literam.
c ¶ Quia ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ apparuit, merito illius nomine ſpirituali gratia ſignatur.
b pulchra es. Oculi tui columbarum, 3
a ¶ Id eſt, intentione, qua ſola pulchra eſſet, & per quam illa ſunt commendabilia.
b ¶ Non niſi ſoli Deo patens.
c †abſque eo, quod intrinſecus latet. 4
a ¶ Attenuati qui mundo renuntiantes ſoli Deo adhærent, & caput ornant.
b ¶ In aſcenſu & velocitate virtutum, in condeſcendendo puro paſtu.
c ¶ Ad beneplacitum Dei. ¶ Quia promouentur in monte virtutum, quas ſi opus eſt atteſtantur, dum pro Chriſto patiuntur.
d
e †Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de 5
f a ¶ Aceruus teſtimonii. b ¶ quia peccata rodunt, ſcripturas atterunt. c ¶ Innocentes.
d ¶ Ouium à quibus auferuntur ſuperflua, & aliquando neceſſaria.
g e ¶ quia in baptiſmo loti, in virtutes prodeunt.
h monte Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ 6
h a ¶ Oculi, capilli, dentes. b ¶ Qui vel in ſe vel in aliis fructum boni operis generent. 7
i †aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & ſte- 8
k

virgo virginum laudatur à dilecto laudabili, quem laudat omnis chorus angelorum? Laudatur ſimplicitas, munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humilitas mentis & carnis integritas, ſiue incorrupta virginitas. In oculis ſimplicitas, in capillis cogitationum tuarum mundicia, in dentibus innocentia, in labijs doctrina, in genis verecundia, in collo humilitas, in vberibus tuis admiranda & ſpectabilis eſt cum fœcunditate virginitas. Simplicitas tua prudentia tua eſt: munditia tua ſupernorum deſiderium eſt: innocentia tua religioſitas eſt: humilitas tua vera contra diabolum fortitudo eſt: virginitas tua matrum ſiue matronarum decus eſt. Hi ſunt dulces moduli muſicæ cæleſtis quos libenter audimus & intelligimus, &c.

b *Oculi.* i. ſenſus tui contemplatione ſpiritualium rerum ſunt excellentes & reuerendi. Per partes intendit laudare.

c *Abſque.* Magna eſt gloria aperti operis, ſed longe incomparabiliter æterna retributio, quæ videri non poteſt.

Capilli

d *Capilli tui.* Vt facilius cuncta liqueſcant, breuiter ſingula percurramus. *Capilli,* ſunt ſpontanei pauperes. *Genæ,* ſummi prælati. *Dentes* vero genarum, alij inferiores prælati, *Labia,* ſermocinatores. *Capilli tui.* Si in *oculis* acumen ſpiritualium ſenſuum accipitur, in *capillis* poteſt notari pluralitas cogitationum, quæ omnes ad vnum finem cæleſtis boni tendunt. Vnde capręis ęquatur, quę animalia mūda ſūt, & ardua rupiū quærunt gratia paſtus. E

e *Quę aſcenderūt.* Vnā de naturis caprę ponit, vt ſic de alijs intelligatur, & illam magis virtutē prædicat qua auditores magis indigere perſpicit.

f *Quæ aſcenderūt de.* de illo, qui eſt teſtimoniū ſe imitantibus, ſicut ipſe promiſit, Qui *me confeſſus fuerit coram hominibus, &c.* Luc. 12. b. F

g *Dentes tui ſicut greges tonſarum.* Sicut in capillis, fragiliores eccleſiæ populi, qui numeroſitatem præſtant, ſignantur: ſic in dentibus fortiores quique, & ad regendam eccleſiam apti, qui firmitate præualent.

h *De lauacro, omnes.* Omnium eſt, baptiſmo purificari: Perfectorum eſt, & maxime eorum, quibus cura ouium eſt commiſſa, renuntiare omnibus quæ poſſident.

i *Gemellis fœtibus.* i. conſimilibus fœtibus, quia tales alios reddunt quales ipſi ſunt. Vel, duplices fœtus, opera geminæ charitatis, vt fideles conuerſi de vtroque populo, Vel, fides & opus.

k *Et ſterilis non eſt.* Nec illi inter ſteriles deputantur, qui abluti ſtatim ex hac vita rapiuntur. Habuerunt enim ſobolem fidei quam vel ipſi pro ſe, vel alij pro ipſis confeſſi ſunt. Habuerunt etiam votum bonæ operationis, quod inter oues Chriſti ſi expectati fuiſſent, ſocialiter exercerent, vnde dicitur, *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.*

Sicut

---

NICOLAVS DE LIRA.

*CAP. IV.*

QVam pulchra es. *Hic conſequenter commendatur ſponſa ſub parabola mulieris ſpecioſæ, & primo ponitur parabola, ſecundo, exponetur. Quantum ad primum dicitur,*

2 Quàm pulchra es, *id eſt, valde pulchra.*

3 Oculi tui columbarum, *id eſt, ſimplicis aſpectus, quod multum facit ad gratioſitatem mulieris.*

4 Abſque quod intrin. l. *id eſt pulchra membrorum diſpoſitione ſub veſtibus latente.*

5 Capilli tui ſicut greges caprarum, *id eſt ordinatè diſpoſiti, & cōpoſiti. Hæc enim ſimilitudo & alia nō ſunt in omnibus cōditionibus: quia tunc eſſet identitas: ſed aliquando ſunt in paucis, aliquando in vnica.*

6 Dentes tui ſicut greges tonſarum, *id eſt albi & bene ordinati.*

7 Omnes gemellis fœtibus, *id eſt, ſuperiores decenter correſpondent inferioribus, ſicut gemelli ad inuicem.*

8 Et ſterilis non eſt inter eas, *id eſt, non eſt aliquis dentium fractus vel putrefactus.*

Sicut

a ¶ Sed eiicitur. b ¶ Capillos imprimens capiti ne recedant.
c ¶ Illa labia ſunt recipienda, quia ipſa doctrina eſt dulcis, etiam illis qui prædicant, quando opere adimplent.
rilis nõn eſt † inter eas. Sicut† vittã coccinea labiã tua, & 1
a ¶ Id eſt, pudibundi prælati, qui facies ſunt eccleſiæ, in quorum conſpectu pudet alios male agere. 2
eloquium tuum †dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ 3
a ¶ Muniens in ſe refugientes. b ¶ Chriſti manu fortis. 4
tuæ † abſque eo quod intrinſecus latet. Sicut turris Dauid 5
a ¶ Robuſtiores. b ¶ Ad tutelam fidelium. c ¶ Pro perfectione. 6
collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille
a ¶ Secundum hoc quod continent.
clypei pendét ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera 7
a ¶ A caprea geniti, id eſt, Chriſto: vel caprea ſynagoga.
tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis
a ¶ i. vſque in finem ſeculi, quando præmia recipient, quæ in labore noctis aſſidue contemplantur. 8
b ¶ Ait Chriſtus. c ¶ Id eſt, ſublimes, qui fructum martyrii proferunt. 6
donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. † Vadam ad mõ- 10

† in eis † filũ coccineum † iucundũ † intra cincinnos

a *Sicut vitta.* Prædicatores, *vitta* dicuntur, quia fluxas cogitationes in cordibus hominum ſuis prædicationibus reſtringunt, ne diffluant, & cordis oculos premant.

b *Coccinea.* Quia dominici ſanguinis, quo redempta eſt eccleſia pretium prædicare non ceſſat: vel quia prædicatio ſancta charitatis ardore flameſcit.

c *Labia tua.* Dentes qui terunt: labia quæ trita aperiunt:

d *Eloquium tuum du.* Dum, quæ dicunt faciũt: ſuas prædicationes hominibus quaſi ſapidas eſcas apponunt.

e *Sicut fragmen mali punici, ita gena.* In colore exterius *puniceo*, voluntas Martyrij: In albis granis (quæ cortice fracto videntur) candor virtutum: qui augetur, dum caro colliditur: candor etiam, cũ impleta paſſione miraculis nitent. In *genis* verecundia, in malo *punico* paſſio Chriſti. Habet ergo ruborem eccleſia in genis, cum ſacramentum dominicæ paſſionis fatetur verbis, & oſtendit candorem, cum pulſata preſſuris, caſtitatem puri cordis probat, & factis, quid gratiæ ſalutaris crux habeat, pandit.

f *Abſque eo.* Licet ſint magna, quę exterius apparent: maiora tamen in occulto retinent, quæ diuini oculi ſoli vident.

g *Latet.* Confeſſionem viuificæ crucis poſſunt omnes in eccleſia audire, preſſuras eccleſiæ videre, vel etiam miracula quæ ipſi eccleſiæ ſunt diuinitus collata, poſſunt infideles cum fidelibus intueri: ipſa autem ſola anima nouit, quanto teneatur amore vitæ inuiſibilis, quanto amore erga Deum & proximum flammeſcat.

h *Sicut tur. Dauid.* Turris, eſt expugnabilis prædicatorum conſtantia, quæ ad defendenda fidei ædificia, & ad repellenda hoſtium tela, forti manu Dei, & deſiderabili rege conſtructa eſt *cum propugnaculis*: id eſt, cum diuinarum ſcripturarum notitia, quando aperit ſenſum, vt intelligant ſcripturas, & dictis præcedentium ſuam confirmant prædicationem, *propugnacula* etiam, miraculorum dona, quibus prædicatio aſtruitur. Nam ſanatis morbis corporalibus, ad ſalutem animæ facilius peruenitur.

Ex Greg. in expoſit. cantic.

i *Collum tu.* Collum extendimus, quando longius proſpicimus: Sic prædicatores, collum, propter hoſtium de longe ſpeculationem: *Turris*, propter fortitudinem, & propter excelſam cæleſtium gaudiorum contemplationem. Vel, *collum*, quia cibos in corpus demittunt vel quia corpus capiti iungunt: vnde, Dominus dat panes, diſcipuli autem turbis apponunt. Propter aliud prædicatores, *oculi*; propter aliud, *dentes*: propter aliud *genæ*: propter aliud *collum* vocantur. *Propugnacula* ſunt in diuinis ſcripturis infringibiles ſententię, in quibus tuti ſunt, qui de longe ab incurſantibus ſe defendunt.

Matt. 14. b.

k *Mille*

k *Mille clypei.* Clipeus, iſta firmiſſima ratio eſt, qua freti ſponte contra hæreticos prodeunt, & ſe muniunt, dum illos percutiunt.

l *Omnis arma.* i. omnis inſtructio, vel operationis, vel doctrinæ cæleſtis, per quam ſancti non ſolum euadunt, ſed etiam acies ſuperant malignorũ: dum quoſdã & ab errore vel vitijs retrahũt: quę omnia à pręlatis depẽdẽt, quia ab eis reſiſtẽdi exẽplũ & vincẽdi accipimus.

m *Duo vbera.* Multis figuris eadem eccleſiæ myſteria repetũtur, ſed repetita noui ſemper aliquid afferũt: & per ipſam nouitatem animos audientium amplius delectant. *Duo* igitur *vbera*, prędicatores de duobus populis, qui *oculi* dicuntur, quia occulta proficiunt. *Dẽtes*, quia improbos corrigunt, & in corpus eccleſiæ traijciunt: *Collum*, quia vitalem flatum, æterna gaudia prædicando, miniſtrant, & cibos doctrinę. *Vbera*, quia lac paruulis in Chriſto infundunt, qui ſunt *hinnulli capreæ*, quia acute, que ſunt agenda, diſcernunt, veloci curſu operationis de valle lachrymarum auolant. *Gemelli*, quia eandem fidem, eadem ſacramenta prędicant: qui ne lac quod erogant, in eis deficiat, paſcuntur floribus ſcripturarum & exemplis ſanctorum ea ſemper recolendo.

✠ GREG. Duo vbera, duo prædicatorũ ordines, vnus in circũciſione, alius in præputio. Qui bene *ſicut duo hinnuli capreæ* dicuntur, quia & filij Synagogæ exiſtunt, & in montibus contemplationum paſcuntur. *Gemelli* vero ideo dicti ſunt, quia cõcorditer, prędicant, & concorditer ſapiunt: In *liliis* vero *paſcuntur donec aſpiret dies*, quia mũditiam infatigabiliter ſectantur, donec in die iudicii præmia accipiant quæ in labore noctis aſsidue contemplantur.

In expoſit. cantic.

n *Duo hinnulli* Duo populi, qui per humilitatẽ paruos ſe & peccatores intelligunt, ſed charitate currentes, omnia obſtacula mũdi tranſeunt, & ſaltibus contẽplationis ad ſuperna conſcendunt.

o *Qui paſcuntur.* Quia in his refectionem habent, qui florent virtutibus & ſplendent, dum ipſum Deum, quem deſiderant, adhuc de vicino videre non poſſunt.

p *Donec aſpiret dies illa.* Poſt quam, nec docendi vltra nec diſcendi tempus erit, ſed conſummatis omnibus huius mundi tenebris, omnes fulgebunt ſicut ſol.

q *Vadam ad montem.* Et quia eccleſia per ſingula talis eſt, *Vadam.* id eſt addam gratiam, tam inferioribus quam maioribus. *Vadam*. Quia nouos populos quotidie congregabo. Et quia ſermo eſt ad eccleſiam de gentibus, poteſt non incongrue videri promiſſa vocatio ſynagogæ, quæ in fine mundi eſt futura: ſeu vocatio quarumcunque gentium. Vnde mox de ampliſsima pulchritudine vnius eiuſdemque eccleſiæ, quæ vel de Iudæis vel quibuſcunque gentibus per totum orbem eſt congreganda, ſubditur, *Tota pulchra es.*

☞ *Tota*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Sicut vitta coccinea labia tua. *Sunt enim labia in parte, vbi coniunguntur rubea, quæ rubedo iuxta albedinem facit ad decorem.*

2 Eloquium tuum dulce, *Id eſt, gratum omnibus audientibus ipſum.*

3 Sicut fragmen mali punici, *quod eſt rubicundum in parte oppoſita ſoli.*

4 Ita genæ tuæ. *rubicundæ in parte eminentiori iuxta albedinem circumſtantem.*

5 Abſque eo quod. *exponatur vt ſupra,*

6 Sicut turris Dauid collum tuum, *rectum & decenter eleuatum, & in hoc tenet ſimilitudo.*

7 Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ ge. *Id eſt habentia conformitatem eleuationis, non tamen nimiam, ſed decentem, inquantum facit ad oſtenſionem ſexus muliebris. Omnia prædicta faciunt, vt patet, ad corporalem pulchritudinem mulieris. Per hanc autem parabolam intelligitur pulchritudo ſpiritualis ſpõſæ, ſecundum ſtatum illius temporis, cuius* caput *dicitur conuenienter patriarcha Iacob, alio nomine dictus Iſrael, à quo ſicut a capite denominantur Iſraelitæ.*

Capilli. *immediate orientes ab hoc capite ſunt duodecim patriarchæ.* Oculi *vero Moyſes & Aaron dirigentes populum.* Dentes *vero bellatores, parati ad deuorationem aduerſariorum, vnde dixit ille ſtrenuus bellator Caleb, Num. 14. a.* Sicut panem poſſumus eos deuorare. Labia *vero dulce eloquium proferentia, Leuitę cantores dicentes diuinas laudes.* Genę *vero rubicũdę, alii Leuitæ miniſtrantes in altari holocauſtorum, in quo erat ignis continuus. Per* guttur *autem intelliguntur ſtudioſi in lege, vt dicit Ra. Sa. propter hoc comparatur* turri *Dauid munitæ clipeis, quia per tale ſtudium habentur arma contra impugnatores legis diuinæ. Et per talem modum dicit magiſter ſentẽtiarum in principio libri ſui, in quo ponuntur ſententiæ ſtudiorum in diuina lege,* Fidem noſtram aduerſus carnalium hominũ errores *Dauidicæ turris* clypeis munire vel potius munitam oſtendere ſtuduimus. Duo vbe. *ſunt tabulæ teſtimonij, ex quibus ſugitur lac ſacræ ſcientiæ & deuotionis.*

8 Donec aſpiret dies, *Scilicet noui teſtamenti, de quo dicit Apoſtolus, Rom. xiij. d.* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit: *vnde dicitur Luc. decimoſexto. d.* Lex & prophetæ vſque ad Ioannem, *in quo incepit dies noui teſtamenti.*

9 Et inclinentur vmbræ, *Quia in nouo teſtamento ceſſant figuræ, adueniente veritate, cuius quodammodo erant vmbræ.*

10 Vadam ad montem. *Poſtquam Salomon deſcripſit mutuum*

*amorem*

A a *Tota pulchra es.* Non ſolum in electioribus membris, quę enumeraui: ſed etiam in illis, qui puſilli & fragiles videntur.

Ex Grego in expoſit. cantic.

b *Veni de Liban.* Et quia vado ad te, tu debes venire ad me, cogitatione, locutione, opere. Vel, primus gradus eſt in carne pro bono opere: ſecundus in abſolutione carnis ad percipiendam beatitudinem in anima: Tertius recepto corpore quando in reſurrectione duplices recipient ſtolas. *Veni*, fide, *veni* opere, *veni* alios adducendo: vel ter veni propter fidem trinitatis. *Libanus* mons Phœnicis, Hebraice interpretatur cãdidatio, Gręce thus: vnde ſupra, *Vadam ad montem myrrhæ & ad collē thuris.* Dum prędicatores conuertunt tales ad ſalutē, creſcit corona de principibus victis certamine eorum Veni, Quaſi ne timeas, ne ſola venias: quia multos tibi addã.

B

c *De capi. Ama.* Amana mõs eſt Ciliciæ Sanir & Hermon montes Iudææ, in quibus leones habitant, per quos dæmones notantur, qui contra nos ſæuiunt: & quia illi conuertuntur, quorum corda fuerunt cubilia leonum, dum viciſſim eorum confeſſione dominus creditur, quaſi de leonum cubilibus coronantur, de quibus leo pellitur. Per Amana habemus illos, quos ipſe, & per quos alios diabolus per magni ſtudij vigilantiam decipit & conterit: Per Sanir, eos ad quos ignorant a talis deceptionis volat: Per Hermon, tales qui quaſi in natura prompti ſunt ad nequitiam, non quod diabolus deſignit. Per *cubile leonum*, illos quibus, & per quos alijs perſecutoria dominatur ſæuitia. Per *pardos* hæreticos, quorum diſtinctis dolis decipit, de quorum ſingulorum principalibus Deus ſuis victoriæ confert coronam.

C

d *De cu. leo. Leones*, propter ſuperbiam, vel violentiam *Pardi* propter crudelitatem, vel variationem malignarum artium. *Montium* nomine ſuperba infidelium corda deſignantur.

e *Vulneraſti cor.* Ideo debes venire, & de acquiſitione aliorum laborare, quia diligo te. Vel, ideo dabo tibi coronam de hominibus

† Mecũ de
† mecũ de
† Abſtuliſti
† abſtuliſti
† vna torque
† pulchri ſunt amores tui Supra eo.

a ¶ Id eſt, ad illos, qui ſuauem odorem orationibus & aliis bonis emittunt.
b ¶ Ideo vadam, quia to. pul. es. Pulchritudo tua me delectat, & iuuitat ad hoc.

a tem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica 1

a ¶ Id eſt criminalis culpa. b ¶ Cum magno comitatu accede.

b mea, & macula non eſt in te. † Veni de Libano ſponſa mea, 2

a ¶ Candore virtutum. b ¶ In termino vitæ cuiuſque.
¶ Illo inenarrabili aduentu reſurrectionis.
c ¶ Inquietus, vel turbulentus, vel Deus vigiliarum, quando modo occidit.

c † veni de Libano, † veni: coronaberis, de capite Amana, 3

a ¶ Fœtor, vel nocturna auis quando decipit.
b ¶ Anathematizatio ex propria iniquitate. c ¶ Id eſt, Superbis.

d de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de mon- 4

a ¶ Pro amore tuo carnem ſumpſi vel vulneraſti in cruce. b ¶ Cohæres. c ¶ Per arram fidei.

e tibus pardorum † Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: 5

a ¶ Dictis cauſis amoris, repetit, & alias cauſas adiungit. q ¶ De vulnere amoris.
c ¶ In vnitate prædicatorum, quia omnes idem prædicant, idem amant, & quærunt.

† vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in 6

a ¶ In vnitate audientium, qui adiacent doctoribus; vnde dicitur, Multitudinis credentium. 7
erat cor vnum, & anima vna.
b ¶ Id eſt lac, & ponitur continens pro contento.

f † vno crine colli tui. Quam † pulchræ ſunt mammæ tuæ ſo- 8

a ¶ Honeſtiora & vtiliora ſunt omnia, quæcunque tu doces, quam philoſophicæ vel legales doctrinæ.

ror mea ſponſa. † Pulchriora ſunt vbera tua vino, & 9

a ¶ Id eſt, fama virtutum ſpiritualium quæ ex charitate oriuntur: vnde & Deo placent, & quaſi inungunt: vel opera quæ fiunt per ſpiritumſanctum. b ¶ i. ſuper omnem terrenam delectationem.
c ¶ Quo participare poteſt qui vult.

g h i odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus 10

D

bus illis, quia præparaſti mihi in te locum dilectionis. Omnis tua pulchritudo mihi placet, ſed maxime placet vnitas catholica, quam & in prælatis & in ſubditis video.

In expoſit. cant. i.

✻✻ GREG. Per *oculos* ſponſæ, ſanctæ eccleſiæ prædicatores deſignantur: per *crines* vero populi multitudo figuratur: per *collum* autem ſancti capitis & corporis coniunctio demonſtratur, quæ fides eccleſiæ intelligitur: per hanc enim caput & corpus coniungitur, dum Chriſto quiſque eo tenacius inhæret, quo fidelior in bona conuerſatione habetur. In *vno* ergo *oculorũ* & in *vno crine colli* ſponſæ ſponſus *vulneratur*: quia profecto vſque ad mortē crucis efficitur, vt vnitas prædicatorum & plebis in eccleſia confirmetur.

† proſpice

E

f *Quam pulchra.* Supra ſponſa in dilecto vbera laudabat, hic dilectus vbera commendat: in quo notatur vnitas Chriſti & eccleſiæ, quia ſũt duo vt ait Apoſtolus, in carne vna: ideo ſimili laude alter alterum laudat. Doctrina eſt Chriſti, quia dat: eſt eccleſiæ, quia miniſtrat. Et merito amo te, quia doctrina tua, quæ continetur in ſuperioribus vberibus, eſt pulchra ad cõſalationem infirmorum, & ſuſtentationem paruulorum. *Mamma* dilectio Dei & proximi: per quas mens ſancta ſenſus ſuos nutrit, dum Deo charitate conglutinatur, & proximis, quod poteſt, impẽdit. Quas mammas quantum ſponſus diligat, in repetitione laudis manifeſtat dicens: *Pulchriora ſunt vbera*, &c.

i. Cor. 6 d.

F

Gre. in expoſi. cant.

g *Odor.* id eſt, ſuauiſſima fama fidei diſperſæ per totum orbem, latior eſt, quam lex patrum, quæ in ſola Iudæa coangustatur.

h *Super omnia aromata.* id eſt, ſuper omnia bona opera, quæ faciunt improbi, quæ etſi aliquando hominibus placent, tamen Deo nunquam, quia ex charitate non procedunt. Vel, ſuper inſtitutiones veteris teſtamenti, quæ fuerunt figura horum.

Gre. in expoſit canti.

i *Fauus diſtilans.* Superius per *labia*, doctores, hic per labia ipſa

vox

## NICOLAVS DE LIRA.

*amorem ſponſi & ſponſæ, ſecundum ſtatum egreſſus de Aegypto & proceſſus in deſerto: hic conſequenter idem facit ſecundum ſtatum acceſſus ad terminum ſcilicet ad terram ſanctam. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur quantum ad ingreſſum terræ: Secundo quantum ad ſtatum ipſius poſſeſſæ ca. ſequenti. Circa primum excitatur ſponſa ex duobus ad ingreſſum terræ, Secundum ponitur, ibi,* Hortus concluſus. *Primum autem excitatiuum eſt amor ſponſi & ſponſæ, qui fecit eos concorditer ambulare: propter quod dixit ſponſus,* Vadam ad montem myrrhæ. *i. ad terram Iudęæ, quæ eſt montoſa, & in qua creſcunt aromatica, inter quæ eſt myrrha, q. d. ſponſa, hoc debet excitare te ad veniendum illuc, quia conſors ero & dux viæ tuæ, hoc enim dixit dominus Ioſue. i. a.* Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum; non dimittam te, nec derelinquam: tu enim ſorte diuides populo huic terram, pro, qua iuraui patribus tuis, *& vt magis excitet eam commendat eam, dicens.*

1 Tota pulchra es amica mea. *Quia interfectis illis imminente Moyſi morte, qui peccauerant in peccato Phegor, Nume. xxv. populus remanſit ſine notabili macula peccati ſub Ioſue.*

2 Veni de Libano. *Non eſt hic Libanus nomen montis in Iudęa exiſtentis, ſed alterius loci vltra Iordanem, vnde filij Iſrael venerunt in Iudæam. Frequenter enim diuerſa loca eiſdem nominibus nominantur. Et dicitur hic ter* veni, *ad maiorem excitationem, ſicut Iere. xxij. g.* Terra terra terra, audi verbum domini.

3 Coronaberis de capite Amana, de vertice. *In Hebræo habetur,* Reſpicies de capite Amana, &c. *Sunt enim Amana, Sanir & Hermon nomina montium vltra Iordanem exiſtentium vnde videtur terra Iudææ, & ideo populus Iſrael illuc veniens aſpiciebat terram ſibi promiſſam gaudens propter eius pulchritudinem: & forte impoſuerunt ſibi ſerta vel coronas in ſignum exaltationis, ſecundum quod habet tranſlatio noſtra.* Coronaberis de capite Amana de ver. *id eſt videbis terram tibi promiſſam. de locis iſtis.*

4 De cubilibus leonum, *In montibus enim illis erant cubilia leonũ & pardorum non tamen nocuerunt filijs Iſrael, ſicut nec ſerpentes horribiles in deſerto exiſtentes, per quod filij Iſrael tranſierunt, Deut. viij. c.*

5 Vulneraſti. *Modus eſt loquẽdi amantium ad expreſſionem amoris.*

6 In vno ocu. tu. *i. in Moyſe, qui ſupra dictus eſt vnus oculus ſponſę, qui fuit Deo valde amabilis, & propter eum fuit Deus populo fauorabilis.*

7 Et in vno cri. *i. in Ioſeph qui fuit Deo valde acceptus, & fuit vnus de capillis ſponſæ ſeu crinibus, vt dictum eſt ſupra.*

8 Quam pulch. *exponatur vt ſupra de vberibus ſponſę, quę dicuntur hic,*

9 Pulchriora ſunt. *propter pulchritudinem & munditiam legis contentæ in tabulis.*

10 Fauus diſtillans, &c. *Mel & lac ſub lingua. hoc dicitur de orationibus deuotis ſummi pontificis & cantorum, quę fiebant in perſona totius eccleſię.*

Et

vox doctorum. Vnde & melli congruè comparantur. *Fauus*, mel in cera. Mel in cera, eſt ſpirtualis eloquiorum ſenſus diuinorum in litera diſtillans, quia penè ſingulæ ſententiæ multos habent ſenſus. Vel aliter: In fauo mel latet, cera videtur: Labia ergo fauus vocantur, quia dum in carnis fragilitate ſapientia magna habetur, quaſi mel in cera abſconditur.

A Gre. in expoſit. cant.

a ¶ Ipſa vox prædicationis. b ¶ Dulcedo ſapientiæ, quæ maioribus datur. c ¶ Doctrina paruulis congrua, quæ omnibus datur d ¶ In meditatione cordis.

a diſtilans labiă tua ſponſa: mel & lăc ſub linguă tua, & odor 1
a ¶ quia gignit germina ſpiritualium operum.
b
c veſtimentorum tuorum ſicut odor † thuris. † Hortus con- 2
a ¶ Cum non exponitur furibus, ſed habens murum & antemurale. ¶ Quaſi illa diceret, vnde mihi thus? reſpondet ab horto. b ¶ Protectione Dei munitus. c ¶ Baptiſmus. 3
d cluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſi- 4 5
a ¶ Per ſacramenta ſigillatus, vt inimicos lateat, & amicis pateat. b ¶ Pro martyrio poſt ablutionem baptiſmi. 6
e gnătus. † Emiſſiones tuæ paradiſus malŏrum punico- 7 8
¶ Aliis. ¶ Maturis.
f rum, cum † pomorum fructibus. † Cypri cum nardo, nar- 9 10
a ¶ Id eſt, cum aliis vniuerſis prouectibus qui figurari poſſunt in ſpiritualibus. 11
g dus & crocus, fiſtula & cinnamomum cŭm vniuerſis lignis 12
h

Idem. libr. Moral. 15 ca. 5.

a *Mel & lac ſub lingua.* Tăta eſt ſpiritualis dulcedo in verbis, quanta corporalis eſt in *melle & lacte*: & hoc *ſub lingua*, i. non cuilibet patens, ſed tătũ bonis. Qui peccătem aſpere corripit, & inter aſpera dulcedinis quiddă admiſcet, habet mel, non in lingua, ſed ſub lingua.

r libani

† Propagines

B

1. Theſ. 4. d

r dulcibus

b *Odor veſtimen. tuorũ.* id eſt fama bonorum operum, quibus veſtiuntur, ne nudi inueniantur, & quibus turpitudo præcedentium delictorum operitur, eſt ſicut thus, quia in omnibus operibus ſuis orat, cum bene operatur, cum intentione perueniendi ad Deum, vnde, *Sine intermiſſione orate.* Supra nomine *vnguentorum*, infuſio ſancti ſpiritus oſtenditur, quibus corda fidelium illuſtrantur, & ad ſpirituale certamen præparantur: Vocabulo *veſtimentorum*, facta iuſtorum notantur, quæ foris ſunt. Vnde & pulchra diſtinctione, quæ per homines fiunt opera, *thuri* comparantur; quæ vero diuina largitione, fiunt dona, modum comparationis excedunt. Conſultè poſtquam ſingula eccleſiæ membra dominus ſigillatim prædicauit, etiam *vnguenta* quibus tota eſſet delibuta, digna laude cõmendat. Nulla ſunt quippe membra, vel magna vel parua quæ non huius vnctionis ſpiritualis ſint infuſione conſecrata. Laudauit & *veſtimenta*, id eſt opera iuſtitiæ, quia & hic, omne corpus eius ornatur. Nemo quippe in ea vitam meretur, niſi operibus iuſtis indutus, quæ vel ipſe fecit, vel ſi infans erat, alij pro eo fecerunt, & in illo.

C

c *Hortus.* Aſſimilauerat eam mulieri pro perfectione, pro ſpecioſitate, pro ſingulorum diſpoſitione graduum, pro decentis vnitatis compoſitione. Sed quia parum videtur amanti ſingulas partes ſponſæ ſingulis rebus pretioſis coæquare, totum pariter plurimis & maximis ſpeciebus comparat. Comparat igitur horto, pro copioſis operum fructibus in quo fieri quatuor contingit: In primis fons baptiſmi, ſine quo nullus ſequitur fructus: Deinde vnguenta, id eſt dona ſpiritusſancti, qui ſunt prima fomenta, vt etiam arbores creſcant, & fructus ferant, ſcilicet illa in cordibus rudium adhuc & tenerorum propoſita, quando deliberant per ſpiritumſanctum, quia mundo renuntiabunt & aduerſa ſuſtinebunt, & ſimilia: Poſtea arbores illi eiſdem, vel alij iam creſcentes, iam florentes; Tandem fructus maturi, quorum operum perfectione iam reficitur Chriſtus. Sed hic non ordinat, ſecundum quod alterum ſequitur poſt alterum, ſed à digniori incipit, vt illius ſponſæ commendatio ſit captabilior illi alij ſponſæ, cui iſtam intendit commendare. Duos hortos ponit, in quo ſtatus duo contemplatiuorum & actiuorum ſignantur, quorum vterque concluſus; quia ab aduerſario colligi non poſſunt, vel fructu priuari. Multi inter fideles cõuerſantur in quibus hoſtis habet locum, ſed hi in horto fructifero non ſunt computandi, ſed vt palea eijciendi.

D

d *Fons ſignatus.* Quia eccleſia, quæ fontis nomine deſignatur, primum parua in Iudæa, poſtea dilatata eſt per orbem terrarum, rectè ſubditur, *Emiſſiones tuæ.* quia illa parua eccleſia de Iudæis adiuta fonte paradiſũ emiſit ex ſe. *Eccleſia fons*, quia doctrina ſalutari redundat, vnde proximos irrigat, *Signatus*, quia ſpiritualis ſenſus indignis abſcõditur, nulla incurſatione turbatur.

† Fons † Prou. 5. a. 14. q. 1. c. omnibus

e *Emiſſiones.* i. fructus horti. ſ. opera quæ poſt plantationem & irrigationẽ baptiſmi prodeunt, ſunt mihi *mala punica*, id eſt matura refectio, ita me delectăs vt paradiſus.

E

† Cyperi chepharim ſpecies eſt aromatica.

f *Cypri.* id eſt directi, & in altum creſcentes, in humanitate graciles & attenuati, quorum operibus iuncta charitate inungitur princeps. *Cyprus* diuinam gratiam, *nardus* dominicam paſſionem, *crocus* charitatem exprimit. Cyprus eſt in Aegypto aromatica arbor, ſemine candido & odorifero, quod coquitur in oleo, & exprimitur, inde vnguentum regale (quod cyprus dicitur) paratur. Sic in tenebris huius mundi diuinæ gratiæ benedictio in pinguedine charitatis ſuſcipitur & flammis tentationum probatur, quibus ſociatur nardus herba humilis id eſt fides dominicæ paſsionis & imitatio. Coniungitur ergo *cyprus nardo*, cum diuina gratia confortat nos compati Chriſto. Item nardus croco iungitur: cum in charitate Chriſti mortem libenter accipimus. *Nardus* eſt redolens & calens, & ſignificat charitatem. *Crocus* eſt aurei coloris, & ſignificat diuina ſapientia imbutos.

Cypri vnguentum

F

g *Fiſtul. & cin.* Fiſtula quæ & *caſia*, arbor aromatica, ſed parua: Eſt autem robuſti corticis & purpurei, quæ ad curandas, viſcerũ moleſtias valet, quæ pro ſui breuitate à quibuſdam inter herbas odoriferas reputatur, quæ humiles ſpiritu ſignificat, quæ dominicæ paſſionis memores, ad patiendum pro domino ſunt parati. *Cinnamomum* eſt breuis arbor, ſed odorifera & dulcis, cineri coloris ad medicinæ vſum fiſtulæ duplo præſtans. Et ſignificat illos qui ſe infirmos reputant, quorum humilitas apud Deum dulcedinem habet & laudem. Et bene poſt fiſtulam purpuream ponitur cinnamomum cinerei coloris; quia per recordationem dominicæ paſſionis oritur nobis deſpectus noſtræ virtutis. Fiſtula, & cinnamomum in horto cum lignis Libani prodeunt: quia in eccleſia, qui humiles & patientes ſunt, cum illis, qui eccleſiam prædicando vel virtutes faciendo muniunt, palmam retributionis expectant.

h *Cum vni. li.* Sicut fiſtula & cinnamomum, humiles ſanctorum cogitationes: ſic & ligna Libani, quæ alta, & robuſta ſunt, demonſtrant ſublimes ſanctorum actiones & orationes. Myrrha, imputribile reddit corpus, & ſignificat illos, qui amaritudine & patientia corpus ſuum reddunt ſecurum à motibus carnalibus: & ab omni aduerſa parte. Aloe non tantam vim habet, quantam myrrha, ſed tamen valet contra putredinem.

Primis.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. *Hoc dicitur pro vnguento odorifero, quo vnctum fuit tabernaculum, & omnia eius vtenſilia, Exod. triceſimo Et dicuntur veſtes ſponſæ, quia tabernaculum erat in magnum decorem, & ornatum totius populi.*

2 Hortus concluſus. *Hic ponitur ſecundum incitatiuum ad terræ promiſſionis ingreſſum, quod eſt fertilitas terræ & eius amœnitas. Et coniungatur ſic litera.*

3 Soror mea ſponſa, *id eſt, ô eccleſia Iſrael* (*quæ dicitur* ſponſa *Dei eo quod deſponſauit eam per legem in monte Sinai: &* ſoror, *quoniam humanitatem erat accepturus de gente illa.*)

4 Hortus concluſus, *ſupple, eſt, terra tibi promiſſa.* Hortus *propter eius fœcunditatem:* Concluſus, *propter eius fortitudinem quia ab occidente clauditur mari mediterraneo, ab oriente Iordane fluuio, ab aquilone monte Libani, à meridie deſerto Ægypti: quod non poteſt de facili tranſiri.*

5 Fons ſignatus. *ponitur hic* fons *in ſingulari pro fontibus in plurali, ſicut frequẽter alibi fit in ſcriptura. Habet enim illa terra multos fõtes ita lympidos acſi eſſet ſigillati, ne beſtia vel homo poſſet aquã turbare.*

6 Emiſſiones tuæ paradiſus. *id eſt riuuli inde fluentes reddunt terram amœnam ad modum paradiſi: vnde de quadã parte illius terræ dicitur Gene. decimotertio. c.* Eleuatis itaque Lot oculis vidit amnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigebatur, ſicut paradiſus domini, &c. 7 Malorum punicorum. *id eſt malorum granatorum, quæ creſcunt in illa terra cum multis aliis arboribus fructiferis.*

8 Cypri cum nardo. *Eſt autem hic cypri nominatiui caſus, & plurale huius nominis cyprius, quæ eſt arbor aromatica, & etiam creſcit in vineas Engaddi, vt dictum eſt ſupra capite primo. Similiter nardus eſt planta aromatica.*

9 Et crocus. *Herba aromatica, Gallice ſaffram.*

10 Fiſtula. *Herba eſt producens cannas, quarum ſuccus per decoctionem fit zuchara.*

11 Et cinnamomum, *Arbor eſt aromatica, cuius cortex canelle Gallice dicitur.*

12 Cum vniuer. *Eſt enim mõs Libani in extremitate terræ promiſſionis verſus aquilonem, in quo creſcunt cedri, & multa alia ligna pretioſa.*

Myrrha

A a *Primis*. i. cum chariſmatibus virtutum excellentioribus: Et pulchra coniunctio herbarum & arborum cum vnguentis: quia dũ carnem à laſciuia refrenamus, conſequens eſt, vt maiora dona ſpiritus ſuſcipiamus. In horto domini cõcluſo, inter alia naſcitur,

b *Fons hor.* qui de primitiua eccleſia proceſſit in mundum doctrina cæleſtis, quæ plures eccleſias ſ. hortos procrearet. De quo fonte bene ſubinfertur,

✝præcipuis aromatibus

c *Puteus aquarum viuen.* quia eadem doctrina eccleſiæ. & *fons hortorum* eſt, quia ſpirituales fructus gignit, in his quos inſtruit: & *puteus* eſt propter occulta myſteria quæ ſolis ſanctis per reuelationem ſancti ſpiritus panduntur.

B d *Aqua.v.* propter diuina eloquia, quæ de inuiſibilibus diuinæ gratiæ theſauris procedunt, atque in vitam æternam ducunt.

e *De.Li.i.* de ipſa eccleſia, quæ & candida eſt per munditiam fidei, & alta per virtutum gratiam.

a ¶ Myrrha & aloe continentiam carnis exprimunt, quia natura horum eſt, vt inuncta his corpora non putreſcant,

a Libani: myrrhã & aloe cum omnibus✝ primis vnguentis. 1

a ¶ Tales ſunt fructus horti: talis autem eſt fons. b ¶ Vtriuſque partis. 2
c ¶ Inſcrutabilis. d ¶ Donorum ſancti ſpiritus, quę hic ſitim mitigant, & in futuro extinguent: de quibus dicitur, Aqua quam ego do, &c.
e ¶ Ab alto ad inferiores.

b Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt 3 4
c a ¶ Nullo detinente obſtaculo. b ¶ Quia pro impoſitione manuum fit illud donum.
d c ¶ Recede, vel inſta. d ¶ Hoſtis. 5
e ¶ Poſt tribulationem tu ſancte ſpiritus recrea. 6
f ¶ Ventis tribulationum.

e impetu de Libano. Surge Aquilo & veni Auſter: perfla hor- 7
f a ¶ Alias, vt. b ¶ Abundent.
g tum meum: et fluent aromata illius.

D f *Surge*. Et cum talis ſit hortus, *ſurge*. i. diſcede vel impugna. *Surge*. Horto conſito & irrigato, reſtabat vt omnibus firmiter & ordinate compoſitis, nequaquam aduerſarijs illius, tentandi negaretur acceſſus. ſed potius monſtraretur, quia quo amplius flagellãtur, eo amplius interna fluctuũ illius ſuauitas panditur. In *aquilone*, mundi aduerſa, in *auſtro*, blãdimẽta intellige, quia gemina expugnatione probatur eccleſia. *Surge* permittentis eſt, non imperantis.

E g *Perfla*. alter vexando, alter recreãdo. *Perfla*.i. infer tribulationem, vel perſequendo, vt eccleſia in vtroque pulſata & probata mirum odorem conſtantiæ ſuæ, & abundantioris virtutis vbique diffundat, & in fine mundi poſitos inenarrabili fragrantia ſuæ ſuauitatis ſatiabit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Myrrha & aloe. *eſt autem aloe arbor aromatica, cuius lignum eſt valde odoriferum, & contritum, valet ad medicinas & vnguenta, ideo ſubditur,*

2 Cum om. pri. i. *præcipuis vnguentis: Hæc omnia dicuntur ad terræ promiſſionis commendationem, in qua talia oriuntur. Ad cuius commendationem adhuc ſubditur,*

3 Fons hor. *Hoc dicitur propter Iordanem fluuium, qui currit ſecundum longitudinẽ terræ promiſſionis eam irrigans in multis locis, ideo ſubditur*, Fons hort. *& accipitur hic fons in ſingulari, pro fontibus in plurali, ſicut dicitur Syllogiſmus eſt oratio.i. congeries orationum: quia Iordanis ex duobus fontibus oritur, quorũ vnus vocatur Ior, alius Dan: qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiũt, vt dicit Hier. ſuper Mat. & patet in deſcriptione terræ ſanctæ.*

4 Puteus aquarum, *Quia Iordanis abundat in aquis, eo modo loquendi quo aliquis abundans in pecunijs, dicitur puteus pecuniarum.*

5 Viuentium, *Dicũtur enim proprie viuere illa, quæ habẽt in ſe principium ſui motus ſecundum augmentum & decrementum. Et ad ſimilitudinem huius dicuntur aquæ viuentes, quæ ſcaturiunt ex fontibus, quales ſunt aquæ Iordanis. Aquæ vero ciſternales dicuntur mortuæ.*

6 Quæ flu. imp. de Lib. *Iordanis enim oritur ex fontibus prædictis ad radices montis Libani, vt dicit Hier. ſuper Mat.*

7 Surge aquilo. *Quia ad flatum ventorum oppoſitarum partium fluunt guttæ aromaticæ de arboribus aromaticis huius terræ, quæ colliguntur ab incolis, eo quod ſunt pretioſæ. Hæc omnia prædicta ſunt de commendatione terræ promiſſę ad excitandum deſiderium ſponſę.*

CAP. V.

C VEniat dilect. Qui promiſit ſe futurũ *mecum vſque ad conſummationem ſeculi*, modo cum magis indigeo maiori gratia, me viſitet.

a *Veniat di.* Audiens eccleſia ſe tentationibus probandam, prouiſioni dilecti non contradicit: ſed ne ſuperetur auxilium illius quærit, qui *non patitur nos tentari ſupra id quod poſſumus.* Vel, poteſt ex voce perfectorum ſic intelligi *Veniat di.*Q. Sicut eum ſemper diligimus, ei & ſeruire curamus: ſic ipſe in tentationibus non ſinat nos vſque ad defectum concuti, ſed iam reddet nobis mercedem piæ deuotionis.

1.Cor.10,c

b *Veni in hor.* Sponſus deſiderio eccleſiæ reſpondens, eadem quæ petebantur, ſe iam feciſſe teſtatur: vnde extranei multum in amorem ipſius poſſunt accendi.

c *Veni.* errantes corrigendo, infirmos ſubleuando, bona agentes confirmando, maturos mecum in requie collocando.

✠ THEODORETVS. *Veni*, inquit, *in hortum meum*, quem tu mihi adornaſti, & collegi primum myrrham meam id eſt, quam ego in te plantaui. Primus enim ego pro te mortẽ oppetij. Deinde tu ita mecum cõmori atque vnà ſepeliri concupiſti. Conſepulta enim es mihi per baptiſma in morte, & mortificaſti membra tua, quæ ſunt ſuper terram. Collegi ergo *myrrham meam cum aromatibus meis*, & reliquarum virtutum, inquit, quas à me didiciſti, fructum percepi. *Comedi* præterea *panem meum cum melle tuo*: ſolidum & dulcem cibum, qui apud perfectos inuenitur. *Bibi vinum meum* Iure addidit pronomen *meum*, Ipſe enim eſt vitis vera ex qua vinum hoc profectum eſt. *Bibi vinum meum cum lacte tuo*, Nam ne infantes quidem, ac veluti vbera ſugentes & lactentes excludit: ſed ab illis etiam, ætati eorum congruentem fructum capit, cumque bonus ſit amicos etiam ad conuiuium inuitat.

F

CAP. V.

a ¶ Qui me plantauit, amplius irriget.
¶ Qui me in fundamento fidei, ſpei & charitatis collocauit.
a VEniãt dilectus meus in hortum ſuum,
a ¶ Gratanter accipiat & aſpiciat. b ¶ Sanctorum.
vt comedat fructum pomorum ✝ ſuorum. 1
b Veni in hortum meum ſoror mea 2
c a ¶ Martyres amara paſſos, vel etiam omnes, qui carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifixerunt.
d ſponſa: meſſui myrrhãm meam cum

✝electorũ

d *Meſſui*. quadam falcæ mortis ab hac vita præcidi, & in cellaria beatitudinis perduxi.

☞ Comedi

NICOLAVS DE LIRA.
*CAP. V.*

VEniat dile. meus. *Poſtquam deſcripſit Salomon amorem ſponſi & ſponſæ, prout reſpicit ingreſſum terræ: hic conſequenter idem deſcribit prout reſpicit tempus ipſius poſſeſſæ. Et diuiditur in partes, quia primo facit hoc ſecundum tempora Ioſue & Iudi. ſecundo ſecundum tempora à Dauid vſque ad Chriſtum, ca. ſequenti. Circa primum ſciendum, quod populus Iſrael illis temporibus aliquando fuit in proſperis aliquando in aduerſis: & ideo primo tanguntur proſpera; ſecundo aduerſa, ibi,* Ego dormio. *Circa primum dicit ſponſa,*

Vt

1 Vt come. fru. po. *i. vt comedere me faciat fructus terræ mihi datę in pace; eo modo loquẽdi quo dixit dominus Abrahæ, Gen. xxij. c.* Nunc cognoui quod timeas dominum. *i. cognoſcere feci: vel quia actus & paſſiones fidelium in ſcriptura aliquando attribuuntur ipſi Deo, Act. ix. a.* Saule Saule, quid me perſequeris? *id eſt fideles meos: & ita comeſtio fructuum terræ attribuitur ipſi Deo quia populus eius comedit, quando cum Ioſue terram intrauit, Ioſue. v. c.* Comederunt de fructibus terræ, defecitque manna, *& quia hoc fuit ex dono Dei, ideo ſubditur in perſona ſponſi,*

2 Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, *Habitando ibi in bonorum abundantia: ideo ſubditur,*

3 Meſſui myrrham meam, *id eſt præparauit tibi terra bona.*

Comedi.

A a *Comedi fauum*. Per *fauum*, qui in ſcripturis dulcedinem ſpiritualis intelligentię quærunt, & alijs dilucidant; per *mel*, qui epulas diuini verbi ſibi appoſitas libenter guſtant, & his inſatiabiliter veſci deſiderant; per *vinum*, fortes cæleſtiũ prædicatores; per *lac*, infirmi adhuc auditores, qui licet diuerſis ſtudiorum modis diſcrepẽt, vna tamen ſupernæ retributionis ſpe communes, ſupernus arbiter approbat.

b *Comedite amici*. Non ſolùm ipſe pijs electorum actibus delectatur: ſed etiam hortatur fideles ad congaudendum ſuper tali conuiuio, vt B amplius inter ſe mutuam dilectionis curam exhibeãt, & minores quod in maiorib9 viderint, memoriter imitari ſatagãt. Moraliter.

c *Inebriamini char.* G R E G. Poſt potum gaudij, ipſas virtutes bonorum retractando, torporem mentis diſcutite, & ad amorem æternorum accenſi, temporales pœnas non ſentiatis; ſicut ebrius, qui obliuiſcitur omnium temporalium; Comedit, nec ſatiatur: qui epulas ſcripturarum didicit, iuſtorum exem- C pla nouit, nec tamen vitam correxit; bibit, & non inebriatur, qui præcepta vitæ lætabundus audit, ſed ad implenda piger remanet.

d *Ego dor.* Eccleſia Gentilium multipliciter commendata ne ſecura prædicationem dimittat, & ſoli contemplationi intendat, iniungitur ei de aliorum confirmatione. Et hîc agit de illa ſucceſſione eccleſiæ, quæ eſt in hoc præſenti ſeculo, ab illo ſcilicet tempore, quo plenitudo gentium intrauerat vſque ad finem mundi, quando Iudæi intrabunt; & hîc non videtur mitti ad omnimo infideles, ſed potius ad eos exhortandos, qui ſunt tepidi in eccleſia, & dicit itaque ipſa eccleſia: *ego dormio.*

e *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Surge ab otio & quiete contemplationis, & aperi corda, vt remotis vitiorum obſtaculis lucem veritatis perſpicuè admittant. De ſanguine meo, *ſoror mea*, acceſſu meo *proxima mea*, de ſpiritu meo *columba mea*; de ſermone meo quam plenius ex otio didiciſti, *perfecta mea.*

f *Caput meum.* id eſt fides mea, & amor mei in cordibus eorum excæcatis amore terrenorum refrixit, & quaſi prorſus defecit.

g *Cincinni mei.* id eſt amor proximorum, qui ſunt mei capilli D capiti adhærentes: *ſunt pleni guttis noctium*, id eſt patiuntur graue frigus perſecutionis tenebroſorum, id eſt eorum qui & erga me ſunt infideles, & proximos perſequuntur; & cauſa horum corrigendorum oportet te dulcedinem cõtemplationis* interponere. * interpolare

h *Expoliaui me.* Eccleſia non inobediens de iniuncto officio, ſed metuens in aſſumẽda fratrum cura, ne corruat in peccata, ſine quibus non tranſigitur, hæc vita, reſpõdet: *Expoliaui me*. Quomodo fieri poteſt, vt de culmine contemplatio- E nis egrediens, rurſus mundi ſordibus polluar, quia recepta ſolicitudine temporalium ſubſidiorum, quamlibet eximius doctor, difficilè vitat peccatum. G R E G. Qui ad ſolicitudinem regendarum animarum ſe accingit, reſtat vt quibus æterna prædicat, ad prouidenda quoque eis temporalium neceſſitatum ſubſidia inuigilet.

a ¶ Cum illis omnib. qui fama bonorum ſunt operum inſignes.
b ¶ Id eſt refeci me illis; vel labore attritos mihi comparaui.
a arômatibus meis. Cômedi fauum cum melle meo: bibi vinum 1
a ¶ Delectamini. b ¶ Faciendo præcepta mĕa. c ¶ Integra charitate me amplectendo. 2
b c meum cum lacte meo. Cômedite ămici, & bibite, & inebriã- 3
a ¶ Exterius ceſſo. ¶ Ceſſante perſecutione, quieti & contemplationi vaco. b ¶ Sed
c ¶ Intentionis & orationis oculis, ne tempore quietis per blanditias fallatur & prouidet & laborat.
d ¶ Id eſt aſpiratio.
d mini chariſſimi. Egô dormio, ĕt cŏr meum vigilat. Vŏx dile- 4 5
a ¶ Ad quod ratio me ducit, id etiam ſponſum velle intelligo. ¶ Iam non ſolum moueri eos vt prius, 6
ſed etiam conſtringi volentis. b ¶ Prædica me. c ¶ Ponit cauſas. ¶ Quia cohæres Chriſti.
d ¶ Quia iugum ſeruitutis egreſſa arcanorum meorum es conſcia. e ¶ Quia ſpiritus mei donis illuſtrata, non inuida.
e cti mei pŭlſantis. Apĕri mihi ſorŏr mea, ămica mea, colŭmba 7 8
a ¶ Quia ſegregata à negotioſis actibus, diuinis es ſublimata aſpectibus. b ¶ Id eſt comæ: vel, ego caput, id eſt, quoddam ex membris meis. c ¶ Id eſt vitijs, quæ pro tenebris ignorantiæ non ſen- 9
tiuntur, vel frigido torpore. d ¶ Id eſt magnis inter ſe vitijs impliciti, & qui ſunt capilli ſpecie ſed ad illicita diſtorti.
f mea, immaculăta mea: quia căput meum plenum eſt rŏre, ĕt 10
a ¶ Id eſt prauis ſententijs quas per ignorantiam contrahunt; vel illis, que mala eſſe ſciunt, ſed obſcurati non refugiunt. b ¶ Id eſt prorſus exiui. c ¶ Impedimento ſeculari
d ¶ Quaſi induar quidem, ſed quomodo; certe graue eſt. 11
g h cincinni mei gŭttis noctium. Expŏliaui me tŭnica mea: quŏ- 12
a ¶ Id eſt cogitationes, quibus aliquando terram tangere ſolebam, ſecretis fletibus compunctionis ablui, vt intrare mererer in cęleſtem patriam.
modo induar illa? Laui pĕdes meos, quomodo inquinabo il- 13 14
i a ¶ Faciendum tamen eſt, quia dilectus. b ¶ Inuiſibiliter inſpirando.
k c ¶ Id eſt rimulam reſipiſcenti apertam licet tenuem. 15
l los? Dilĕctus meus miſit mănum ſuam per forămen, & venter 16

i *Dilectus meus.* Eccleſia timente caſum, quia dominus amorem erga ſe noſtrum, in proximorum maximo amore vult cognoſci, apte ſubditur: *Dilectus meus*. quaſi, pertimeſco quidem ſeculi F conuerſationem: ſed intelligo, quod charitas operit multitudinem peccatorum; & confido in dilecti mei auxilio, à quo iam ſunt compuncta corda eorum.

k *Manum ſuam.* Operantem compunctionem, vel, ad memoriam noſtram reduxit operationem, quam operatus eſt in nobis, quia nullius egens, de ſinu patris egrediens, in terra pro nobis conuerſari voluit, *Manum ſuam* mittit, cum virtute ſua animum per ſubtilem intellectum pulſat.

l *Et venter.* Poteſt per ventrem intelligi mollities & fragilitas illorum, qui prædicationis officium ſuſcipiunt, quia ſe minus idoneos recognoſcunt, & timent. *Venter.* Id eſt molles & fluxa pars inter nos; vel, ventris nomine cor deſignatur, qui ſicut cibi in ventre, ita cogitationes in corde excoquuntur. Cor contremiſcit, ſi facere recuſat pro proximis, quod Deus fecit pro inimicis. Et venter intremiſcit, quia infirmitas gaudens de cæleſti intellectu in ſua exultatione turbatur, & timet ne perdat, quod tenere neſcit.

Cincinni ☞ *Surrexi*,

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Comedi. *exponatur, vt dictum eſt.*

2 Fauum cum melle meo, *Per hoc deſignatur abundantia mellis, vini, & lactis in terra illa: propter quod ſubditur,*

3 Comedite amici. *Id eſt, quandiu adhærebitis mihi per amicitiam, & latriam, habebitis omnium bonorum abundantiam: & hoc patet ex decurſu veteris teſtamenti.*

4 Ego dormio. *Hic conſequenter ponuntur aduerſa: populus enim Iſrael ex abundantia bonorum temporalium declinauit ad idololatriã, ſicut prędixerat Moyſes Deut. xxxij. b.* Incraſſatus eſt dilectus meus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, & dilatatus; dereliquit Deum factorem ſuum, &c. *& ideo dominus poſt multam ſufferentiam inflixit debitam pœnam: vt ſic pœna docente reduceretur ad pœnitentiam; propter quod ſic proceditur, quia primò ponitur culpa: ſecundò pœna, ibi,* Dilectus meus; *tertiò pœnitentia, ibi,* Surrexi. *Circa primum dicitur in perſona domini,* Ego dormio, *id eſt, peccata ad tempus diſſimulo: vnde communiter dicitur ab hominibus Deum dormire, quando peſſimos homines differt punire;*

5 Et cor meum vi. *id eſt preuideo tempus debitum punitionis: & ſubditur in perſona ſponſæ adulterantis à ſponſo reuocatæ,*

6 Vox di. mei. *Per prophetas ſuos & doctores,*

7 Pulſantis, *me ad pœnitentiam:*

8 Aperi mihi, *per conſenſum boni.*

Soror

9 Soror mea amica mea, *tempore ſcilicet præterito tuæ innocentiæ.*

10 Quia ca. meum plenum rore. *Per* rorem *intelligitur parua pluuia, per* guttas noctium, *magna. Ros enim, et pluuia differũt ſecundum paucitatem, & multiplicitatem materiæ, j. Meteo. Et loquitur hic Deus ſecundum modum ſponſi reconciliationem ſuę ſponſę deſiderantis: & non retardatur ad hoc importunitate temporis. Et ſubditur reſponſio ſponſæ malæ, reconciliationem recuſantis, cùm dicitur,*

11 Expoliaui me tunica, *id eſt dimiſi cultum diuinum conſuetum; iam diu eſt; ſicut patet in proceſſu libri Iudi. Modus enim viuendi conſuetus alicuius vulgariter dicitur tunica eius.*

12 Quomodo induar illa. *quia per admonitiones prophetarum nolebat populus reuerti ad cultum diuinum.*

13 Laui pedes meos. *Hoc dicitur ſecundum ęſtimationem idololatrantis populi, qui cultum Dei reputabat immundum, & cultum idoli mundum. Et ſic exponit Rab. Sa.*

14 Dilectus meus. *quia per culpæ diſſimulationem Deus adhibet pœnam: ideo dicit ſponſa,* Dilectus meus miſit manum ſuam, *id eſt manum ſuę iuſtitię ad puniendum me.*

15 Per foramen. *Proſequitur parabolam ſponſi irati contra ſponſam apertionem oſtij ſibi denegantem, qui per feneſtram, vel aliquam aperturam infert baculum ad percutiendum eam.*

16 Et venter meus intre. *quia populus à Deo percuſſus concipiebat timorem eius, vt patet ex libro Iudicum in pluribus locis.*

 1 Surrexi

A a *Surrexi, vt aperirem.* Surrexi à dormitione ad laborem: quia neceſſe eſt vt qui veritatem prædicare diſponit, prius ad agenda ea, quæ prædicat aſſurgat, ne alijs prædicans ipſe reprobus efficiatur; cui ſubiuncta verba conueniunt, *Manus meę diſtil. etc.* 1.Cor 9.d.

b *Et digiti mei pleni ſunt myrrha.* Digiti id eſt diſcretio, vt ſolo cōtuitu ſupernæ retributionis, non pro humano commodo oſtendantur operari. Sicut enim in manu ſunt diſcreti digiti: ſic in operibus oportet diſcretionē adhiberi, alioquin non valent.

D ✠ Rvpertvs. *Peſſulum*, inquit *oſtij mei*, id eſt, clauſuram oris mei. Quid namque per peſſulum, niſi ſilentij figuratur firmamentum. Peſſulum ergo oſtij dilecto meo aperitur, quum indictum ori ſilentium propter Chriſtum reſoluitur, vt audientes ædificentur. Et quàm pulcher, quàm rationabilis, & diſciplinatus ordo loquendi!

a ¶ Pertimeſcebat commiſſa ſua te inſpirante. b ¶ Et quia fretus eius auxilio ſur. c ¶ Prædicando verbum Dei.

a meus † intremuit ad tactum eius. Surrexi, vt aperirem dilecto 1

¶ Et vt aperire poſſem. a ¶ Operationes. b ¶ Alijs circunquaque expreſſerunt. c ¶ Exemplum amara patiendi.

meo. Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei † ple- 2

a ¶ Quæ imputribiles facit. b ¶ Quia actus & intentio placent.

b ni ſunt myrrha probatiſſima. Peſſulum oſtij mei aperui dile- 3

a ¶ Dum aperirem, Illapſus erat in corda illorum. b ¶ Quia Deus nulli ad plenum patet, ſed incomprehenſibilis ſenſus omnium excedit.

c d cto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea 4

a ¶ Prius conſtricta & congelata frigore infidelitatis: contacta vero ſole, ad compunctionem reſoluitur. 5 b ¶ Intimauit ſe mihi, & voluntatem ſuam mihi innotuit. c ¶ Inueſtigaui perfectam de eo cognitionem. d ¶ Quia nemo in corpore plene poteſt noſcere.

e † liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Quæſiui, et non inueni 6

a ¶ Otaui intentione deſiderij, & bona opera feci. b ¶ Non indicauit ſe mihi, quia corruptio mea prohibebat. c ¶ Ne deſperatio lædat, conſolationem accipit & amplius quærit. d ¶ Quærentem e ¶ Curioſè vigilantes

illum: vocaui, et non reſpondit mihi. Inuenerūt me cuſtodes, 7

a ¶ Ex officio. b ¶ Ne quis procul à ſignis recedat c ¶ Magis conpunxerunt me ad querendum. d ¶ Quia quicquid in ea terreni remanſiſſe deprehendunt, extinguunt, eamque velut inſenſibilem ad quęque infirma reddunt.

qui circumierunt ciuitatem. Percuſſerunt me, & vulneraue- 8

a ¶ Velamen ignorantiæ, quæ erat de veteri conuerſatione. ¶ Idem eſt hic pallium, quod ſuperius tunica. b ¶ Superiores doctores, etiam alios, qui muri ſunt, cuſtodientes.

runt me: tulerunt pallium † meum mihi cuſtodes murorum.
9

Marginal notes: † contremuit. † defluxerunt myrrha ad peſſulum † egreſſa eſt † meum quod erat ſuper me.

B ✠ Rvpertvs. *Surrexi vt aperirē dilecto meo*, operā dedi vt cum Apoſtolis Chriſti, vtique dilecti mei, dictis & factis proficerem currenti euangelio. Nā hoc eſt quod dico, *Manus meę ſtillauerūt myrrham optimam et digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Oportebat nāque vt maximè relictis credentium, atque Apoſtolicam vitam imitantium viduis manifeſtū darem exemplum omnis mortificationis vitiorum normámq; in propatulo mox venturo, nouumque eatenus inauditum exemplum ſuſcepturis ſanctæ virginitatis propoſitum. Hæc myrrha vtique probatiſſima, id eſt, pretioſiſſima eſt. Cæterùm carnem mortificare, non propter Deum, neque propter ædificationem videntium, ſed propter gloriam propriam capiendam ex ore lau-C dantium, hoc quidem eſt manibus ſtillare myrrham, ſed non probatam; imo nec ibi ſunt digiti, qui dicātur myrrha pleni, quia non eſt in tali opere virtus diſcretionis, quæ per digitorū diſtinctionem ſolet intelligi.

c *Peſſulum oſtij.* Cauſam peccati, id eſt incredulitatem, & quālibet aliam: quia vt peſſulum, oſtium; ſic cauſa detinet peccatum, qua remota remouetur, & ſublato peccato patet via Chriſto. Dixerat, quia dilectus manu miſſa per foramen ſe tetigerit, ac tremore concuſſerit: cuius tactu vehementer inflammata, cupit iam non per anguſtiam foraminis eius manu cotingi, ſed patefacta cordis ianua feliciſſimo eius amplexu perfrui, id eſt ſuauitate diuinæ illuſtrationis, quam raptim ſenſerat, plenius ſatiari; ſed quia nulli electorum in hac vita conceditur perfecta viſio æternorum, quæ in alia vita reſeruatur; ſubditur rectè, *At ille declinauerat.*

Rvper-

Priùs myrrha ſtillat de manibus, & digiti myrrha probatiſſima pleni monſtrantur: deinde peſſulus oſtij dilecto aperitur; id eſt, priùs vita laudabilis in exēplum pręparatur, & deinde doctrina, fidem quærens audiētium, palàm profertur. Hinc de ipſo dilecto ſcriptum eſt quia *incepit facere & docere.* Act. E

d *Anima mea.* Ecce iam tertius gradus: primitiua fuit ex Iudæis conuerſa; per quam, & poſt quā, hęc Gentilis, de qua hactenus actum eſt; quæ Gentilis vt diximus, hanc tertiam inſtituit, de qua modo exequitur: quæ vſq; ad nouiſſimam intrationem reliquiarum Iſrael durabit ſucceſſu prælatorum & ſubditorum. Tranſit quidem, ſed tamen locutus eſt mihi mandata ſua relinquens, vt patienter eum expectarem: & poſtquam locutus eſt, *Anima mea liquefacta eſt.*

e *Quæſiui & non inueni illum: vocaui, & non re. mihi.* Vox eiuſdem eccleſię, quæ aperuit, ſecundum illos quos aperuit: quæ prius erat venter vel vox ipſorum. F

*Tulerunt pal.* Greg. Pallium tollunt prædicatores, quando, ſi quid pompæ ſecularis reſiduum erat, ab anima auferunt, vel, ſi quod peccatum per ignorantiam inerat, detegunt. In cant. Ibid.

*Percuſſerunt me & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum.* ✠ Greg. Cuſtodes percutiunt ſponſam & vulnerant: quia prædicatores ſancti dum cœleſtia loquuntur amantem animam afficiunt & maiori amore ſagittant, &c. Ibid.

✠ Beda. Tollunt autem pallium ſuum ſponſę percuſſæ & vulneratæ cuſtodes murorum: cùm Apoſtoli vel Apoſtolici viri animæ cuilibet diuino amore attactæ, retinacula tranſeuntium rerum auferunt, vt infimis expedita curis, liberiori curſu faciem ſui conditoris requirat. Pallium namque idem quod ſuprà tunica; vbi ait, *Expoliaui me tunica mea*, rerum terreſtrium implicamenta deſignans.

Adiuro

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Surrexi, vt aperirem dilecto meo. *Hic conſequenter pœna decente ſubditur pœnitentia. Et diuiditur in duas partes, quia primo per pœnitentiam quęritur ſponſi reconciliatio: ſecundo ponitur pulchritudinis eius deſcriptio, ibi,* Qualis eſt. *Circa primum dicit ſponſa,* Surrexi, vt aperirem dilecto meo, *quęrens ei reconciliari, & ſic à pœna liberari.*

2 Manus meæ diſtillauerunt myrrham, digiti mei pleni ſunt. *id eſt, applicaui me ad opera pœnitentię, quæ deſignantur per amaritudinem myrrhę.*

3 Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo, *Peſſulum, eſt oſtiolum in magna porta. & per hoc deſignatur, quòd pœnitentia in principio eſt imperfecta; propter quod ſubditur,*

4 At ille declinauerat, atque tranſierat: *quia non ſtatim ad clamorem populi liberabat eum à pœna, Et quia ex hoc augebatur afflictio, ideo ſubditur,*

5 Anima mea liquefacta eſt, *Sicut ſagimē in patella: vnde de homine dimiſſo in afflictione dicitur vulgariter, quòd frigitur in ſanguine ſuo.*

6 Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit, *Quia, ſicut dictum eſt, Deus non ſtatim liberabat populum, ſed dimittebat eum affligi ab aduerſarjs, vt à Philiſthæis, Moabitis. et cæteris gētibus circa terram Iudæę exiſtentibus, vt patet ex decurſu lib. Iudi. & j. Regum. ideo ſubditur:*

7 Inuene. me cuſtodes qui circumierunt. *id eſt principes gentium in circumitu Iudęa exiſtentium, quæ nominatur hic ciuitas à Ieruſalem metropoli Iudæę.*

8 Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, *nocumentum inferendo perſonis.*

9 Tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. *ſpoliando me bonis meis: & quia populus communis propter peccatum idololatriæ non erat dignus exaudiri, ideo conuertit ſponſa ad perſonas mundas ab idololatria; quia ſemper in populo Iſrael fuerunt aliqua perſonæ tales, quantuncunque populus communis, vel etiam principes ad idololatriam declinarent: vnde. iij. Regum xix. d. dicit dominus ad Eliam,* Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem milia virorum, quorum genua non ſunt curuata ante Baal. *Et quia preces talium ſunt exaudibiles, ideo dicit,*

Adiuro

☞ a *Adiuro vos filię Ieruſalem, ſi inuene.* Adoleſcentulæ iam ad aliquam cognitionem promotæ, ad famulos Dei, quos angelicam in terris vitam agere credunt, deuote veniunt, & eos exorant, vt in tempore ſuę orationis domino ſe commendent. Vos filiæ Ieruſalem ſupernorum ſpirituum, qui iam cum Deo regnant. Vel, per filias Ieruſalem poſſumus accipere etiam inferiores in eccleſia, quos etiam admonent ſuperiores, vt ſecum quærant: quia quod à pluribus quæritur, quandoque citius reperitur, & vt vbique charitas dilectionis oſtendatur.

A

† Supr. 2. b & 3. b & infrà. 8. a.

† præ dilectis aliis.

B

† præ dilectis aliis.

† inſignis præ decem milibus.

† obrizum.

† Cincinni eius criſpi.

† 56. diſt. c. qui Eccleſiaſticis.

b *Qualis eſt dilectus.* Hæc ſponſa recolens intima conſcientiæ, expaueſcit, & pigritiam ſuam accuſans ex humilitate ad laborem feſtinat dicēs: Obſecrò, quia ſic adiuraſti nos feruore diuinæ charitatis, quam habes, me quoque fac ardere, & ſalutari admonitione in eius amore me confirmes. Apta & præconia virtutum ac potentiæ eius congrua laude decantans, denuo interrogatur, in qualium mentibus eius ſoleāt veſtigia reperiri.

a ¶ Euenit quandoque, vt qui nuper quęrere incepit, citius inueniat, quàm ille, qui dudum quærere inceperat.

a † Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, 1

a ¶ Intimetis cum acceſſu veſtræ orationis, vt & mihi det gratiam ſuæ inuentionis. 2

b ¶ Præ amoris magnitudine omnia temporalia ſunt mihi faſtidio.

c ¶ Dicunt adiuratæ. ¶ Scimus quia magnus eſt ſecundum naturam, qua eſt genitus ex patre. d ¶ Filius. 3

4

b vt nuntietis ei, quia amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus 5

a ¶ Patre. ¶ Id eſt ex ea parte magis debet diligi, quam timeri 6

b ¶ Pulchritudo tua oſtendit eum pulchrum eſſe: à quo tu pulchra es.

¶ Inter omnes ſectas tua fides pręceſſit. c ¶ Secundum humanitatem, qua non eſt ex dilecto.

† ex dilecto ô pulcherrima mulierum? Qualis eſt dilectus 7 8

a ¶ Deuotio tuę adiurationis oſtendit eum eſſe magnum, quem mones inquiri.

c b ¶ Vt eum quæramus c ¶ Talis eſt. 9

¶ Chriſtus ex ſola dilectione paſſus, alij ex merito.

tuus † ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? Dilectus meus can- 10

d a ¶ Quia peccatum non fecit. b ¶ Quia in ſanguine ſuo lauit peccatores.

e c ¶ Id eſt ipſe, qui eſt caput corporis eccleſię, diuina ſapientia plenum.

f didus & rubicundus, † electus ex milibus. Caput eius aurum 11

a ¶ Splendidum. b ¶ Capiti eius adhęrentes. c ¶ Rectitudine & victoria. 12

† optimum. † Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigrę quaſi 13

a ¶ Eum intuentes, & per quos eum alij intuentur. b ¶ Innixę.

c ¶ Scripturas diuino munere fluentes in morem aquę, vel minores quidem. 14

g coruus. † Oculi eius ſicut columbę ſuper riuulos aquarum, 15 16

c *Dilectus meus candidus & rub.* Condigna quærentibus à parte ſponſæ reſponſio. *Dilectus meus.* Primo, mundus & ſanctus venit in mundum, poſtmodum paſſione cruentus exiuit de mundo. Per *candidum*, amorem diuinitatis: Per *rubicundum*, carnem paſſam accipe, vt Deum & hominem notet, & in vtroque *electus*.

C

1. Tim. 2. h

d *Electus ex milibus.* Quia vnus mediator de omni numero angelorum, vel hominum acceptus: vnde dicitur, *Hic eſt filius meus dilectus, &c.* Quia non eſt *inuentus alius, neque in cęlo, neque in terra qui acciperet librum.*

Matt. 3. d. Apoc. 5. a.

e *Caput eius aurum optimum.* Alia tranſlatio: *Crines eius abietes.* Abies, Grecè ἐλατη vocatur. Vnde hic elate, non Latinum ſed Græcum videtur. Vel caput, id eſt diuinitas, quia *caput Chriſti Deus.*

1. Co. 11. a.

f *Comæ eius.* id eſt, cogitationes eius ſanctæ & rectæ, & tamen ſtultis deſpicabiles.

*Nigræ quaſi coruus.* Deſpicabiles mundo, quaſi illa clamoſa & improba auis. Vel, *quaſi coruus*, vt nulli ſacramenta eccleſię committant, donec ſibi, vel matri ſimilari videant, vel, quia cum pulchri ſunt, ſe fuiſſe nigros intelligunt ex natura ſua.

D

g *Oculi eius ſicut colum.* Solent columbæ iuxta fluenta aquarum reſidere, vt volantium auium in aqua vmbram videant, & ſic vngues vitent: Sic ſācti in ſcripturis fraudes dæmonum proſpiciunt, & ex deceptione, quam attendunt, quaſi ex vmbra hoſtem cognoſcunt, & fugiunt, quæ fluēta pleniſſima dicuntur, quia de quibuſcunque in ſcriptura conſilium quæritur, per illam ad plenum inuenitur. Poteſt in riuulis, veteris legis eruditio: in fluentis, euangelica perfectio intelligi: quia prædicatores & noua & vetera proferunt.

Greg. in expoſit. cātic.

E

*Oculi eius.* id eſt, dona ſancti ſpiritus, quæ ipſe dat, quæ amatores ſuos, non in cœno more porcorum volui permittunt, ſed in ſimilitudine aquarum claros, & perſpicuos reddunt, nil tenebroſum habentes. Vnde & riuulis & mundis aquis, non ſtagnis turbulentis comparantur, quia Deum vident, & diuinorum chariſmatum luce replentur. Quæ chariſmata, quia ſola gratia dantur, ſubditur.

F

*Quę lacte lotæ ſunt.* quia ſicut mater ſola naturali dilectione lac filiis miniſtrat, ſic Deus ſola gratia dona chariſmatum filiis donat, Quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima aquarum: quia quanto de Deo clarius vident, tanto magis ad altiora cognoſcendā intendunt.

*Genę* id eſt modeſtia & pietas ſaluatoris, quæ in illo ſingulariter refulſit.

*Quæ ſunt ſicut areolę.* quemadmodum ordinatæ ſunt areolæ ab hominibus expectantibus odoris ſuauitatem & aſpectus gratiam, ita mediator in carne apparens, doctrinæ modeſtia & dulcedinē delectabat præſentes, attrahebat abſentes, *conſitę à pigmentariis.* hoc eſt Apoſtolis & prophetis, qui concordi voce, non ſolum eius ſermones, ſed etiam mores ſacris paginis deſcripſere, in futura eius arcana incarnatione, ex modeſtia Lazarum fleuit, ſicut agnus obmutuit, & talia,

Ioan 11. e. Eſa. 53. c.

☞ *Labia.*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 A diuro vos, *id eſt, perſonæ deuotæ de Iſrael. Nec eſt contra illud, quod dictum eſt ſuprà j. cap. quod filiæ Ieruſalem ſignificant fragiles populi, quia tam perfectæ perſonę, quam imperfectæ ſunt de eodem populo. ſed ſuprà.j. cap. imperfectę, dicuntur* filię Ieruſalem *propter fragilitatem ſexus: hic autem perfectæ eodem nomine nominantur ratione deuotionis, de qua fit hic mentio, quę magis vigere ſolet in mulieribus, ſecundum illud quod canit eccleſia:* Intercede pro deuoto fœmineo ſexu. *Idem enim nomen in ſacra ſcriptura ex diuerſis proprietatibus non ſolū accipitur pro diuerſis, ſed etiam aliquando pro contrarijs. Sicut Deus, leo dicitur, ratione magnanimitatis. Apoc.v.b.* Vicit leo de tribu Iuda: *Et diabolus, ratione rapacitatis. j. Pet.v.* Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, &c. *Dicit igitur.* Adiuro vos, *id eſt, per rem ſacram deprecor,*

2 Filiæ Ieruſalem. *id eſt, deuotę perſonæ.*

3 Si inueneritis dilectum meum, *vobis gratioſum in orationibus veſtris.*

4 Vt nuntietis ei. *pro me deprecando.*

5 Quia amore langueo, *id eſt, reconciliari ſibi deſidero.*

6 Qualis eſt dilectus tuus. *Hic conſequenter ponitur ſponſi deſcriptio. Et diuiditur in duas partes: quia primo circa hoc mouetur quæſtio, ſecundo ponitur reſponſio ibi,* Dilectus meus. *Circa primum ſciendum, quod ſicut populus peccator recurrebat ad deuotos populi ad habendum orationis ſuffragium, ita econuerſo deuoti inducebant populum ad cognitionem Dei, & ad eius verum cultum: ideo in perſona eorum dicitur,* Qualis eſt dilectus tuus. *id eſt, vtinam attenderes quantum eſt amabilis & bonus.*

7 Ex dilecto. *id eſt, prę omnibus diligendus. Vel, hoc dicitur ad denotandum proceſſionem diuinarum perſonarum: quia filius procedit à patre, ſicut dilectus ex dilecto, & ſpiritusſanctus ab ambobus, vt amor mutuus vtriuſque.*

8 O pulcherrima mulierum, *id eſt, aliarum gentium pro tempore deſponſationis tuæ in ſuſceptione legis diuinæ, vt dictum eſt ſuprà.*

9 Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem excitationem.*

10 Dilectus meus candidus, & rubicundus. *Hic ponitur ſponſæ reſponſio, confitendo Dei pulchritudinem & bonitatem,* quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem, *Rom. x. b. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur ſponſi deſcriptio. Secundo ex hoc oritur quęſtio, ibi,* Quò abiit. *Circa primum deſcribitur ſpōſus ſub parabola iuuenis fortis, & gratioſi: propter quod primo parabola ponetur, ſecundo exponetur. Circa primum dicitur.* Dilectus meus candidus, & rubicundus, *id eſt, in colore gratioſus.*

11 Electus ex milibus, *Id eſt, in multis milibus non inueniretur vnus talis.*

12 Caput eius aurum optimum, *id eſt, ornatum corona aurea.*

13 Comæ eius ſicut elatæ pal. *frondes habentes denſitatem foliorum: & per hoc intelligitur multitudo capillorum.*

14 Nigræ quaſi coruus. *Nigredo capillorum atteſtatur fortitudini & iuuentuti, & quia hic ponitur metaphora iuuenis fortis, dicuntur comæ eius nigrę. Dan.vij. vbi deſcribitur Deus ſub parabola iudicis, in quo decens eſt ſenectus & canicies. dicitur de eo,* Antiquus ſedit dierū *& ſubditur,* Capilli eius tanquam lana munda. *id eſt, alba.*

15 Oculi eius ſicut columbæ, *id eſt, habens aſpectum ſimplicem & honeſtum.*

16 Super riuulos aquarum, *ad ſe lauandum, ne appareat in eis aliquid immundum.*

a ¶ In primis tenera doctrina, vel dulciſſima gratia mundatæ. b ¶ Firmiter. c ¶ Altiores ſcripturas, ſicut euangelium.
quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. 1
a ¶ Pudibundi prælati, quos pudet audire turpia, nedum facere. b ¶ Multarum germine virtutum. c ¶ Apoſtolis, vel quibuslibet præcedentibus patribus.
Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis. 2 3
a ¶ Prolocutores. b ¶ Verbo & exemplo. c ¶ Exemplum perfectæ amaricationis ſuæ. d ¶ Quarum officium eſt tantum bene operari.
Labia eius lilia diſtillantia myrrham † primam. Manus illius 4
a ¶ In nullo reprehenſibiles. b ¶ Sola ſpe & deſiderio cæleſtium laborantes. 5
c ¶ Pro aereo colore, vel æthereo. d ¶ Etiam illi, qui vtuntur carnalibus, & vxoribus, non contra Deum. e ¶ Candore, vel duritia, vel frigiditate.
† tornatiles, aureæ, plenæ hiacynthis. Venter eius † eburneus, 6
a ¶ Quia mundo quidem vtuntur, ſed tamen cęleſtia non obliuiſcuntur. 7
b ¶ Id eſt inferiores in ſequentibus temporibus, vt crura inferior pars. 8
c ¶ Fortes & ſuſtentantes, vel Apoſtoli, qui eum mundum tulerunt.
diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreę, quæ 9
a ¶ Super fidem patriarcharum & Apoſtolorum. b ¶ Id eſt omnia membra. ¶ Quid per ſingula? c ¶ Quia per eum omnes dealbantur d ¶ Electior eſt inter ſpecioſos.
fundatæ ſunt ſuper baſes † aureas. † Species eius vt libani, ele- 10 11
a ¶ Altitudine, imputribilitate, & odore. b ¶ Id eſt, ipſa doctrina eorum. 12
c ¶ Quia ſpiritu iuuantur ad implendum. d ¶ Ita. e ¶ In ſingulis membris. ¶ Dignus quęri.
ctus vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimum, et totus deſiderabilis. 13 14

a *Labia eius lilia diſtillantia myr.* Verba doctrinæ eius *lilia* quæ
A claritatem regni cæleſtis promittunt, grauia patientibus, *primam myrrham*, quia contemptum voluptatum prædicant.

b *Manus illius tor.* id eſt opera Chriſti: quæ enim verbo docuit, opere compleuit, vt de doctrina ſua mirantes, operibus confirmaret. *Tornatiles*, quia in promptu habet facere quod vult, ſicut tornatura cæteris eſt promptior artibus: & quia in ſe omnem iuſtitię regulam tenet, vnde dicitur, *Oportet in me impleri omnem iuſti-* Matt.3.d.
B *tiam.*

c *Aureæ plenæ hiacynthis.* Quia virtutes quas in homine geſſit, diuinitatis gratia perfecit: quæ nos ad ſpem & ad amorem cæleſtium excitant. Hiacynthus enim aërei coloris eſt.

† vt annuli aurei pleni hiacynthis.

† auri obrizi.

d *Venter eius ebur.* id eſt fragilitas humanitatis: *eburneus* pro decore caſtitatis, quia ab omni peccato immunis, *Diſtinctus*, ſcilicet, non totus eburneus, nec totus ſapphirinus, Sapphirus ſublimitatem cæleſtium ſignificat. *Diſtinctus* ergo, quia partim humana fragilitas eſurie, tentatione, fatigatione, morte, partim diuina celſitudo, miraculis, reſur-
C rectione, & aſcenſione intelligitur. Sapphirus habet ſpeciem ſereni cæli.

e *Crura illius columnæ*, id eſt, itinera paſſionis, incarnationis, quæ *columnę* dicuntur propter rectitudinem & firmitatem, quia quicquid per eum geſtum eſt, ante tempora à Deo diſpoſitum eſt.

In expoſi. canti. Mar.16. ✠ GREG. Per *crura* Apoſtolos intelligimus, per quos vniuerſum mundum circuiuit, & fidem, eis prędicantibus, populis audientibus, ſparſit: Quibus ipſe in Euangelio ait, *Ite in orbem vniuerſum & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Sed *crura columnæ marmoreæ* eſſe perhibentur, quia Eccleſiam inflexibiliter ſuſtinent, dum contra omnes aduerſarios eorum prædicationibus & exemplis roboratur, *Super baſes* autem *aureas* D
columnæ *fundatæ* ſunt, quia à Prophetarum dictis vt fortes perſiſterent, fidem integram acceperunt. Vnde ipſe primus Apoſtolorum ait, *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ ardenti in caliginoſo loco.* Ideo enim *aureæ* dicuntur, quia luce ſapientiæ reſplendeſcere ſciuntur. 2. Pet.1.

f *Fundatę ſuper baſes.* id eſt ſuper prophetas, quia talis apparuit, qualis prædictus ab illis in diuina diſpoſitione legentibus. Vel *baſes* ipſa diſpoſitio Dei, quæ ordinauit. E

† fluentem.

† vt candidum ebur obductum.

g *Species eius vt Libani.* Quid per ſingula ipſius redemptoris membra laudo, totum breui cōprehendam, quomodo *Libanus* altitudine, & amplitudine eſt inſignis: ita dominus inter omnes qui de terra orti ſunt, antecellit, Et ſicut ille mons nobilium ferax eſt arborū: ita ille omnes ſanctos in ſe radicatos extollit & conſeruat, & ſicut *cedrus* pulchritudine, fortitudine, ſublimitate, odore, omne decus ſyluarum antecedit: ſic dilectus *ſpecioſus forma præ filijs hominum*, quia ipſe non accepit ad menſuram, & de *plenitudine eius omnes accepimus.* F

† Aſpectus

h *Guttur illius ſuauiſſimum, & totus de.* id eſt, internus ſapor & dulcedo verborum Chriſti, quam pauci guſtant: qui autem guſtant, amplius eſuriunt. Aliter, Sicut per guttur ad labia vitalis flatus, vt loqui valeant, procedit: ſic in labiis, domini verba quæ dicebat, In gutture vero poteſt occulta diſpoſitio bonitatis eius intelligi, qua factum eſt, vt nobis foras loqueretur, *Totus*, id eſt Deus & homo, *deſiderabilis*, non ſolum ſecundum diuinitatem, ſed etiam ſecundum humanitatem ab ipſo initio conceptionis, vſque ad triumphum paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis. *Talis eſt di.* Quaſi: Et neceſſe eſt ſi amas eum, & vis ab eo amari, vt eum intelligas talem, & tali affectione ei cohæreas.

☞ *Filię*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ lacte ſunt lotæ. *id eſt albę ad modum lactis: tales enim columbę ſunt gratioſiores aliis, & per hoc notatur gratioſitas ſponſi in oculis.*

2 Genæ illius ſicut areolæ aro. *Eſt autem* areola *portio terrę bene ſeminata: vnde Eze.xvij.* de areolis germinis ſui. *quę delectant valde viſum, quando incipiunt ſemina pullulare. Dicit enim Philoſophus, quod virides ſationes maxime delectant viſum, & confortant, & maxime quando ſunt herbæ aromaticæ. Dicit igitur,* Genæ illius ſicut areolæ aro. *id eſt ſunt ita delectabiles ad videndum, ſicut areolę ſeminū aromaticorum pullulantium.*

3 Conſitæ à pigmen. *id eſt cultę et ordinatę à bonis cultoribus aromatum, quæ etiam pigmenta dicuntur.*

4 Labia eius lilia diſtillantia. *ſic eſt in Hebręo: & per hoc deſignatur munditia eloquij et gratioſitas.*

5 Manus illius tor. *In Hebræo habetur,* Rotę aureæ: *per quod deſignatur, quod manus ſponſi ſunt ornatę annulis aureis, qui ſunt figuræ circularis, ideo ſubditur.*

6 Plenæ hyacinthis, *id eſt, ſapphiris, qui ſunt hyacinthini coloris, tales enim lapides ponuntur in annulis.*

7 Venter eius ebur. *id eſt, albus, & politus.*

8 Diſtinctus ſapphiris. *id eſt ornatus lapidibus pretioſis, non immediatè ſuper carnem, ſed ſuper veſtem quæ operit ventrem. Sicut enim in veſtibus circa collum & manus ad ornatum nobilium nunc ponuntur lapides pretioſi, ita etiam tunc temporis circa partes verſus ventrem deſcendentes.*

9 Crura illius columnæ marmo. *id eſt fortia ad modum talium columnarum.*

10 Super baſes aureas. *id eſt ſuper pedes calceatos in ſuperficie deauratis, quales portant nobiles de Hiſpania.*

11 Species eius vt libani. *id eſt forma eius gratioſa ſicut. Libanus, quæ eſt arbor aromatica ramoſa, & valde gratioſa. Libanus enim non eſt hic nomen montis, prout acceptum eſt ſupra in pluribus locis.*

12 Electus vt cedri. *id eſt ſtatura eius recta ad modum cedri.*

13 Guttur illius ſuauiſſimum. *id eſt album, politum, & gratioſum. Et quia omnia prędicta faciunt ad gratioſitatem iuuenis: ideo ſubditur.*

14 Et totus deſidera. *Hęc autem parabola ſecundum omnes doctores Hebraicos & Latinos intelligitur de Deo, de quo dicit Grego. moralium xiv.* In Deo, quia forma corporis nō circūſcribitur, manus, oculus, & cætera mēbra ſic nominātur, vt ex mēbrorū vocabulis effectus ſuæ potētię deſignētur. Habere nāq; oculos dicitur, quia cūcta videt, manus, quia omnia operatur. Sic *ergo de Deo dicitur:* Dilectus meus cādidus & rubicūdus, *id eſt, benignus iuſtis, & iratus reprobis: Facies enim hominis irati rubeſcit & exardeſcit*, Electus ex milibus, *id eſt præ omnibus diligendus In Hebręo habetur,* Vexillatus in milibus, *id eſt habens in exercitu ſuo multa milia angelorum, Dan.vij.c.* Milia milium miniſtrabant ei, & decies milies cētena milia aſſiſtebant ei. Caput eius aurū optimū, *id eſt corona aurea decoratum: in qua notatur dignitas regia, qua dicitur rex regū, & dominus dominantiū,* Comæ eius. *id eſt attributa diuina, vt ſapientia, bonitas, &c. Quia ſicut comę inhærent capiti & adiacent ei, ſic attributa ſunt idem cum diuina eſſentia, tamen ſignantur per modum qualitatum ſibi adiacentium.* Sicut elatæ palmarum, *quia multa ſunt,* Nigræ quaſi coruus. *quia non ſeneſcunt. Per nigredinē enim hic intelligitur iuuentus, vt prędictū eſt.* Oculi eius ſicut columbæ, *quia vno ſimplici intuitu videt omnia,* Quæ lacte ſunt lotæ, *quia ex cognitione eorum, quę ſunt extra ſe, non vileſcit intellectus eius, vt dicit commentator Auerrois ſuper xij. Metaph. Nō enim cognoſcit ea per formā extraneam à rebus acceptam, ſed per ſuam eſſentiam omnia perfecte repręſentantē.* Genæ illius *ſunt virtus attractiua, ſicut oculi virtus cognitiua: Trahendo enim ad ſe electos per fidem & amorem, incorporat ſibi eos ſicut per genas incorporantur materiales cibi, vnde dicit ſaluator Ioan.iv.d.* Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis, *quod intelligitur ad literam de Samaritanis ſibi incorporādis per fidem.* Sicut areolæ *a. &c. quia ſicut ex areola aromatū exhalat odor bonus, reficiens olfactum: ita ex amore diuino attrahēte recreantur animę bonorum.* Labia eius, *ſunt virtus reſeratiua ſecretorum, quibus loquitur ſanctis et prophetis, ideo ſubditur,* Lilia diſtillantia myrrham primā, quia

A a *Filię Ieruſalem.* Pro decore carminis variantur perſonæ colloquentium: ſed eadem Chriſti eccleſia notatur & nomine ſponſæ, & nomine filiarum. Cùm ad patriam cæleſtem ſuſpirat, filia: cum nihil niſi Deum curat audire vel loqui, ſponſa dicitur.

b *Quò abiit dilectus.* Audita qualitate dilecti, de qua quæſierant filiæ Ieruſalem, addunt aliam quæſtionẽ: quia enumeratis tot laudibus, quis audiẽs non concupiſcat? & hoc in vnitate ſanctæ ęccleſię inquiri oportet, in qualium corde potiſſimum, & in quo genere conuerſationis dominus ſoleat inueniri: *Quò abiit.* non relinquendo eos in quibus erat, ſed vbi alios aſſociet, & poſt alios etiam alios inuitet, & ſic abire, & declinare dicitur, ad modum candelæ, quę cum accenſa ſit, multas alias circumquaque accendit, ipſa tamen nihil patiens

a ¶ Quem diligo. b ¶ Qui ſecreta ſua mihi aperit, & cui ego ſecreta cordis mei aperio.

a Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieru- 1

a ¶ Quantum ad incomprehenſibilitatem. b ¶ Fœcunditate.

b lem. Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum, quò 2

a ¶ Quantum ad gratiam. b ¶ Quicunque ſine conſortio eccleſiæ Chriſtum quęrit, non inter filias debet computari. 3

declinauit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum. 4
5

detrimenti. *Quò abiit.* Greg. Sciendum, quòd Deus, qui vbique eſt, in loco eſt, ſed localis non eſt. Locale dicitur, quod circumſcribitur ſecundum partes loci ſuprà & infrà, antè & retrò, dextera & ſiniſtra. Cum verò angeli, & humanæ animæ, loco circumſcribi non poſſunt, longè minus illa incomprehenſibilis ſubſtantia. Maior verò cognitio, quæ in præſenti de Deo baberi poteſt, & ſecundum eius ſola opera: quia quod alti⁹ eſt, in carne poſſumus mirificentiam operum Dei ſubtiliter attendere. *Quò abiit dilectus tuus ô pulcher.* Licet Deus communi modo omnibus rebus inſit, præſentia, potentia, ſubſtantia: tamen familiari modo dicitur ineſſe, id eſt, per gratiam, illis, quibus opera ſua videntur mirabiliora, qui licet plenam Dei notitiam non habeant, tamen mirificentiam operum Dei acutius conſiderant. D

NICOLAVS DE LIRA.

B *quia verba domini ſunt munda & à corruptione peccati præſeruatiua;* Manus eius, *ſunt eius potentia operatiua,* Tornatiles aureæ, *vel ſecundũ Hebręos,* rotæ aureæ. *Per figuram enim circularem annulorum intelligitur perfectio operum diuinorum, Deut. xxij. a.* Dei perfecta ſunt opera. Venter eius, *eſt occultatio diuinorum iudiciorum, vnde de homine occulto communiter dicitur, quod non poteſt ſciri quid habeat in ventre.* Eburneus, *eſt enim ebur frigidum & album: quia conſideratio occultationis iudiciorum Dei incutit frigus timoris, à peccato retrahentis, Prouerb. xv. d.* Per timorẽ domini recedet omnis à malo: *& ſic anima candidatur & deſiderio vitæ cęleſtis ornatur, ideo ſubditur,* Diſtinctus ſaphyris. *eſt enim ſaphyrus coloris cæleſtis.* Crura illius, *ſunt eius virtus qua ſuſtentat omnia.* Et baſes aureæ, *ſuppoſita diuina, ſeu perſonę,* ſpecies eius vt Libani. Electus vt cedri, *quia pulchritudo eius eſt ſummè delectabilis, & altitudo incõprehenſibilis.* Guttur illius ſuauiſsimum, & totus deſiderabilis, *quia infinitę bonitatis.*

1 Talis eſt dilectus meus. *q. d. corde credo, & ore confiteor, quod iſtum debeo ſuper omnia diligere.*

2 Quò abiit dilectus tuus. *Hîc ex prædictis oritur quæſtio: Verè enim pœnitentes, & confitentes ſunt adiuuandi erga Deum à perſonis perfectis: ideo quæritur in perſona eorum,* Quò abiit. *quaſi dicant parati ſumus te iuuare in reconciliatione ad ipſum: ideo ſubditur,* Et quæremus eum. *Iſta tamen litera:* Quò abiit. *referenda eſt ad tempus captionis arcę per Philiſthęos, & tranſlationis eius ad terram illorum: tunc enim dicitur Deus abiiſſe de terra Iſrael, eo quod propitiatorium ſuper arcam exiſtens, locus Dei dicebatur.* E

3 O pulcherrima mu. *id eſt omnium gentium, tempore deſponſationis tuæ cum Deo, per legis ſuſceptionem.* Quò abiit. *repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem.*

4 Quo declinauit di. *hoc refertur ad tempus reductionis arcæ in Bethſames, non opere humano, ſed diuino. j. Reg. vj.*

5 Et quæramus eum tecum. *hoc refertur ad tempus, in quo Dauid deuotus iuit cum ſacerdotibus & Leuitis ad reducendum ſolenniter & deuotè arcam domini in Ieruſalem ij. Reg. vi.*

CAPVT VI.

a Dilectus meus. *Deſcendit* irrigans fonte baptiſmi, de alto veniens in humili poſitos viſitauit, Vt nos ſurſum aſcenderemus; Dominus in montem deſcendit, Moyſes in montem aſcendit. Cum dixiſſet: *Deſcen. in hor.* addit qualiter ſit idem hortus conſtitutus, qua fruge fœcũdus, cum dicit, *ad are. aro.* Hortus eccleſia: hortus quælibet fidelis anima *Areola* eſt mens fidelis, quæ diſciplina rectè fidei edocta, quaſi æquis lateribus hinc inde eſt compoſita: & quaſi ſolerti foſſorio creberrimè reuerſata, & à ſuperfluis graminibus expurgata. Reſpondet, piis ſanctorum deſideriis, ac fructuoſis operibus eum delectari, ac perfectos quoſque caſtimonię virtutibus ad ęterna gaudia colligere. C

b *Lilia colligit.* dum ad perfectorum meritorum candorem peruenientes, de ſtatu vbi erant prius, educit, & ad cæleſtia regna perducit.

✠ Beda. Paſcitur in hortis, quia piis ſanctorum laboribus delectatur. Paſcitur in hortis, quia eius nimirum ſunt membra illi quibus iuſtitię fructus fiunt. Et non ſolùm de carnali, ſed etiam de ſpirituali debet eleemoſyna intelligi, quod in iudicio dicturum ſe eſſe prędixit, *Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

c *Ego dilecto meo.* Hunc verſiculum apponit exaggerando ſtimulum immenſæ charitatis, quæ interius exardeſcit. Quaſi: In me deſcendit, in me potes habere formã eius, quem queritis. F

CAPVT VI.

a ¶ Neſcio quo abierit, ſcio quo declinauerit ¶ Quem ipſe fecit. b ¶ Maximè.

a Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areo- 1

a ¶ Quid ibi gerat, oſtendit, vt ibi paſ. b ¶ Bonis operibus delectetur.

b lam aromatum, ut ibi paſcatur in hortis, & lilia 2 3

a ¶ Locum habitationis in me præparo. b ¶ Apud ſe locum mihi præparat receptionis.

c colligat. Egò dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur 4

a ¶ Inter deſideria ſancta caſtarum mentium. b ¶ Voluntate, vel deſiderio, quo me quæris. 5

c ¶ Voce, qua alios ad quęrendum mutuis collocutionibus excitas. 6

d ¶ Exteriore decore bonorum operum.

d inter lilia. Pulchra es amica mea, ✝ ſuauis & decora ſicut 7 8
9

✝ ſicut Thirſa, decora vt Ieruſa.

*Ego nepoti meo & nepos meus mihi, qui paſcit inter lilia.* ✠ Theod. Ex eo pendeo; atque illi meipſam dicaui. Nã & ipſe me orbi prætulit, ſibique copulauit: ex ſenio confecta reddidit iuuenẽ, ex inope opulentam, ex deformi formoſam: putridis atque fœtentibus vulneribus languentem curauit, repleuitque odoris ſuauitate. His de cauſis ita loquor, *Ego nepoti meo, & nepos meus mihi, qui paſcit inter lilia*: vel, vt Symmachus vertit, *qui paſcit flores.* Nam & eos qui facti ſunt lilia paſcit, & illos qui digni ſunt paſcit in liliis. Diuinis autem ſcripturis ſuauius eſt nihil.

d *Pulchra es amica mea.* Hactenus vox eccleſiæ dominum ſuum laudantis & quęrentis: qui quoniam à ſuis amatoribus non longè eſt, ſequitur quid quæſitus reſpondeat: & declarat ſe illis

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VI.

Dilectus meus. *Hîc conſequenter deſcribitur amor ſponſi & ſponſæ, pro tempore Dauid vſque ad Chriſtum. Et diuiditur in quatuor partes: quia primò tangitur tempus ipſius Dauid; Secundò Salomonis, ibi,* Deſcendit in hortum. *Tertiò, tempus regum ſequentiũ vſque ad captiuitatem Babylonicã, ibi,* Neſciui. *Quartò, tempus poſt captiuitatẽ prędictam, ibi,* Reuertere. *Prima in duas, quia primò ponitur ſponſæ reconciliata gratiarum actio: ſecundò, eiuſdem commendatio, ibi,* Pulchra es. *Circa primum ſciendum, quòd reducta arca in Ieruſalem per Dauid, vt prædictum eſt, qui ibi inſtituit ſacerdotes, & Leuitas ad laudandum Deum. j. Para. xvj. d. apparuit benignitas Dei, & eius reconciliatio erga populum Iſrael; propter quod regratians ſponſa, dicit,*

1 Dilectus meus deſcendit in hortũ *id eſt intra tabernaculum quod tetendit Dauid ad collationem arcæ. ij. Reg xvj.*

2 Vt ibi plaſc. *id eſt delectetur in ſacrificiis, & oblationibus ex fide & deuotione oblatis, ſicut de ſacrificio Noe. Gen. viij. d.* Odoratúſque eſt dominus odorem ſuauitatis.

3 Et lilia colligat. *i. miniſtros mundos ad ſuum miniſterium applicet.*

4 Ego di. *ipſi ſoli ſeruire volo.* 5 Et dile. *Neceſſitatibus meis ſubueniendo.* 6 Pulchra es ami. *Hîc conſequenter ſponſus ſponſam commendat ex gratitudine dicta dicens:* Pulchra es, *id eſt, ad pulchritudinem priſtinam reſtituta.* 7 Suauis, *ex deuotione mentis* 8 Et decora. *ex honeſtate conuerſationis.* 9 Sicut Ieru. *quæ fuit*

a ¶ Non minus quàm illa primitiua eccleſia, ſcilicet Apoſtoli & alij, qui ad literam de Iudæis.
b ¶ Non ſubito militant, ſed in caſtris iugiter conſeruata.
c ¶ In vno quoque cornu, in lateribus diuerſis gradibus procuratorum, per charitatem vnita, & nunquam interrupta.

a Ieruſalēm, tērribilis, vt caſtrorum aciēs ordinata. Auerte 1 2

a ¶ Tuæ mentis infirmam contemplationem. ¶ A maieſtate & eſſentia. b ¶ Cogitationum ſubtilitas.

b c ocûlos tuos à me: quia ipſi me † auolare fecerunt. Cāpilli tui 3

a ¶ Alias greges. b ¶ Pro aſcenſu & velocitate. c ¶ Firmiſsima ſermonum ſtabilitas, quia dentes in loquendo cooperantur.

d e ſicut grēx cāprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentēs tui

a ¶ Poſt lauacrum nunquam aſcendere deſierunt.

f ſicut greges ouium, quæ † aſcenderunt de lauâcro. Omnes

a ¶ Vel ipſæ, vel in aliis fructum boni operis generant. b ¶ Exterius durus, interius alba grana.

g gemēllis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Sicut † cōrtex mali

a ¶ Abſque eo quod intrinſecus latet.

h punici, ſic genæ tuæ † abſque occûltis tuis. Sexaginta ſunt 4

a ¶ Filios ex amore ſponſi & regni generantes. b ¶ Filios itidem generantes, ſed vt aliquid extorqueant.
c ¶ Id eſt rudium & nuper renatorum, qui non ſunt apti ad prædicandum, ſed humiliter iuſsis eccleſiæ obtemperant.
d ¶ Quia modum noſtræ ęſtimationis, tranſcendit ſumma ciuium patrię cæleſtis.

rēginæ, & octoginta cōncubinæ, & adōleſcentularum nōn 5

a ¶ Simplicitate b ¶ Quia omnibus virtutibus & chariſmatibus perficitur, vel eſt plena. 6
c ¶ Quemadmodum mater ſua quę in fide genuit. 7

i eſt numerus. † Vna eſt cōlumba mea, pērfecta mea, vnā eſt 8

☞ loquentibus affuiſſe, & quid loquerentur audiſſe; deuotionémque erga ſe remunerat, digna illorum laudatione.

A a *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Quia per vnitatem charitatis compacta, nullum locum aperit per malum diſcordiæ hoſtibus, id eſt, hæreticis, vel immundis ſpiritibus. Caſtra Romanorum terribilia erant, quia totum mundum premebāt: ſed non erant ſuauia, quia veram pacem non habebant; In eccleſia nec terror ſuauitatem, nec ſuauitas terrorem auſert: quæ in terra cæleſtem vitam agit, & barbaros diuerſarum nationū animos ad ſuum ritum trahere ſatagit. Quæ tamē quia necdum faciem dilecti, quam maximè quærit, cernere meretur:

† inſoleſcere.

† detonſæ ſunt.

† intra cincinos tuos.

B hîc ſubſequenter audit,

b *Auerte oculos tuos à me.* Q. Oculos columbinos tibi dedi, quibus ſemitas iuſtitiæ diſcerneres: ſed tamen in tempore tuæ peregrinationis ne quæras me perfectè cognoſcere. *Non enim videbit me homo & viuet.* Ne quæras in via præmium, quod tibi in patria reſeruatur.

† 24 q. 1. c. loquitur. & c. omnibus. & c. pudenda. de cōſi. di. 4. c. aliud eſt.

Exod. 33. d

c *Quia ipſi me.* Non à deſiderio cognoſcendi deſiſtas, ſed de cognoſcendi facultate ne præſumas: vnde dicitur, *Magnitudinis eius non eſt finis.*

Pſal. 144. a

d *Auolare fecerunt.* RAB. Quò intenſius me agnoſcere quæris, eò intenſius me incomprehenſibilem eſſe intelligis, & non eſt tua culpa, ſi me non cognoſcis: ſed eſt infirmitas humanæ conditionis.

✠ THEOD. Quod autem dicit eiuſmodi eſt, Oculorum tuorum pulchritudo & acumen in contemplando & mentis acies, me ad te amandum incitarunt: Sed & caue, ne immoderatius in me oculos intendas tuos, ne tibi ex ea re contingat aliquid detrimenti.
C Inacceſſus enim ſum & comprehendi nequeo, omnémque non hominum tantùm, ſed angelorum captum ſupero. Quòd ſi terminos volueris tranſilire, & ad ea curioſiùs contendere, quæ viribus tuis antecedunt: non modò nihil aſſequeris, ſed aciem etiam oculorum hebetiorem reddes, atque obtuſiorem; Ea namque lucis natura eſt, vt quemadmodum oculum illuſtrat, ſic etiam lædat, ſi fuerit inſatiabilis.

e *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.* Hi verſiculi ſuprà poſiti, & expoſiti, ſed non pigeat nos iterando exponere, quod autorem non piguit ſcribendo iterare, vt noui aliquid addatur.

Ne eccleſia grauiter ferret, quod à cognitione dilecti ſuſpenditur: ſequitur deſcriptio, qua aſſimilatur illi primitiuę eccleſiæ Ieruſalem, de qua non dubitatur, quin amica Dei fuerit.

f *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.* Conſimilibus fœtibus quia tales alios reddunt, quales ipſi ſunt. Vel, duplices fœtus, opera geminæ charitatis, vel, fideles de vtroque populo conuerſi: vel, fides & opus.

g *Sicut cortex mali punici, ſic genę tuæ abſque occul.* GREG. Cum multi

D multi mira agunt, ventura prophetant, mundum perfectè relinquunt, cæleſtibus deſideriis ardent: ſicut cortex mali punici ſanctæ comparantur eccleſiæ. Sed hec omnia nihil ſunt ad comparationem rei, de qua ſcribitur, *Quod oculus non vidit nec au. &c.* Vnde conueniēter ſubdit, *Abſq; occultis tuis,* quaſi dicat, magna quidem ſunt, quæ in te non latēt, ſed valde ineffabilia quæ latent.

Eſa. 64. b

h *Sexaginta ſunt reginæ: & octoginta concubinę, &c.* Reginę, & concubinæ pariter ad thronū regis accedunt, pariter generant, ſed non vtræque diadema regni habent. Reginæ ſunt, quæ intuitu regni cæleſtis doctrinę inſeruiūt, Concubinæ, quæ amore temporalium Chriſtum annuntiant:

3. Re. 11. a

† fragmenta.

E Ideo illę ſexaginta, quia ſola dilectione pręceptorū Dei perfectionē operū habent, quod per multiplicationē xij. per quinarium poteſt intelligi: vel quia quinque corporeos ſenſus ad regulam apoſtolicæ doctrinæ temperant: Octogenarius autem cum in malo accipitur, temporalium curas, & implicamenta deſignat: quia & ſeculi curſus quatuor circumagitur temporibus, & mundus ipſe quatuor climatibus oriente, occidente, aquilone, & auſtro dirimitur, vel ex quatuor elementis compoſitus.

✠ THEOD. Multos ac varios eſſe piorum ordines non ignoramus. Quod dominus etiam docens, *multæ,* inquit, *manſiones ſunt apud patrem meum.* Et in diſtributione talentorum, non quina ſinguli talenta acceperunt, ſed vnus quinque, alter duo, tertius vnum, pro ſua quiſque virtute. In ſeminis item parabola, *Aliud,* inquit, *cecidit in terram bonam, & fecit fructum triceſimum, & ſexageſimum, & centeſimum.* Terram appellat *bonam,* non ſolùm illam, quæ fructum centeſimum tulit: ſed eam quoque, quæ ſexageſimum, & quę triceſimum. Numerus enim triceſimus laudatur, quia ternatio denarium ter coniungit. Sexageſimus autem duplicem habet commendationem: Nam triceſimus geminatus efficit ſexageſimum, Centeſimus verò eſt perfectiſſimus, tum quia à ſiniſtra manu ſeparatus, dexteræ principium tenet: tum quia denario completur decies multiplicato, Tetragonum autem, quadratúmque vocant qui res eiuſmodi profitentur. Quamuis igitur centeſimus numerus perfectus ſit, tamen ſexageſimus etiam, & triceſimus commendatur. Omnes enim *terram bonam* dominus nominauit. *Sponſam* igitur, animas omni philoſophia & virtute perfectas intelligamus, quæ ſola ſponſi charitate impulſę, labores excolendæ virtutis amplectuntur, omniáque & facere & pati volunt. Qualis erat beatus Paulus, cùm diceret. *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, &c.*

Ioan. 14

Matt. 25.

F

Matt. 13.

Rom. 8.

i *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* Quamuis multæ, & diuerſæ perſonę, tamen fides vna eſt in eis, vnum baptiſma, vnus Deus, ☞ vnum

Ephe. 4. a

NICOLAVS DE LIRA.

*electa ſpecialiter in locum diuini cultus, & ſimiliter populus Iſrael electus fuit ad colendum Deum præ cæteris gentibus.*

1 Terri. vt ca. *quia tempore Dauid in populo Iſrael, & Ieruſalem viguit milita.*

2 Auerte. *intelligitur per oppoſitum: & eſt modus loquendi amantium, ad expreſsionem amoris mutui, ſicut ſponſus dicit aliquando ſponſæ prædilectæ, Vade, non curo de te, per geſtum inſinuans quòd diligit eam intimè, ſic aliquando de puero albo & gratioſo dicitur. Ecce puer maurulus, inſinuando per oppoſitum eius pulchritudinem. Aliter etiam exponitur de ſtudioſis in lege, qui aliquando inquirunt diuina nimis curioſè, & ſic Deus retrahit ſe ab eis, & ſic dicitur* ab eis auolare. *Per hoc ergo quod dicitur,* Auerte, &c. *inhibetur diuinorum inquiſitio curioſa, Prouerb. xxv. d.* Qui perſcrutator eſt mieſtatis, opprimetur à gloria.

3 Capilli tui ſi. *Exponatur vt ſupra à iiij. ca. vſque ibi:*

4 Sexaginta ſunt reginę. *per hoc vt dicit Rab. Sa. intelliguntur lx. perſonę deſcendentes ab Abraham, ſcilicet Iſaac, & duo filij eius, Iſmahel & xij. filij eius. & filij de Cethura. xvj. & filij Iacob. xij. & filij Eſau. xvj.*

5 Et octo. cou. *id eſt lxxx. perſonæ de Noe vſque ad Abraham excluſiuè: & iſta numerationes accipiuntur ex. j. Para. j. Et ſicut reginæ ſunt maiores concubinis regum, ita perſonæ deſcendentes ab Abraham prædicta propter magnitudinem fidei Abrahæ exprimuntur nobiliori nomine quàm deſcendentes à Noe.*

6 Et adoleſ. *id eſt cognationū, & gentiū à prædictis deſcendentium,*

7 Non eſt nu. *id eſt ſunt valde multa.*

8 Vna eſt colum. *id eſt de omnibus prædictis gentibus non elegi, niſi* ☞ *vnam*

A vnum opus;non alia ante legem, alia ſub lege, alia ſub gratia:ſed in vna pace,vno timore conſtituta.

Mater noſtra,regeneratrix gratia eſt, quæ elegit ſimplices, & electos cuſtodit & ſubleuat.

Jacob. 1. c. Vel mater ſuperna Ieruſalem, *quia omne donum optimum deſurſum deſcendit*, quæ ſuperna Ieruſalem hoc ſolum de humana cōuerſatione approbat, quod in vnitate ſuæ fidei & dilectionis Deo ſeruire deſiderat.

† Infrà. 8. a. a *Viderunt*. Magna laus catholicæ vnitatis, quam & gratia mater, quæ genuit, in B perpetuum eligit; & filiæ, quas ipſa per ſpiritum genuit & nutrit, mox viderunt, id eſt caſtitatem vitæ eius didicerunt.

† virētia ad flumen.

b *Prędicauerunt, reg.* Siue illi, qui verè sūt participes regni; ſiue etiam illi, qui nomine tenus adhærent, & ſi ſpes eorum ſit in terrenis, laude dignam fatentur.

c *Quę eſt iſta.* Eccleſia gentium ita firmiter inſtituta, & vſquequaque multiplicitate ſui diffuſâ, & productâ, per gradus & ſucceſſiones ſuas vſque ad nouiſſima tempora, illis nouiſſimis temC poribus iam intuens ſynagoga, tam bene operatam, operantémque ipſam ſanctam eccleſiam, tam diffuſam, tot ſapientiſſimos ſine ſchiſmate ſequi vnam fidem: præterea viuorum & mortuorum miracula, & multa alia Chriſtianæ fidei argumenta; iam coniuncta, pœnitens, & compuncta, dicit admiratiuè, *Quæ eſt iſta, &c.*

d *Quaſi aurora conſurgens.* Tunc eccleſia fit *aurora*, cum mortalitatis atque ignorantiæ tenebras funditus amittit: In iudicio ergo adhuc *aurora*, ſed in regno *dies* erit, vbi plenum viſum veri ſolis habebit.

e *Pulchra vt luna.* In nocte vitæ præſentis, vbi variantur ſtatus temporalium, comparatur *lunę*: quia nunc clara mundo, nunc deſpecta; nunc virtutum candore plena, nunc prauorum dehoneſtata vitiis; In futura beatitudine, vbi idem ſtatus erit, *ſicut ſol* fulgebunt iuſti.

Matt. 13. f. f *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Habent tales prælatos ſibi ordinatos, qui probabilibus ſententiis fidem noſtram euacuant,

a ¶ Quæ informat & nutrit. b ¶ Reſpexerunt, & admiratæ ſunt. c ¶ Prædictæ adoleſcentulæ.
a matris ſuæ electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ Sion, &
a ¶ Admonentes alios, vt ei ſe conformarent, & eiuſdem beatitudini participarent.
b beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & lauda-
a ¶ Vox ſynagogæ mirantis eccleſiam aſcendentem.
b ¶ Per omnes partes orbis extenditur, non parua loco vel tempore. c ¶ Quia veri luminis ortus in ea mundo poſt tenebras ignorantię monſtratur, nec tamen omnino euaſit tenebras in luce.
c uerunt eam. † Quæ eſt iſta quæ † progreditur quaſi aurora con- 2
a ¶ Quia à ſole iuſtitiæ illuſtrata noctem ſeculi euangelica luce perfundit.
d b ¶ Quia imaginem veri ſolis in ſe repręſentat ambulans in omni iuſtitia & ſanctitate & veritate.
c ¶ Quia nulla aduerſitate potuit cohiberi, quin in ſe præmonſtraret, & pulchritudinē lunę in laborioſa actione & ſolis in ſpe retributionis.
e ſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis, vt caſtrorum
f a ¶ Viſitaui per gratiam, vel, vt doctores à contemplatione pro cura fratrum excitarem.
¶ Quæris quis ſit hortus? vtique meus eſt. b ¶ Quia extra amaritudo eſt, intus dulcedo.
c ¶ Id eſt gratiam augerem, vel vt doctores explorarent, & curam in neceſſariis impendant.
acies ordinata. Deſcendi in hortum nucum, vt viderem 3
g a ¶ Fructum humilitatis. b ¶ Solicite ſcrutarer. c ¶ Aliqua bona initia dediſſent. 4
† poma conuallis, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germi- 5
a ¶ Si qui poſſent inueniri, qui ad imitationem dominicę paſſionis deſiderent proprio cruore perfundi. 6
b ¶ Dona ſpiritualis gratię, per quę eccleſia fructificauit in omnibus gentibus.
c ¶ Si enim ſciſſem, particeps fuiſſem. ¶ Lex mihi non perſuadebat amorem domini.
d ¶ Solicitudo & animalis ratio, dum conſiderarem Chriſtum hominē ſoluere legem à Deo datam per Moyſen.
h naſſent mala punica. Neſciui: anima mea † conturbauit me 7
i 8

D cuant, & terrorem nobis incutiunt: Quo perfectius ordinem in ſe virtutum collocat, eò terribilior eſt eccleſia aeris poteſtatibus, vel quæque fidelis anima.

g *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallis.* Iudæa admirante agones eccleſiæ, & inquirente; ipſe ſponſus perhibet teſtimoniū eccleſię. Vel, dicantur eſſe verba eccleſiæ, quę annuit ſynagogæ ſe laudāti, & cōtinuò inſinuat, quæ ſit ſibi cauſa apparatus militaris, reſpōdēs ex voce doctorum, ducum videlicet ſuæ ſpiritualis militiæ.

† videntem conſurgentem

E ✠ THEOD. Verborum obſcuritate valde abſtruſus eſt ſenſus. Sed diuinæ gratię auxilium implorantes, ex profūditate theſaurum effodiemus. Oſtendit homines pios (quos diuina ſcriptura ſponſam appellat) propria non eſſe ſalute contentos, neque illis ſatis eſſe, quod ipſi ſoli nuptias optatas ſint aſſecuti: ſed totis viribus in eam curam incumbere, vt reliquos omnes homines ab infrugifera vita dimoueant, quo fertiles effecti virtutis fructum ferant. Quod quidem dum præſtant & cæteris hominibus vacant inſtituendis, ſimiles ſunt *curribus Aminadab*, vel, (vt Symmachus interpretatus eſt) *curribus populi pręeuntis*, vel, (vt Aquila vertit) *curribus populi ſponte imperantis.* F Per *hortum nucis*, præſentem intelligimus vitam, quæ cùm amara ſit, & ærumnis atque laboribus plena, reconditum tamen habet virtutis fructum: Nam & nucis fructus, cum extrinſecus corticem priorem amarum habeat, alterum autem aſperum ac durum; intus, tanquam in penu quodam, nucleum eſculentum continet reconditum, qui ſine labore non poteſt extrahi. Talis eſt etiam præſens vita, cum enim dolorum & moleſtiarum acerbitate referta ſit, labores habet illa quidem & ſudores, non tamen inutiles aut infrugiferos.

† poſuit me vt eſſē quadriga populi Aminadab, id eſt munifici

h *Neſciui, anima mea.* Dum ſic ſponſus, vel ipſa eccleſia, labores ſuos euangelicos ſynagogę miranti prædicat: illa ſalubri pœnitudine compuncta, profitetur ſe cauſa prophanæ cæcitatis diutius aberraſſe.

i *Conturbauit me pro.* propter euangelicam eccleſiæ prædicationem

## NICOLAVS DE LIRA.

*vnam in ſponſam, ſcilicet populum Iſrael, quem deſponſaui per legem. Aliter etiam poteſt exponi, quod licet ſolum in Ieruſalem fieret oblatio ſacrificiorum, tamen in ſingulis ciuitatibus, oppidis, & villulis Iudæę erant loca, vbi congregabatur populus ad orationem, & ad audiendum legem diuinam, & dicebantur ſynagogæ: igitur per* reginas, *poſſunt intelligi ſynagogę ciuitatum, per* concubinas *oppidorum, & fortè iſtæ & illæ erant in tali numero, vel ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, ſicut alibi in ſcriptura. Dan. vij. c.* Decies milies centena milia aſſiſtebant ei. *Angeli enim aſſiſtentes Deo ſunt in multo maiori numero ſecundum omnes expoſitores. Per* vnam, *quę dicitur* columba, & ſponſa, *intelligitur tabernaculum, vbi in Ieruſalem erat arca, quia præ cæteris ciuitatibus et locis erat ad Dei cultum electa: et dicitur,* Electa matri ſuæ, *id eſt eccleſiæ triumphanti, quę dicitur mater militantis, Galat. iiij. d.* Illa quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.

1 Viderunt eam filię Sion. *id eſt populus de ciuitate Ieruſalem; & aliis ciuitatibus, & locis Iudææ, commendauerunt cultum Dei, qui erat in Ieruſalem: propter quod admiratiuè de profectu eccleſiæ tempore Dauid ſubditur,*

2 Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pul. *Inter illa, quę apparent de die, ſol habet maiorem pulchritudinem, & luna de nocte, & aurora inter diem & noctem: & per hoc intelligitur pulchritudo eccleſiæ tempore Dauid, qui cultum diuinum valde augmentauit j. Paralipom. xxiiij. vſque ad xxvij. ita quod non fuerat antè pulchrior tempore proſperitatis, quod ſignificatur per diem, nec aduerſitatis, quod per noctem, nec ſtatus intermedij, quod per auroram.*

3 Deſcendi in hortum. *Hic conſequenter deſcribitur amor ſponſi & ſponſæ pro tempore Salomonis, qui ædificauit domino templum nobiliſſimum: et in eius dedicatione deſcendit diuinitas in ſigno viſibili nebulæ. iij. Reg. viij. propter quod tunc ait Salomon,* Dominus dixit vt habitaret in nebula; *propter hoc ergo dicit ſponſus ibi,* Deſcendi in hortū. *id eſt in Salomonis templum, quod erat quaſi Dei vmbraculum.*

4 Vt viderem poma con. *Id eſt opera bona humilium.*

5 Et inſpicerem ſi floruiſſet vinea, *id eſt Iſrael eccleſia, Eſa. v. b.* Vinea enim domini exercituum domus Iſrael eſt, *quæ floruit tempore Dauid & Salomonis.*

6 Et germi. ma. *id eſt ſacerdotes & Leuitæ, eò quod malagranata poſita erant in margine tunicę ſummi ſacerdotis, qui erat caput aliorum: propter quod in eo virtualiter intelliguntur alij miniſtri, propter ſimilitudinem tunicæ, in qua erant depicta mala punica. Exod. xxviij. Tempore verò Salomonis germinauit ſummi ſacerdotis officium, quia abiecto Abiathar factus eſt Sadoc ſummus ſacerdos iij. Reg. ij. & ſic fuit reſtitutum ſummum ſacerdotium filiis Eleazari filij Aaron, quod vſurpauerat Eli, qui deſcenderat de Ithamar.*

7 Neſciui. *Hic conſequenter ponitur ſtatus ſponſæ poſt tempus Salomonis vſque ad captiuitatē Babylonis, breuiter tamen & ſuccinctè. Circa quod ſciendum, quod mortuo Salomone, ſtatim populus Iſrael quantum ad decem tribus, declinauit ad idololatriam per deceptionem Ieroboam iij. Reg. xij. et poſtea aliæ duę tribus ſimiliter coluerunt idola, maximè tempore Achaz & Manaſſe regum Iuda, vt patet iij. Reg. propter quod decem tribus primò fuerunt captiuatę per regem Aſſyriorum. iiij. Reg. xxv. propter quod lamentando dicit ſponſa:* Neſciui, *conſiderare circa me beneficia Dei temporibus pręteritis exhibita.*

8 Anima mea conturbauit me, *timore ad idololatriam inducente. Ieroboam enim timore perdendi regnum decem tribuum, induxit* popu-

☞ tionem, per quatuor mundi partes velociter diſcurrentem, &
A quatuor rotis fidei innitentem: vnde & à quatuor perſonis ſcriptum fuit; ſed illi quatuor equi eodem ſpiritu ad bellum vnum currum trahunt. *reuertere* corpore, *reuertere* animo ab errore, vt declines à malo; Iterum *reuertere* corpore, *reuertere* animo, vt facias bonum, & ne velis eſſe turbata. Non ſufficit reuerti voluntate, niſi reuerſio oſtendatur eccleſiæ.

a *Reuertere.* ſynagoga confitente ſuam tarditatem, eccleſia conſolando & exhortando reſpondet: quater dicit *reuertere*, quia Iudæi vbicunquemodo in quatuor mundi partibus diſperſi, in fine ſunt conuertendi. Vel, ſtruamus.

a ¶ Id eſt Chriſti, qui ſpōte pro populo eſt oblatus, qui quaſi currui præſidēs, gratia ſua prędicatorū corda implet. ¶ Aminadab iſte fuit abnepos Iudæ patriarchæ, & perſona & nomine indicat ſaluatorem. ¶ Spontaneus meus. b ¶ Ad agnitionem redemptoris. c ¶ Ad pacem germanitatis. d ¶ Quæ cauſa diſſonæ religionis diu captiua tenebaris. ¶ Id eſt captiua vinculis.

a propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

a ¶ Puritate fidei. b ¶ Operum perfectione. c ¶ Chriſtus ad eccleſiam de ſynagoga.

b *Vt intueamur te.* Vt ſpeciem caſtitatis cognoſcamus,
1 & copulante adin-
2 uicem nos Chriſti a-
3 more vnam domum
4 fidei ambæ in ipſo angulari lapide conſtruamus.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *populum ad idololatriam, ne ſi iret in Ieruſalem ad colendum dominū, reuerteretur ad priorem dominum, ſcilicet ad Roboam filium Salomonis: ideo ſubditur.*

1 Propter quadrigas Aminadab, *per quas intelligitur potentia regni Iudæ, eo quod tribus Iuda ſecundū omnes doctores Hebraicos & Latinos meruit dignitatem regiam in tranſitu maris rubri. Nam aliis tri-*
B *bubus formidantibus Moyſen ſequi per mare diuiſum, tribus Iuda conſtanter ſecuta fuit ipſum, & aliis conſtantię dedit exemplum: tunc autē Aminadab erat princeps tribus Iudę, qui egreſſus eſt de Ægypto cum Naaſon filio ſuo, qui mortuo patre ſucceſſit ei in principatu, Num. vij. Heb. dicunt, quod hęc eſt vera litera:* Anima mea poſuit me quadrigas populi principantis: *ita quod* Aminadab *non eſt hic vnum nomē proprium, ſed ſunt duo nomina ſignificantia populum principantem: & ſic eſt ſenſus,* Anima mea, *id eſt, voluntas mea, quæ ſic nominatur frequenter in ſcriptura, eo quod mouet alias animæ potentias ad agendum, voluntas verò peruerſa induxit populum ad idololatrandum, propter quod fuit captiuatus, vt dictum eſt, ideo ſequitur,* Poſuit me quadrigas populi principantis, *ſcilicet, Aſſyriorum, & Babyloniorum, qui ducebant filios Iſrael in captiuitatem, ſicut quadrigas oneratas, imponentes eis onera grauia in itinere ad portandum.*

2 Reuertere. *Hic conſequenter tangitur ſtatus populi à reditu captiuitatis Babylonicæ vſque ad Chriſtum: breuiter tamen, & ſuccinctè, & ſecundum hoc dicitur,* Reuertere, *ſcilicet decaptiuitate.*

3 Sunamitis. *ſic nominatur hic ſponſa à ciuitate nomine Suna, in qua pluries hoſpitatus fuit Eliſeus, vt habetur iiij. Reg. iiij. In Heb. ſic habetur:* Reuertere, reuertere Sulamit. *et ſi trahatur ad proprietatem Latinam dicitur* Sulamitis, *id eſt integra vel perfecta. q. d. Reuertere ad ſtatum priſtinum perfectionis tuæ, vel melius ad ſtatum integrum fidei* E
*tuæ: quia poſt reditū captiuitatis Babylonicæ ſemper fuit populus Iſrael in ſubiectione, Primo Perſarum, ſecundo Græcorum, tertiò Romanorum: ſtetit tamen fideliter in cultu vnius Dei veri vſque ad Chriſtum. Et dicitur hic quater* reuertere, *quia primò aliqui redierunt de Babylone cum Zorobabel duce, ſecundò aliqui cum Eſdra ſacerdote. j. Eſdræ vij, tertio aliqui cum Nehemia, quarto tempore Iudę Machabęi, qui propter perſecutionem Antiochi fugerat ad loca deſerta, & poſtea rediit ad ciuitates & loca ſua, habita victoria de ducibus Antiochi, vt habetur. j. Machabæorum.*

4 Vt intueamur te, *colentem Deum in terra Iuda. Veruntamen quia temporibus illis populus Iſrael moleſtatus fuit ab alijs populis, propter quod oportebat eum frequenter pugnare: propterea ſubditur.*

CAP. VII.

Q*Vid videbis in Sunamit.* Dum eccleſia monet ſynagogam, ipſe redemptor annuens hortamentis illius, ſe effectum daturum promittit. Elias enim & Enoc in illis conuertendis non laborarent, niſi diuinis ſcripturis & apoſtolicis teſtimoniis certitudinem conuerſionis eorum haberent.

a *Quid videbis.* q. d.
C doles de incredulitate ſynagogæ: ſed ſcias in proximo cōuertendam, vt in ea iam non appareat infidelitas, ſed opera ſpiritualium agonum, & virtutū.

## CAPVT VII.

a ¶ Id eſt, militiam pacis, qui laudes creatoris canant, & acies inimici repellant. In choris voces canentium, in caſtris, armatæ manus.

a
b QVid videbis in Sunamite, niſi chôros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filiæ principis.

a ¶ Id eſt actus confirmantes prædicationem.
a ¶ In teſtimonijs & exemplis, Enoc ante legem, & Elię ſub lege, & multorum tempore gratiæ.
b ¶ Iam vna per fidem & caſtitatem. c ¶ Dei.

Igitur hoc ſolum in Euangelio videndum atque prouidendum eſt ſecundum fidem patrum, vt ſint chori caſtrorum, cho-
ri in vna fide, docendo idipſum, reſiſtendo vſque ad ſan-
1 guinem contra pec-
2 catum. F
3 b *Quam pulchri ſunt.*
4 In præmiſſis deſcriptionibus eſt deſcenſus à ſuperioribus ad inferiora, & ſuperiorum tantum fit commendatio membrorum. In hac commendantur etiam inferiora, & ab inferioribus aſcenditur ad ſuperiora; vt oſtendatur, quod illa eccleſia in nouiſſimo, ex illis antè reprobis conuocata, habebit tamen membra ſuperioribus non imparia; in qua fit mentio greſſuum, quia non in otio futura, ſed ad certamen proceſſura, primam pulchritudinem ex certamine oſtenditur habitura. *Quam pulchri ſunt.* primò operum conſtantiam & mortificationem voluptatum in ea laudat: *Quam pulchri ſunt.* Hæc dicens ad laudem ipſius eccleſiæ coniunctę ex dulcedine ſe conuertit, vt Iudæi facilius conuertantur, & eccleſia de illis conuertendis plus laboret.

*Quid videbis in Sunamite niſi choros caſtrorū.* ✠ RVPER. Quid, inquam, aliud? Nunquid ſanguinem victimarum? Nunquid circuncisionis cauterium. Nihil omnino niſi choros caſtrorū, id eſt, laudes ſiue cantiones pręliantium, prælia laudantium ſiue cantantium, quod ſuauiſſimum, quod verè eſt pulcherrimum. *Immola Deo ſacrificium laudis*, ait ipſe Pſalmiſta, *& redde Altiſſimo vota tua.* Laudando chori præliantur, præliando caſtra laudant; & omnino eſt, iuſtitię Dei ſubiici, non ſuam velle ſtatuere iuſtitiam. Nihil aliud videbitis, aut videre deſiderabitis: ſed & ſi quis veſtris, ô amici, auditoribus oſtendere voluerit: vos cum
Act. 15. ſpiritu ſancto, ſpiritu concilij econtra dicetis, *Viſum eſt enim ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachorum, & ſanguine et ſuffocato & fornicatione, & ea quæ vobis fieri non vultis aliis ne feceritis. A quibus cuſtodientes vos, bene agetis.*

☞ Iun-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

1 QVid videbis in Sunamite. *vel Sulamite, ſecundum literam Hebr.*

2 Niſi cho. *id eſt ſocietates ad pugnam paratorum, quia tempore Nehemię in reparatione ciuitatis* vna manu faciebāt opus, & altera tenebant gladium, *& media pars populi erat armata ad melius reſiſtēdum aduerſariis, Nehemiæ iiij. et poſtea Machabæorum tempore populus Iſrael fuit in bellis quaſi cōtinuè, vt patet ex decurſu. j. & ij. Macha.*

3 Quam pul. *Poſtquam deſcriptus eſt amor ſponſi & ſponſæ pro ſtatu veteris teſtamenti: hic conſequenter idem deſcribitur pro ſtatu noui, et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur huius ſtatus inchoatio: ſecundò inchoati dilatatio, ibi:* Veni dilecte mi: *tertio dilatati trāquillatio. ſe. c. Circa primū deſcribitur ſponſa primò generaliter, ſecundò quantum ad perfectos ſpecialiter, ibi,* Dixi aſcendam. *Circa primum deſcribitur ſpōſa ſub parabola mulieris gratioſæ, aliter tamen quàm ſupr. iiij. c. quia ibi deſcribit ſponſę pulchritudinem à ſuperioribus incipiendo, & ad inferiora deſcendendo, hic autē econuerſo incipiendo ab inferioribus ad ſuperiora tendendo: quia pro tempore veteris teſtamenti ſponſa quaſi à Deo procedit & egreditur: pro tempore verò noui de terrenis ad cæleſtia in Deum reducitur. Igitur primò parabola pulchræ mulieris ponetur, ſecundò exponetur. Quantum ad primum ſic dicitur,*

Quam pulchri ſunt, *id eſt, valde pulchri,*

4 Greſſus tui in cal. *Ad gratioſitatem enim mulieris multum facit quod maturè & honeſtè incedit, & calceatis pedibus: quia inhoneſtum eſt, quod nuda pedibus appareat.*

☞ Iun-

a ¶ Id eſt, concordia duorum populorum in vnam prolem fidei, & fœcunditatem eccleſiæ.
a Iuncturę feminum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt 1
b a ¶ Operis excellentiam notat diuinæ manus appoſitio. b ¶ Propinans doctrinam.
c c ¶ Nihil nociuæ ſuperfluitatis retinens: & quanto infirmiores videntur tanto magis honorant.
manu artificis. Vmbilicus tuus crater † tornatilis, nunquam 2
d a ¶ Et ſi pars mollium ſit. ¶ Sine germine doctrinæ, vt boni coniugati. b ¶ Bonis operibus & ſi non ad eo perfectis.
e indigens † poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, valla- 3
f a ¶ Pro duobus populis. b ¶ Lactatores rudium, qui ſolidos cibos atterendo in naturam lactis conuertunt: vnde nutriantur paruuli, nuper in fide renati. 4
g c ¶ Caprea longe videt: ſic ſancti de terrenis cæleſtia.
h tus liliis. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. 5
a ¶ Id eſt, illi qui te iungunt capiti, habentes poteſtatem ligandi & ſoluendi. b ¶ Propter caſtitatem. c ¶ Illi peritiſſimi prouiſores futurorum.
i Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ 6
k a ¶ Cingulum mœroris interpretatur. b ¶ Gentium & Iudæorum: tunc erit vna filia 7
l in Eſebon, quæ ſunt in porta † filiæ multitudinis. † Naſus 8
m a ¶ Libanus mons, Chriſtum & eccleſiam ſignificat. b ¶ Semper præcauet contra inſidias, vel dolos diabolorum, vel malorum hominum: vt ſuos muniat, & aliquos inde extrahat. c ¶ Id eſt, potus ſanguinis. 9 10
n tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. 11

A a *Iuncturæ fe.* Recte poſt greſſus calceatos, iunctura feminum laudatur: quia per miniſterium prædicantium perficit vnanimis coniunctio credentium populorum.

b *Monilia.* Mundiſſima, cum iam non diſſentiant hi ab illis, ſed in omnibus conueniant: & operum atteſtatione clareſcant.

c *Quæ fabri.* Quæ coniunctio, arte inſcrutabilis conſilij ordinata eſt: Quis enim nouit, quare Deus vſque ad illud tempus Iudæos excæcauerit?

*Quę fa. ſunt ma.* Id eſt, ineffabili largitate firmata conditoris.

† potu i. ſemper plenus.

d *Vmbilicus tuus.* Illi etiam inter molles, qui gignunt, etſi mūdo licite hærent, tamē bene annuntiant.

B *Vmbilicus.* Id eſt, infirmitas noſtræ mortalitatis fit *crater*, quando infirmitatem noſtram in nobis experti, vt alij per nos recognoſcant, laboramus, vel aliqnando eleemoſynas damus. *Tornatilis.* i. rotundus & perfectus: qui enim ob id dat potum ſitienti, vel calicem diuini verbi porrigit erranti, vt à Deo remuneratore, vel terrenam ſapientiam expectet: Huius crater non eſt torno factus, quia opus miſericordiæ, quod fecit, non cauſa ſuæ fragilitatis erigendæ ad Deum fecit, ſed terrenam mercedem requirit.

† Bathtabbim, vt hic nomē loci.

Matt 10.d.

✠ BEDA. *Vmbilicus.* qui eſt fragiliſſimum corporis noſtri membrum, merito infirmitatem noſtræ mortalitatis deſignat, Et vmbilicus noſter *crater fit tornatilis, nunquam indigens poculis*, cum conſcientia mortalitatis, atque infirmitatis noſtræ moniti, calicem verbi ſalutaris proximis propinare ſatagimus, vt videlicet nobis miſericordiam facientibus, miſericordiæ cæleſtis beatitudo recompenſetur. quod etiam de eleemoſyna poculi generalis nil obſtat intelligi. De qua iudex ipſe dicturus eſt, *Sitiui, & dediſtis mihi bibere.* Crater eſt enim calix maior, duas habens anſas. De quo poeta, At vbi prima quies epulis, menſæque remotæ, magnos crateras ſtatuunt & vina coronant. Et bene *crater tornatilis* eſſe perhibetur: Tornatura enim cæteris ocyus artificiis vas, quod operatur, impletur: vt videlicet velocitas præſtandę pietatis, ſiue in eos, qui terreno, ſeu in illos, qui cæleſti poculo, aut etiam vtroque indigent, oſtendatur, iuxta illud Salomonis, *Noli dicere amico tuo, Vade, & reuertere, et cras dabo tibi, cum ſtatim poſsis dare.*

C

e *Venter tuus.* Venter noſter aceruus eſt tritici, cum memores noſtræ fragilitatis, fructus bonorum operum, quibus perpetuo reficiamur, in præſenti vita nobis præparamus.

*Venter tuus.* Quamuis ſit inferior gradus, tamen triticea refectio erit Deo, quia in imo multi, in ſuperiori pauci, non tamen dicimus in imo, id eſt, in peccato.

f *Aceruus.* In imo latior, in ſummo anguſtior creſcit: Sic & in noſtris actionibus, quæ quanto altioris ſunt meriti, tanto pauciores ſui operarios inueniunt. In inferioribus plures ſunt operarij: Multi de poſſeſſionibus eleemoſynas tribuunt, pauci ſunt qui poſſeſſiones relinquunt, Poſſunt in *aceruo tritici* eleemoſynæ, quas pauperibus erogamus, intelligi. & bene poſt *craterem* membra ſponſæ aceruo tritici comparantur, vt & potum & panem pauperibus dare ſignetur, quod & de corporali & ſpirituali refectione æque poteſt accipi. In apertis eſt doctrina poculum, in myſteriis eſt panis. D

† rotundus.

g *Vallatus liliis.* Cū omnia bona, quę agimus, gratia videndæ æternæ claritatis gerimus. Et per hoc inſidianti inimico aditum noſtri cordis circunquaque obſtruimus. E

h *Duo vbera.* Quia doctores rudium nō ſua prædicant, ſed ex eloquiis vtriuſq; teſt. ſumunt, quæ ab vno autore ſunt edita: vt ipſe vnus paſtor ex duobus gregibus ouium vnum ouile impleat, qui *capreę* comparantur, quia mundum eſt animal, viſu & curſu inſigne, & findens vngulam, quod ad diſcretionem boni & mali pertinet, Et ruminat, quod poſt diſcretionem eſt faciendum, gemelli propter vnam concordiam.

† 49. diſtin. c. hinc etenim.

i *Collum tuum.* id eſt, illi per quos vox exit, & eſca in corpus traiicitur, qui ſunt *turris*, quia & exemplo vitę muniunt alias, & decorant. In *ebore* enim candor notatur.

k *Oculi tui.* Qui arcana inſpiciunt, vt poſſint in aperto proloqui, qui fluenta doctrinæ auditoribus non ceſſant, ſicut in ciuitate *Eſebon piſcinæ* ſemper aquis abundantes, copioſe populo in introitu ipſius ciuitatis aquam miniſtrant. Et bene dicuntur aquæ eſſe *in porta* ciuitatis, quia nemo poteſt eccleſiam ingredi, niſi prius aſperſus aqua doctrinæ & baptiſmi. Vnde in introitu templi Salomonis erat mare æneum, vbi ſacerdotes intraturi lauabāt manus & pedes. F

3. Reg. 7. f.

l *Piſcinę.* Continentes multas aquas ſapientiæ & doctrinę, ad potandum eos, qui erunt in *cingulo mœroris*, perſequente Antichriſto, quę piſcinæ ſunt in illa plenaria introitione vtriuſque multiplicitatis, quæ erit *filia multitudinis.*

m *Naſus.* Cautiſſimi diſcretores boni & mali, ſicut & per nares odor vel fœtor diſcernitur, quos nulla fallit hypocriſis, & eminentiſſimum tenent locum.

n *Sicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* In monte idcirco ad ſpeculandum ponitur, vt hoſtes, qui veniunt, longe videantur: ſic prædicatoris vita ſemper in alto debet firma permanere, vt incurſus malignorum longe proſpiciat, vt culpam, priuſquam veniat, deprehendat.

Damaſcus metropolis Syriæ, quæ multa mala intulit Iſraeli, & etiam captiuauit, per hanc omnis multitudo dæmonum, vel nequam hominum ſignatur.

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Iuncturæ feminū tuorū ſicut mon. quę fabri. ſ. manū. *Per hoc deſignatur, quod crura ſunt in iuncturis ſuis debitè collocata, ad excludendam omnimodam claudicationem.*

2 Vmbilicus tuus ſicut cra. tor. *i. rotundus & bene formatus, & accipitur hic* vmbilicus *pro ſuperficie ventris, in cuius medio eſt vmbilicus. In Hebr. habetur.* Vmbilicus tuus baccinus clarus, *in quo deſignatur pulchra diſpoſitio ventris exterius.*

3 Venter tu. ſicut acer. tri. *i. interius fœcundus in prole.*

4 Valla. liliis. *id eſt, decoratus maritali caſtitate.*

5 Duo vbera tua ſicut d. hin. *i. ęqualiter tumentia, & abundantia lacte, prole nutrienda.*

6 Collum tuum ſicut turris eburnea. *i. rectum ad modum turris, & album ad modum eboris,*

7 Ocu. tui ſi. piſ. in Eſeb. *ſecundum Hebręos, Eſebon non eſt hic nomen ciuitatis vltra Iordanem, de qua dicitur Ierem. xlviij. a.* Ignis egreſſus eſt de Eſebon, ſed *eſt nomen commune, ſignificans computationem, Et ſic eſt litera:* Oculi tui ſi. piſ. in computatione. *i. magnę reputationis.* 8 Quæ ſunt in por. *i. prope portam.*

9 Filiæ mul. *i. in Ieruſalem, quę dicitur* multitudinis filia, *eo quod erat plena populo. Thre. j. a. Erant enim duæ piſcinæ aquarū in Ieruſalem ciuitatem multum decorantes, ſicut oculi pulchri & mundi decorāt mulierem. Comparantur autem oculi piſcinis aquarum, eo quod ſunt aquei à* domino *propter quod ſi lædantur, in lachrymas reſoluuntur.*

10 Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ re. *id eſt, rectus & bene ſedens in facie, ſicut turris Libani, quæ erat recta & bene ſita in extremitate terræ promiſsionis.*

11 Contra Da. *quæ erat ciuitas Syriorum, qui frequenter fuerant aduerſarij Iudęorum.*

7 Ocu.

✠ Cħ.

a ¶ Scientia circunciſionis, quam non habent Iudæi carnei. b ¶ Cogitationes.

a Caput tuũ vt † Carmelus: & comæ capitis tui, ſicut purpura 1

a ¶ Poſita in canalibus humilitatis, vt intingatur ſanguine Chriſti: & ibi fucata efficiatur indumentũ regis. 2

b ¶ Quid per ſingula. c ¶ Fide. d ¶ Opere.

regis † iũcta canalibus. Quàm pulchrã es, & quã decora cha

a ¶ Domino tuo, ex hoc quod vacas cæleſtibus delicijs

b ¶ Delicioſa es: & faſtidis cibos rationali animę amaros & inutiles: faſtidis etiam quædam bona, vt procedas ad meliora.

b rißimã in deliciis. Statura * tua aſſimilata eſt palmæ, & vbe- 3

c a ¶ Ante ſecula diſpoſui. b ¶ Exaltabor in cruce, cuius pars eſt palma. 4

c ¶ Per hoc fugitiuos retraham. 5

d ¶ Omnes ſaluandos: quorum pars vltimi Iudæi erunt.

d ra tua botris. Dixi: Aſcẽdã in palmã, & apprehẽdã † fructus 6

e a ¶ Per hoc idem. b ¶ Quia doctrina nulla profeciſſet, niſi Chriſtus palmam aſcendiſſet 7

c ¶ Dulces, non vt hederę. d ¶ Non ſolum os: ſed etiam odor oris tui, id eſt, fama prędicationis, allicit & inuitabit ad guſtum. 8

f eius. Et erũt vbera tua ſicut botri vineæ, & odor oris tui ſicut 9 10

a ¶ Ipſum prędicationis officium, quam vbera continent. ¶ Vos eccleſiæ. 11

g odor malorũ. Guttur tuũ ſicut vinũ optimũ, † dignum dile- 12

---

a *Cap. tu.* Mens tua, quia regit totum corpus cogitationum, eſt
A alta, vt mons per conuerſationem vitæ, & talis mons, qui habet ſcientiam circunciſionis, non in ablatione carnis, ſed ſuperfluitatum cordis. Cochleæ maris ferro circumciſæ, lachrymas purpurei coloris emittunt, quibus collectis tinctura purpurei coloris conficitur, *Canales*, qui purpuram regis ſuſpiciunt, ſunt præcordia fidelium: Lana quæ intingitur, vt indumentum regis efficiatur, eſt humilitas in patiendo, quæ *iuncta eſt canalibus*,
B quando cõſtanti corde virtus humilitatis, & continua dominici cruoris memoria ad tolerantiam animatur. Semper purpurã veri regis, i. paſſionẽ, in memoria habẽtes, & ad imitandum parati, vt cum Chriſto reſuſcitentur.

† coccinũ.

† ligata in plicas.

* iſta.

b *Statu. t.* Quia eccleſia in certamine præſentis vitæ gaudia futuræ vitæ prægustat, ſubditur.

*Sta. t. aſſi. eſt pal.* Hæc eſt rectitudo bonæ operationis, quæ ad
C terrena deſpicit incuruari, totam ſe ad cæleſtia erigit, & in certamine poſita tendit ad brauium, quo finito agone, victrix donanda eſt palma. In inferioribus aſpera eſt, ſed deſuper pulchra eſt, & fructum gerit: Sic eccleſia in terra aſperos tolerat labores, ſed ſperat in cælo ſe accepturam præmium. Palma conſeruat folia: ſic eccleſia variante ſeculi ſtatu, eadẽ tenet fidei ſacramẽta.

c *Vbera.* Id eſt, magiſtri, qui pro capacitate audientium ſuam temperant doctrinam, & vnumquenque ad ſublimia *ab vbertate domus Dei inebriant*, & corda exhilarant.

d *Dixi: Aſcendam.* Quaſi diceret: Et quod tales habet doctores, tam diſcrete prædicantes, non eſt tui meriti, ſed donum meum, quia *aſcendi in palmam*, id eſt, dedi eccleſiæ augmentum virtutum, donec ad perfectum veniat, & *apprehendam fructus eius*, id eſt, ita confortabo & multiplicabo virtutes in eis, vt nul-
D lo modo poſſint decidere, donec ad maturitatem perueniant, & per hoc *vbera tua* erunt *ſicut botrus* cypri, quia illi, qui parua norunt, ſi beniuole nuntiant interdum potiore ſapientia debriabuntur.

*Dixi.* Quaſi, inſiſtendum eſt ad conuerſionem Iudæorũ, quia tam pulchra cõiunctio eſt ſecutura, & quia pro eis maxime paſſus ſum, quia eos ſaluandos prouideram.

e *Fructus eius.* Fru-
E ctus Crucis, poteſt dici reſurrectio, & aſcẽſio, aduentus ſpiritusſancti, & ſalus mundi: & per hæc doctores ſunt debriati & confortati.

† ramos, propagines

f *Et odor oris.* Odor malis, guttur vino cõparatur: quia mala, ex nouitate, vinum ex vetuſtate laudem conſequitur. Sicut vinũ malo præſtat, ita præſtat præſens allocutio eccleſiæ, ipſi famæ, quam de illa poteſt audientium ſermo diſſeminare. Odor in gutture, vox præſentis doctrinæ, In odore fama abſentis deſignatur:
F & ideo vino illa, propter fragantiam virtutum, hæc malis ob ſuauitatem abſentis famæ comparatur.

† quod delabitur in amicũ meũ ſuauiter, & facit vt labia veterũ loquantur.

g *Dignum dilecto meo.* Verbum, quod in ore meo dilectus poſuit, tantæ eſt ſublimitatis, quod non per aliũ, quam per ipsũ ſpõſum mundo debuit prædicari: quia non eſt alius inuentus, *qui ſolueret librum*, & ab illo ſuſceperũt alij, Chriſtus quaſi potauit, quia docente diuinitate, cito in perfectione ſcientiæ profecit, & libenter paſſionem ſuſtinuit, membra non eodem modo. Dum ſponſus laudat guttur ſponſæ, illa intelligens in gutture verbum, per quod ſalus datur mundo, deſignari: ex magno amore verbum diſpenſare volens, rapit verba ab ore ſponſi, ille vino optimo eam comparauit, hæc ſubiecit, *Dignum dilecto meo.*

Luc. a. g.

☞ Rumi-

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Ca. tu. vt Car. *supereminens corpori, & bene ſedens, ſicut mõs Carmelus in terra promiſſionis, qui eſt frugifer & gratioſus, Eſai. xxxv. a.* Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron.

2 Et comæ capitis tui, ſicut purpura, regis iũcta canalibus, *id eſt, poſita in canalibus ad lauandum poſt tincturam, vt color ſit magis viuidus, per hoc deſignatur pulchritudo capillorum ſponſę in colore, ſicut purpura, quæ tingitur pro paramentis regijs, ſit coloris excellentis, ideo ſubditur,* Quam pulchra es.

3 Statura tua aſſimilata eſt palmæ, *id eſt, recta eſt, & alta.*

4 Et vbera tu. bo. *propter vbertatem lactis. Omnia prędicta faciũt ad gratioſitatem ſpõſæ corporalis. Per dictam parabolam intelligitur ad literam decor ſponſæ ſpiritualis pro tempore noui teſtam. de qua dicitur:* Quam pulchri ſunt greſſus tui, *per euangelica conſilia gradiendo.* In calceamentis, *Calceamenta, quę fiunt de pellibus animaliũ mortuorũ, ſunt memoria mortis Chriſti, & martyrum, quę muniunt pedes ſpõſæ ad firmiter incedẽdum per conſilia euangelij.* Filia principis, *id eſt, eccleſia, quæ dicitur filia et ſponſa Chriſti, qui eſt* princeps regũ terræ, *Apo. j. b.* Iuncturæ fe. tu. *i. coniunctio Iudęorum & Gentiliũ in vna Chriſti eccleſia: Et hæc iũctura* fabricata eſt manu artificis, *id eſt, Chriſti,* qui fecit vtraque vnũ, *Eph. ij. c.* Vmbilicus tuus, &c. *per vmbilicũ, ſub quo fœtus concipitur, et per* ventrẽ *in quo ante natiuitatẽ alitur, intelligitur eccleſiæ fœcunditas ad gignendum filios ipſi Chriſto: & quia non generantur carnaliter, ſed ſpiritualiter. Ioan. j. d.* Qui non ex ſanguinibus, neque ex volũtate carnis, &c. *Ideo venter ille dicitur,* Vallatus liliis, *ſcilicet caſtitatis.* Duo vbera tua. *id eſt, duo teſtamẽta, ex quibus ſugitur lac, quo nutriuntur & augmentantur filij in Chriſto generati. j. Pet ij. a.* Quaſi modo geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. Collũ tuum, *id eſt, fides formata charitate, quæ coniungit corpus ſponſæ capiti ſuo Chriſto. Eph. j. d.* Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam. *Huius autem capitis* naſus *eſt iudicium diſcretionis, quo in præſenti diſcernit fideles ab infidelibus, ſicut naſus diſcernit inter odores fœtidos et ſuaues.* Oculi *vero ſunt Chriſti virtus cognitiua, quibus reſpicit fideles ſuos eos approbando. Ioan x. c.* Ego cognoſco oues meas, *qui dicuntur fideles.* Sicut piſcinæ, *quia pleni ſunt aquis miſericordiæ.* Caput tuũ, *id eſt, huius capitis ſũmitas, quæ eſt Chriſti diuinitas, ex quo capite fluit ſenſus et motus vitæ ſpiritualis, primo in humanitatẽ Chriſti, & conſequenter ad omnia mẽbra eccleſiæ, ideo ſubditur,* Sicut Carmelus, *qui eſt mons fructibus plenus.* Comæ *huius capitis ſunt apoſtoli, qui primo adhęſerunt Chriſto capiti, qui dicuntur,* Sicut purpura regis, *quia pro amore regis Chriſti fuerunt ſuo ſanguine rubricati per palmam martyrij. Ex prędictis concluditur.* Quam pulchra es. *interius per fidem,* Et quam decora, *exterius per honeſtatem,* Chariſſima. *i. pretio maximo redempta, ſcilicet ſanguine Chriſti pretioſo. Illud enim cariſſimum dicitur, quod maximo pretio emitur.* In delicijs *quia paſſio Chriſti aperuit portam deliciarum paradiſi ſpõſę ſuæ.* Statura tua aſſimilata eſt palmæ, *in rectitudine iuſtitię, & altitudine contẽplationis deuotę,* Et vbera tua botris, *propter abundantiam lactis ad nutritionem filiorum Chriſti & eccleſiæ.*

Sponſæ ſpiritualis decor exprimitur.

5 Dixi: Aſcendam. *Hic conſequenter deſcribitur pulchritudo ſpõſę quantùm ad perfectos ſpecialiter, de quibus dicit ſponſus:* Dixi: Aſcendam. *id eſt, aſcendere faciam perfectos in eccleſia,*

6 In palmam. *id eſt, in contemplationis altitudinem.*

7 Et apprehendam, *id eſt, apprehendere faciam, (ſicut frequẽter expoſitum eſt in ſimili.*

8 Fructus eius. *id eſt, dulcedinem, quæ ſentitur in contemplationis altitudine, ſicut palma fructus ſuos facit in ſummitate.*

9 Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ, *ex abundantia lactis ſacrę doctrinæ. Contemplatiui enim in contemplatione hauriunt, quę poſtea per doctrinam effundunt, ſicut patet de Paulo poſt eius raptum, & de multis alijs doctoribus.*

10 Et odor oris tui. *i. fama doctrinæ, vnde Paulus apoſtolus. ij. Cor. ij. d.* Per nos odorem ſuæ notitiæ manifeſtat in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus, &c. *Et ad idem pertinet, quod ſubditur.*

11 Guttur tuum. *in quo formantur prædicationis verba.*

12 Sicut vinum optimum. *inebrians amore diuino mentes fidelium & hoc eſt* vinum germinans virgines, *Zachariæ ix. c. Et quia hoc eſt valde placidum Deo, ideo ſequitur,* Dignum dilecto meo. *& ideo concludit ſponſa.*

☞ Ego

a ɑ̃cto meo ad potandum: labijſque & dentibus illius ad rumi-
a ¶ Et dignum præconibus, vt Paulo. b ¶ Attritoribus vt Auguſtino.
a ¶ Mihi adhortanti credite. ¶ Quia. ¶ Conuerſa ſum & non alij. 1
b nandum. Egò dilecto meo, & ad me † conuerſio eius. 2
a ¶ Ergo. Quia ſum certa quod compuncta Iudea in fine obediet, tu adiuua.
b ¶ Ab occulto cordis, in quo contemplabar te, in eos, qui adhuc à principio arandi & excolendi ſunt.
c ¶ Aſſidua prædicatione.
c Veni dilecte mi, egrediamur in agrum: commoremur in 3
a ¶ In illis iam ad legitime viuendum inſtruendis. 4
b ¶ Studioſius laboremus, etiam in quibuſdam conuerſis: vt apoſtolus in Galatis, Minori enim cultura ager indiget, quàm vinea.
c ¶ In aliquo initio fidei, & confeſſionis.
d ¶ Laborioſius excolendi.
d villis. Mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi floruit vinea: 5
e a ¶ Quia multoties florem non ſequitur fructus. 6
b ¶ Si exercent opera, ne fides otioſa inueniatur.
c ¶ Si hi, qui in fide & recta operatione profecerunt, etiam deſiderium patiendi percipiunt. 7
f ſi flores fructus parturiunt: ſi floruerunt mala punica. Ibi 8
a ¶ Teneram doctrinam, vt per hanc creſcant pueri. 9
b ¶ Egrediendum verè eſt, quia Iudea membrum ſine capite.
¶ Iam. ¶ Opinionem. ¶ Spem.
g dabo tibi † vbera mea. Mandragoræ dederunt odorem 10
a ¶ In introitu ad nos fide & conuerſione. b ¶ Omnia teſtimonia & exempla.
c ¶ Nouorum apoſtolorum. d ¶ Veterum patrum & prophetarum.
ſuum in portis noſtris. Omnia poma *, noua & vetera dilecte 11
a ¶ In illo tempore exponenda. 12
h mi, ſeruaui tibi.

†amores meos. †deſiderii, appetitus. * optima.

a *Remunerandum*. Non ita facile ad potandum, quod ille prius A orans alijs porrexerit, ſed cum labore & ſtudio meditandum.

b *Ego*. Totum ſtudium meæ ſeruitutis & deuotionis ad ipſum refero, & in præſenti vita, ne laborando deficiam, me adiuuat: & in fine ſecum ad gaudia recipiet. Ego prius exul à Deo, ab omni errore ad Deum cõuerſa ſum, vt ciuis & domeſtica, & ipſe prius humano generi iratus ad me eſt conuerſus, naturam meæ mortalitatis indutus.

c *Veni*. Qui aſſumptam pro me humanitatem in cœlo locaſti, per præſentiam B diuinæ gratiæ viſita me: vt in agrum mũdi ſemen verbi tui poſſim ſpargere, & villas cohabitationis in vnam fidem conſtituere.

*Veni dile*. Eccleſia videns, quòd nec ad bene operãdum, vel egrediendum per ſe ſufficit, nec in bono perſiſtere, vel auditores quantum profecerint diſcernere, implorat auxilium.

C In *agro*, Chriſtiani, in *villis*, pagani, in *vineis*, eccleſiæ, in *floribus*, fides; in *fructibus*, virtutes, in malis punicis, martyrium deſignatur. In his ſingulis ſponſa dilecti ſui præſentiam quærit.

✠ THEODORETVS. Spõſum vt animarum vilium adhuc & abiectarum, (quas metaphoricè agrum & villas nominat) curã gerat, ſponſa cohortatur. Neque enim dicit, Egrediamur in ciuitatem, ſed *egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane ſurgamus ad vineas, videamus an vitis floruerit*, aſpiciamus, inquit, eos, qui modò prædicationem acceperunt, an floruerit germen. Intueamur & meliores iſtos, qui non ſolum folia, ſed etiam flores tulerunt, quos hic per *germen* intelligit: *An floruerint mala punica*, an charitatis initiũ in aliquibus apparuerit. Oportet enim nos circumire, & omnem diligentiam idoneam adhibere: Id nanque faciens te promerebor. Quamobrem, illic, inquit, *dabo tibi vbera mea*. Quæ enim illis præſtantur, ea in teipſum collata arbitraris, *quandiu* inquiens, *feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*. (Matth. 25.) *Mandragora dederunt odorem*. Mandragoræ vis eſt, vt (vt medici tradunt) ſoporifera. Quare cum præceptum ſit nobis D vt mortificemus membra, quæ ſunt ſuper terram, nõ vt ea morte afficiamus, ſed vt mortua malis actionibus reddamus: meritò mandragoram hoc loco poſuit, & dixit, *Mandragoræ dederunt odorem*, id eſt, cœperunt homines dormire peccatis. Et quemadmodum, qui mãdragorã hauſerunt, corporis motiones non ſentiunt: ita qui piæ doctrinæ poculum biberunt, perturbationes ſtudent conſopire.

d *Mane ſurgamus*. Quia nox infidelitatis trãſijt, & lux fidei apparet, procedens E ex matutina reſurrectione Chriſti: ab ipſo mane reſurrectionis laborem⁹, tu inſpirãdo, & ego prædicando.

e *Videamus*. Vt ego, qui pædagogus ſum paruulorum, poſſim diſcernere eos, qui acquiſiti ſũt, quomodo ſe habeant, quãtum proficiant: vt qualiter nutriendi ſint, intelligam. F

Non eſt intuendum, ſi vineæ florent, ſed ſi flores ad partũ fructuũ conualeſcant: quia mirum nõ eſt, ſi quis bona inchoet, ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perſeueret.

f *Ibi dabo tibi vbera*. id eſt, vbi ad videndas vineas, & mala ſi floreant, venerimus in tuum obſequium: & facta, & dicta meorum prædicatorum exhibebo ad ſimilitudinem ſedulæ nutricis.

g *Mandragora*. Meritò inuocat ſponſum ad auxilium prædicationis, vbi prædicatores præcipuis flagrant virtutibus. *Porrò* apoſtoli, & eorum ſucceſſores, *Mandragora*, id eſt, virtutes illorum, quæ ſunt aptæ medicamentis: quæ contra ſolicitudines mũdi adducunt quietem, quæ nauſeam verbi Dei excludunt, quæ vitia ab hominibus ſine dolore excidi faciunt, quæ proferunt *mala*. i. eccleſias, ſuauiter redolentia in confeſſoribus, ſimilia malis punicis in martyribus: *dederunt odorem*, quia exemplis maiorum minores confirmantur.

h *Seruaui tibi*. Vel ſeruaui. i. intellexi omnia præcepta & teſtimonia, vel promiſſiones vtriuſque teſtamẽti à te eſſe datas, vel, omnia poma, id eſt, iuſtos vtriuſque teſtã. per te ſolum incarnatum iuſtificatos cognoui.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego dilecto meo, *per amorem inhæreo*,

2 Et ad me conuerſio eius, *conſolando me in tribulationibus*.

3 Veni dilecte. *Hic conſequenter deſcribitur fidei Chriſti dilatatio, quæ primò fuit in Ieruſalem, & inde deriuata eſt ad alias partes orbis, ſicut prædictum fuit, Eſa. ſecundo a.* De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem, *propter quod etiam dixit Chriſtus apoſtolis, Act. primo a.* Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, atque Samaria, & vſque ad vltimum terræ: *& hoc eſt quod petit ſponſa hic*, Veni dilecte mi. &c. egrediamur in agrum *per diffuſionem fidei in orbe terrarum*;

4 Commoremur in villis, &c. *ædificando eccleſias in ciuitatibus & villis.*

5 Mane ſurgamus ad vineam. *id eſt, ad conuertendum Gentilitatem, ex qua pro maiori parte eſt eccleſia Chriſti, quæ dicitur eius vinea: ſicut tempore veteris teſta. ſynagoga dicebatur Dei vinea, Eſa. quinto b.* Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt, *& dicitur*,

Mane ſurgamus ad vineam, *quia in primitiua eccleſia Iudæis excæcatis per infidelitatem, Gentilitas eſt illuminata per fidem, Roman. vndecimo c.* Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, &c.

6 Videamus ſi floruerit vinea. *Hic accipitur ſi, pro quia, quia Gentilitas floruit, verbum Dei gaudenter accipiendo, Act. decimotertio:* Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum domini.

7 Si flores fructus parturiunt. *ſi pro quia, quia gentes non ſolum verbum audierunt, ſed etiam bonorum operum fructus fecerunt.*

8 Si flo. mala puni. *Per mala punica granis rubicundis plena, intelligitur plenitudo martyrum in primitiua eccleſia.*

9 Ibi dabo tibi vbera mea. *i. doctrinam vtriuſque teſtamenti ad tuam gloriam ordinabo.*

10 Mandragoræ, *poma ſunt pulchra, & odorifera, & valde rara: & per hoc intelliguntur excellentes viri in eccleſia Chriſti, odorem famæ per ſanctam vitam, & ſanam doctrinam dantes in eccleſia, ideo ſubditur.*

11 Omnia poma noua & ve. *i. veteris ac noui teſta. teſtimonia.*

12 Dilecte mi. ſer. ti. *ad honorem tuum ordinaui, propter quod dicit ſaluator, Matth. xiij.* Omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.

☙ CAP.

## CAP. VIII.

A a Q*Vis mihi*. Introducitur Iudæa iam inſpirata & edocta, & ſummo deſiderio Deum inueſtigat.

In expoſi. cant. ✱ GREGORIVS. In veteri lege Eccleſia poſita Chriſtum exoptabat, & expectabat, & in ſecreto patris manentem, foras venire per carnem ad humanos oculos non mediocriter cupiebat. Vnde & Dauid deſiderans dicebat, *Exurge, & ne repellas in finem*. Et alibi, *Inclina cœlos tuos & deſcende*. Et Iſaias valde cupiens eum videre dicebat, *Vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes*. B Vult ergo ſponſum foris ſponſa inuenire, & deoſculari: quia concupiſcit ſub lege poſita, vt per carnem appareat, vt ei per amorem ſeruiat, cui prius non accepta gratia plus timore, quàm amore ſeruiebat. Poſt cuius oſculum iam à nemine deſpicitur: quia poſtquam Chriſtus venit, & fidelibus ſuis C ſpiritum libertatis infudit, ab ipſis etiam angelis Eccleſia honoratur. Hinc eſt quod Ioſue angelum adorauit, Ioanni verò volenti ſe adorare dixit, *Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & vnus fratrum tuorum habens teſtimo. Ieſu*. Sed quia venientem Eccleſia ſuſcepit, Synagoga repulit, iterum eum in fine mundi ſuſcipiet & amabit: ideo ſubſequitur Eccleſia & dicit, *Apprehendam te, &c.*

b *Foris*. Intus erat dilectus, dum *in principio erat verbum*: foris, dum *Verbum caro factum eſt*. Ioan. 1. b.

c *Deoſculer te, & iam nemo, &c.* Id eſt, facie ad faciem videam, & ore ad eos loquar.

d *Ibi me do.* Tu augebis gratiam in me, & ego non ingrata augebo ſeruitium.

e *Leua*. Id eſt, myſteriū incarnationis, & dona quæ dat in præſenti, erit ſub capite: quia per ea ſuſtentata in præſenti contra D perturbationes mundanas quieſcit, & quodammodo cum eo dormit; *& dextera*: id eſt, futura bona, id eſt, plena ipſius viſio, *Amplexabitur me*, id eſt, ita vndique circundabit, vt nullus turbo miſeriæ poſſit interuenire.

f *Adiuro vos*. Audiēs ſponſus illam vltimā eccleſiam, & in præſenti velle dormire, & quandoque requieſcere; & videns multos gigni ab eccleſia, qui alios perturbant; *tanquam* admonet illos, vt à pertubationibus deſiſtant.

g *Donec ipſa velit*. E Donec completis diuinæ ſeruitutis obſequijs, ipſa ad communem redire curam humanę fragilitatis neceſſitatibus admonita conſentiat.

h *Quæ eſt iſta*. Iudæa in tantam ſponſi agniti charitatem exardeſcente, Gētilis admirando & cōgratulando dicit, *Quæ eſt iſta*.

✱ THEODORETVS. Et non dicunt albam ſed dealbatam. F Sponſa enim nigra de ſponſo, *nepos meus*, inquit, *candidus*, non autem dixit dealbatus, Natura enim eſt talis; at ipſa cum eſſet denigrata, propterea quod eam ſol aſpexiſſet, dealbata eſt, & candoris ſponſi particeps effecta: qui ſicut lux exiſtens, & reddidit & appellauit, & ſanctus exiſtens ſanctam & fecit & nominauit, & cùm ſit reſurrectio, reſurrectione dignam eſſe voluit, ſic etiā albedinem ſuam illi communicauit. Quocirca adoleſcentulæ eam contuentes, *quæ eſt*, inquiunt, *iſta, quæ aſcendit dealbata, innixa ſuper nepotem ſuum?* Ab ipſo enim rectà & quaſi manuducta aſcendit in cœlum, & iter facit ad dilectum ſuum per firmam in ipſum fidem. Poſt hæc ſponſus illam ita compellat, *Sub pomo excitaui te.*

## CAP. VIII.

a ¶ O vtinam aliquis. b ¶ Cuius non debui immemor eſſe, quia ſecundum carnem frater meus eſt. c ¶ Quibuſcunque ſabbathis, dum loqueretur inter ſapientes, interrogans & reſpondēs.

a Q
Vis mihi det te* fratrē meum ſugen- 1
a ¶ Legis vel ſynagogæ. b ¶ Vt cognoſcam tuæ humilitatis naturam.
tem vbera matris meę: vt inueniam te 2 3
a ¶ Quia intus nulli fas eſt. b ¶ Incipiam iungi fide, vt quandoque plene iungar nuptiarum tempore.
b ſolùm foris: & deoſculer te, & iam ne- 4
a ¶ Iam Gentilitas non dicat me excecatam, & reprobatam. b ¶ Et exinde appre. ſi velis aufugere. c ¶ Alios docebo Iudæos.
c mo me deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domum 5 6 7
a ¶ In multitudinem. b ¶ In ſecretarium. c ¶ Te mihi manifeſtabis, cognitionem tuam in me ſemper augebis, plus quàm per leges & prophetas.
d matris meæ, & in cubiculum genitricis meę. Ibi me doce- 8 9
a ¶ Faciam te delectari. b ¶ In conuerſis multis virtutum & operum pigmentis. c ¶ Et etiam calefieri & exhilarari in ſanguine martyrum.
bis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum ma- 10
a ¶ Tunc erit. ¶ In hoc præſenti.
e lorum granatorum meorum. Leua eius ſub capite meo, & 11 12
a ¶ Quandoque. b ¶ In lauacro regenerati, & fide vniti, quamuis imperfecti.
f dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieru- 13 14
a ¶ Tumultu carnalium perturbationum. b ¶ A quiete placidiſſimę deuotionis: qua conſpectibus ſui conditoris aſtare delectatur.
ſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, 15
a ¶ Quam digna. b ¶ Gradibus virtutum ad gratiam peruenit. c ¶ De priori extricatione.
g h donec ipſa velit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto 16



## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. VIII.

QVis mihi det. *Hic vltimo deſcribitur eccleſię Chriſti pacificatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius pacis deſiderium, ſecundo, complementum, ibi*, Soror noſtra. *Prima adhuc in duas, quia primo deſiderium hoc ponitur, ſecundò ad eius complementum ratio inducitur, ibi*, Sub arbore malo. *Circa primum ſciendum, quod in primitiua eccleſia, eccleſię & eius miniſtris iniuria multa inferebantur & opprobria: vnde Maximianus Auguſtus eccleſiam à beato Marcello conſecratam fecit ſtabulum publicum, & beatum Marcellum deputauit ad cuſtodiam animalium: propter quod ſponſa petit ab his & conſimilibus per patem eccleſię dandam liberari, dicens.*

1 Quis mihi det te fra. meum, *ratione humanitatis aſſumptę*,

2 Sugentem vbe. ma. meæ. *i. virginis Marię quę non ſolum dicitur mater Chriſti, ſed etiam totius eccleſię. Quòd autem hic locus intelligatur de Chriſto ad literam, patet per tranſlationem Chaldaicam apud Hebręos autēticam, quę ſic habet*: In illo tēpore, quo rex Meſſias reuelabit ſe eccleſiæ Iſrael dicent ei filiæ Iſrael: tu eris nobis ad fratrē: *ſed Iudęi moderni expectant hoc futurum: quod iam diu eſt pręteritum.*

3 Vt inueniam te ſolum foris, *latria honoratum. Per hanc autem dictionem* ſolum, *non excluditur pater & ſpirituſſanctus, quia tres perſonę adorantur vna adoratione, quarum eſt vna diuinitas: ſed per li ſolùm, excluditur idolorum ſeruitus.*

4 Foris. *id eſt, manifeſtè abſque infidelium timore: quod poſtea fuit impletum tempore Conſtantini imperatoris, qui conceſsit eccleſias licitè fabricari per totum imperium Romanum. Antea verò celebrabantur diuina in cryptis martyrum, & aliis locis occultis timore paganorum.*

5 Et iam nemo me deſpiciat; *quia ante tempus Conſtantini, multi contemptus fiebant eccleſiæ, eius miniſtris, vt dictum eſt: ſed ipſe lege ab eo promulgata prohibuit hoc fieri.*

6 Apprehendam te, *fidei deuotione*,

7 Et ducam, *id eſt, precibus meis faciam te venire per condeſcenſionem bonitatis tuę*,

8 In domum matris meæ, *i. in eccleſiam beatę virgini conſecratam, & etiam in conſecratis alijs ſanctis, quia totum cedit ad honorem virginis, cùm in omnibus eccleſiis honoretur.*

9 Ibi me docebis, *reuelando ſecreta myſteria eccleſiæ miniſtris, ſicut patet in beato Syluestro, & in multis aliis ſanctis doctoribus & pręlatis.*

10 Et dabo tibi poculum ex vino condito, *id eſt, ex deuotione fidelium, quę placet Chriſto ſicut vinum bibentibus ipſum.*

11 Et muſtum malorum granatorum meorum. *Per* muſtū *quod eſt vinum nouum, intelligitur deuotio nouiter conuerſorum, quod fuit impletum tempore Conſtantini, cuius exemplo multi valde deuote receperunt baptiſmum.*

12 Leua eius. *id eſt, ſponſi.*

13 Sub capite m. *q. d. tunc oſtendet mihi amicitiam ſicut ſponſus ad ſponſam prædilectam. Et quia huius amicitiæ continuatio eſt deſideranda, & interruptio abhorrenda, ideo ſubditur,*

14 Adiuro vos filiæ Ieruſalem, *id eſt, perſona de eccleſia,*

15 Ne ſuſcitetis. *id eſt, quando ſponſa obtinuerit quietem pacis, quòd non faciatis aliquid, vnde ſponſus offendatur, & ſponſæ requies interrumpatur: vt ſic præ admiratione proſperitatis ſua dicatur,*

16 Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, *id eſt, de aſperitate perſecutionis tyrannorum,*

A a *Sub arbore.* Gentilibus admirantibus reſpondet, ille, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum: & admonet meminiſſe gratiæ, per quam ipſa erepta eſt, & aliorum congaudere ſaluti. Ephes.2.c.

b *Suſcitaui.* Quod fuit effectus magnæ benignitatis, quia in illa arbore interius excæcata fuit mater tua, ex quo dixit, *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Matt.27.c.

c *Pone me, &c.* Ponimus Chriſtum *vt ſignaculum ſuper cor,* cum ea quæ dixit, ita diſcimus, quaſi diuinę veraciter ſint verba ſapientiæ. Solemus ſignum aliquod digito, vel brachio alligatum circumferre, quo admoneamur illius rei, cuius frequentiorem habere volumus memoriã: Ponimus, vt ſignum, ſuper brachium, cũ ea quæ fecit ita audire & ſequi ſtudemus, quaſi veræ ſint exempla virtutis.

d *Quia fortis eſt vt mors dilectio.* Poſt corruptionẽ matris, aptè ſubiũgit de dilectione, vt non ex meritis oſtendatur data eccleſiæ.

*Quia fortis eſt vt m.* Sicut mors ſeparat animam à corpore, ſic amor Dei à temporalium amore.

e *Dura ſicut infernus, &c.* Quia nullis hoſtium tentamentis à noſtræ ſalutis cura reuocari potuit: ſicut infernus nullis miſerorum cruciatibus mitigatur, nec à ſeueritate ſuæ ſententiæ mutatatur. Quanto auſterior comparatio, eò acrior zelantis nos domini commendantur affectus. D

f *Lampades eius*, Id eſt, corda fidelium, in quibus dilectio continetur, vt in vaſe, ſunt *ignis*: quia intrinſecus feruent Dei & proximi dilectione; Sunt etiam *flamma*, quia exterius lucent operibus iuſtitiæ. Hæ lampades non extinguuntur in aduentu ſponſi.

g *Aquę multæ non po.* Quia domus, quæ ſupra petram charitatis fundata eſt, irruentibus fluminibus non poteſt cadere.

h *Flumina.* Tentationum, quæ vel viſibiliter vel inuiſibiliter tentant corda fidelium.

i *Si dederit.* Quia vbi abundat amor æternorum, mox vileſcit poſſeſſio labentium; rectè ſubditur.

*Si dederit ho.* Apoſtoli, & alij ſãcti, omnibus dimiſſis, nihil viſi ſunt ſibi perdidiſſe, dummodo vera bona poſſent habere: vnde Paulus, *Omnia detrimenta arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Philip.3.b.

k *Soror noſtra, &c.* O vos miniſtri & commilitones mei, noua eſt hæc

[Marginalia: †deliciis affluens. — †peperit te — B — † poterunt — C — † contemnendo cõtemnet eũ. — † perperit te. — E — † De pœn. di.2.c, valida. — † Prunę eius, prunæ ignis, & flãmæ domini. i. vehementiſſimæ. — F — †Eſt nobis]

a ¶ Operibus electis, & deſiderio ſolius patrię cæleſtis. b ¶ Merito ſuper illum innixa, à quo ſolo fluit omnis gratia. c ¶ Prius meum, quando erat excæcata. d ¶ Quaſi: quia ad tantam prouecta es gratiam, pone me vt ſig. Et eſt cauſa præmiſſa, quia te ſitam ſub peccato primi parentis, vel ſub peccato crucis tibi letali ô ſynagoga, vel modo ſub ſaluatione crucis.

a deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Sub arbore 1

a ¶ Per fidem paſſionis te reuocaui. b ¶ In vindicta ipſius. c ¶ Exteriori vltione à Tito & Veſpaſiano. 2

b malo ſuſcitaui. Ibi † corrupta eſt mater tua, ibi † violata 3 4

a ¶ Et quia ſuſcitaui te à tanta calamitate. b ¶ Dilectionem. c ¶ Voluntatem. ¶ Sigillatum ſit nomine meo, ne vllatenus ſurrepat, ſaltem viſus adulteri. 5

eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, 6

a ¶ Operationum. ¶ Vt non tantum à corde excluſus ſit diabolus, ſed nec in opere aliquid ſuum notari poſſit. 7 b ¶ Quod agere debes. 8

d vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt † vt 9

a ¶ Dilectio, quã habui in te, efficax fuit vt mors, quia per eam anima mea ſeparata eſt à corpore, vel ſeiuncta eſt. b ¶ Dilectionis executio. c ¶ Plura de virtute dilectionis accumulando ſubnectit.

e f mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. † Lampades 10

a ¶ Iuſtitiæ. b ¶ Quælibet aduerſa, ſeductiones, blanditię.

g eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non 11

a ¶ Ex ea enim radix conſtantię. b ¶ Impetus difficillimę anguſtiæ vel etiam mortis.

h † potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent il-

a ¶ In cibos pauperum. ¶ Etiam carnem.

i lam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro 12

a ¶ Pro eo quod diligit. b ¶ Quia & ſi hoc totum dedit ei, quem diligit, quid commodi fecit ei? ſed dilectio Chriſti profuit nobis, nõ ſibi. c ¶ Chriſtus ad ſynagogam de eccleſia.

k dilectione, † quaſi nihil deſpiciet eam. † Soror noſtra 13 14

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Deliciis affluens, *tempore Conſtantini, aliorum principum Chriſtianorum. Pax enim & tranquillitas poſt perſecutiones magnas, deliciæ reputantur: vnde dicit Priſcianus in minori volumine,* Si quæratur, quid eſt ſummum bonum in vita bene reſpõdetur, pax. *& Eſther decimotertio a.* Vt abſque vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

2 Innixa ſuper dilectum ſuum. *q.d. hanc tranquillitatem obtinuit, eò quod in Chriſto totaliter confidit.*

3 Sub arbo. *expreſſo ſponſæ deſiderio, hic conſequenter ad eius impletionem allegatur ratio. Circa quod ſciendum, quod preces eccleſiæ ſunt exaudibiles, potiſſimè per virtutem paſſionis Chriſti: ideo dicit ſponſa,* Sub ar.m. *i. per virtutem ſanctæ crucis & tuæ paſſionis,*

4 Suſci.te. *i. inuocaui te in oratione, vt cum in oratione dicit eccleſia: Per crucem & paſſionem tuam, libera nos domine. Et ſciendum quod li* malo, *non eſt hic adiectiuum, vt credunt aliqui exponentes hoc de arbore vetita Adæ & Euæ, quia in Hebr. pro iſtis duabus dictionibus,* arbore malo, *ponitur punica, quæ ſignat malum granatum, ideo expoſitio illa procedit ex ignorantia idiomatis Hebræi. Dicitur autem hic ſancta crux* malum granatum, *quæ eſt arbor fructifera, ad deſignandum fructum crucis, qui eſt innumerabilis.*

5 Ibi corrupta eſt mater tua. *i. ſynagoga, quæ dicitur* mater *Dei, ratione ſupradicta, capit. tertio. quia in paſſione Chriſti ceſſauerunt legalia tanquam mortificata.*

6 Ibi violata eſt genitrix tua. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem aſſertionem. In Hebręo habetur:* Ibi parturiuit te mater tua, ibi parturiit te genitrix tua: *& hęc litera veritati euangelicę eſt valde conſona. Dicitur enim Ioan. decimonono e.* Stabat autem iuxta crucẽ mater eius, &c. *gladio doloris propter filium transfixa, ſecundum quod prædixerat ſanctus Simeon, Lucæ ſecundo. e.* Et tuam ipſius animam pertranſiuit gladius. *Eſt igitur ſenſus:* Ibi, *id eſt, iuxta crucem,* parturiuit te mater tua, *id eſt, parturiens doluit pro te. Per talem modum loquendi dicit Apoſtolus Gal. quarto c.* Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Ibi parturiit te genitrix tua, *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem. Et quia orationes eccleſiæ non ſolum ſunt exaudibiles per virtutem crucis, ſed etiam per meritum beatæ virginis: ideo ſponſa confidens de iſtis ſuffragiis, petit à ſponſo,*

7 Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, *me perfectè diligendo. Quod enim valde diligitur, ſuper cor poni dicitur.*

8 Vt ſignaculum ſuper brachium tu, *Me brachio tuæ potentiæ protegendo.*

9 Quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus ęmulatio. *Quaſi dicat, licet dilectio tua ſit tam fortis in filiis eccleſiæ perfectis, quod propter te non timent pœnam mortis, vt patet in martyribus: tamen æ*mulatio, *id eſt, perſecutio tyrãnorum ex inuidia & odio procedẽs Chriſtianorum,* Dura eſt ſicut infernus *infirmis, propter quod indigẽt brachio protectionis tuæ & beneficio pacis.*

10 Lampades eius, *ſ. tuæ dilectionis in mentibus perfectorum,*

11 Lampades ignis, atque flammarum: *id eſt, tam fortis eſt, quod non poteſt obrui perſecutionibus tyrannorum, non ſic autẽ eſt in infirmis, de quibus ſubditur reddendo ſingula ſingulis,*

12 Si dederit homo omnem ſubſt. domus ſuæ, pro dilectione *diuina,*

13 quaſi ni. deſpi. eam. *quaſi di. pro amore tuo contemnere bona exteriora etiam poſſunt infirmi, Et ſupplendum eſt, non ſic autem propriã vitam martyrium ſuſtinendo. Et eſt hic modus loquendi apud Hebręos, qui dicitur decurtatus, vbi oportet aliquid ſupplere ad habendum intellectum, ſicut .ij. Reg. v. b.* Propoſuerat Dauid præmium ei qui percuſſiſſet Iebuſæum, &c. *& ſupplendum eſt, quod illud præmium erat quod fieret magiſter militiæ vt exprimitur primi Parali. j. b.* Qui percuſſerit Iebuſæum in primis erit princeps & dux. *De hac autem firmitate ad martyrium, & promptitudine ad dimiſſionem temporaliũ dicit Greg. homil. xxxiiij.* Fortaſſe laborioſum nõ eſt homini relinquere ſua, ſed valde laborioſum eſt relinquere ſemetipſum: Minus quippe eſt abnegare, quod habet, valde enim multum eſt, abnegare quod eſt. *Eſt igitur ſententia in parte, quod ſponſa petit temporalem pacem, qua etſi non indigẽt perfecti, quibus lucrum eſſet pro Chriſto mori: tamen ea indigent imperfecti, quorum multò maior eſt numerus in eccleſia Dei.*

14 Soror noſtra. *Hic conſequenter ponitur adimpletio deſiderij ſponſæ in pacis largitione. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur pacis largitio: Secundo, eccleſię pacificatæ ampliatio, ibi,* Vinea fuit; *Tertiò, finalis concluſio, ibi,* Quę habitas, &c. *Circa primum dicitur in perſona ſponſi ſibi compatientis,* Soror noſtra, *id eſt, eccleſia, quæ dicitur* ſoror *Chriſti eadẽ ratione, qua Chriſtus dicitur eius frater in principio huius cap.*

Paruula.

a ¶ Qui curam adhuc docendi ſuſcipiant. b ¶ Ex ſuis.
c ¶ Excitatio eſt. ¶ Eritis ne ad eam confirmandam adiutores mei?

a parùula, & vbȇra non hȃbet. Qũid faciemus ſorori no-

a ¶ Hoc tempore. b ¶ Nondum in thalamum introducenda, ſed interim pręparanda.
c ¶ Tacenti, & quid ipſe velit auſcultanti, quid fieri debeat aperit.

b ſtræ in diȇ, quando allȍquenda eſt? Si murũs eſt, ædifi-

a ¶ Inuincibiles ſententias diuino eloquio lucidas.

c cemus ſuper eum † propugnȃcula argentea. Si oſtium

a ¶ Coniungamus & conſolidemus vel ornemus.
b ¶ Quarum odor fugat ſerpentes.
¶ Perfectos viros bene dolatos & planos adiungendos. c ¶ Eccleſia.

d eſt, † cȏmpingamus illud tabulis cȇdrinis. Egȏ mu-

a ¶ Glutino charitatis viuis lapidibus compacta.
b ¶ Altiores, ſicut turris murum excedit, ſic qui lac dant aliis,

e rũs, & vberȃ mea ſicut † turris: ex quo facta ſum

a ¶ A quo longius receſſeram. b ¶ Gratis oblatam, non emptam.
c ¶ Gratanter accipiens.
d ¶ Vniuerſa eccleſia,

f g coram ȇo, quaſi pȃcem rȇperiens. Vinȇa fuit † pa-

☞ A eſt hæc eccleſia & tenera ad nouam dilectionem retinendam.

*Soror noſtra parua.* Eccleſia, antequam creſcat per incrementa virtutum, infirmis auditoribus non poteſt præbere vbera prædicationis; Adulta dicitur, quando verba Dei copulata, ſancto repleta ſpiritu per prædicationis miniſterium in filiorum conceptione fœdatur, quos exhortãdo parturit, conuertendo parit.

a *Quid faciemus ſorori noſtrę, in die quãdo alloquenda eſt, &c.* ✠ Beda. Alloquitur Eccleſiam, alloquitur Dominus animam quamque electam, cum eam de ſalute perpetua, ſiue per occultam ſui ſpiritus illuſtrationem, ſeu per apertam prędicantiũ vocem admonet: in qua videlicet allocutione mẽſuram virium noſtrarum ſuperna pietas inſpicit, ac pro modulo capacitatis humanæ ſua dona largitur. Ait ergo,

†palatia

† muniamus eam.

B

*Quid faciemus ſorori noſtrę in die quando alloquenda eſt?* Ac ſi apertè dicat, Parua quidem numero eſt Eccleſia gentium, & necdum ad ſubeundum verbi miniſterium ſufficit: Quid ergo tibi videtur, ô ſynagoga, erga curam eius, ſororis videlicet noſtræ, eſſe faciendum tempore illo, quo illam per Apoſtolos meos, Apoſtolorumque ſucceſſores alloqui cæpero? Vtrum quaſi paruulæ adhuc, parua illi ſecretorum cœleſtium arcana committamus, an iam maiorem eam per augmenta reddamus, quatenus bene proficiens, perfectiorum poſſit capax eſſe virtutum? cui tacenti, & quid ipſe velit potius auſcultanti, continuò quid fieri deceat aperit, ita ſubiiciens, *Si murus eſt, &c.*

C

✠ Theodoretus. Sancti illi prophetæ, qui in veteri teſtamento præſtiterunt, cum ſponſam ſpiritali ætate paruulam, & papillis imperfectis adhuc, atque reconditis cernerent, vt nuptiarum conciliatores, atque internuncij, ſecum ipſi ſic, vt arbitror, loquebantur; Quando rex ſororem noſtram iam in ſponſam eſt accepturus, quæ parua eſt atque vberum expers, (neque enim vim habet prolificam nec doctrinæ lac aut ſolidum cibum poteſt egentibus ſubminiſtrare,) quid facto opus ſit nobis eſt cogitandum. Cum igitur magno regi copulanda ſit, & tanquam murus futura domus ipſius, vt curet & cuſtodiat ea quæ intus ſint, & tanquam oſtium, ea quæ recondita fuerint, conſeruet: tanquam ſuper muro quidem ędificemus argentea propugnacula, hoc eſt, eloquia ratione ſplendentia. (*Eloquia* enim *Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ*) (vt in ipſis conſiſtens hoſtes ſagittis petat, & inſidias ſtruentes perſequatur. Ipſi autem, vt *oſtio, tabulas*, eaſque *cedrinas*, quæ peccati corruptionem ſuſcipere nequeant, imponamus; putredinis enim expers eſt cedrus.

Pſal, 11.

D

b *Si murus eſt, &c.* Si inuentus fuerit aliquis, qui ab incurſionibus errantium poſſit alios defẽdere, armis nequitiæ fortiter reſiſtendo, vel naturæ ingenio munitus, vel philoſophica ſcientia imbutus: diuinis ſcripturis eum informemus.

E

c *Si oſtium.* Si quis eſt non adeò imbutus ad repellenda hæreticorũ ſophiſmata, ſed tamẽ ſimplicitate fidei, intrare volẽtibus in atria patriæ cęleſtis, potens pandere rectam viam prædicando, & paruulos imbuendo: proponamus ei immarceſſibilia priorum virorum exempla, quibus ſuum melius impleat officium.

† turres, tũc fui.

† ipſi Salomoni in Baalſamõ.

d *Ego murus.* Iam loquitur communiter de tota eccleſia ex apoſtolorum fundamento incepta, quia extunc fuerunt vbera in eccleſia, vſque ad nouiſſima tempora.

*Ego murus.* Audiẽs eccleſia hæc conſilia, vel promiſſa ſui redemptoris: iam non alter alterum expectat, ſed quiſque pro ſe reſpondet voce deuota.

e *Ex quo.* Hæc omnia non à me habere potui, ſed ex quo mihi donum ſuæ pacis, per verbum ſuæ reconciliationis largitus eſt.

F

f *Quaſi pac. re.* Bene dico pacẽ reperiẽs, quia in ea pace, quã dixi, fuit *pacifico* Chriſto vinea inſtituta: quæ olim à lege & prophetis eſt prænũtiata. Quæ pax nõ vnã tantũ gentẽ Iudæorũ cõtinet, ſed habet multos populos de toto mundo collectos, non aliquibus hominum meritis, ſed ſola pace, quam inter Deum & hominem facere venit: Cuius vineę, quia domino cura eſt, & quia vtile eſt hominibus, vt eius participes fiant, rectè ſubditur,

g *Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos:* ✠ Greg. Ipſe *pacificus* noſter eſſe dicitur, quia per ipſum Deo omne genus humanum reconciliatum eſt. Huic *pacifico vinea fuit*, quia in labore pręceptorum carnalium ſynagogam plantauit, de qua dicitur, *Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt*, Quæ vinea *in ea, quæ habet populos*, extitit, quia in lege poſita eſt, quæ multos populos ad ſe collegit. De quibus populis dicitur, *Populi meditati ſunt inania.* Hanc vineam cuſtodibus tradidit, quia ſynagogam Moyſi ☞ & cæte-

In expoſit. cantic.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Paruula, *id eſt, humilis, & abiecta inter homines huius ſeculi: & hoc fuit vſque ad tempus Conſtantini.*

2 Et vbera non habet, *id eſt, libertatem effundendi lac ſacrę doctrinæ per fidei catholicæ prædicationem, quam tunc eccleſia nõ audebat publicè prędicare, ſed tantum in occulto docere, exceptis aliquibus perfectis, qui pro prędicatione fidei vltrò ſe offerebant morti.*

3 Quid faciemus. *Per hoc intelligitur pater & ſpirituſſanctus operari cum filio. Opera enim trinitatis ſunt indiuiſa.*

4 Sorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt. *i. à principibus aduocanda eſt, ſicut patet de Conſtãtino, qui beatum Syluestrum papã cum clero ſuo aduocauit, vt per eum conſequenter corporis & animæ ſanitatem. Et ſimile fecerunt eius exemplo multi principes & potentes per orbem terrarum.*

Diuiſio.

5 Si murus eſt. *Accipitur hic ſi, pro quia: quaſi dicat, quia murus eſt fortis contra perſecutiones, & hoc ratione perfectorum, quorum meritis, ſubueniendum eſt imperfectis, ideo ſubditur,*

6 Ædificemus ſuper eum propugnacula argentea, *id eſt, adiungamus ei per ſuſceptionem fidei principes ad defenſionem infirmorum. In Hebræo habetur,* Ædificemus ſuper eum palatium argenteum, *per quod idem deſignatur, quod per propugnacula: quia per palatium etiam, ſecundum communem modum loquendi, intelligitur regalis potentia. Et dicitur* argentum. *quia Conſtantinus & alij principes in promotione eccleſię multum expenderunt argentum.*

7 Si oſtium eſt, *id eſt, quia eccleſia eſt oſtium, per quod ingreditur ad cęleſte regnum,*

8 Compingamus il. *i. fortificemus,*

9 Tabulis cedrinis. *i. doctoribus ſacris, qui dicuntur* cedri *propter ſcientiæ & vitæ eminentiam & fidei integritatem, ſicut cedrus eſt arbor valde alta, & à vermibus non perforatur. Aliter poteſt etiã exponi:* Si murus eſt, &c. *i. quia vſque nunc eccleſia fuit parua & depreſſa, eleuemus eam ad ſtatum honorificum & magnum: Et quia eccleſia de huiuſmodi beneficijs fuit grata, ideo ſubditur in eius perſona,*

10 Ego mu. *propugnaculis munitus per potentiam principum, tamen ex dono Chriſti principaliter.*

11 Et vb. mea ſi. tur. *Sicut prædictum eſt, per vbera ſponſę intelligitur lactis copia ſacrę doctrinę, quæ abundauit à conuerſione Conſtantini, quia extunc eccleſia habuit libertatem publicè prędicandi & docendi. Et quia hęc doctrina non ſolum eſt ad informationem morum, ſed etiam ad confutationem infidelium & hæreticorum, ideo ſubditur,*

12 Sicut turris. *De qua dicit magiſter ſententiarum:* Fidem noſtrã Dauidicæ turris clypeis munire, vel potius munitam oſtendere ſtuduimus, *ſicut ſupra allegatum eſt de doctoribus veteris teſtam. c. iiij.*

13 Ex quo facta ſum coram eo, *ſcilicet ex tempore Conſtantini, qui tertia die ſui baptiſmi legem promulgauit, vt quicunque iniuriam faceret Chriſtiano, bonorum ſuorum mediam amitteret facultatem.*

14 Vinea. *Hic conſequenter ponitur eccleſię pacem habentis ampliatio: & primo quantum ad multiplicationem credentium, cum dicitur,* Vinea. *i. eccleſia vt ſuprà dictum eſt. vij. c.*

15 Fuit pacifico. *id eſt, Chriſto, qui per ſanguinem ſuum omnia pacificauit,* quæ in cælis ſunt & in terris, *Col. j.*

In

& cęteris patribus cuſtodiendam ſubiecit. De qua bene ſubditur,
A *Vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

a *Tradidit eam cuſtodibus*, Sequitur vox ipſius pacifici, quę oſtẽdit, quantam curam habeat de hac vinea, & quid ſua relinquentibus in æternum conſeruet, & quid ſingularis præmij doctoribus eius diſponat.

a ¶ Pace. b ¶ Vinea. ¶ Vel pax. c ¶ Modo. d ¶ Vineam. e ¶ Prœlatis.
a cifico in ea quæ habet populos : tradidit eam cuſtodibus, 1
a ¶ Quicunque eſt vires habens. b ¶ Relinquendo temporalia. c ¶ Acquiſitione regni cæleſtis. 2
d ¶ Quaſi. Verum dicis quod vinea eſt coram me, & quod eam tradidi cuſtodibus, & intueor quicquid in ea fit. 3
† vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea co- 4
a ¶ Bene video, nec aliqua obliuione modum tui pretij & modum retributionis minus intelligo 5
b ¶ Duplex fructus, & gemina merces. c ¶ Doctoribus.
d ¶ Quia duplex præmium meretur, qui & ſe tuetur & alios lucratur.
b ram me eſt. Mille † tui pacifici, & ducenti his qui cuſtodiunt 6
a ¶ Opera. b ¶ Vineę. c ¶ In ſpiritualium cultura fructuum.
d ¶ Quaſi iſti ſunt internuntij inter me & te.
c fructus eius. Quæ habitas in hortis, † amici auſcultant te: 7
d a ¶ Ita age vitam, vt quicquid vel voce, vel opere oraueris, dignum ſit à me exaudiri. b ¶ Dum non potes 8
iungi per pręſentiam. c ¶ Non permittas te cognoſci, ſed ſola fide intelligi. d ¶ In deſcenſu.
e fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & aſſimilare ca- 9 10
f a ¶ Pro claro viſu. b ¶ Exiſtens. ¶ Cum in montibus figas pedes, dignare dilabi ad valles. 11
g prεę hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum. 12

✻ Beda. Cuſtodes namq; Eccleſiæ, prophetæ; cuſtodes ſunt Apoſtoli; cuſtodes prophetarum Apoſtolorũq; ſucceſſores, qui diuerſa mundi ætate regimini illius ſuperna iuſſione
B dati ſunt: cuſtodes ſunt exercitus militiæ cæleſtis, qui omni tẽpore ſæculi labentis pro Eccleſiæ ſtatu curam gerunt, ne malignorum vel hominum vel ſpirituum irruptione turbetur. *Vir* autem pro fructu huius vineæ *mille affert argenteos*: quia profectus quiſque pro acquiſitione regni cœleſtis cuncta quæ mundi ſunt relinquit.

† vt ſinguli referant

†tibi ô Salomon

b *Mille tui paci.* Pretium perfectum quicquid habet. Per *mille* perfectio; per *argentum* omne mundanum accipitur: quod quidem aliquando paruum eſt in te, ſed magnum deuotione.

*Mille tui paci.* Eadem perfectio quæ per *mille* ſignificatur, etiam per *centum* notatur, quia vterque numerus perfectus, & idem valet *ducenti*, quàm ſi diceret duo millia.

*Mille tui paci.* Idem eſt *argentei* & *pacifici*: quia pecunia pro Deo erogata, pacem inter Deum & hominem conciliat.

In expoſit. cant.

✻ Gregor. Qui ſunt iſti pacifici, qui mille dicuntur eſſe & ducenti, niſi illi ſuperiores argenteis, quos dum perfectè mittimus, pacem per eorum diſtributionem cum ſanctis nobiſipſis
C acquirimus? Vnde & in Euãgelio Dominus pręcipit. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Sed quid per ducentos intelligimus, niſi duplicem retributionem, quam acquirimus, dum in hoc mundo perfectè pro Chriſto omnia bona contemnimus?

c *Quæ habitas in hortis.* Eccleſia, vel quælibet fidelis anima, in hortis habitat; quæ iam viriditate ſpei & bonorum operum eſt repleta. Sicca quippe eſt ſpes huius mundi, quia omnia, quæ hic amantur, cum feſtinatione areſcunt. *Quæ ergo in hortis habitat*, oportet vt ſponſum *vocem ſuam audire faciat*, id eſt, intantum bona prædicationis emittat, inquantum ille delectatur, quẽ deſiderat; quia *amici auſcultant*, videlicet omnes electi, qui vt ad cæleſtem patriam reuiuiſcant, verba vitæ audire deſiderant.

*Quæ habitas.* Et quandoquidem vnicuique apud me reſeruatur pro meritis præmium, & duplex retributio doctoribus: ergo dum adeſt tempus merendi, dum differtur dies nuptialis, quantum valet vnuſquiſque, in cultura huius vineæ perſiſtat. D

d *Amici.* Id eſt, angeli, quos adiutores tibi dedi; & ſpiritus iuſtorum, qui iam cum Deo ſunt, & pro fratribus orant.

e *Fac me audire.* Exigo à te vt habites, nullo tumultu diſceſſura; poſtea etiam exigo, vt vocem tuam me audire facias.

f *Fuge dilecte.* Annuens eccleſia, reſpõdet; quandiu vis, abeſto: differ præſentiã tuam; ego ſpe longanimi quicquid pręceperis, patiar vel faciã. E

† ſocij

*Fuge dilecte.* Non optãdo loquitur, quis enim optet, eum, quem diligit, fugere? ſed memor ſuæ conditionis, illius voluntati conſentit.

*Fuge dilecte.* Quaſi: Tu quidem, qui ex carne comprehenſibilis factus es, ex diuinitate tua intelligentiam noſtri ſenſus excede, & in teipſo nobis incomprehenſibilis permane. Hoc clamat eccleſia domino ſpiritu prophetico, poſtquam mortem & reſurrectionem domini aſcenſionémque deſcripſit. Fugere nos dicitur, quando id quod reminiſci volumus, non occurrit: quando id quod volumus, memoria non tenemus.

g *Aſſimilare.* Ita fuge, vt creberrimè per gratiam compunctionis fidelium, cordibus appareas; qui ſunt *montes aromatum*, quia deſpectis omnibus cupiditatibus, & purgatis vitiis, amore cæleſtiũ tenẽtur, & virtutũ odore fragrãt, & bonus odor Chriſti ſunt. F

✻ Greg. Fugiens reprobos dilectus, *montes aromatum* petit; quia peruerſos dimittens, ſanctas animas viſitare non deſinit, quæ & per contemplationem excelſæ fiunt, & per confectiones virtutum odorifera vnguenta ſecum ferunt. Super hos montes dilectus *capre & hinnulo ceruorum aſſimilatur*; quia in cordibus ſanctorum virorum manifeſtatur, quàm pia charitate humanitatem pro nobis aſſumpſit. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit, quaſi ex *ceruis hinnulus*, ſicut dictum eſt ſuperiùs, venit. Qui dum eſſet diues, pauperem ſe, vt nos ditaremur fecit: & dum eſſet ſuper omnia excelſus, humilitatem noſtram ineffabili dignatione ſuſcepit. Cui immenſas gratias quoaduſque viuimus reddamus: cui pro nobis in mortem tradito & reſurgenti in immortalitatem, noſipſos & corpus debemus: Qui viuit & regnat cum Deo patre, &c.

CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 In ea .ſ. *vrbe*, quæ habet populos .*i. Roma, in qua habitabant aliqui de omnibus terrę populis, vel quia omnes populi Romano imperio, cuius caput eſt Roma, vnde erãt ſubiecti, dicit Leo Papa in ſerm. Apoſt. Petri et Pauli.* Diſpoſitioni diuini operis maximè cõgruebat, vt multa regna vno cõfœderarẽtur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius tenebat regimẽ ciuitatis. 2 Tradidit eam cuſto. *id eſt, beato Petro & eius ſucceſſoribus.* 3 Vir af. Vir *ille intelligitur Conſtantinus, qui fuit virtuoſus contra hoſtes imperij Romani, de quibus triumphauit; & contra hoſtes generis humani .ſ. dæmones, quos per fidem ſuperauit et ipſe.* 4 Pro fructu eius .*i. pro fructu eccleſiæ multas & magnas fecit expẽſas, quę per* mille argenteos *hic deſignantur. Vel poteſt dici, quod hic ponitur ſingulare pro plurali .ſ.* mille *pro multis milibus, ſicut Exod. viij. f.* Venit muſca grauiſſima .*i. multitudo muſcarum.* 5 Vinea mea co. me eſt. *Mutatur hic modus loquendi à tertia perſona ad primam, de domino huius vineæ, qui eſt ipſe Chriſtus: de quo dictũ fuerat in tertia perſona,* Tradidit eã cuſtodibus. *Et ne credatur, quod per hãc traditionem dimiſerit eccleſię cuſtodiã, ideo dicit,* Vinea mea coram me eſt. *i. ad eius cuſtodiam præſentialiter et principaliter adſiſto: propter quod dicitur in Pſal. cxxvj. a.* Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. *propter quod de hac cuſtodia multò maiores gratiæ debentur Chriſto, quàm prælatis eccleſię, ideo ſubdit ſponſa,* 6 Mille tui pacifici. *Tui pacifici ſunt genitiui caſus ſingularis numeri: quod patet per literã Hebraicam, quę talis eſt:* Mille tibi pacifico. *et eſt ſenſus, quòd ſicut mille eſt maior numerus quàm ducenti, ſic maiores gratię debentur Chriſto (qui pacificus hic dicitur) de cõſeruatione eccleſiæ, quàm prælatis, qui ſub eo cuſtodes ſũt huius vineæ, et honor exhibendus prælatis conuenienter intelligitur per ducentenarium, ſecundum illud Apoſtoli .i. ad Timo. v. c.* Qui bene præſunt presbyteri duplici honore habeantur. *Inferioribus autem ſimplex centenarius promittitur reddendus, Matth. xix. d.* Centuplũ accipiet. 7 Quæ ha. *Hic vltimò ponitur finalis concluſio, quæ ſtat in hoc, quod eccleſia de pręſenti miſeria tollatur, & ad cęleſtem gloriam transferatur: Quod fit partialiter in pręſenti, quantùm ad ſanctos, qui ad gloriam aſſumuntur. Sed generaliter fiet peracto iudicio finali, cùm Chriſtus* tradiderit regnũ Deo & patri. *j. ad Cor. xv. Ad hoc igitur deſiderandum et petendum, ſponſus inducit ſpõſam dicens:* Quæ habi. in hor. *i. in eccleſiis per orbem diſperſis, quę dicuntur* horti, *quia in eis fideles ſunt plantati, & quia ad literam frequenter arbores circa eccleſias ſunt plantatę.*

8 Amici auſc. te. *i. angeli, ad quorũ conſortiũ fideles tui ſunt trãsferendi, & de tua ſalute ſoliciti, deſiderant audire tuas orationes deuotas, ideo ſubditur,* 9 Fac me audi. vocem tuam. *i. tui deſiderij expreſſionem in oratione deuota, quam conſequenter profert ſponſa, dicens,* 10 Fuge dilecte mi. *Per hanc fugam non intelligitur receſſus dilecti ab ea, cùm dixerit ſupra ca. pręcedenti dicens,* Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius, *per mutuam inhęſionem & inſeparabilem, ſecundum illud Apoſtoli ad Roman. viij. g.* Quis nos ſeparabit à charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, &c: *ſed per eam intelligitur velox tranſlatio ſponſę cum ſponſo ad cęleſtia, quod ſummè deſiderat, & petit in orationibus ſuis eccleſia, vt patet in officio Eccleſiaſtico. Et per talem modum exponit hanc fugam Rab Sa. trahendo tamen literam ad errorem Iudaicũ, dicens, quod plebs Iudaica per hoc petit liberari à captiuitate iſta in qua eſt modò, per Meſſiam futuram. Sed hęc expoſitio fundatur ſuper falſum fundamentum, ideo bene exponitur modo prędicto, vt ſit ſenſus,* Fuge dilecte mi. *i. educ me tecum de miſeria pręſentis ſeculi,* 11 Et aſſi. ca. *i. fac iſtud velociter.* 12 Super mon. aro. *i. transferendo me tecũ ad cœlos, qui dicũtur* montes, *Pſal. cxx. a.* Leuaui ocu. meos in mon. &c. *qui dicũtur hic* montes aromatũ, *quia ibi eſt ſuauiſſima requies electorum: Ad quam nos perducat, qui cum patre et ſpirituſſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.*

*Incipit prologus in librum Sapientiæ.*

† titulus

Liber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt. Vnde & ipſe † ſtylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmant. Qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Chriſti aduentus, qui eſt ſapientia patris, & paſſio eius, euidenter exprimitur.

CAP. I.

a A Diligite iuſtitiam, &c. RAB. Hunc librum Hieronymus aſſerit non à Salomone (vt putatur) ſed à Philone doctiſſimo quodam Iudæo fuiſſe conſcriptum: quem pſeudographum, (id eſt, falſo inſcriptum) appellat, quia nomen alienũ ſibi vſurpat, cuius expoſitionem presbyter Bellator octo voluminibus comprehendit. B Dicit tamen Hieronymus hunc librum apud Iudæos non haberi, ſed Græcam magis redolere eloquentiam, nec inter C canonicas recipi ſcripturas. Vt ad veram iuſtitiam nos reduceret & inuitaret, primò commendat nobis iuſtitiam perquam venitur ad ſapientiam dicens: *Diligite iuſtitiam, &c.* D

b *Terram.* Carnem.ſ.diſcretè reprimitis, ne ſuperbiat contrà ſpiritum. Quaſi, *Primum quærite regnum Dei, &c.*

c *In ſimplicitate.* Id eſt, voluntati illius vos ſubiicite: & mandata cuſtodite; quaſi dicat, Qui non intelligitis, nolite reprehendere, quia ſecreta Dei non poſſunt humana ratione comprehendi, quia in comprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. E Rom.11.d

d *Quoniam in male.* Id eſt, in animali homine, iuxta illud, *Animalis homo non parci. &c.* Et ideo non dixit ſpiritum.i.animã ſpiritualem. 1.Cor.2.d F

*Quo.in ma.* RAB. Fruſtra ſibi blandiuntur philoſophi, & hæretici, & falſi Chriſtiani. Soli enim mũdo cor- † Iere 4.d.

*Incipit liber Sapientiæ.*

CAPVT I.

a ¶ Vt caro obediat ſpiritui. ¶ Non ſalum facite. b ¶ Quibus data eſt poteſtas iudicandi. c ¶ Vt obediat caro ſpiritui.
Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. 1 2
a ¶ Hoc eſt ſcripturam piè legite & intelligite.
Sentite de domino in bonitate, & in 3
ſimplicitate cordis quærite illum: quo- 4
a ¶ Non tentabis dominum Deum tuum. 5
niam inuenitur ab his qui non tentant 6
a ¶ Iuſtis ſcilicet, quia iuſtus ex fide viuit. b ¶ Quæ ſocietas lucis ad tenebras, aut quę conuentio Chriſti ad Belial?
illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. † Per- 7 8
¶ Vera.
uerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo, probata autem 9
a ¶ Omenm inſipientiam. b ¶ Vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. 10
virtus corripit inſipientes. Quoniam in maleuolam ani- 11

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira ſuper libros Sapientiæ incipit.

CAPVT I.

Diligite iuſtitiam. *Poſt libros hiſtoriales nõ canonicos, magis tamen reputatos, quod dico propter hiſtoriã Suſannæ & Belis, & ſecundũ Eſdræ (quæ hiſtoria vltimò ponẽtur ratione dicta in principio Tobię) exponẽdi ſũt duo nõ canonici, qui ſũt ſimpliciter morales, ſcilicet liber Sapientiæ, et liber Eccleſiaſticus. Inter quos præmittendus eſt liber Sapientię, tã ratione autoris, quã ratione materiæ. Ratio primi eſt, quia licet Philo diſertiſſimus Iudæorũ librum Gręcè ſcripſerit, vt communiter dicunt docti, & hiſtoriographi: tamen ipſum compilauit ex ſentẽtiis Salomonis: propter quod Salomon eſt eius autor principalis. Loquendo tamen de autoribus humanis; vnde infrà vij. & ix. ca. expreſſè loquitur autor in perſona Salomonis. Ieſus autẽ filius Sirach ſcripſit librũ Eccleſiaſticũ tẽpore Simonis filij Oniæ vel poſt, quod patet per hoc quòd infrà l. cap. fit mentio ſatis prolixa de ipſo, & ſic fuit poſterior Salomone & tempore et autoritate. Ratio ſecundi eſt, quia vterque partim procedit ratiocinatiuè, & partim exẽplatiuè, vt in proſecutione videbitur domino concedente. Exẽpla verò poſita in li. Sapientię incipiũt à priori. ſ. ab Adã, vt habetur infrà x. c. & terminantur in patribus exeuntibus de Ægypto. Exempla verò poſita in li. Eccleſiaſtico incipiunt ab Enoc & procedunt vſque ad Simonem filium Oniæ, vt patet Eccle. l. qui fuit parum ante tempora Machabæorum, & ſic patet ratio ſecundi. His igitur pręmiſſis, liber iſte, qui nomine Sapientię intitulatur, in duas partes diuiditur: Nam primò inducit autor ad ſapientiam deſiderandam et habendam, et hoc ratiocinando, ſecundò ad idem inducit exemplificando infrà x. c. Ad intellectum autem vtriuſque conſiderandum, quod in hoc libro vt frequenter ſapientia et iuſtitia pro eodem accipiuntur. Accipitur enim hìc iuſtitia legalis, quę ſicut dicitur. v. ęthi. eſt omnis virtus. Nam lex pręcipit de actibus omnium virtutum. Eſt enim intẽtio legis, ciues facere bonos. x. ęth. quę bonitas fit per virtutes. Similiter ſapientia prout accipitur hic, includit omnem virtutem. Nam ad ſapientem pertinet determinare illud, quod eſt formale in qualibet virtute: propter quod. ij. æthicor. diffinitur virtus ſic, Virtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, prout ſapiens determinauit. Et ideo ſapientia, quæ eſt cuiuſlibet virtutis dicto modo determinatiua, includit omnẽ virtutem. Et ſic patet quare iuſtitia eſt ſapientia, & qualiter pro eodem frequenter accipiuntur in hoc libro. Sciendum etiam, quòd ſapiẽtia vel iuſtitia hoc modo dicta dupliciter accipitur: Vno modo prout per actus humanos acquiritur, Alio modo prout à Deo infũditur: et licet de vtraque in hoc libro tangatur, tamen de illa, quę eſt per infuſionem, principaliter agitur. Igitur ad iuſtitiam vel ſapientiam ſic intellectã, autor primò nos inducit: Secundò circa hoc errores excludit, ibi,* Nolite zelare mortem in errore, &c. *Tertiò proſequendo propoſitum reſumit. vj. c. ſicut Philoſophus in principio libri de Anima, primò ad notitiam habendam de anima inducit: & ſecundò errores circa eam excludit in perſecutione primi libri; & poſtea ad tractandum de anima & eius potentiis procedit ſecundo libro & tertio.*

*Circa primam partem ſciendum, quod ſicut in mouente requiritur debita virtus ad regulariter mouendum, ſic in mobili recta diſpoſitio vt obediat mouenti: & ſic eſt in hominibus. Nã in prælatis & principibus requiritur ſapientia ſiue iuſtitia dicto modo intellecta, ad hoc quod bene regant populum: & in populo proportionabiliter requiritur ſapientia, vt bene ſubdatur, et obediat regimini ipſorũ. Quod primò oſtenditur in prælatis, ſecundò, in ſubditis ibi,* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ. *Circa primum dicitur.*

1 Dilig. iuſtitiam. *quæ includit omnem virtutem.*

2 Qui iu. ter. *i. habitantes in terra, in foro ſeculari, & eccleſiaſtico. Et quia in hoc ſunt miniſtri et vicarij Dei, à quo procedit omnis poteſtas rectè iudicandi, ideo ſubditur,*

3 Senti. de do. in bo. *i. conformamini illi; quia ſicut omnia ordinat in ſeipſum, tanquam in finem vltimum & optimum: ita vos actus veſtros ordinate ad commune bonum, & ad honorem diuinum.*

4 Et in ſimp. c. *i. munditia mẽtis, quia ſecundum Aug. hoc eſt ſimplex cor, quod eſt mundum cor.*

5 Quę. il. *i. habete notitiam eius ſapientiæ donum, quę omnem virtutem includit. Et ſubditur modus inueniendi, cum dicitur,*

6 Quoniam inue. ab. h. qui non ten. il. *Tentat autem Deum, qui habẽs in aliquo negotio quod faciat via humana, irrationabiliter omittit illud, expectans affectũ ex prouiſione diuina: propter quod in acquiſitione ſapientiæ omittens quod poteſt agere, vt pote ſtudij exercitium, expectans eam habere à Deo, eſt quędam ipſius Dei tentatio; propter quod meritò ſibi denegatur. Sed facientibus quod in ſe eſt per exercitium virtutis, ſtudij, & orationis conceditur, ideo bene dicitur,* Quoniam inueni, ab his qui non ten. il. *Et quia tales, quantum ad id, quod non poſſunt attingere, committunt ſe diuinę prouidentię, ideo ſubditur,*

7 Apparet autem eis qui fid. ha. *id eſt, tẽdẽtes in ipſum per amorẽ, talibus enim. vltra cõmunẽ modũ aliorũ, manifeſtantur ſecreta diuina.*

8 Peruerſæ enim cogit ſepar. à *quia ſicut bonę ſunt cauſa vnionis ad ipſum, ita malę ſeparationis ab ipſo, ideo concluditur.*

9 Proba. autem virtus. *id eſt, approbata à Deo exiſtens in ſuperioribus.*

10 Corripit inſi. *i. per ignorãtiam peccantes: nam per eorum inſtructionem reducuntur ad virtutem, non autem ſic fit de peccantibus ex certa malitia: ideo ſubditur,*

11 Quo in ma. ani. *Dicitur autem maleuola anima, cui placet ipſa malitia propter habitum vitioſum, ſecundum quod dicitur Prou. ij. c.,* Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.

Non

a ¶ Non ſpiritum. b ¶ Quæ deſurſum eſt, pudica, pacifica, modeſta.
mâm non introibit ſapiẽntia, nec habitabit in corpore ſubdi- 1 2
a ¶ Qui peccatis ſubiacet, corpus: non ſpiritus eſt. b ¶ Qui docet omnem diſciplinam.
to peccâtis. † Spiritũs enim ſanctus diſciplinæ effugiet fi- 3 4
a ¶ Qui aliud dicit, & aliud facit. b ¶ Cogitationes hominum vanæ ſunt.
ctûm, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, 5 6
a ¶ Fictus, cùm retributionis dies venerit, pro iniquitate punietur. b ¶ Opprimente.
& corripiẽtur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim 7 8
¶ Ideo. ¶ Vel & tamen. a ¶ Omnem detrahentem.
ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit mâledictum à labijs ſuis: 9 10 11
a ¶ Delectationum, quarum ſedes eſt in renibus.
b ¶ Cogitationis, quæ in corde eſt.
quoniã rẽnum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator 12 13
eſt verus, & linguæ eius auditor. Quoniã ſpiritus Domini re- 14 15
a ¶ Donis gratiæ. b ¶ Eccleſiam per omnes dilatatam. c ¶ Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij gratia ſanitatum.
plẽuit orbẽm terrarum, & hoc quod continẽt omnia, 16 17 18
† ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non 19 20
poteſt latere: nec preteriet illũ corripiens iudiciũ. In cogita- 21 22
a ¶ Dominus interrogat iuſtum & impium. b ¶ Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum aſcendit ad Dominum, & iuſta vltione puniuit eos. Murmurationes quoque filiorum Iſrael iuſto iudicio Dei percuſſit.
tionibus enim impij interrõgatio erit: ſermonũ autẽm illius 23 24
a ¶ Punitionem. ¶ Iniqui.
auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.
a ¶ Id eſt, Dei zelantis propter amorem, quem habet ad animam.
Quoniam auris zẽli audit omnia, & tumultus murmuratio- 25
num non abſcondetur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, 26

☞ do corde ſapientiam Dei poſſunt accipere.

A a *Spiritus enim ſan. &c.* ✠ IDAC. Sanctus Pater, ſanctus Filius, ſanctus Spiritus ſanctus. De Patre in Eſdra, *Quoniam ſanctus Deus eſt veritas.* Et in Leuitico, *Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* De Filio in Euãgelio, *Scitote qui ſis tu ſanctus Dei.* Item ibi, *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* De Spiritu ſancto in Salomone, *Sãctus enim Spiritus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu.*

Contra Varimadũ Arianum. Leuit. 20. Mar. 1. Nota hunc autorem attribuere Salomoni librum Sapientiæ; agendo cõtra Arianos. Sap. 1.

b *Ben.* Contra illos inuehitur, qui cogitationes bonas & malas dicunt à Deo immitti; cùm Deus velit omnes ſaluos fieri homines, & ad cognitionẽ veritatis venire. Ipſe enim neminẽ tentat, vt decipiat, ſed vt probet: vnde, *Tentauit Deus Abraham;* Et, *Proba me & tẽta me, &c.* Vnuſquiſque autem tentatur à concupiſcentia ſua, & iuſto Dei iudicio permittitur cadere, qui ſpiritui veritatis noluit obedire.

† 1. q. 1. ca. per Eſaiam & q. 3 c. ſaluat. 24 q. c. inter hęc hircũ. 2. Et de conſ. diſ. 4. c. oſtẽditur. & capi. quomodo. 1. Tim. 2 b. B † cogitationem habet ſapientiæ. Gen. 22. a. Pſal. 25. a.

c *Spiritus Domini re.* ✠ IDACIVS. Vt Spiritum ſanctum doceamus vbique diffuſum, Dauidicum inueſtigabimus teſtimonium, ex cuius prophetia ſpiritus ſanctus docetur, non locis, vt vos in graui ſomno detenti, ſed potentia ſua, ſicut pater & filius vbique diffundi, &c. Et in Salomone, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.*

Vbi ſuprà. C

✠ VICTOR. De ſpirituſſancto, quòd adſit vbique, dicit propheta ex perſona Dei, *Ego in vobis & ſpiritus meus ſtat in medio veſtrũ.* Et Salomon ait, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c.*

Ad Hũnericum.

D d *Et hoc quod cõtinet omnia.* id eſt, ſpiritus, qui omnia gubernat & regit. Vel, qui attingit à fine vſque ad finem, *ſcientiam habet vocis.* i. intelligentiam ſcripturarum pręſtat hominibus. Vel *quod continet omnia,* id eſt, homo qui conuenientiam habet cum omni creatura. vnde, *Ite, prædicate euangelium omni creaturæ.*

In[illegible]. 8. à.

e *Scientiam habet vo.* id eſt, diuerſarum linguarũ Spiritu-ſancto, qui dedit apoſtolis loqui diuerſis linguis magnalia Dei. Vel *quod continet omnia,* id eſt, Spiritusſanctus, qui omnia replet ſua eſſentia, *ſcientiam habet vocis,* id eſt, verbi Dei, id eſt, eiuſdem eſt ſcientiæ cum verbo; Vel, *hoc quod continet omnia,* id eſt, eccleſiã; in qua *alij datur ſermo ſcientiæ,* &c. E

RAB. Qui in principio *ferebatur ſuper aquas,* & maieſtate ſua omnem creaturam implet & continet. F

f *Propter hoc* RAB. Sicut electi donum ſcientiæ & pietatis per ſpiritum accipiunt: ſic reprobi ſuperbia ſua inflati, errorem ſuum impudenter proferunt; quoniam ſpiritum Dei celare non poſſunt, nec iuſtam pænam euadunt: quia ſicut oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, ita vultus domini ſuper facientes mala.

Pſal. 33. c.

g *Cuſtodite ergo.* RAB. Pernitioſæ ſunt murmurationes & detractiones: vnde, *Suſurrones enim & detractores Deo ſunt odibiles:* vnde, *Qui detrahit alicui rei, in furtum ſe obligat.*

Proue. 13. b. Ro. 1. d.

☞ Os

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Non intro. ſa. *per ſuperiorum correctionem, nec per diuinam illuſtrationem.*

2 Nec ha. in. *id eſt, homine ſubdito carnalibus vitijs, quæ cauſant hebetudinem mentis: nam vita talium eſt brutalis, ſicut dicitur. j. ethi.*

3 Spiritus enim Sanctus. *Hic conſequenter inducit ſubiectos ad ſapientiam: ſine qua non ſunt cõuenienter regibiles regimine morũ. Et diuiditur in duas partes: quia primò proponit intentũ; ſecundò probat propoſitum, ibi,* Quoniam ſpiritus domini. *Circa primũ ſciendũ, quod ſicut dicit Philoſophus. iij. Phyſi. idem sũt doctrina, & diſciplina: Nã (ſicut ibidem dicitur) idem eſt actus mouentis & moti, diuerſimodè tamẽ nominatus; Nã, vt egreditur à mouẽte, dicitur motio actiua; & vt ſuſcipitur in moto dicitur motio paſſiua: Et eodẽ modo doctoris & diſcipuli idem eſt actus, dictus doctrina, vt eſt à docente; & diſciplina vt efficitur in diſcipulo: & ſic eadem ſapientia ſpecie eſt in diſcipulo, & doctore; quia perfecti proprium eſt facere alterum ſibi ſimile. iij. Meteororum. propter quod ſicut rectores indigent ſapientia, vt bene regant: ſic ſubditi, vt bene obediant, ideo dicit,* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ, *id eſt, autor ſapientię in diſcipulo.*

4 Effugiet fictum. *id eſt, illum, qui in virtutibus non quærit rẽ, ſed apparentiam tantum.*

5 Et auferet ſe. *quantum ad ſuum effectum. (nam quantum ad perſonam, neceſſariò eſt vbique.)*

6 A cogitationibus. q. ſ. ſine intel. *id eſt, ſine ratione, quales ſunt cogitationes peccatoris, qui ſequitur impetum ſenſualitatis.*

7 Et corripietur, *id eſt, punietur,*

8 A ſuperueniente ini. *nam peccatum ſequens eſt pœna præcedentis, per accidens tamen; nam per peccatum præcedens tollitur iuſtè gratia, cuius ſubſtractio eſt pœna: & per conſequens illa, quæ ſequuntur ad hoc, sũt pœnalia. Et iſta ſunt peccata ſequentia, in quibus labitur homo ad ſubſtractionẽ gratiæ, quæ hominẽ impediebat à tali lapſu: & hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Ro. j. c.* Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, *id eſt, dimiſit eos cadere in ignominioſa peccata, ſcilicet, propter alia minora præcedentia.*

9 Benignus eſt e. ſpiritus ſapientię, *id eſt, dator ſapientię, quia non ſolũ dat eã ſuperioribus, & magnis; ſed etiam inferioribus, & ſubiectis: dum tamen ad hoc debitè ſe diſponant. Ideo alios excludendo, ſubditur,*

10 Et non li. ma. *id eſt, hominem in peccatis obſtinatum,*

11 A lab. ſu. *i. à blaſphemijs & alijs peccatis, labiorũ motu perpetratis.*

12 Quoniam re. illius. *id eſt, affectionum malarum,*

13 Teſtis eſt De. & cordis illius. *cogitationis & intentionis ipſius,*

14 Scrutator eſt verus. *quia nihil eum latere poteſt.*

15 Et linguæ eius adiutor, *id eſt, ſermonum illius auditor, & multò fortius operum eius inſpector.*

16 Quoniam ſpi. domi. *Hic conſequenter probat dictum ſuum, ſcilicet, quod affectiones & cogitationes & locutiones peccatoris nõ latent Deum: quia ſpiritus eius eſt vbique per eſſentiam, & præſentiam; & hoc eſt quod dicitur,* Quo. ſpi. D. *qui* omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. *j. Cor. ij.*

17 Repleuit or. ter. *nam omnia creata ſunt, & producta per ipſum, Gen. j. a.* Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, *id eſt, ſuper materiã informem, ſicut voluntas artificis ſuper materiam, vnde ſunt aliqua formanda: prout dictum fuit ibidem.*

18 Et hoc quod continet omnia. *id eſt. ſpirituſſanctus, omnia cõſeruans in eſſe ſicut pater & filius: nam indiuiſa ſunt opera trinitatis;*

19 Scientiam habet vocis. *id eſt, notitiam cuiuslibet dicti publicè vel occultè: ideo concluditur,*

20 Pro. hoc qui loq. iniq. *qualitercũq; nõ poteſt latere ſpiritũ domini.*

21 Nec præteri. il. *dimittendo impunitum.*

22 Corripiens iudiciũ. *id eſt, diuinum iudicium, puniens omnia mala.*

23 In cogitatio. eni. impij interrog. erit. *id eſt, diſcuſſio in iudicio diuino.* 24 Sermonum autem il. auditio. &c. *repetitio eſt eiuſdem ſẽtentiæ ad maiorem aſſertionem.*

25 Quo. auris zeli. *i. Dei, qui non ſolum zelotes, ſed zelus in abſtracto poteſt dici, propter ſingularem & excellentem animarum zelum.*

26 Cuſtodite ergo. *minus docẽdo plus ſignificat. ſ. quod multũ obeſt.*



☞ 1. Et

a *Os quod mentitur.* RAB. Eſt mendacium leuioris culpæ, cùm
A quis mentitur pręſtans beneficium: Quòd autem ſcriptum eſt,
Exod.1 d. Deum benefeciſſe obſtetricibus Hebræorum, & Raab meretri-
Ioſue 2.a. & 6.e. ci; non ideo factum eſt, quia mentitę ſunt; ſed quia miſericordes fuerunt: nec remunerata eſt fallacia, ſed beneuolentia. Sicut enim abſurdum nō eſſet, ſi Deus alio tempore commiſſa, propter † poſteriora bona vellet ignoſcere: ita conueniens eſt, quòd Deus vnum idémque factum propter bo-
B num, malum condonat, & ipſum bonum remunerat.

† 22.q. ca. nec artifici. & c. ſi quis ad te cōfugiet, & q.5. c. iuramenti.

† vt ſalutē conſequerentur

b *Nolite zelare.* Enumerauit, quæ ſunt homini noxia, ſcilicet, murmurationes, detractiones, & mendacium: nunc idem alijs verbis replicat, vt ſcilicet, fugiamus ea:
C Morti enim ſunt obnoxia. Non enim placet mors noſtra Deo,
Ezech.18.g Qui ait: *Quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem peccatoris*, vel *morientis, dicit Dominus.* Deus enim autor eſt ſalutis, non perditionis; qui fecit omnia bona valde. *Stipendium* autem *peccati mors, gratia autē Dei vita æterna.*

\- morte

Rom.6.d. RAB. Item ſignificat quod Deus eſt autor bonorum, non malorum, & ideo iuſtus iudex. Non enim neceſſitate peccamus, ſed

quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ. Quoniam
a ¶ Occultus. b ¶ Omne verbum otioſum, quod locutus fu. homo, ratione in die iud. red. &c.
a ſermo obſcurus in vacuum non ibit. † Os autem quod men-
a ¶ Mucrone peccati. b ¶ Mentientis.
b titur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ
veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum
veſtrarum. Quoniam Deus non fecit mortem, nec lætatur in
a ¶ Vt non perirent. b ¶ Non ægrotatiuas.
perditione viuorū. Creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles
a ¶ Vel voluit eſſe. b ¶ Omnes. ¶ Vel generationes. c ¶ In natura eorum.
d ¶ Per antiphraſim, id eſt, peccatum, quod non ſanat, ſed a Deo exterminat.
fecit nationes orbis terrarum. Non eſt in illis medicamen-
a ¶ Nihil homini nocuiſſet diabolus, niſi homo acquieuiſſet.
tum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia per-
a ¶ Id eſt à perpetua morte liberat. b ¶ Id eſt morte punitur æterna.
petua eſt & immortalis: iniuſtitia autē mortis eſt acquiſitio.
a ¶ Factis ſcilicet & dictis.
b ¶ Quia putabant ſe impunè peccare.
Impij autem manibus & verbis accerſierunt illā, & æſtiman-
a ¶ In mortem æternam.
b ¶ Ne ſeparentur.
c tes illam amicam, defluxerunt: & ſponſiones poſuerunt ad il-
lam, quoniam morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius.

ſed peruerſa voluntate, quę ex liberi arbitrij qualitate procedit. D
A Deo non eſt, quicquid contra naturam eſt: Peccatum autem contra naturam eſt; de quo mors, & omnia, quæ mortis ſunt, oriuntur, id eſt, non ex eo, quòd factus de terra, regnum infernorum, id eſt, diaboli & ſuorum; ſed potius ex vitio.

✠ ANASTASIVS. Eſt in noſtra poteſtate & libero arbitrio noſtro ſalus noſtra & interitus, vt ſcriptū eſt, *Deus ab initio fecit hominem &c.* Quāobrem Sapiens monet, *Ne morte æmulemini in errore vitæ noſtræ: neque attrahatis exitium in operibus manuū veſtrarū; quia Deus mortē non fecit, neque delectatur in perditione viuorum;* oſtendens noſtram euerſionem ſponte à nobis eligi. Eccl.15. E

b *Deus mort. non fecit.* F

✠ AMBR. Niſi fallor, mortis cauſa inobedientia fuit: & ideo homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa, non habens Deum ſuæ mortis autorem. Neque enim ſi medicus præſcripſerit ægrotanti à quibus videatur cauendum, atque ille ab interdictis nō putauerit abſtinendū; cauſa ei mortis eſt medicus: ſed vtiq; ipſe ſibi reus mortis eſt proprię. Itaq; Deus quaſi bonus medicus prohibuit ne Adam nocitura guſtaret. Lib. de parad. c.7.

c *Et ſpon.* Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Eſa.28.d.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et à detractione parcite linguæ. *Nam lingua iniuriatur, cum ad detractionem proferendam applicatur: quia per hoc pœnam meretur: vnde Luc. xvj. dicitur de diuite epulone, quod grauius ardebat in lingua, eò quod inter epulas poſitus detrahebat pauperibus.*

2 Quoniam ſermo obſcurus. *id eſt, palliatus apparentia ſanctitatis, cum interius habeat venenum iniquitatis:*

3 In vacuum non ibit. *impunitum non tranſibit.*

4 Os au. quod mentitur. occi. *quod intelligendum de mendacio pernitioſo, non autem iocoſo, vel officioſo.*

5 Nolite ze. *Hic circa appetitum ſapientiæ remouetur triplex error procedens ex vna radice. Dixerunt enim multi valde, & adhuc dicunt aliqui, animam hominis eſſe mortalem, ſicut & brutorum animalium, ex quorum perſona dicitur Eccl. iij. d.* Vnus eſt enim interitus hominis, & iumētorū, & æqua vtriuſque cōditio. *Et ex hoc aliqui ex anguſtijs preſſi procedebāt ad interfectionē ſui ad euadendū illa mala, credentes nulla alia poſt mortem eſſe. Alij vero per oppoſitum quærebāt delicijs carnalib⁹ affluere ſine fręno rationis, ſicut & beſtiæ, reputātes, quid poſt mortem nulla eſſet punitio, vel præmiatio operū humanorum. Et ex hoc tertij dicebant, quòd omnis pœna vitæ præſentis, erat pro aliqua culpa præcedenti ipſius afflicti: Cuius erroris fuerunt tres amici Iob, vt ibidem diffuſius declaraui. Tria autē hæc cōtrariātur appetitui, & acquiſitioni ſapientiæ, quæ reprobat ſuiipſius interfectionē; & bona vitæ futurę pręfert bonis vitæ præſentis; & in præſenti vita præfert bona virtutis diuitijs, honoribus, & delicijs. Sic ergo proceditur, quia primò remouetur primū; ſecundò ſecundum, cap. ij; tertiò tertium ca. iij. Circa primū dicitur,* Noli zelare mortem. *id eſt, appetere eam.*

6 In errore vitæ. *id eſt, per hoc omnem pœnalitatem credentes euadere: hoc eſt enim erroneum. Nam maior punitio ſequitur in anima ſeparata; ideo ſubditur,*

7 Neque acquiratis perditionem. *ſcilicet, gehennæ.*

8 In ope. ma. *id eſt, per manus veſtras vos interimendo.*

9 Quoniam Deus non fe. mor. *ſcilicet, hominis, quem creauit, potentem non mori, per donum originalis iuſtitiæ: quod ſi ſeruaſſet, ſine morte media ad gloriam animæ & corporis tranſiſſet.*

10 Nec læta. in perd. viuorum. *per mortale peccatum.*

11 Cre. en. *id eſt, ad hoc enim creauit res, vt permaneant in eſſe. Incorruptibiles, per ſeipſas; vt angelos, animas humanas, corpora cæleſtia & etiam elementa, quantùm ad totalitatem, licet in aliquibus eorum partibus ſit generatio & corruptio; Res vero corruptibiles conſeruat in eſſe ſecundum eorum ſpecies, per continuam generationem.*

12 Et ſanabiles. *i. diuerſas nationes hominum; quia licet humana natura ceciderit per peccatum, tamen non eſt irremediabile, ſicut peccatum angelicæ naturæ. Similiter licet homo peccatū incurrerit neceſſitatem moriendi, non tamen ſtatim, ſed dedit ſibi remedia medicinarum contra calamitates infirmitatum inſurgentium vſque ad humanę vitæ debitam periodum.*

13 Non eſt, &c. *Hic conſequenter declarat dictum ſuum: & primò quantum ad remedium contra morbos corporales, cum dicitur,* Non eſt in il, *id eſt, in hominibus,*

14 Medicam. exter. *id eſt, remedium contra calamitates corporales per exterminationem propriæ vitæ, ſicut faciunt illi, qui ſe interimunt, vt liberentur à calamitatibus huius vitæ: vt prædictum eſt; ſecundo quantum ad pœnas ſpirituales, cum dicitur,*

15 Nec in. *id eſt, in præſenti vita. Eſt autem lex infernalis regni, quod nullus ibi à culpa, & pœna poteſt regredi, ſed ſemper in præſenti vita poſſunt homines à culpa per pœnitentiam ſanari, & per conſequēs euadere pœnam inferni per gratiam iuſtificantem, & ad immortalitatem gloriæ ducentem: ideo ſubditur,*

16 Iuſtitia enim. *quæ eſt per gratiam.*

17 Perpe. eſt & im. *ſcilicet, effectiuè, quia fecit homines dignos immortalitate gloriæ:*

18 Iniuſtitia autem. *quæ eſt per peccatum mortale.*

19 Mortis acquiſitio. *Nam per ipſam incurritur mors gehennæ.*

20 Impij autem manibus. *id eſt, operibus,*

21 Et verbis acceſſit. *illam, ſcilicet, iniuſtitiam:*

22 Et æſti. illam amica. *id eſt, ſibi conuenientem, propter habitū vitiorum inclinantem ad malum: (vnde dicitur. ij. æthic. Qualis eſt vnuſquiſque, talis finis ſibi videtur.)*

23 Defluxerunt, &c. *per diuerſa vitia.*

24 Et ſpon. poſuer. *inhærentes ei inſeparabiliter, ſicut ſponſus ſponſæ.* 25 Quoniam morte. *ſcilicet gehennæ.*

26 Dig. ſunt, qui ſunt ex par. &c. *ſicut illi, qui ſunt ex parte iuſtitiæ, digni ſunt immortalitate gloriæ.*

CAP.

CAPVT II.

A a DIxer. en. RAB. Vox perditorum, qui tanquam bruta animalia, quę ſunt præſentia amāt. deſpiciunt futura, nec
Pſal.48.d. poſt hanc vitam requiem æternam ſperant. De quibus dicit: *Homo cū in honore eſſet, non intel. &c*, Et Eſaias increpet dicēs: *Di-*
Eſaię 28. d. *xiſtis en. Percuſsimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum*, &c. Et Amos:
Amos 5.b. *Væ qui dormitis in lectulis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege*. Verè *exiguū eſt*, quia ex nihilo; Vel aliter, Verè nō erit nobis quies poſt ob-
B itū quia *exiguum eſt*, & in nihilū redigemur. † ſi
a ¶ Multiplices gratias dans. b ¶ Vniens bonos. c ¶ Vnus eſt ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. d ¶ Verbo. e ¶ Diſertas facit linguas infantium, 18 19

tiplex, vnicus, ſubtilis, modeſtus, diſertus, mobilis, incoin- 20

a ¶ Sine macula. b ¶ Nec fallit, nec fallitur. c ¶ Mitis & miſericors. d ¶ Quia non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. 21 22

quinatus, certus, ſuauis, amans bonum † actum, qui † nihil 23

a ¶ Communis omnibus. b ¶ Innata bonitate. c ¶ Qui dat laſſo virtutem. 24

vetat bene facere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecu- 25 26

a ¶ Per naturam omnia continet, ¶ Via, veritas, & vita. b ¶ Quia lumen omnium. 27 28

rus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & 29

a ¶ Vnde, Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, cui omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium & inferuorum. 30 31

qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles, † mundus, 32 33 34 35

† morum mutationes diuiſiones temporum. † arborum. † abſcōdita. † actus. † nullum. † mundos ſubtiles.

## NICOLAVS DE LIRA.

☞ *ter Salomon oſtendit, qualiter eum dixerit in actibus vitæ contemplatiuæ: & primo quantum ad contemplationem rerum naturalium, ſecundo ſupernaturalium, ibi,* Eſt enim in i. *Circa primum dicit,* Ipſe enim de. mihi horum quæ ſunt, *in natura,*

1 Scientiam, *ſine admiſtione falſitatis, quę à Deo non poteſt eſſe: ſcientia vero de talibus acquiſita frequenter habet aliqua falſa admiſta, vt dictum eſt ſuprà.* 2 Vt ſciam diſpoſit. orbis. *quantum ad ſitum corporum cæleſtium & elementarium.* 3 Et vir. ele. *quantum ad ea, quæ poſſunt fieri per virtutes eorum.*

4 Ini. & com. & me. tem. *Diuiditur enim annus in quatuor tēpora. ſ. ver, æſtatem, autumnum, & hyemen: & quodlibet iſtorum habet certum principium, medium, & finem.*

5 Viciſſitudium permutatio. *ſcilicet de calore in frigus, & econuerſo: & de die in noctem, & huiuſmodi.* 6 Et conſummation. temp. *qualibet enim res generabilis habet certam periodum temporis, in qua augmentatur, decreſcit, & tandem corrumpitur.*

7 Anni curſus *per menſes, hebdomadas, & dies.*

8 Et ſtellar. diſpoſiti. *quantum ad ſitum planetarum & eorum curſum, & ſimiliter octauæ ſphæræ, in qua ſunt ſtellæ fixę.*

9 Naturas animali. *quorum ſpecies & mores ſunt valde diuerſi.*

10 Et iras beſtiarum. *nam aliquæ ſunt aliis ferociores.*

11 Vim ventorum. *nam aliqui ſunt ſereni, alij procelloſi, & aliqui ęgrotatiui, & aliqui ſanatiui.*

12 Cogitation. homi. *quæ poſſunt cognoſci dupliciter, Vno modo per certitudinem, & hoc modo cognoſci non poſſunt niſi diuina reuelatione: propter quod hæc cognitio non pertinet ad contemplationem, nuæ eſt rerum naturalium; Alio modo poſſunt cognoſci per coniecturam ex ſignis exterioribus, & ſic ſapientes homines de cogitationibus aliorū frequenter coniecturant, & de tali cogitatione loquitur hic Salomon.*

13 Differentias virgultorum, *id eſt, arborum, quarum ſunt multæ ſpecies & variæ virtutes, & aliquæ creſcunt in regionibus calidis, aliquæ in frigidis.*

14 Et virtutes radicum, *diuerſarum herbarum.*

15 Et quæcunque ſunt abſconſa, *ſicut virtus, per quam magnes trahit ferrum eſt abſconſa hominibus, licet videant effectum. Notitia iſtorum & ſupradictorum, ſaltem pro magna parte, data fuit Salomoni per infuſionem, vt dictum eſt ſuprà; ideo ſubdit.*

Om-

16 Omnium enim artifex docuit. *Ideo potuit docere Salomonem effectuum ſuorum naturam.* 17 Eſt e. in il. *Hic conſequenter oſtendit Salomon qualiter ſapientia dixerit eum in ſupernaturali contemplatione: Et diuiditur in duas partes, nam primo declarat virtutem increatæ ſapientiæ; ſecundo qualiter dirigit in ſupernaturali contemplatione, ibi,* Et per nationes. *Circa primum dicitur,* Eſt e. in il. *ſ. ſapientia increata de qua immediatè antè dixit,* Omnium enim artifex, *&c.* 18 Spiritus in. ſan. *ſ. formaliter in ſe & effectiuè alia ſanctificans.* 19 Multiplex, *in donis,*

20 Vnicus, *in ſe, propter quod Apoſtolus. j. Cor. xij. b. enumeratis varijs ſpiritusſancti donis, ſubdit,* Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

21 Subti. *id eſt penetrans omnia ſua virtute. vnde. j. Corinthi. ij. c. dicitur,* Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.

22 Diſertus. *effectiuè, nam facit diſertè loqui, etiam in omni idiomate, vt patet Act. ij. de Apoſtolis.*

23 Mobilis, *ſimiliter effectiuè, nam homines facit mobiles & agibiles ad ſequendum inſtinctum ſuum. Rō. iij c.* Qui ſpiritu Dei aguntur, hi. fi. Dei ſunt.

24 Incoinquinatus *formaliter & effectiuè, quia nulla coinquinatio poſſibilis eſt in eo, nec ab eo cauſari.*

25 Certus. *ſimiliter formaliter & effectiuè quia de nulla poteſt dubitare, & quod reuelat, inſinuat abſque ambiguitate, propter quod prophetæ ſancti veritatē ſibi reuelatam denuntiabāt ſine hæſitatione. Iere. xxvj. e.* In veritate miſit me ad vos dominus.

26 Suauis. *in ſe, quia eſt ſummum bonum; & in alijs, nam omnia grauia facit ſuauia.*

27 Amans bo. *nam eſt ipſa bonitas per eſſentiam.*

28 Quini. *minus dicendo plus ſignificat. ſ. quod ad omne bonum agendum inuitat.* 29 Humanus *noſtris defectibus compatiendo.*

30 Benignus *i. bene igniens, ad amorem Dei nos inflammando.*

31 Stabi. *contra mala præſentia nos firmando.* 32 Securus *de futuris malis imminentibus timorem inferendo.* 33 Omnem ha. vir. *in operando.* 34 Omnia proſ. *in cognoſcendo.* 35 Et qui ca. omnes ſpi. in, *quia quicquid perfectionis eſt, vel eſſe poteſt in ſpiritibus creatis multipliciter & diuiſim, totum in eo ſimpliciter eſt & vnitum.* 36 Mundus, ſub. *Expoſitum eſt ſuprà vbi dictum eſt.* Subtilis, incoinquinatus.

☞ Omnibus

a *Vapor eſt enim Virtutis Dei.* ✠ PHOEBADVS EPISC. Non tam minor maieſtate Filius dicitur ille, de quo Salomon ait, a *Splendor eſt lucis æternæ & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis.* Planè *ſpeculum ſine macula*: Cuſtodit enim Dei vultus, & figuram fideliter exprimẽs plenã patris imaginem reddidit, &c.

† De celeſ. miſ. c. ſanè

b *Candor eſt enim lucis ætern.* ✠ AMBROSIVS. Bonus filius, *Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Quomodo ergo non bonus, qui eſt imago bonitatis? Sicut enim imago Dei Deus, ſed vnus Deus; ita & diuinæ imago bonitatis bona, ſed vna bonitas; Mihi certè vtile eſt, bonum Deũ credere, quem meorum habiturus ſum iudicem delictorum; illi viderint, qui credere bonum nolunt. Itaque quia legiſperitus eſt iſte, qui tentat, ſicut in libro alio demonſtratur; benè dixit, *Nemo bonus, niſi vnus Deus*: vt admoneret, quia ſcriptum eſt, *Non tentabis Deum tuum*, ſed magis *confiteretur Domino, quoniam bonus*. Denique eũ ſæpe perſtringit: nam glorianti in lege, quod à iuuentute ſua omnia cuſtodiſſet; vt inanem iactantiam eius exponeret, oſtendit ei adhuc deeſſe, quod legis eſt. Et ideò ad miſericordiæ præceptum triſtis inducitur, vt in eum naturalis quædam detur forma ſententiæ.

† purior

Marc. 10. Deut. 6. Pſal. 13. h.

a ¶ Nihil enim ſubtilius, mobilius ſapientia, quæ omnia creauit, regit, ordinat. In ipſa enim viuimus, & mouemur, & ſumus.

ſubtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia. 1

a ¶ A fine vſque ad finem. b ¶ Quia lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt. c ¶ Calefaciens frigus infidelitatis noſtræ.

Attingit autem vbique propter munditiam ſuam. Vapor eſt 2 3

a ¶ Splendor gloriæ conſubſtantialis, æqualis, coæternus.

enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omni- 4

a ¶ Summo bono non appropinquat malum. b ¶ Semper ſimplex bonum eſt.

potentis Dei ſyncera, & ideo nihil inquinatum in illam in- 5 6

a ¶ In quo videtur pater. Qui videt me, videt & patrem. b ¶ Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

currit. †Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine ma- 7 8

a ¶ Plena repræſentatio.

cula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et cùm ſit v- 9 10

a ¶ Cum patre. b ¶ Quia omnipotens. c ¶ Immutabilis. d ¶ Regnando, ordinando. ¶ Omnia per ipſum fa. ſunt.

na, omnia poteſt, & in ſe permanens, omnia innouat, & per 11 12 13

nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & pro- 14 15

a ¶ Stultitia Deo odibilis eſt. b ¶ Qui in lege domini medita. die ac nocte.

phetas conſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum qui 16 17

a ¶ Quia corporalis lux, quæ modo occidit modo oritur; ſpirituali luci comparata ſcintilla videtur; Chriſtus quoque ſanctorum claritatem longe tranſcendit. vnde. Ipſi peribunt, tu autem permanebis.

cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper 18 19

omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata † prior in- 20 21

a ¶ Quia nullus ſine peccato; vel immunis à peccato d ¶ Quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

uenitur. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vin- 22 23 24

cit malitia. 25

CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia &c. *Motio iſta ſimilitudinariè dicitur, in quantum diuina ſapientia ad omnes effectus Dei diſponendos pertingit vſque ad minima.*

2 Attingit autem vbique propter munditiam ſuam. *id eſt, puritatem. Eò enim quòd nihil habet extraneum admiſtum, non habet aliquid reſtringens ad vnum locum.*

3 Vapor eſt enim virtutis Dei, &c. *Vapor autem eſt quoddam eleuatum procedens ex aqua, à natura aquæ exiſtens; ſicut filius in diuinis, qui dicitur ſapientia patris, procedit ab eo, & eſt eiuſdem naturæ cum ipſo.*

4 Et ema. quædam eſt claritatis omnipotentis. *Sic enim loquitur Apoſtolus, Heb. j. a.* Qui cum ſit ſplendor & figura ſubſtantiæ eius, &c.

5 Et ideo nihil inquinatum in illam incurrit, &c. *Hoc eſt expoſitum ſuprà.*

6 Candor eſt enim lucis æternæ, *quia filius in diuinis eſt lux de luce.*

7 Et ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, &c. *in quo omnia relucent clariſſimè.*

8 Et imago bonitatis illius. *Proprium eſt enim filij Dei, quod ſit imago patris: Angeli enim & homines ad imaginem eius eſſe dicuntur.*

9 Et cum ſit vna, *ſimpliciſſima:*

10 Omnia poteſt, *quia infinita.*

11 Et in ſe permanens *omnino immutabilis,*

12 Omnia innouat, *faciens omnem mutabilitatem. Et hoc modo Philoſophus viij. Phyſicorum, omnia mobilia reducit ad vnam cauſam primam omnino immobilem.*

13 Et per na. *Oſtenſa virtute ſapientiæ increatæ, hic conſequenter oſtenditur qualiter dirigit in ſupernaturali cõtemplatione. cùm dicitur,* Et per nationes, *diuerſas ſine perſonarum acceptione,*

14 In animas ſanctas. *i. per conatum liberi arbitrij in bonum diſpoſitas ad ſapientię donum,*

15 Se transfert, *hoc donum conferendo.*

16 Amicos Dei, *per fidem charitate formatam,*

17 Et prophetas, *per cognitionem ſupernaturalem,* 18 Conſtituit, *ſicut patet in veteri teſtamento, quod multi fuerũt prophetæ, non ſolum de Heb. ſed etiam de Gentilibus, ſicut patet de ſancto Iob, qui fuit Gentilis, Sibylla etiam Ærithræa habuit ſpiritum propheticum, vt dicit Aug. Similiter in hiſtorijs Romanorũ legitur, quod tẽpore Conſtantini, & Helenæ matris eius inuentũ fuit quoddã ſepulchrũ, in quo iacebat homo laminam auream habẽs in pectore ſuo, in qua ſcriptũ erat,* Chriſt⁹ naſcetur ex virgine, & credo in eũ. O ſol Helenæ & Conſtãtini temporibus iterũ me videbis; *id eſt facies me videri.*

Sybilla.

19 Neminem enim diligit Deus niſi eum q. c. ſapientia inhabitat, *quod poteſt intelligi de ſapientia increata: cum qua habitat homo per charitatem. j. Ioh. iiij. c.* Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Poteſt etiam intelligi de ſapientia creata, cum qua habitat homo, habens eam inquantum reflectitur intellectus ſuper ſe ad cognoſcendum & amandum ſapientiæ donum; & hunc diligit Deus, nam ſapientia prout eſt donum ſpiritusſancti, eſt per quam homo bene iudicat de diuinis, per quandam connaturalitatem ad ipſa, quamuis non habeat notitiam ſcripturarum. ſicut virtuoſus bene iudicat de pertinentibus ad virtutem, quamuis non habeat notitiam libri æthicorum. Connaturalitas autem ad diuina eſt per charitatem, quæ vnit hominem Deo, & ſic ſapientia, de qua loquitur hic ſcriptura, præſupponit charitatem vt ei annexam, neminem autem diligit Deus, niſi ſit in charitate.*

20 Eſt enim hæc ſpe. ſole. *Hoc patet verum non ſolùm de ſapientia increata, ſed etiam de creata, quia ſpecioſitas ſolis corporalis eſt, quam præcellit ſpecioſitas ſpiritualis.*

21 Et ſuper omnem diſpo. ſtella. *tranſcendit ſpecioſitas ſapientiæ, & eadem ratione,*

22 Luci *ſ. corporali,*

23 Comparata prior inue. *Si intelligatur de ſapientia increata, ſic prior eſt dignitate & duratione, nam eſt æterna; lux autem corporalis facta eſt in tempore, Gene. j. a.* Fiat lux, & facta eſt lux. *Et quòd de iſta loquatur hic: patet per hoc quod ſubditur.*

24 Illi enim ſuccedit nox. *& Gene. j. a. dicitur,* Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. *Si autem intelligatur de ſapientia creata, prout eſt donum ſpiritusſancti datum hominibus, ſic prior eſt luce dignitate, non tamen duratione: nam lux iſta facta fuit prima die, natura verò humana die ſexta, Gene. j.*

25 Sapientiam autem non vin. ma. *Quòd patet verum de ſapientia increata, & ſimiliter de creata quantum ad hoc, quòd per malitiã culpæ non corrumpitur effectiuè, ſed tantùm demeritoriè, inquantum homo peccans demeretur, vt ſibi donum ſapientiæ à Deo ſubtrahatur, videtur tamen hic ſcriptura loqui de ſapientia increata, per hoc quod ſubditur,* Attingit ergo,

CAP.

## CAP. VIII.

a ¶ Id eſt, à principio mundi. ¶ Ab æterno vſque in æternum.
b ¶ Vſque ad aduentum Chriſti. c ¶ Quia Dei virtus.

**A**Ttingit ergo à fine[a] vſq; [b]ad finem [c]fortiter,
a ¶ Quia Dei ſapientia.
b ¶ Ego diligo diligentes me, & qui manè vigilauerit, ad me, inueniet me.
& diſponit omnia [a]ſuauiter. [b]Hanc
amaui & exquiſiui eam à iuuentute
a ¶ Beatus qui obſeruat ad poſtes oſtij mei.
mea, & [a]quæſiui ſponſam mihi eam aſ-
a ¶ Stabili fœdere. b ¶ Veritatis: vnde, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. c ¶ Quia coæterna patri coomnipotenti.
ſumere[a], & amator factus ſum formæ [b]illius. [c]Generoſitatem
a ¶ Patris ſcilicet, quia ei coæternus. b ¶ In principio erat verbum, & verbum erat apud De. & Deus erat verbum, hoc erat in princi. apud Deum Et verbum caro factum eſt, & hab. in no.
a [a]illius glorificat [b]contubernium habens Dei: ſed & omnium
a ¶ Quia pater dirigit filium, & omnia dedit ei in manus.
b [a]dominus dilexit illam. Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, &
† electrix operum illius. Et ſi diuitiæ appetuntur in vita,
a ¶ Virtutum diuitias continet, & amatoribus ſuis offert. vnde. Mecum ſunt diuitię.
b ¶ Omnia per ipſum facta ſunt. ¶ Meditantibus in lege præbet omnimodam dulcedinem ſapientiæ.
quid [a]ſapientia [b]locupletius, quæ operatur omnia? Si autem
a ¶ Profundam, ſcilicet & ſanam intelligentiam. b ¶ Stabilem. ſ. ſalutem ponit.
c ¶ Bonorum operum & virtutum
ſenſus [a]operatur quis [b]horum quæ ſunt [c]magis quàm illa eſt
c artifex? Et ſi iuſtitiam quis diligit, & † labores huius magnas
a ¶ Temperantiam. ¶ Quatuor enim principales virtutes ponit.
d habent virtutes. Sobri[a]etatem enim & † prudentiam docet,
a ¶ Fortitudinem. b ¶ Ad æternam vitam.
& iuſtitiam, & [a]virtutem, quibus [b]vtilius nihil eſt in † vita ho-
a ¶ Nihil eſt quod eam lateat, quia ab ęterno genita eſt & cum patre cuncta diſponit.
¶ Ipſa.
minibus. Et † ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat [a]quis, ſcit
a ¶ Quia initium & finis. b ¶ Qui ait: Ego dabo vobis os & ſapientiam, &c.
e præterita, & de futuris ęſtimat: ſcit [b]verſutias ſermonum,

## CAP. VIII.

A *Attingit à fine.* i. à principio mundi vſque ad aduentum Chriſti, mirifica opera & ſyncera teſtimonia per vetus teſtamentum fortiter aſſerit, & ab incarnatione verbi vſque ad finem mundi ſuauitatem euangelij exponit. *A fine*, ergo *vſque ad finem fortiter pertingit*, quia vbique perfectè agit: Finis enim perfectionem ſignificat.

a *Glorificat contubernium.* i. repræſentat *gene. illius.* ſ. patris, qui eſt ei coæternus & coomnipotens, vel partim de temporali B natiuitate, partim de æterna poteſt legi. Habet *contubernium Dei.* i. humanitatem; in qua habitat Deus, qui eſt ſapientia patris; Vel *glorificat genero. illius.* i. Dei patris, id eſt eiuſdem eſſentiæ eſt cum patre ab æterno genita, nata in tempore de matre.

† inuentrix

b *Doctrix enim eſt diſciplinæ.* De plenitudine eius omnes accepimus: per quem gra- C tia & veritas facta eſt, id eſt reuelata. *Deum nemo vidit vnquam, ſed filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.*

Ioh. 1. b. † dilectio Ibidem

c *Et labores huius.* Nihil enim deſidioſum in operibus eius. Quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, agit, & agenda ſuis committit.

† ſimilitudinem

d *Sob. e. & ſa.* RAB. Qui temperans eſt, prudens, fortis & iuſtus, quid illi deeſt? Has autem virtutes nemo habet, niſi cui omnium virtutum origo Deus contulit, quocunque tempore, quacunque lege, quacunque D gente, Quidam tamen ſpeciem pietatis habentes, virtutem ignorauerunt, quia creatori ſubdi noluerunt, ideo viam diſciplinæ neſcierunt & perierunt. Deus enim ſolus virtus & ſapientia patris inuenit viam diſciplinæ, & dedit illam Iacob puero ſuo.

e *Et ſi multitudinem.* ✠ DIDYM. Quia nec ignorantia in eo eſt, manifeſtat Daniel de eo dicens. *Qui cognoſcit quæ in tenebris ſunt & lux cum eo eſt*: Et illud, *Occultorum agnitor Deus cognoſcens omnia antequam fiant.* Si enim habet ſcientiam occultorum, atque tenebroſorum, E & omnium quæ facienda ſunt, cuius vlterius erit ignarus? Non habet igitur communionem hæc lux cum ignoratione intelligibilium: Vnde ſcriptum eſt, *Quæ communio luci ad tenebras?* Si volunt hæretici dicere, vt derogēt deitati, diſcordare præſentiam, ad illud quod dictum eſt, *Poſuit tenebras latibulum*, hoc eſt, Deus. Et illud F *Intrauit Moyſes in nubem vbi erat Dominus.* Sciant tenebras in his ſignificari incompræhenſibilitatis eius obſcuritatem. Poſſibile eſt namque per ignorantiam noſtram, rationum hanc vobis fieri obſcuritatem, non in Deo, qui lux eſt. Ipſis quoque ſermonibus aduertendum eſt, quia idem ſignificauit id quod dictum eſt in tenebris, & nube ſeu caligine Deum eſſe, & latibulum ſuum intenebris

† ſapientia † via

☞ Poſuiſſe

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. VIII.

**A**Ttin. ergo. à fi vſque ad fi. forti. *Omnia creata penetrando ſua virtute vſque ad minima.*

1 Et diſ. omnia ſua. *quia dat omnibus creaturis formas & inclinationes, per quas mouentur cõnaturaliter ad actus & fines ſuos: ſicut lapidi grauitatem, per quã naturaliter tẽdit deorſum.*

2 Hanc am. *Oſtenſo qualiter ſapientia dirigit in vita contemplatiua, hic conſequẽter oſtẽditur qualiter dirigit in vita actiua. Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtenditur, quod ſapientia eſt ſummè diligenda Secundò, qualiter dirigit circa agẽda, ibi,* Et ſi iuſtitiam. *Circa primum dicit Salomon.* Hanc ama. *ſingulariter.*

3 Et ex. eam à iu. mea. *Diſcendo à Natthan propheta, & petendo eam deuote à Deo mihi dari, vt dictũ eſt ſuprà. Et ſic patet, quod loquitur hic de ſapientia creata. Sub eodem enim contextu litera frequenter tranſit de increata ad creatam, & econuerſo ratione ſupradicta, ca. vi.*

4 Et quæ ſpon. mi. *id eſt meditationibus inſeparabiliter adhærere.*

5 Et amator. fa. ſ. formę. *Eſt enim decor animę aſſimilans eã decori creatoris.* 6 Ge il. glorif. *i. homo habens conturbernium Dei per charitatem, per quam homo manet in Deo, & Deus in eo,* Glorificat, *id eſt glorioſam cõfitetur & laudat* Generoſitatem. *ſ. ſapientiæ creatæ, quã cognoſcit eſſe quandã inpreſſionẽ, & emanationẽ à ſapientia diuina.*

7 Sed & omnium do. di. il. *Inquantum facit homines Deo diligibiles, vt prædictum. eſt.* 8 Doce. eſt dif. Dei. *Nam donum ſapientiæ facit hominẽ ſubdi mandatis diuinis.* 9 Et ele. ope. il. *Nam per ipſam elegit homo opera Deo placita. Conſequenter arguit ipſam eſſe diligibilem per locum à minori, dicens,*

10 Et ſi diuitiæ appet. *Et accipitur hic* ſi, *pro quia: quia ſic eſt, vt apparet ad ſenſum.*

11 Quid ſapien. q. d. *ſapiẽtia hac ratione diligibilior eſt, per quã multo plura, maiora, & meliora poſſunt haberi, quàm per diuitias temporales: vnde Prouer. xvij* Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, cũ ſapientiam emere non poſſit? 12 Si autem ſenſus. *i. induſtria humana.*

13 Operatur *in agibilibus humanis.*

14 Quis hor. quæ ſunt. *i. operum humanorum.*

15 Ma. quàm illa eſt artifex. q. d. *in operibus humanis multo magis operatur donum ſapientię, quàm virtus naturalis induſtrię: propter quod eſt magis diligendum.*

16 Et ſi iuſti *Oſtenſo quod ſapientia ſit ſummè appetenda, hic conſequẽter oſtenditur qualiter dirigit in vita actiua: primo quãtum ad partem actiuæ, quæ vocatur monaſtica, quæ reſpicit bonum regimen vnius perſonæ; Secundò quantùm ad illam partem, quæ dicitur politica, quæ reſpicit bonum regimen multitudinis, ibi,* Habebo propter hanc claritatem. *Monaſtica verò conſiſtit in acquiſitione & exercitio moralium virtutum, quæ reducuntur ad quatuor virtutes. i. principales; de quibus hic dicitur.* 17 Et ſi iuſtitiam quis dilig. *Accipitur hic* iuſtitia *legalis, quæ includit omnem virtutem, ſicut dictum fuit ſupra. i.* 18 Labo. *i. opera ſapientiæ.* 19 Ma. ha. *ſibi annexas, quas explicat dicens.* 20 Sobr. *i. temperantiam,* 21 Et ſa. *i. prudentiam quæ eſt ſapientia circa agibilia humana:* 22 Et iu. *quæ eſt virtus ſpecialis,* 23 Et vir. *i. fortitudinem. Iſtæ ſunt quatuor virtutes cardinales, ad quas aliæ virtutes morales reducuntur, ideo ſubditur.* 24 Quid vtil. nihil. ex. in vita *pręſenti.* 25 Hom. *quia per virtutes morales efficitur homo bonus ſimpliciter: per virtutes autem intellectuales, quæ ſunt artes & ſcientię ſpeculatiuę, non efficitur homo bonus ſimpliciter, ſed ſecũdum quid; vt bonus artifex, bonus philoſophus & hmõi.* 26 Et ſi mult. ſcientię *practicę* 27 Deſi. *hoc ſupple habet per ſapientiam; ideo ſubditur,* 28 Deſi. *hoc ſupple habet per ſapientiam, ideo ſubditur.* 28 Scit. *i. ſcire facit, eo modo loquendi quo grammatica facit congrue loqui. videtur enim hic ſcriptura loqui de ſapientia prout fuit in Salomone, vt ſupradictum eſt ca. pręcedenti. Salomon autem per ſapientiam ſibi datã multa cognouit de pręteritis, & per illa poterat coniecturare de futuris: ideo ſubditur,* 29 Et de fatuis eſt. *Salomon etiam plura cognouit de futuris per ſpiritum prophetię certitudinaliter.* 30 Scit verſutias. *i. fallacias.* 31 Sermonum, *quas ſapientia facit auertere.*

poſuiſſe, quod ſignificat ex his verbis, *& tenebræ in eo non ſunt vllæ*. In ipſo igitur non ſunt tenebræ, quia nec naturæ eius eſt has habere: ipſe verò in tenebris & caligine eſſe videtur, nobis vtique cõprehenſionem eius non habentibus, cuius ſubſtãtię eſſe noſcũtur.

B a *Propoſui*. RA. poteſt hoc de genetrice Dei intelligi, quæ propoſito virginitatis meruit verbo Dei fœcundari, & generare filium Dei ad ſalutem mundi, vel generis humani, & ab omnibus vnicè celebrari: vnde, *Beatam me dicent omnes generationes*. Cui cõcordat quod ſequitur, *Habebo propter hanc claritatem*. (Luc. 2. e.) († Propterea.)

C b *Admirabilis*. Partus virginis omnibus fuit admirandus, quia in reſurrectionem & ruinam multorum extitit, *qui ſtat in ſignum populorum, ſuper quem continebunt reges os ſuum, ipſum gentes deprecabuntur*. (Lu. 2 e.)

c *Intrans in dom*. RAB. Poſt prędicationẽ, poſt operis laborem, quibus auditoribus ſancti ſolatium præbent, ad ſe redeun-

a ¶ Propoſitiones. ¶ Alias diſpoſitiones.
b ¶ Qui ait, Erunt ſigna in ſole & luna, & ſtellis, & in terris, &c.
& diſſolutiones argumentorum: ſigna & monſtra ſcit ante- 1
a ¶ Populus Dei communionem ſapientiæ i. Chriſti ſe habere gaudet, & in amplexu eius delectari, qui ait, Si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. 2
quam fiant, & euentus temporum & ſeculorũ. Propoſui er- 3
go hanc adducere mihi ad conuiuandum, ſciens quoniam 4 5
a ¶ Id eſt alleuiatio.
mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitatio- 6
a ¶ Vox doctorum. b ¶ Doctrinam ſaluatoris.
c ¶ Quibus euangelium prędicabo.
nis & tædij mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, 7
a ¶ Quia principatus & poteſtates ſubiicit Chriſtianæ religioni. b ¶ Patriarchas & prophetas, quibus ſociatur. c ¶ Omnia ſecundum legem diiudicans. 8
& honorem apud ſeniores. Iuuenis & acutus inueniar in iu- 9
a ¶ Cum reges & principes mirantur prædicationem euangelii. ¶ Alias amabilis. 10
dicio, & in conſpectu potentiũ admirabilis ero, & facies prin- 11
a ¶ Non audebunt loqui. 12
cipum mirabuntur me. Tacentem me ſuſtinebunt & loquen- 13
a ¶ Attenti ad ſermones meos. ¶ Non audentes mihi reſiſtere. 14
tem me reſpicient, & ſermocinante me plura manus ori ſuo 15
a ¶ Immortalitatem habent ſancti in charitate radicati & fundati, & ſpem immortalitatis.
imponent †. Præterea habebo per hanc immortalitatem, & 16
a ¶ Meorum operum & virtutum. b ¶ Secuturi ſunt me. 17
memoriam æternam his qui poſt me futuri ſunt relinquam.
a ¶ Erudiam. b ¶ Quibus euangelium prędicabo. nec per varias ſectas abire permittam.
c ¶ Alias ſubiectæ. d ¶ Victi patientia mea, & videntes Chriſti miracula, qui ait, Confidite, quia ego vici mundum.
Diſponam populos, & nationes mihi erunt ſubditæ. Time- 18
a ¶ Fidelium. b ¶ Benignus. 19
bunt me audientes reges horrendi, & in multitudine bonus 20
a ¶ Aduerſariorum. b ¶ Cętera foris agentibus, quid intus præſtet, adiungit. 21
c ¶ Sapientiam ſcilicet. ¶ Confidentiam mentis.
videbor, & in bello fortis. Intrans in domum meã, cõquieſ- 22
cam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuerſatio il- 23 24
lius, nec tædium conuictus illius, ſed lętitiam & gaudiũ. Hæc 25
cogitans apud me, & commemorans in corde meo: quoniam 26 27

D redeũtes diuinæ contemplationi vacant, vbi ſupernæ dulcedinis quietem inueniunt.

ID. Corporales deliciæ corpus grauãt, ſpirituales verò mentem releuant, & tantò eſuriuntur, quanto amplius comeduntur: In illis appetitus placet, experientia diſplicet. Augent verò ſpirituales deliciæ deſiderium quæ quò magis ſumũtur, auidius amantur. vnde Dauid: *Guſtate & videte quoniam ſuauis. &c.* (Ex Gregorio.) E (Pſal. 33. b)

ORIG. Qui aperit os mutum, & linguas infantium facit diſertas; hæc omnia ſunt in Chriſto accipienda. Ipſe enim ſapientia, fortitudo, iuſtitia, ſanctitas, & prudentia. Sed cùm ſit vnus in ſubiacenti, pro varietate ſenſuum diuerſis vocabulis nũcupatur. F Aliud enim ſignificat ſapientia, aliud iuſtitia. Sapientia quidem, diſciplinam humanarum & diuinarum rerum inſtruit. Iuſtitia autem quod diſtributor & iudex meritorum ſit.

*Puer*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et diſſolutiones argumentorum, *quæ fiunt contra veritatem, ſpecialiter in moralibus.*

2 Signa & monſtra. ſcit an. fiant *Hoc patet verum de ſapientia increata, quam nihil latet; Similiter de creata, prout fuit in Salomone: Nam ipſe cognouit diſpoſitionem cæli & ſtellarum, vt dictum eſt ca. precedenti, & ſic præcognouit ortum ſignorum & cõſtellationum, quæ monſtrant aliqua futura, vt ſterilitatem terræ futuram, vel fertilitatem, & huiuſmodi: propter quod ducuntur monſtra à monſtrando.*

3 Propoſui ergò, *propter prędicta bona,*

4 Hanc adduce. mihi ad conui. *per frequentes meditationes ſapientiæ, in quibus eſt delectabilis vita.*

5 Sciens quoniam me, &c *per frequentes enim meditationes ſapientię augmentatur ſemper bonum in homine.*

6 Et erit allocutio cogitationis *quia tales meditationes ſunt verbis mentis.*

7 Et tædij mei, *ſcilicet excludendi. Tales enim meditationes omne tædium excludunt.*

8 Habebo. *Hic conſequenter oſtenditur, qualiter ſapientia dirigit in politica. Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtenditur qualiter per eam populus gubernatur: ſecundo qualiter ipſa ſubiectum proprium conſolatur, ibi,* Intrans domum meam. *Circa primum dicitur,* Habe. propter hanc clari. ad turbas, *audientes ſententias meas veras, & ad populi tranquillitatem ordinatas.*

9 Et hono. apud ſe. *Et hoc fuit verum ad literam in Salomone, qui populum gubernauit pacificè, & qui ſapientia precellebat alios ſapientes & ſeniores. iij. Regum. iij.*

10 Iuuenis & acu. inueni. in iudi. *Iuuenis enim adhuc exiſtens, valde ſolerter iudicauit filium reddi veræ matri. iij, Regum. iij.*

11 In conſpectu poten. admira. ero. *Omnes enim reges mirabantur de ſapientia Salomonis.*

12 Et facies principum mirabuntur me: *vnde. iij. Reg. x. dicitur quod regina Saba quæ erat ſapientiſſima, videns magnificentiam Salomonis non habebat vltra ſpiritum.*

13 Tacentem me ſuſtinebunt, *id eſt cum reuerentia expectabunt, quouſque verbum reſumam, vel dem eis loquendi licentiam.*

14 Loquentem me re. *attoniti de mea eloquentia.*

15 Et ſermo. me. plura ma. &c. *id eſt quantumcunque protraham ſermonem, reuerenter auſcultabunt.*

16 Propterea habebo per hanc immortalitatem, *apud Deum,*

17 Et memoriam æternam, *apud homines.*

18 Diſponam populos, *ad bonum commune:*

19 Et nationes mi. erant ſub. *Multi nanque Gentiles fuerunt ſubiecti Salomoni.*

20 Timebunt me, &c. *Multi enim reges horrendi aliis, audientes ſapientiam & potentiã Salomonis, timebant eum, & reddebant ei tributum.*

21 Et in multitudine, *ſubditorum meorum,*

22 Videbor bonus *eis benefaciendo;*

23 Et in bello fortis, *contra aduerſarios meos.*

24 Intrans in do. meam. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter ſapientia ſubiectum proprium conſolatur,* Intrans in do. meam, *id eſt propriam conſcientiam: nam intellectus & voluntas ſunt potentię reflexiuę ſuper ſeipſas.*

25 Conquieſcam cum illa, *Homo enim per donum ſapientię habet meditationes valde delectabiles apud ſe: ideo ſubditur,*

26 Non enim ha. ama. *Dicitur autem* conuerſatio ſapientiæ & eius conuictus *meditatio, quę ex intellectu & habitu ſapientię procedit. Et ſubditur cauſa huius delectationis, cùm dicitur,*

27 Quoniam immortalis. *id eſt, propter hoc eſt delectabilis, quia facit cogitare de immortalibus & diuinis; ſicut ſapientia animalis et terrena facit cogitare de carnalibus et terrenis, quarum cogitatio anxietatem inducit.*

Et Et in

A a *Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et cum eſſem magis bonus, &c.* RAB. Salomon in pueritia poſtulauerat à Deo ſapientiam, & vt rectè iudicaret populum, & diſcerneret inter bonum & malum: factus eſt ergo ſapientiſſimus, & videtur ſortitus animam bonam, qui habuit cor ſapiens & intelligens. Sed quo modo cōuenit ei quod dicitur, (3.Reg 3.a.)

B b *Veni ad corpus in &c.* cū mulierē alienigenā amauerit, & idola ædificauerit? Videtur ergo magis conuenire populo ſanctorum, qui C in baptiſmo regeneratus eſt, & fide ſaluatoris imbutus, pueritiam indolis ſuæ bonæ, & ſimplicis innocentiæ perceperit, & cunctis ſtudijs certauerit peruenire ad culmen virtutum: vnde ſequitur; *Et cum eſſem magis bonus, &c.* Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. Huius membra facti ſunt imitantes eum. (D — Ioh 5.b.)

c *Et vt ſciui quoniam aliter non, &c.* ✠ IDACIVS. Donum Dei patris, donum filij, donum & ſpiritus ſancti. (E) De patre in Apoſtolo, *Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt.* (Rom. 11.) De filio in Salomone. *Quia nemo poteſt eſſe cōtinens, niſi Deus det, & hoc ipſum ſapientiæ erat, ſcire cuius eſſet hoc donū.* (Sap. 8.) De ſpiritu ſancto in Actibus, *Pœnitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque in nomine domini Ieſu Chriſti & accipietis donum ſpiritus ſancti.* (F — Act. 2.)

a ¶ Quia quicquid de natura eius cognoſcitur. totum immortale, & ſemper viuere intelligitur.
b ¶ Quia quanto magis amatur, tanto magis ſuauior reperitur.

† immortâlis eſt in cogitatione † ſapientia, & in âmicitia il- 1
(† immortalitas — † ſapientiæ)
a ¶ Quia per ipſum facta ſunt omnia
b ¶ Qui eſt omnium rerum origo, & quod factum eſt, in ipſo vita erat.
lius delectatio bona, & in opêribus manuum illius honeſtas 2
a ¶ Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.
ſine defectione, & in cêrtamine loquelæ illius ſapientia & 3 4
præclaritas in communicatione ſermonum ipſius: circum- 5 6
a ¶ Diligenter & ſtudioſè, vnde, Surgam diluculo, & circumibo ciuitatem, quęram quem diligit anima mea. b ¶ Fortiter, firmiter.
ibam quærêns, vt mihi illam aſſumêrem. Puer autem eram 7
a ¶ Humanarum & diuinarum rerum.
ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et cum eſſem 8
a ¶ Cuſtoditio legis, conſummatio incorruptionis, in corruptio autem facit proximum Deo, & ad hanc perfectionem nemo venit niſi quem diuina gratia ſubleuat: vnde, Omne datum, optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt.
magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et vt ſciui 9 10
quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & 11 12
¶ Dei ſcilicet.
hoc ipſum erat † ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum: adij 13 14
dn̄m, & deprecatus ſum illū, & dixi ex totis præcordijs meis: 15 16
(† ſapiētiæ)

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in amicitia illius dele. bo. *nam hęc delectatio conuenit homini ſecundum illam partem animę, in qua conuenit cum angelis ſanctis.*
2 Et in operi. man. illius. *id eſt in operibus à ſapientia procedētibus.*
3 Honeſtas ſine de. *nam ab ea nihil inhoneſtum poteſt procedere.*
4 Et in certamine. *id eſt in collatione ſapientium ad inuicem, quia non conferunt de vanis, ſed de vtilibus & honeſtis.*
5 Et præclaritas in communica. ſer. *nam ſermones, quibus ſapiens communicat alijs doctrinam ſuam, clari ſunt & intelligibiles, quia quæ melius ſciuntur, clarius pronuntiantur.*
6 Circumibam quærens, vt illam. *inuenitur enim ſapientia per diligentem rationis inueſtigationem.*
7 Puer autem. *poſtquam Salomon oſtendit, qualiter ſapientia proficit in vita contemplatiua & actiua; hic conſequēter ponit orationem, quam fecit pro ipſa habenda. Et primò ponit orandi motiuum, ſecundò orationis ſuæ formam & modum ca. ſe. Circa primum dicit,* Puer autem eram ingenioſus, *per intellectus ſubtilitatem.*
8 Et ſor. ſum. animā bonam. *per affectus puritatem, hęc enim habuit Salomon à iuuentute, quando fuit ſub diſciplina Nathan prophetę, propter quod vocauit nomen eius* amabilis domino. *ij. Regum. xij. f.*
9 Et cum eſſem ma. bonus. *id eſt proficiens in virtutibus.*
10 Veni ad corpus incoinquinatum, *hoc non poteſt intelligi de continentia virginali, quia Salomon valde iuuenis contraxit matrimoniū cum filia Pharaonis: propter quod intelligendum eſt de continentia coniugali, & etiam ab alijs vitijs vitalibus, quam ſeruauit per longum tempus, vnde dicitur. iij. Regum. xi. a.* Cumque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres.
11 Et vt ſci. &c. eſſe cont. *à vitijs & criminibus.*
12 Niſi Deus det *ſine cuius dono homo nō poteſt perſeuerare in bono.*
13 Et hoc ip. erat ſapientia. *ſ. ſcire quod hæc continentia eſt Dei donum nam ſapientia eſt cogitatio diuinorum.*
14 Adij dominum *attentè,*
15 Et deprecatus ſum illum. *deuotè.*
16 Et dixi ex totis pręcord. *id eſt ex toto intellectu meo et effectu.*

## CAP. IX.

Deus patrum meorum, & 1 2
domine miſericordiæ, qui 3
a ¶ Omnia per ipſum facta ſunt.
feciſti ômnia verbo tuo, & 4
ſapientia tua † conſtituiſti
(† feciſti)
hominem vt dominaretur 5
a ¶ Omnibus terrenis. Chriſtus quoque in mundum miſſus orbem reget eccleſiæ in æquitate.
creatûræ, quæ a te facta eſt, vt diſponat orbem
a ¶ Erit iuſtitia cingulum lumborum eius.
terrarum in æquitate & iuſtitiâ, & in directione 6
a ¶ Verum. b ¶ Oratio filij ad patrem pro corpore ſuo.
c ¶ Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.
7 cordis iûdiciū iudicet, dâ mihi ſediûm tuarum
8
a ¶ Qui formam ſerui accepit.
9 aſſiſtricem ſapientiam, & noli mê reprobare à
a ¶ Innumeris ſubiectus caſibus.
10 pueris tuis: † quoniam ſeruûs tuum ſum ego, († Pſa. 115. b.)
a ¶ Quia. b ¶ Mater enim dixit, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.
c ¶ Sine me nihil poteſtis facere.
11 êt filius âncillæ tuæ: homô infirmus, & exi-
a ¶ Breues dies hominis ſunt. ¶ Percipiendum.
12 guî temporis, & minor ad intellectum iudicij
13
a ¶ In iudicio hominum.
14 & legum. Et ſi quis erit conſummâtus inter fi-

## NICOLAVS DE LIRA. Cap. XI.

Deus patrum meorū. *Hic conſequenter ponit Salomō ſuæ orationis formam & modum: Et diuiditur in tres partes: nam primò Dei beneuolentiam captat. Secundò petitionem ſuam format, ibi:* Da mihi. *Tertiò ad hoc rationem allegat, ibi:* Tu autem. *Circa primum captat Dei beneuolentiam eius clementiam confitendo. d.*
1 Deus pa. meorum. *quos clementer elegiſti, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, & ſpecialiter Dauid patrem meum, quem elegiſti ad regnum.*
2 Do. miſe. *qui remiſiſti patri meo peccatum de morte Vriæ,*
3 Qui feci. om. *Nam dicere Dei, eſt facere, & in hoc confitetur Dei potentiam: & tertio eius ſapientiam, cum dicitur.*
4 Et ſapi. tua conſti ho. *Si enim ſtetiſſet in ſtatu naturæ, habuiſſet plenum dominium ſuper creaturas inferiores ſe. Sequitur.*
5 Vt diſ. orbem. &c. *diſponendo creaturas ad id ad quod ſunt facta.*
6 Et in dire. cordis. *ſecundum dictamen rectæ rationis.*
7 Iudicium iudicet. *& hoc propriè pertinet ad ſuperiores, qui habent de inferioribus iudicare.*
8 Da mihi. *Hic conſequenter format ſuam petitionem dicens:* Da mihi ſedi. tua. *Loquitur de Deo, ſicut de iudice ſummo cui aſſiſtunt ſapiētes, & à quo ſapientia deriuatur ad iudices inferiores: & hoc modo Salomon, vt iudex inferior petit à Deo ſapientiam ſibi dari. Poteſt etiam aliter exponi, vt ſedes Dei dicatur ſedes regni Iſrael, ſicut. j. Para. xxix. dicitur de Salomone, quod ſedit ſuper ſolium domini. Et hoc nomen ſedes nominatur ſedes in plurali, eò quod ad plures actus ſe extendit, & ſecundum hoc petit Salomon, quod Dei ſapientia aſſiſtat ſedi regni ſui, vt ſine errore gubernetur. ideo ſubditur.*
9 Noli me reproba. *denegando mihi donum ſapientię.*
10 Quoniam ſeruus tuus ſum ego, &c. *Salomon enim et eius mater ex receptione legis Moſaicæ erant obligati ſeruituti diuinæ.*
11 Homo in. *Eſt enim breuis vita humana, & multis infirmitatibus ſubiecta: propter quod parum ſcire poteſt ex acquiſitione propria: nam ad acquiſitionem ſcientiæ requiritur lōgitudo tēporis et experiētię, ideò ſubditur.* 12 Et minor. *i. inſufficiens.*
13 Ad intellec. iu. & legum. *ſcilicet diuinæ & humanæ, ſecundum quas debet iudicium dari.*
14 Et ſi quis erit con. *i. perfectus in ſapientia humana.*

a ¶ Diuina.
lios hominum, ſi ab illo fugerit ſapiêntia tua, in 1
a ¶ Gratia Dei ſum id quod ſum. 2
nihilûm computabitur. † Tu 3
a ¶ Salomonem, vel Chriſtum.
autem elegiſti me rêgem po-
pulo tuo, & iudicē filiorum
¶ Iuſſiſti.
tuorum & filiarum. Et dixiſti 4
me ædificare templū in mon-
a ¶ Non po. abſ. ci. ſu. mon. &c.
te ſancto tuo, & in ciuitâte
a ¶ Fidem.
habitationis tuæ altâre, ſimi- 5
litudinē tabernaculi tui ſan-
a ¶ Per Moyſen.
b ¶ Cum educeres filios Iſrael de Aegypto.
cti, quod præparaſtî âb ini- 6
a ¶ Filius.
tio, & tecum ſapiêntia tua, 7
a ¶ Nemo nouit patrem niſi filius.
quæ nouit opera tua, quæ & 8
a ¶ Omnia in ſapientia feciſti
affuit tunc cum orbêm ter-
a ¶ Quia ſapientia tua eſt.
rarū faceres, & ſciebât quid
placitum eſſet oculis tuis, &
a ¶ Rectum & iuſtum.
quid directum in præceptis
a ¶ Omne datum op. & omne do. perfe. de. &c.
tuis. Mitte illam de cælis ſan- 9
a ¶ A teipſo. ſ. qui ſedens, & omnia gubernans.
ctis tuis, & à ſedê † magnitu-
a ¶ Cum fidelibus meis.
dinis tuæ, vt mêcū ſit, & me- 10
a ¶ Dei adiutores ſumus. b ¶ In membris meis. 11
c ¶ Vt nihil contra faciant.
cum laboret, & ſciam quid accêptum ſit apud
a ¶ Omnia nuda & aperta. b ¶ Per callem virtutum. 12
te. Scit enim illa omniâ & intelligit, et dêducet 13

a ¶ Ne offendat ab aduerſarijs. D
me in operibus meis ſobriè, et cuſtodiêt me in
¶ Coram Deo.
ſua potentia. Et erunt accepta opera mea, et diſ-
a ¶ Regam. b ¶ Remuneratione regni cœleſtis
ponâm populum meum iuſtè, et ero dignus ſe-
14 diū patris mei. † Quis enim
hominum poterit ſcire con-
ſilium Dei? Aut quis poterit
a ¶ Victrix cauſa dijs placuit, ſed victa Catoni.
15 cogitâre quid velit Deus? Co-
a ¶ Quia fragiles.
b ¶ Quia anima noſtra mutabilis, caro noſtra corruptibilis.
16 gitationes enim mortalium tîmidæ, & incêrtæ E
17 prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod cor-
a ¶ Corruptibile. ſ.
18 rumpitûr, aggrauat animam: & terrena inhabi-
19
20 tatio deprimit ſenſum multa cogitâtem. Et dif-
a ¶ Operum Dei nullam poteſt homo inuenire rationem.
b ¶ Quaſi in aperto.
21 ficilê æſtimamus quæ in terra ſunt, & qûi in
22 proſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ in
23 cælis ſunt autem quis inue-
a ¶ Ne deſperemus ex præmiſſis, ſubiungit conſolationem Spiritus ſancti.
24 ſtigabit: Sênſum autē tuum
25 quis ſciet, niſi tu dederis ſa-
pientiā, † & miſeris ſpiritum
ſanctum tuum de altiſſimis:
¶ Vel ſententiæ.
26 & ſi correctæ ſunt ſemitæ eo-
rum qui in terris ſunt, & quæ tibi placent didi-
a ¶ Exponit, quòd per ſapientiam Dei, id eſt, per Chriſtum, omnes ſanati ſunt qui Deo placuerunt.
27
28 cerunt homines: Nam per ſapientiā ſanâti ſunt
¶ Mundi.
quicunque placuerūt tibi domine à principio.

A a *Tu autem.* RAB. Dauid, quia vir ſanguinum fuit, & multa bella geſſit, templum domino ædificare non potuit: quod Salomon ædificauit, qui libri huius autor eſſe putatur. Commemorans ergo Dei beneficia, præcatur vt Dei ſapientia ſecum permaneat, & in omnibus eum dirigat. B Sed quia templum, etiam eccleſiam ſignificat, quam Chriſtus verus pacificus per operarios ſuos. i. prædicatores ædificat: poſſunt & hæc in perſona prædicatorum intelligi, qui ſciunt omnia, quæ ad regimen populi pertinent, non ſui eſſe operis, ſed diuini † muneris; vnde quotidie poſtulant, vt qui C eſt autor operis, ſit largitor ſūmæ perfectionis. Quicquid enim de ſapiētia Dei dicitur, ad ipſū referimus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, virtus & ſapientia Dei, & imago Dei inuiſibilis.

† 1. Pa. 28. a & 2. Pa. 1. b. | † me. | † pro & c. tua. | † numinis | † maieſtatis.

b *Quis e. ho.* Admiratur excellentiā Dei. Quaſi: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiç Dei.* Et, *Quis nouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit?*

† Iſai. 40. Rom. 11. d.

c *Senſum autem.* Nemo ſcit quæ fiunt in corde hominis niſi ſpiritus hominis, & nemo nouit quæ ſūt Dei niſi ſpiritus Dei. Spiritus autē omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei qui illuminat corda ſanctorum. F

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Si ab illo fugerit ſapientia tua. *i à te infuſa.*

2 In nihilum computabitur, *quia ſua ſapientia fatuitas reputabitur. i. Corinth. iij. d.* Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.

3 Tu autem. *Poſtquam Salomon petiuit ſapientiam diuinam, hic conſequenter ad hoc allegat multiplicem rationem; & primò rationem ſumptam ex parte ſui ſpecialiter, Secundò, ex parte generis humani generaliter, ibi,* Quis enim hominum. *Circa primum dicit,* Tu autem elegiſti me re. po. tuo. *pro Dauid patre meo.*

4 Et dixiſti me ædif. &c. *Hæc duo habentur 1. Paralip. xxviij. a. Hęc non poſſunt dici de Philone, qui non fuit rex, nec templum ædificauit, ſed ſolum de Salomone.*

5 Similitudinē tabernaculi, *quod fecit Moyſes de mandato domini.*

6 Quod præparaſti ab initio, *ſcilicet, exitus de Aegypto, vt habetur Exod. xxv.*

7 Et tecum ſapientia tua. *Si accipiatur hic ſapientia genita, ſic eſt idem quod filius in diuinis, qui ſemper eſt idem in eſſentia cum patre. diſtinctus tamen in perſona, & cum eo cuncta operatur. Si autem accipiatur ſapientia diuina abſolutè, ſic diſtinguitur ab eo ſola ratione, & de vtraque verificatur hæc littera, cum ſubditur,*

8 Quæ & affuit &c. *Et quoniam ad duo prędicta. ſ. regimen populi & ædificationem templi requirebatur in Salomone ſapientia infuſa, quę eſt quędam impreſſio ſapientię diuinæ: ideo ſubditur,*

9 Mitte il. de cæ. *per effectum ſuum in me.*

10 Vt mecum ſit. *me iuſtificando.*

11 Et mecum laboret *in operibus me dirigendo.*

12 Scit enim illa om. *ſimpliciter vſque ad minima, ſi accipiatur ſapientia prout eſt in Deo: ſi autem accipiatur pro ſapientia infuſa, ſic ſcit omnia, id eſt facit ſcire omnia formaliter, nō omnia abſolutè, ſed omnia neceſſaria homini, cui datur.*

13 Et deducet me in operibus meis ſobrie. *i. ſine exceſſu rationis & legis diuinæ. Cætera patent.*

14 Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? *Hic conſequenter allegatur ratio ex parte generis humani generaliter: quod patitur defectum in cognoſcendo, & maximè circa diuina, ad quæ ſe habet intellectus noſter, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis: ideo dicit,* Quis enim hominum pote. ſci.. con. Dei, &c. *q. d. nullus, niſi per ſapientiam diuinitus ſibi datam.*

15 Cogitationes. *Hic ponitur ſecunda ratio, quę accipitur ex defectu cognitionis noſtræ circa agibilia humana: quæ ſaltem vt in pluribus talia ſunt, quod ad ea non habetur demonſtratio, ſed ſolum probabilis ratio, quę non facit intellectum aſſentire ſimpliciter vni parti, ſed cum formidine alterius; & hoc eſt quod dicit,* Cogitatio. enim mortalium timidæ. *quia cum oppoſiti formidine, vt dictum eſt; & per conſequens,*

16 Incertæ prouidentiæ noſtræ, *niſi dirigantur dono ſapiētiæ diuinę.*

17 Corpus enim. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex corruptibilitate corporis in intellectum impediente in ſuo opere, ideo dicit* Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam. *q. d. hoc non facit corpus inquantum corpus, quia non impediebat in ſtatu innocentiæ, ſed inquantum corruptibile, quale factum eſt per peccatum Adę.*

18 Et terrena inha. depri. ſen. *id eſt intellectum,*

19 Multa cogitantem, *Nam propter hanc inhabitationem habet homo cogitare de neceſſarijs multis ex parte corporis.*

20 Et diffi. *Hic ponitur quarta ratio, quæ accipitur ex defectu cognitionis noſtrę circa naturam ſenſibilis, quorum proprietates non poſſumus ſcire perfectè; ſicut patet quod proprietates minimi folij arboris quantum ad virtutem, figuram, colorem & huiuſmodi, ad plenum per rationem non poſſumus inueſtigare. Eccleſiaſtes. i. b.* Cunctę res difficiles, nec eſt qui poſſit eas explicare ſermone; *ideo dicit,* Et difficile æſti. *i. cognitionem debilem habemus, & cum difficultate,*

21 Et qui in pro. &c. *i. ſubiecta ſenſibus humanis.*

22 Inue. cum la. *i. rationes eorum aliquas inuenimus cum laboribus multis, & frequenter cum admiſtione erroris, vt patet de philoſophis, qui tamen circa talia inuenienda fuerunt valde laborioſi: & in multis errauerunt, ſicut dictum eſt ſuprà de Ariſtotele.*

23 Quæ in cælis, &c. *q. dic. nullus niſi per ſapientiam à Deo datam; Sic ex rationibus præpoſitis arguitur, quod ſapientia diuinitus infuſa neceſſaria eſt homini, & maximè populi regimen habenti, vnde ſubditur.* 24 Sen. au. tu. *conſilium diuinum.*

25 Quis ſciet, &c. *niſi per ſapientiam & ſpiritum tuum.*

26 Et ſi correctæ ſunt ſemitæ eorum. *i. hominum per reditum à culpa ad gratiam, per quam placita ſunt tibi opera eorum: ſupple nullus ſcire poteſt, niſi per ſapientiam & ſpiritum tuum reuelantem, Eccleſiaſtes ix. a.* Nemo ſcit vtrum amore vel odio dignus ſit.

27 Nam per. ſa. *diuinam.*

28 Sa. ſunt, qui. pl. ti. *Poſt lapſum primi parentis.*

CAP. X.

A a HAEc illum qui primus. RABBA. Bonitate Dei primus homo creatus, in paradiſo locatus, cunctis animantibus prælatus: per tranſgreſſionem mandati, in miſeris huius ſeculi deiectus eſt; & per Dei ſapientiam.i. Chriſtum reparatus, magnum pietatis diuinæ indicium eſt.

b *Iniuſtus in ira.* vt Cain, qui fratrem non iuſtè peremit, cuius piaculi vindicta in diluuio ſoluta eſt, & generatio Cain deleta: ſed Dei ſapientia Noe de ſtirpe Seth, ad reparationem orbis cum B filijs ſuis in arca ſeruauit, vnde ſequitur, *Propter quod &c.*

c *Hæc & in conſenſu ſuperbiæ &c.* RABBA. Diabolus per ſuperbiam in conſtructione turris ſeduxit genus humanum: vnde confuſa eſt cõmunio linguarum; ſed Dei ſapientia ſtirpem Abrahæ adiuuit, dans cultum & legẽ vt vnũ Deum C colerent: de cuius ſemine redemptorem produxit, in quo benedixit omnes gentes, ita quod diaboli ſuperbia confudit, humilitas Chriſti adunauit.

† vt

†Gene. 19.c.

d *Hæc iu. &c.* Hinc Petrus ait: Ciuitatem *Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt ponens, & iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniurijs, auerſione eripuis,* &c. Vxor Lot retro reſpiciens, in ſtatuam ſalis conuerſa eſt, ne qui per gratiam Dei ad vitam vocati ſumus, veterem hominem reſpiciamus, media via remanentes. In ſtatuam ſalis verſa alios ſalit, vnde, *Memento vxoris Lot*, ne ſ. tanquam fatui negligamus, ſed prudenter caueamus.

2.Pe.2b. D Gene.18.f Luc.17.g.

e *Sapiẽtiã enim, etc. Hęc autẽ etc.* Iacob fugiens Eſau fratrẽ ſuũ venit ad Labã auũculũ ſuum, & in itinere per ſomnium vidit ſcalam erectam, & angelos Dei aſcendentes & deſcendẽtes, & ipſum dominum innixum ſcalę dicentẽ ſibi, *Ego ſũ Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac; terrã in qua dormis, dabo tibi, et ſemini tuo.* Veniens autem in Meſopotamiam Liam & Rachel duxit pro quibus oues Labã diu pauit. Qui eum mercede ſua fraudulẽter priuare voluit. Sed per ſapientiam Dei priuatus eſt laban, & Iacob ditatus, cum multis opibus redijt. Miſticè verò hęc ad martyres pertinent, quos Chriſti miſericordia à perſecutoribus liberauit, confortans eos gratia ſpiritusſancti & ſpe futuræ mercedis; & tandẽ victis

Ge.ij.27.g. E Ibidẽ.28.b F Miſtycè

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

CAP. X.

¶ Sapientia, ¶ Adam.
a HÆC illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus
a ¶ Per pœnitentiam
eſſet creatus, cuſtodiuit: & eduxit illum
a ¶ Præpoſteratio eſt.
à dilecto ſuo. Et eduxit illum de limo terræ, & dedit illi virturem continendi
a ¶ A Deo. b ¶ Cain.
b omnia. Ab hâc † receſſit iniuſtus in ira ſua, per iram
a ¶ Diluuij
homicidij fraternitas deperijt. Propter quod cum âqua de-
a ¶ Per paſſionem crucis Chriſti, deletum eſt peccatum mundi, & ad regnum cælorum fideles reducti.
leret terram, ſanauit iterum ſapientia, per contemptibile
a ¶ Arcam. b ¶ Noe. c ¶ Quid ſapientia poſt diluuium fecerit oſtendit.
c lignũm iuſtũm gubernans. Hęc & in conſenſu ſuperbiæ
a ¶ Abraham.
cùm ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtũm, & conſeruauit
a ¶ Abrahæ.
ſine querela Deo, & in filijs miſericordiam fortem cuſtodi-
¶ Lot. ¶ Sodomitis.
d uit. † Hæc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugien-
a ¶ De cælo. b ¶ Quinque ciuitatum regionem.
tem, deſcendẽnte igne in pentâpolim, quibus in teſtimo-
a ¶ Oſtenderunt.ſ. quod in inferno damnatæ animæ ſine fructu pœnitentiæ in æternum ardebunt
nium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis. Sapientiam enim præter-
e euntes non tantum in hoc lapſi ſunt, vt ignorarent bona: ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in

## NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

HAEc illum qui primus for. &c. *In pręcedentibus induxit autor ad appetitum ſapientię ratiocinando, hic conſequẽter inducit ad idem exemplificando; ponendo eorum exempla, qui per ſapientiam diuinam illuſtrati ſe bene habuerunt; & per oppoſitum illorum, qui propter defectum ſapientiæ male ſe habuerunt; vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Et diuiditur in duas partes. Nam primò ponuntur aliquarum perſonarum exempla ſpecialiter: Secundò, totius populi Iſrael generaliter, capite ſequenti. Prima diuiditur in ſeptem perſonas notabiles: & patebunt partes proſequendo; Prima perſona eſt ipſe Adam, qui per ſapientiam diuinam pœnitens ſaluatus fuit; & econtratio Cain per inſipientiam perijt, & hoc eſt quod dicitur,* Hæc. *ſ. ſapientia diuina.*

1 Il. qui pri. forma. eſt à Deo. *ſ. Adam, Gene. j.*

2 Pater orbis ter. *i. omnium hominum,*

3 Cum ſolus eſſet creatus, *quia poſtea formata eſt mulier de coſta eius. Gene. ij.*

4 Cuſtodiuit *quandiu in ſtatu innocentiæ ſtetit:*

5 Et edu. illum à delic. ſuo, *poſtquam peccauit.*

6 Et edu. il. de. li. *corpus eius inde formãdo, Gene. j. & hoc fuit ante peccatum eius.*

7 Et de. il. vir. &c. *nã dedit illi dominiũ ſuper omnia inferiora. Gen. i.*

8 Ab hac. *ſ. ſapientia.*

9 Vt receſſit iniuſtus. *ſ. Cain.*

10 In ira ſua. *eò quod Deus ad munera fratris ſui reſpexerat & non ad ſua.* 11 Per iram homicidij. *i. per peccatum fratricidij.*

12 Fraternitas deperit. *i. amicitia fraterna.*

13 Pro. quod. *Hic ponitur ſecundum exemplũ de Noe, qui per ſapientiã ſibi à Deo datã cũ domo ſua fuit ſaluatus meritoriè: aliis in diluuio pereũtibus, et hoc eſt quod dicitur,* Pro. quod. *i. propter ſapiẽtiæ donum.*

14 Cum aqua deleret *Gene. vij.*

15 Sanauit iterũ ſapientia. pro contẽptib. lignũ. *i. per arcã de lignis factã quã cõtẽnebãt homines illius tẽporis, reputantes fatuos Noe & eius filios.* 19 Iuſtũ *ſapientia* gubernans. *Noe iuſtũ cũ ſua familia.*

17 Hæc & iu. *ſ. Hic ponitur tertium exemplum de Abraham, qui per diuinam ſapientiam fuit liberatus de Vr Chaldæorum, vt dictum fuit plenius Ge. xi. & hic breuiter repetitur cum dicitur,* Hæc. *ſ. ſapientia diuina, & in ſequentibus ſimiliter intelligatur:* Et in conſenſu ſuperbiæ cum ſe nationes extuliſſent, *volentes ædificare turrim vſque ad cælum, ad magnificandum nomen ſuum. Ge. xi.*

18 Sciunt iuſtum. *ſ. Abraham, quem ſciri fecit per approbationem.*

19 Er conſeruant ſine querela. *i. notabili culpa.*

20 Et in filijs *Abrahæ.*

21 Miſericordiam fortem cuſtodi. *nam hoſtes eorum fortiter debellauit: vt patet in Exod. & li. Ioſue.*

22 Hæc. *hic ponitur quartum exemplum de Lot, cum dicitur:* Hæc iuſtum, *ſ. Lot.*

23 A pereuntibus impijs fugiẽte liberauit *de ciuitate Sodomorũ, vt habetur Gene. xix.* 24 Deſcendente igne, *ſulphureo,*

25 In pentapolim. *ſic vocabatur illa regio, eò quod erant ibi quinque ciuitates, quæ fuerunt ſubuerſæ à domino.*

26 Quibus in teſti. nequitiæ. i. *vitij, cõtra naturã, quo erãt infecti.*

27 Fumigabunda conſtat deſerta terra. *nam facta eſt inhabitabilis: & inde ſurgit fumus & fœtor quaſi intollerabilis in teſtimonium damnationis priorũ habitantium* 28 In incerto tem. fru. *i. præter ſolitũ curſum naturæ, in teſtimoniũ quod habitatores illius terræ peccauerant contra naturam. Dicitur etiam, quod ibi ſunt arbores pulchros fructus habentes exterius, qui cum manu tanguntur, incinerantur: & fœtor exhalat ex eis in teſtimonium dicti vitij & damnationis.*

29 Et incredi. ani. *i. vxoris Lot, quæ fuit incredibilis angelo præcipienti, ne reſpiceret poſt tergum ſuum. Et accipitur hic* anima, *pro toto coniuncto, ſicut. Exo. j. a.* Omnes animæ, quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob.

30 Memoria ſtans figmen. ſa. *verſa enim fuit vxor Lot in ſtatuam ſalis, Gene. xix. f. vt poſteri memores eſſent ſuæ incredulitatis, ad euitandum eam: vnde dicit ſaluator Lucæ. xvij. d.* Memores eſtote vxoris Lot. *Conſequenter oſtendit malum illorum, qui diuina ſapientia caruerunt, cum dicitur.*

31 Sapientiam enim prætereuntes, *id eſt, ipſum habere negligentes.*

32 Non tantum in hoc, lapſi ſunt vt ignorarent bona *ſ. virtutũ, quæ ſunt verè hominis bona, quia faciunt hominem ſimpliciter bonum.*

33 Sed & inſi. ſuæ reliquerunt ho. me. *per ſuam punitionem, ſicut dictum eſt de Sodomitis, et vxore Lot.*

34 Vt in his quæ. *Ad hoc enim fecit Deus per punitionem eorũ pec-*

A his quæ peccauerunt, nec latere potuiſſent. Sa-
a ¶ In quiete æternæ pacis. 1
pientia autem hos, qui ſe obſeruant, à doloribus
a ¶ Iacob. b ¶ Eſau. 2
†Ge.28.b. liberauit. Hæc autem profugum iræ fratris 3
a ¶ In Meſopotamiam.
iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit 4
illi regnum Dei: & dedit illi ſcientiam ſan- 5
a ¶ Ditauit. b ¶ Quos in paſcendis ouibus ſuſtinuit. 6
ctorum. Honeſtauit illum in laboribus, & 7
B compleuit labores illius. In fraude circum- 8
a ¶ Laban & filiorum eius. 9
uenientium illi affuit, & honeſtum fecit illum. 10
Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus 11
a ¶ Contra Laban & filios eius, vel contra Eſau. 12
b ¶ Quando luctatus eſt cum angelo.
tutauit illum. Et certamen forte dedit illi, vt 13
a ¶ Expertus in neceſſitatibus.
vinceret: & ſciret, quoniam omnium poten- 14
tior eſt ſapientia. Hæc ven- 15
a ¶ A fratribus. b ¶ Ioſeph.
ditum iuſtum non dereli-
quit, ſed à peccatoribus li- 16
a ¶ Cum accuſaretur de adulterio.
berauit eum: deſcenditque 17
a ¶ Carceris.
cũ illo in foueam, & in vin-
culis non dereliquit illũ, do- 18
a ¶ Per expoſitionem ſomniorum.
b ¶ Principatum. c ¶ Ægypti.
nec afferret illi ſceptrum re-
gni, & potentiam aduerſus 19
eos, qui eum deprimebant: & mendaces oſten- 20 21
dit, qui maculauerunt illum, & dedit illi clarita-

a victis hoſtibus, ad regnum cælorum perduxit, ad laudem & gloriam nominis ſui.

C a *Hęc vẽditum iuſtum &c.* RAB. Myſticè Sapientia Dei martyres de perſecutionibus eripuit, & exaltauit in regno cæleſti. Vnde cum Chriſto venturi ſunt iudices hoſtium ſuorum.

Myſticè

a ¶ Iſraëliticum.
22 tem æternam. Hæc populũ
a ¶ Patriarcharum.
iuſtũ, & ſemen ſine querela
a ¶ Ægyptijs.
liberauit à nationibus, quæ
23
a ¶ In luto & latere.
24 illũ opprimebant. Intrauit
¶ Moyſi.
25 in animã ſerui Dei, & ſtetit
26
a ¶ Pharaonem, & alios principes.
27 contra reges horrendos in
a ¶ Quæ fecit in Ægypto.
28 portentis & ſignis. Et reddi-
a ¶ Iſraëlitis. b ¶ Terram promiſſionis.
dit iuſtis mercedem laborũ
a ¶ Per deſertum.
ſuorũ, & deduxit eos in via
a ¶ In nube. b ¶ In columna ignis.
29 mirabili: & fuit eis in velamento diei, & in luce
ſtellarum per noctem. Et tranſtulit illos per
30 mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam ni-
miam. Inimicos autem eorũ demerſit in mare,
a ¶ Ineffabilium actionum.
& ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iu-
31
a ¶ Vaſa curea & argentea. b ¶ Ægyptiorum.
c ¶ Cantemus domino, glorioſè enim, &c.
32 ſti tulerunt ſpolia impiorum, et decãtauerunt
33 domine nomẽ ſanctũ tuũ,
et victricẽ manũ tuã lauda
uerũt pariter. Quoniã ſapiẽ-
34 a ¶ Chriſto. b ¶ Ad literam, vel myſticè.
tia aperuit os mutorum, lin-
35 a ¶ Ex ore infantium & lacten.
guas infantiũ fecit diſertas.

D b *Hæc populũ iu.* RAB. Myſticè. Liberat Deus electos ſuos à perſecutoribus, & per miraculorum coruſcationem terret aduerſarios; dat ſapientiam cui non poſſunt aduerſarij reſiſtere. Vnde coram regibus & principibus aſſiſtunt intrepidi, fiducialiter loquẽtes verbum Dei, & per martyrium perueniunt ad præmia regni, E vbi perpetuò decantant laudes liberatori ſuo.

Myſticè

F

c *Quoñiam ſapi. &c.* Sine ſapientia Dei nec humana mens aliquid dignè cogitare, nec os proferre poteſt: ab ipſo ergo & ſapientia & eloquentia petẽda eſt.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

*cata manifeſta, vt alij terrore pœnę à talibus arcerentur.*

1 Sapien. autem hos qui ſe obſer. *per ſanctam conuerſationem & deuotam orationem,*

2 A doloribus liber. *vt patet in exemplis dictis, & etiam dicendis.*

3 Hæc autem profugum. *Hic ponitur quintum exemplum de Iacob cum dicitur:* Hæc autem profugum. iræ fra. iuſtum. *ſ. Iacob, qui iuſtus fuit, & in Meſopotamiã iuit, fugiens irã Eſau fratris ſui. Gen.27.*

4 Deduxit per vias rectas, *morum:*

5 Et oſtendit illi regnum Dei, *quando vidit ſcalam, cuius ſummitas tangebat cęlum, & dominũ innixum ſcalę, Gene. xxviij.c. Tunc enim habuit reuelationem de ſuperna Ieruſalem: propter quod euigilans dixit,* Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cęli: *ideo ſubditur,*

6 Et dedit illi ſcientiam ſanctorum. *i. notitiam de ſanctis angelis, quos vidit aſcendentes, & deſcendentes per illam ſcalam;*

7 Honeſtauit illum in la. *i. reddidit eum inclitum, et diuitem pro laboribus ſuis in cuſtodiendis ouibus Laban. Gene. xxx.g.* Ditatuſque eſt homo vltra modum, *&c.*

8 Et comple. labo. illi. *quando Deo protegente receſſit de Meſopotamia cum vxoribus, & diuitijs ſuis.*

9 In fraude circumuenientium illum. *i. Labã et filiorum ſuorum, qui nitebãtur eũ decipere, mutando frequẽter mercedẽ ſuã, Gene. xxxi.*

10 Affuit illi. *multiplicando greges, qui ſecundum pactum debebant cedere in mercedem Iacob.*

11 Et honeſtum fecit illum *ditando enim in temporalibus & ſpiritualibus diuitiis*

12 Cuſtodiuit illum ab ini. *i. Laban & eius filiis inſequẽtibus Iacob recedentem ad eum ſpolandum, Gene. xxvj.*

13 Et certamen forte dedit illi, *cum angelo luctãdi, Gene. xxxij.*

14 Vt vinceret. *ſ. Eſau ſibi aduerſantem. Ad hoc enim fuit illa lucta, vt Iacob aſſecuraretur de Eſau, quem nimis timebat; propter quod dixit ſibi angelus: Si contra dominum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.*

15 Hæc venditum iuſtum, *Hic ponitur ſextum exemplũ de Ioſeph, cum dicitur,* Hæc venditũ iuſtũ, *Iſmahelitis à fratribus ſuis, Gen. 37.*

16 Sed à peccatoribus li. *i. à fratribus ſuis eum occidere volentibus.*

17 deſcẽditq; cũ eo in foueã. *i. in carcerẽ regis Aegypti. Gẽ. xxxix.a. vnde dicitur ibidem* Fuit autem dominus cum Ioſeph, deditque ei gratiam in conſpectu principis carceris, *&c.*

18 Donec aff. il. ſcep. *i. dominatione in regno Aegypti poſt regem immediatè. Ge. xli.* 19 Et potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebãt, *ſcilicet Putiphar & vxorẽ eius, quibus ſuperior factus fuit.*

20 Et mendaces oſtendit, qui maculauerunt illum, *imponendo ſibi adulterium nam malitia mulieris fuit detecta.* 21 Et dedit illi claritatẽ *ſ. bona fama, quę manet adhuc, & manebit in poſterum ſemper.*

22 Hæc populum iuſtum. *Hic ponitur ſeptimum exemplum de Moyſe, qui per ſapientiam diuinitus ſibi datam liberauit populũ Iſrael ab Aegypti ſeruitute, cum dicitur,* Hæc populum iuſtum, & ſemen ſine querela. *i. populum Iſraeliticum colentem dominum.*

23 Libera. à na. *Aegyptiorum, quę illum opprimebant nimis grauiter, intantùm quod perducebant ad amaritudinem vitam eorũ, vt habetur Exod. j. Et ſubditur modus liberandi: cum dicitur,*

24 Intrauit *ſ. diuina ſapientia,*

25 In animam ſer. Dei. *ſcilicet Moyſi,*

26 Et ſtetit contra re. *ſcilicet Pharaone & principes ſuos,*

27 In portentis & ſignis, *flagellando Aegyptum decem plagis.*

28 Et reddidit iuſtis me. la. ſu. *Nam de mandato domini, filij Iſrael recedentes ſpoliauerunt Aegyptum, petentes mutuo à vicinis vaſa aurea & argentea, Exo. xij.e. Et hoc in recompenſationem laborum, quibus iniuſtè defraudauerant eos Aegyptij.*

29 Et eduxit eos in via mirabili, *nam columna nubis præcedebat per diem, & columna ignis per noctem, Exo. xiij*

30 Et tranſtulit il. per ma. ru. &c. *hoc habetur Exo. xiiij.*

31 Et ab altitudine inferorum. *i. de profundo maris.*

32 Ideo iuſti tu. ſpo. impio. *Viderunt enim Aegyptios mortuos ſuper litus maris, Exod, xiiij.g. Et ſpoliauerunt eos armis, & omnibus pretioſis; Et ſecundum Hebræos iſta ſecunda pręda fuit maior, quàm illa qua prius ſpoliauerant Aegyptum vaſis aureis et argenteis.*

33 Et decanta. do. nomen ſan. tuum. *Dicentes:* Cantemus domino glorioſè *etc. Exo. xv.a.*

34 Et victri. ma. tuam. *potentiam tuam Aegyptios ſubmergentem.*

35 Quo. ſap. ape. os mu. &c. *i. Hebræorũ, qui prius exiſtẽtes in Aegypto, non audebãt mutire, nec aliud fari contra opprimẽtes ſe nequiter, et iniuſte, Sed quia hæc omnia attribuunt meritis moyſi. Ideo ſubditur,*

CAP.

## Cap. XI.

DIrexit opera eorum in manibus prophetæ ſanc.&c. Ra. Populus Chriſtianus per deſertum huius mundi prophetiam ſequitur, vt perueniat ad patriã regni cæleſtis, vnde Petrus: *Habemus propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in* B *caliginoſo loco,&c.*

† fixerunt

2.Pe.1.d.

a *De petra altiſſima & requies ſitis de lapide du.* Petra autem erat Chriſtus, qui virga crucis percuſſus, quæ erat in manibus. i. in ſcripturis prophetarum, fudit aquam viuam. vnde, *Qui ſitit, veniat ad me* C *& bibat,&c.*

Ioh.7.f.

b *Per quæ enim pœ.paſſi ſunt inimi.* Raban. Memoratis beneficiis priori populo datis narrat pœnas inimicorum, quas in morte D primogenitorum & varia clade paſſi ſunt.

† quidem

Myſticè populus Dei & oues paſcuæ eius ſatiantur de fonte aquæ viuę:& perſecutores æterna egeſtate deficiunt, vnde Eſaias, *Ecce ſerui mei bi.& vos ſiti. q. d.* Pœna eſt malis, gaudium eſt bonis ſitiẽtibus ſe tentari ad correctionem. Siue ergo E patiantur ſiue non gloria eſt eis.

Myſticè

Eſa.65.b.

c *Cum e. ten.* Rab. Iſraelitas peccantes dignis plagis corripuit Deus, & pœnitẽtes conſolatus eſt, Aegyptios & Chananęos tanquam miſericordia indignos exterminauit. vnde ſequitur: Hos quidem tanquam &c.

† acceperũt F

## CAP. XI.

a ¶ Iſraelitarum.
DIrexit opera eôrum
a ¶ Moyſi.
in manibus prôphe-
a ¶ Properantes.ſ.ad terram promiſſionis.
tæ ſancti. Itêr fecerunt per 1
deſerta quæ non habitaban-
tur, & in locis deſertis† fece- 2
a ¶ Tabernacula.
runt câſas. Steterunt contra 3
a ¶ Amalec,& alios.
hoſtês, & de inimicis ſe vin-
dicauerunt. Sitierunt.& in- 4
uocauerunt te, & data eſt il- 5
a ¶ Spirituali gratia pleniſſima.
a lis aqua de pêtra altiſſima, & 6
a ¶ Ceſſatio. b ¶ Super quem ædificat ſapiens.
requies ſitis de lâpide duro.
b Per quę enim pœnas paſſi 7
¶ Ægyptij.
ſunt inimici illorum, à defe- 8
ctione potus ſui in eis, cum 9
a ¶ Quia fluebat aqua de petra. 10
abundârent filij Iſrael lætati
¶ Iſraelitis. 11
ſunt. Per hęc cum illis deeſ- 12
ſent, bene cum illis actũ eſt: 13
a ¶ Quo prius vtebantur. 14
nam pro fontê † ſempiterni 15
a ¶ Quando aquæ verſæ ſunt in ſanguinem.
16 fluminis, humânũ ſangui-
a ¶ Qui acceperunt gladium, gladio peribunt.
17 nẽ dêdiſti iniuſtis. Quicũ
18 minuerẽtur in traductione
a ¶ Sicut ſub Herode factum eſt.
19 infãtiûm occiſorũ, dediſti
a ¶ Quę ſalit in vitam ęternam.
20 illis abũdântem aquã in-
a ¶ De improuiſo.
21 ſpêratè, oſtendẽs per ſitim
22 quæ tũc fuit, quẽadmodũ
a ¶ Cum torrente voluptatis tuę potabis eos, vel nos.
b ¶ Perſecutores.
23 tuôs exaltares, & aduêrſa-
a ¶ Siti ęterna.
24
25 rios illorũ nêcares. Cùm c
enim tẽtati ſunt, & quidẽ
¶ Correctionem.
26
27 cũ miſericordia diſcipli-
¶ Experimento.
28
29 nã † accipientes, ſcierunt
30 quẽadmodum cũ ira iu-
31
32 dicati impij tormẽta pate-
¶ Iſraelitas.
33
34 rẽtur. Hos quidẽ tãquam
a ¶ Ægyptios, aut Chananæos.
35
36 pater monens probaſti, illôs autẽ tanquã rex
durus interrogans condemnaſti. Abſentes e-

☞ To

## NICOLAVS DE LIRA.

### Cap. XI.

DIrexit opera eorum in m.pro.ſan.*ſ. Moyſi, de quo dicitur Deu. vl.c.* Et non ſurrexit propheta vltra in Iſrael, ſicut Moyſes, quem noſſet dominus facie ad faciem.

1 Iter fece. *Poſtquam poſita ſunt exempla ſpecialia hic conſequenter ponuntur generalia, declarando beneficia diuina circa populum Iſrael per ſapientiam collata, et econuerſo mala populis alijs inflicta propter inſipientiam. Et diuiditur in ſex partes, ſecundum ſex beneficia Iſrael collata, quæ patebunt proſequendo. Prima vero pars continet beneficium collatum in exitu de Ægypto.ſ. aqua collata populo ſitienti, antequam venirent ad montẽ Sinai, Exo.xvij. Et cõtinetur in hoc ca. Quod diuiditur in duas partes. Nam primo ponit hic beneficium: ſecundò contrarium Ægyptiis inflictũ, ibi,* Per quæ enim. *Circa primũ de aqua beneficio duo præmittuntur.ſ. proceſſus Iſrael poſt exitum de mari rubro, cũ dicitur,* Iter fecerunt per deſerta, quæ non habita. *& ideo non inueniebantur ibi victualia: propter quod vixit populus de his, quę apportauit de Aegypto, vſq; ad tẽpus, quo data fuit ſibi mãna de cęlo, Exo. xvj.*

2 Et in locis deſer.fecer.caſas. *tentoria & tuguria de ramis arborũ facta. Secundum, eſt debellatio hoſtium, cum dicitur,*

3 Stet.con.ho.&c.*ſ. contra regem Amalec & ſocios eius, contra quos pugnauit Ioſue armis, Moyſes precibus deuotis, Exo.xvij. Et ſubditur beneficium aquę, cum dicitur,* 4 Steterunt& inuo. *Moyſes enim pro populo clamauit ad dominum, Exo.xvij.*

5 Et da.eſt il.aqua de petra altiſ. *ſ. petra Horeb, vt ibidem dicitur, quę forte erat in loco alto & ſicco, ad maiorem declarationem miraculi.*

6 Et requies ſitis de lap. *nã aqua iſta potata, populus requieuit à ſiti.*

7 Per quæ e. *Hic conſequenter oſtendit cõtrariam Aegyptiorum afflictionem.ſ. per conuerſionem fluminis in ſanguinem vt habetur Exod. vij. Sciendum autem, quod hic loquitur commiſtim de pœna Aegyptiorum, & beneficio Hebręorum, & malis illorum, & bonis iſtorum: ideo ſub vno contextu literę de Aegyptiis tranſit ad Hebręos, & econuerſo. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur hęc Aegyptiorũ afflictio, Secũdo ſoluitur quędã tacita quæſtio, ibi,* Cum enim tentati ſunt: *Tertiò ſubditur dicti ratio, ibi,* Pro cogitationibus. *Circa primum dicitur:* Per quæ e.pœ.pa.ſunt ini.il. *Aegyptij oppreſſores Hebræorum.*

8 A defectione potus ſui. *i. per conuerſionem fluminis potabilis in ſanguinem, quem non poterant Aegyptij bibere.*

9 In eis. *i. in aquis fluminis.*

10 Cum abun.fi.Iſrael. *quia ſicut dictum fuit Exo.vij. quando Hebręi hauriebant de dicto flumine, ſtatim quod hauſtum erat, reuertebatur ad naturam potabilis aquæ, & ſic lætabantur filij Iſrael de diuino beneficio. Nam ex eodem flumine Aegyptij affligebantur, & filij Iſrael reficiebantur. Ideo ſubditur,*

11 Per hæc. *i. per aquas potabiles.*

12 Cum illis deeſſent., *i. Aegyptiis.*

13 Be.cum il.ac.eſt. *Cum Hebræis modo dicto.*

14 Nam pro.fon. *i. aqua potabili.*

15 Sempiternum flumi. *Nili, qui dicitur* ſempiternus, *eò quod eſt à principio mundi. Eſt enim vnus de quatuor fluminibus Paradiſi, & vocatur alio nomine Gyon. Gene. ij.*

Nilus

16 Hu.ſan. de iniu. *i. Aegyptiis, quibus aqua fluminis erat ſanguis. Et dicitur humanus, quia ſimilis erat humano ſanguini. Conſequenter loquitur de Hebręis, dicens.*

17 Qui cum minuerentur. *In numero,*

18 In tradu. infan. occi. *quos Pharao præcepit in flumine ſubmergi: Exod.i. qui ſi vixiſſent maior fuiſſet numerus filiorum Iſrael.*

19 De.il. *i. Hebræis.*

20 Abun. a. in. *per reuerſionem ſanguinis hauſti ad naturam potabilis aquæ, vt prædictum eſt: vel per aquam fluentem de petra Horeb miraculoſe.*

21 Oſten.per ſi.quæ tunc fuit. *In Aegyptiis & Hebræis.*

22 Quemadmodum tuos, *i. Hebræos* exaltares *aquam potabilem eius dando.* 23 Et aduer.il.necares. *pro aqua ſanguinem eis propinando.*

24 Cum enim. *Hic conſequenter ſoluitur tacita quæſtio ex prędictis ortum habens. Dictum eſt enim, quod Aegyptij fuerunt afflicti ſiti per cõuerſionem aquę in ſanguinem in Aegypto: & quod ſimiliter filij Iſrael fuerunt afflicti ſiti per defectum aquæ in deſerto. Qualiter ergo Deus fuit magis fauorabilis iſtis quam illis.*

*Ad hoc reſpondetur, quod pœnam ſitis immiſit Hebræis ad probationem eorum: Aegyptiis autem ad eorum damnationem. Sicut iudex aliter punit filium proprium.ſ. ad eius emendationem, & aliter latronem extraneum.ſ. ad eius mortem, & hoc eſt quod dicitur,* Cum enim tentati ſunt. *ſcilicet Hebræi, per paſſionem ſitis.*

25 Et qui. *i. certè.*

26 Cum miſe.di.acci. *quia poſt ſitis afflictionem per Dei miſericordiam conſecuti ſunt aquę recreationem.*

27 Scierunt, *per hoc,*

28 Quem cum ira, *diuina,*

29 Iudicati impij. *i. Aegyptij condemnati.*

30 Tormenta paterentur. *ſ. ſine tali Dei miſericordia ſubſequente: propter quod ſubditur,* 31 Hos qui. *ſ. Hebræos,*

32 Tan.pa.mo. *per afflictionem ſitis: ad eorum correctionem.*

33 Illos an. *i. Aegyptios,*

34 Tanquam du.rex interrogans, *i. tormentis ſubijciens. vnde & cõmuni ſermone talia tormenta quæſtiones dicuntur.*

35 Condemnaſti, *non ſolum pœna temporali, ſed etiam æterna.*

36 Abſen.e.& præ.ſi.tor. *Aegyptij* enim aſſiſtẽtes *Pharaoni, & etiam abſentes ab eius præſentia ſimiliter affligebantur: ſicut veſicis turgẽtibus, & aliis plagis ſimilibus. Cõſequenter loquitur de Hebræis dicẽs,*

Cum



Du-

☞ a *Tor.* A Pharaone,
A vbicunque. ſ. eſſent,
Vel, non tam hi, quos Iſraelitæ recenti clade per ſingulas ciuitates peremerunt, puniti ſunt; ſed & omnes Chananæi audientes victoriam populi Dei; vnde Raab dicit, *Irruit in nos terror veſter, &c.* Ioh. 2. b.
Myſticè autem, Iudęi, qui incarnationem filij Dei, & prædicatio-
B nem deſpiciebant, vbique terrarum vagi, & profugi variis cladibus affliguntur. Gẽtiles verò ad fidẽ conuerſi, & ſuſcipientes paternã correctionem à Dei miſericordia nõ recedunt: vt qui fuerant in capite, ſint in cauda, & econuerſo.
b *Duplex &c.* Præ-
C teritorum malorum recordatio nõ minuitur, & præſentium tẽpeſtas augetur. Vnde nec habent ſpem remedij, quia pœnitentiam ſimulantes, non ſtudent emendationi: vade, *Cum occideret eos, quęrebãt eum, & dilexerunt eum, &c.* Pſal. 77. d.
c *Non ſimi. iuſt. fa. etc.* Quia

nim & pręſentes ſimiliter
a ¶ Quia præteritorum malorum recordatio, & præſentium tempeſtas.
a torquebantur. Duplex e- 1
b nim tædium acceperat il-
los, & gemitus cum me- 2
moria pręteritorum. Cùm 3 4
enim audirent per ſua tor- 5
menta bene ſecum agi, 6
commemorati ſunt do- 7
minum, admirantes in fi- 8
nem exitus. Quem enim 9
in expoſitione praua pro-
iectum deriſerunt, in fi- 10
nem euentus mirati ſunt: 11 12
a ¶ Vt iniuſtis.
c non ſimiliter iuſtis faciẽs,
a ¶ Secundum duritiam ſuam, & cor impœnitens, theſaurizat ſibi iram in die iræ.
pro cogitationibus autem 13
a ¶ Praua opera quæ ex cogitatione procedunt.
inſenſatis iniquitates illo- 14
d rum. Quod quidam er-
a ¶ Alias multos.
rantes colebãt mutos ſer-
a ¶ Æſculapium.
b ¶ Arietes, canes.
pentes, & beſtias ſu- 15
peruacuas: immiſiſti illis 16
multitudinem mutorum
animalium in vindictam: 17

a ¶ Ex ſimilitudine pœnæ cognoſcerent qualitatem culpæ.
ut ſcirent, quia per quæ
18 peccat quis, per hæc &
torquetur. Non enim im-
poſſibilis erat omnipotens
a ¶ Filius.
manus tua, quæ creauit or-
a ¶ Terra erat inanis & vacua, & tenebrę erant ſuper fa. abyſ.
bem terrarum, ex materia
19 inuiſa, immittere illis mul-
a ¶ Dęmonum.
titudinem vrſorum, aut au-
daces leones, aut noui ge-
neris ira plenas, & ignotas
beſtias, aut vaporem † ig-
a ¶ Iræ, vel libidinis.
b ¶ Obſcurantes, ſcilicet oculos ſpirituales.
neum ſpirantes, odorem
fumi proferentes, aut hor-
a ¶ Qui ſcilicet, omnia videndo vrunt.
rendas ab oculis ſcintil-
a ¶ Ignita iacula, vel ignota laſciuia.
las emittentes: quarum
20 non ſolum lęſura poterat
21 illos exterminare, ſed &
22
23
24 aſpectus per timorem occidere. Nam & ſine
25
26 a ¶ Indignatione, vel iuſſu Dei.
27 his vnô ſpiritu poterant occidi † perſecutionem
28 paſſi ab ipſis factis ſuis, & † diſperſi per ſpiritum

Quia non ſimiliter D
peccant: Septies enim cadit iuſtus, & reſurgit. Impius autem, cũ in profundum venerit malorum, contemnit. Pro. 24. b.
d *Quod qui. er. etc.* RA. Ibidẽ 18. a.
Dignum fuit, vt qui pro creatore creaturam venerabãtur, vnde opem quærebant, ſuſtinerẽt pœnam: pugnat enim pro eo orbis terrarum cõtra in-
E ſenſatos. Myſticè verò idololatræ, hæretici, ſchiſmatici, qui errorum ſuorum ſectas pro veritate colunt, & ſpiritualibus beſtiis puniũtur, de quibus dicitur, *Ne tradas beſtiis animas cõfitẽtes tibi*: quarum aſpect⁹ terribilis, furor immenſus. Tota enim intẽtio eſt eorum
F genus humanũ perſequi, & cruciare id omnibus modis. Sed quia Deus neminem iniuſtè dãnat, ſequitur, *Sed om.*
☞ a *Sed*

† ignis. Pſal. 73. d.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Duplex enim tædium ac. *Et quod fuerit illud duplex tadium ſubditur.*
2 Et gemitus, *pro præſentibus afflictionibus, ſicut dicitur Exod. ſecundo. d.* Et ingemiſcentes filij Iſrael propter opera, &c.
3 Cum me. præ. *ſcilicet bonorum habitorum tempore Ioſeph. Hæc enim memoria eſt valde tadioſa et afflictiua tempore infortunij ſubſequentis: vnde dicit Boetius de conſolatione,* In feliciſſimum infortunij genus eſt fuiſſe felicem.
4 Cum enim audirent. *i. intelligerent.*
5 Per ſua tormenta, *id eſt per afflictiones in Ægypto ſibi illatas.*
6 Bene ſecum agi, *in liberatione ſua mirabili, quam meruerant per tribulationis ſufferentiam: Exo. ij. d.* Aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus, &c.
7 Commemorati ſunt dominum, *de ſua clementi prouidentia.*
8 Admirantes in finem exitus, *ſcilicet, ſui de Ægypto.*
9 Quem enim in expoſitione praua proiectum. *ſ. Moyſen, qui fuit morti expoſitus in flumine in vaſe iunceo.*
10 Deriſerunt. *dicendo:* Quis conſtituit te iudicem ſuper nos? &c. *Exod. ij. et v. dicentes Moyſi et Aaron,* Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius.
11 In finem euentus mirati ſunt, *propter mirabilia, quæ per Moyſen fecit Deus.*
12 Non ſimiliter iuſtis faciens, *ſic habent libri correcti. Et dicuntur hic* iuſti *ipſi Hebręi, Ægyptij vero* iniuſti, *quibus non ſimiliter fecit Deus. Nam Ægyptios poſt flagella plagarum in mari ſubmerſit: Hebræos autem poſt afflictionem laborum mirabiliter liberauit.*
13 Pro cogitationibus, *Hic conſequenter reddit cauſam dicti, ſcilicet, quare Deus ſe habuit ad Hebræos, tanquam pater monens, ad Aegyptios autem ſicut rex durus condemnans. Et primo facit propoſitum: ſecundò declarat intentum, ibi,* Multum enim. *Propoſiti vero cauſa eſt, quia licet Hebræi in multis peccarent, Deum tamen verum colebant, & ad ipſum per pœnitentiam recurrebant: Aegyptij verò in idololatria obſtinati erant, et hoc eſt quod dicitur,* Pro cogitationibus autem inſenſatis, &c. *Aegyptiorum.*
14 Iniquitates illorum, Quod quidam errantes colebant. *i. opera nequiſſima ex illis cogitationibus procedentia. Et quæ ſunt opera illa, ſubditur,*
15 Et beſtias ſuper va. *i. inutiles, vt talpas & veſpertiliones, ſecundum quod dicitur Eſa. 2.*
16 Immiſiſti illis multit. mutorum animalium, *vilium & inutilium, ranarum, ſcilicet & cyniphicum, vt habetur Exo. viij. Licet autem talia animalia habeant vocem, tamen non eſt articulata: propter quod dicuntur muta, ſicut homo mutus dicitur, qui profert vocem inarticulatam.*
17 In vindictam ido. *quia colebant animalia vilia.*
18 Vt ſcirent &c. *ſ. quod peccatum correſpondet pœnę.* Non enim in poſ. erat &c. *ſequitur.*
19 Ex materia inuiſa, *Nam materia prima per ſe non eſt cognoſcibilis, cum ſit potentia pura,* Immittere illis multitudi. vrſorum, &c. *Sequitur.*
20 Quarum non ſolum læſura pote. *per morſus, vel intoxicationes, & ſimiliter.*
21 Poterat illos exterminare, *ſubito.*
22 Sed & aſpectus, *earum terribilis.*
23 Per timorem occidere, *Timor enim vehemens aliquando interficit hominem.*
24 Nam & ſine his, *animalibus terribilibus,*
25 Vno ſpiritu, *id eſt vno tuo iuſſu,*
26 Poterant occidi, *ideo ſubditur:*
27 Perſecutionem. paſ. *i. mortem.*
28 Ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpiritum, *id eſt, pro ſuis enormibus peccatis.*

☞ Sed

virtutis tuæ. Sed omnia in menſura & numero & pôdere diſ- 1
a ¶ Deo nihil eſt impoſſibile, cui reſiſtere nemo poteſt.
a poſuiſti. Multum enim valere tibi ſoli ſupererat ſemper,& vir- 2
a Filij tui. vnde Eſaias : Induere fortitudinem brachium domini.
tuti brâchij tui quis reſiſtet? Quoniam tanquam momentum 3 4
a ¶ Linguę.
b ſtâteræ, ſic eſt ante te orbis terrarum : & tanquam gutta ro- 5 6
a ¶ Potentia domini bonitate plena opus ſuum propter peccata non deſpicit, ſed per pœnitentiam abluit, & pie fouet & nutrit vnde ſubdit, Diligis enim om.
ris antelucani, quæ deſcendit in terram. † Et miſereris om-
nium, quoniam omnia potes: & diſſimulas peccata homi- 7
num propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ ſunt, & 8 9
nihil odiſti eorum quæ feciſti, nec enim odiens aliquid con- 10
c ſtituiſti aut feciſti. Quomodo autem poſſet aliquid perma- 11
nere,niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, con-
ſeruaretur?Parcis autem omnibus:quoniam tua ſunt domine, 12 13
qui amas animas.

a *Sed omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti. Multum.*

A ✠ AVG. Cogitet anima quæ poteſt, vtrum hæc tria numerus, menſura, & pondus, in quibus Deum diſpoſuiſſe omnia ſcriptũ eſt, erunt alicubi antequam crearetur vniuerſa creatura, an & ipſa creata ſunt, & ſi erunt antea, vbi erant? Neque enim ante creaturam erat aliquid niſi creator. Et quomodo illa ipſe? Neque enim Deus menſura eſt, aut numerus, aut pondus, aut omnia iſta. An ſecundum id quod nouimus menſuram in ijs quæ metimur, & numerum in eis quæ numeramus, & pondus in eis quæ appen-B dimus, non eſt Deus iſta: ſecundum eſt vero quod menſura omni rei ſpeciem præbet, & pondus omnẽ rem ad quietem ac ſtabilitatem trahit, iſte primitus & veraciter, & ſingulariter iſta eſt, qui terminat omnia & format omnia, & ordinat omnia, nihilque aliud dictum intelligitur.

De Geneſ. ad li. 4. c. 3.

RAB. Quia omnia ſecundũ veritatem & iudiciũ & iuſtitiã facit. Omnia enim opera ſua certo numero & menſura & pondere creauit: vnde, *Qui numerat mul. ſtel. & omni. eius nomina vocãs.* Et alibi, *Qui fecit ventis pondus, et aquas appẽdit menſura.* Vnde quidã ait, Omnia, quæ à primæua natura ſtatuta ſunt, numerorũ vi-C detur ratione firmata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar, &c. In menſura, qualitas: in numero, quantitas: in pondere, ratio: In his conſtituit Deus mundum, & gubernat, & iudicaturus eſt. In his iuſtus iudex comprehendi non poteſt, nec reprehendi: omnia in clauſtro horum trium abſcondita latent, quæ ſolis clauibus iudicij & miſericordiæ Dei reſerabuntur, quando illuminabuntur abſcondita tenebrarum, & reuelabuntur conſilia cordium.

Pſal. 146. a. Iob 28. d.

✠ AMBROS. Quia exũdat ignis & feruet, etiam aqua exundauit in terris, ne eas ſurgentis ſolis & ſtellarum micantium ardor exureret, & tenera rerum exordia inſolitus vapor læderet. Quanti fontes, fluuij, lacus, irrigant terras, quia eas internus quidam ignis vaporat. Vnde enim aut arbores germinarent, aut D frumenta aut ſata prorumperent, vel orta coquerentur, niſi ea interior quoque ignis animaret? Qui etiam de ſaxis frequenter excutitur, & de ipſo ſæpe dum cæditur ligno exilit. Ergo ſicut neceſſaria ignis creatura, vt ordinata & diſpoſita permaneat, cælique clementia tẽperet aquarum rigorẽ: ita etiam aquarum redundantia non ſuperflua, ne alterum ab altero conſumeretur, quia niſi conueniens vtriuſque mẽſura ſit, ſicut ignis aquam exſiccat, ita & aqua extinguit ignem. Ideoque pôdere & mẽſura examinauit vniuerſa: E numerata enim ſũt ei & ſtillicidia pluuiarũ, ſicut in libro Iob legimus, ſciens vel rerũ facilẽ defectum fore, vel ſolutionẽ vniuerſitatis, ſi alterũ exſuperaretur ab altero. Itaque vtriuſque tẽperauit diſpendia, vt neque plus ignis excoqueret, neque exuberaret aqua: ſed imminutio fieret vtriuſque moderata, quæ & ſuperfluum detraheret, & neceſſarium reſeruaret.

lib. 2 Hexaemeri. c. 3. † Sed. Sap. 11. Iob 28. & 38.

b *Momentũ ſta. &c.* Simile dicit Eſaias: *Ecce gentes ſicut ſtilla ſitulę, & quaſi momentũ ſtaterę reputatę ſunt*, vult enim intelligi, quod mens, & ratio, & ſenſus domini, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil; ille ſit de quo dicitur; *Verbo domini cęli* F *firmati ſunt, &c. Omnes gentes quæ non cognouerunt creatorem ſuum*, ad comparationem Dei *quaſi ſtilla ſitulę ſunt, & quaſi momentum ſtaterę*, quod leuiter declinatur, & *ſicut gutta roris antelucani*, quæ primo aſpectu ſolis ſiccatur. Vel ſicut ſitulę ſtilla, ſi fluit à portante deſpicitur, vel negligitur: ita gentium multitudo cæleſti ſplendori, ſupernis myſterijs, & angelorum multitudini comparata, pro nihilo ducuntur.

Eſa. 40. d. Pſal. 32. b.

c *Diligis enim, &c.* Bonus opifex, & opus ſuum diligit & regit: & ſi homo aliquando peccat, ſuſtinet in multa patientia, & per pœnitentiam in melius conuertit. Vnde, *Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*, impœnitẽtes autẽ iuſto iudicio damnantur. *Iuſtus enim dominus, & iuſtitias dilexit.*

Matt. 5. g. Pſal. 10. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed omnia in menſura & numero & pondere. *id eſt, ordinatiſſime eos puniſti per animalia vilia, ſicut in vilibus peccauerant, vt prædictum eſt.*

2 Multum enim. *Hic declarat quoddam dictum, ſcilicet quod Deus immiſit animalia vilia Ægyptijs, non propter impotentiam, nam aliter poterat eos punire ſecundum ſuam voluntatem: & hoc eſt quod dicitur,* Multum enim valere. *id eſt, poſſe.*

3 Tibi ſoli ſupererat ſemper, *quæ ab æterno virtutis es infinita: Ideo ſubditur.*

4 Et virtuti brachij tui quis reſiſtet? *quaſi dicat nullus: & ſubditur ratio.*

5 Quoniam tanquam momentum ſta. ſic eſt an. te or. ter. *quæ ſubtracta conſeruatione diuina ſtatim redigetur in nihilum.*

6 Et tanquã gutta. *quæ cadẽs in terram ſtatim euaneſcit, et ſiccatur.*

7 Et miſereris omnium. *conſeruando ea in eſſe.*

8 Et diſſimulas peccata, &c. *Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ſic,* Et diſſimulas peccata, *id eſt, dimittis punire pœna ęterna, cõmutando illam in temporalem, propter pœnitentiam veram ſuperuenientem, Alio modo ſic,* Et diſſimulas peccata, &c. *id eſt, differs ea punire propter pœnitentiam, id eſt, vt des hominibus pœnitendi tempus, & ſubditur cauſa.*

9 Diligis enim omnia quæ ſunt. *conſeruando ea in eſſe.*

10 Et nihil odiſti eorum quæ feciſti, *Deus enim diligit naturam quam fecit, culpam autem odit, quam non fecit: quia non eſt autor mali culpæ. Ideo ſubditur.* Nec enim odiens, &c.

11 Quomodo autem poſſet, &c. *quaſi dicat nullo modo: quia omnia redigerentur in nihilum ceſſante ſua influentia.*

12 Parcis autem om. *conſeruando ea in eſſe tua mera benignitate.*

13 Qui amas animas. *Speciali modo. Et loquitur de animabus rationalibus, quas diligit volendo eis bonum: non ſolum natura, ſed etiam gratię in præſenti, & gloria in futuro.*

## CAP. XII.

a ¶ Quia amor Dei, & fons totius boni eſt.
a O Quam bonus & ſuauis eſt domine, ſpiritus tuus in † omnibus. 1 2 3
Ideoque hos qui exerrãt † partibus corripis, & de quibus 4 5

CAP. XII.

a *O Quàm bonus et ſuauis eſt domine, ſpiritus tuus in omni.* per eos quos reples, vel per alios quos volueris: vnde, *Ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, et de iudicio.*

Ioh. 16. b. † nobis. † patribus.

Illos

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XII.

O Quam bonus & ſuauis eſt do. &c. *Poſt collatum beneficium populo Iſrael in exitu de Ægypto, hic ponitur beneficium ei collatum in introitu terræ promiſſionis: à qua eiecit Chananæos propter idololatriam, & fecit ibi habitare Hebræos propter latriã. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet principalem et incidentalem, quæ incipit ſequenti ca. Prima in duas, quia primò oſtendit propoſitum: ſecundo declarat ſuum dictum, ibi,* Non quia impotens. *Circa primum dicitur.*

1 O quam

1 O quã bo. & ſua. *Sic habẽt libri correcti.* Spiritus enim domini attingit à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, *vt habetur ſuprà cap. viij.* 2 Ideoque. *id eſt, propter bonitatem tuam.*

3 Hos qui exerrant. *Per diuerſa peccata.*

4 Par. corri. *id eſt, partialiter punis, & non ſimul eos auferendo de vita, vt habeant tempus pœnitendi. Ideo ſubditur.*

5 Et de quibus. *Aliquando per inſtinctum in æternum, aliquando per vexationem corporis, quæ dat intellectum. Et inducit ad hoc exemplum de Chananæis cum ſubditur.*

Illos

☞ a *Illos enim antiqnos*
A *inhabitatores*. RABANVS. Hiſtorialiter dicit, quomodo ſeptem gentes, quę terram Chananæorum poſſidebant, propter iniquitates eorum eiecit & filios Iſrael nominis ſui cultores introduxit, Myſticè autem Septem gentes ſignificant vniuerſitatem vitiorum, quæ per
B præuaricationem primi parentis poſſederunt genus humanũ: ſed per gratiã Chriſti expulſa ſunt, & introdûcta numeroſitas virtutum, vt eiectis habitatoribus nefandis, virtutes adiuuante ſpirituſancto, vtiles fructus afferent.
b *Quis enim dicet tibi, quid feciſti? Aut quis &c.* RABANVS. Ma-
C nifeſta ratione oſtendit, quod non eſt contradicendum creatori, ſi creaturam ſuam ſecundum propriam diſponit voluntatem:
iudex, quia in voluntate eius vniuerſa ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſte-

a ¶ Beatus qui audit vocem admonentis.
peccant admônes, & alloqueris: vt relicta malitia credant in
a te domine. Illos enim antiquos inhabitatores ſanctæ terræ
tuæ, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebant
a ¶ Per veneficia.
per medicâmina, & ſacrificia iniuſta, & filiorum ſuorum ne-
a ¶ Hoc non legitur. b ¶ Hoc non legitur factum fuiſſe.
catôres ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominum
a ¶ Eorum qui ſe non poterant defendere, vel quibus nolebant auxiliari.
& deuoratores ſanguinis, & autores parentes animârum in-
auxiliatarum voluiſti perdere à medio ſacramento tuo per
manus parentum noſtrorum, vt dignam perciperent peregri-
nationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt ter-
ra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & miſiſti ante-
a ¶ Acerrimos timores, quibus corda gentium pungebantur.
ceſſores exercitus tui vêſpas, vt illos paulatim exterminarent.
Non quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis, aut
a ¶ Id eſt, per partes, id eſt, paulatim, non exercens omnem vindictam.
beſtijs ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare: ſed pârtibus
iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam
¶ Permanens inueterata.
iniqua eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum, & quo-
a ¶ Indurata propria nequitia. b ¶ In præſcientia vel ex quo fuerunt, quędam praua qualitas in ipſis erat maledictione digna.
niam non poterat mutari côgitatio illorum in perpetuum.
a ¶ Originali peccato.
ſemen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem:
a ¶ Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxerit, quid me ſic feciſti?
b veniã dabas peccatis illorũ. Quis enim dicet tibi, quid feciſti?
a ¶ Quo iuſte iudicas. b ¶ q. d. Non culpa creatoris ſic pereunt, ſed naturę vitium.
Aut quis ſtabit cõtra iudiciũ tuũ? Aut quis in cõſpectu tuo ve-
niet vindex iniquorũ hominũ? Aut quis tibi imputabit, ſi per
¶ Bonis.
c ierint nationes, quas tu feciſti? Nec enim eſt ali9 Deus quã tu,

reſiſtere ei, *Iuſtus eſt* D
1 *in omnibus vijs ſuis*, vnde ſequitur, *Cum ergo* Rom. 9. d. Pſal. 144. d.
2 *ſis iuſtus, &c.*
c *Nec eſt enim alius*
3 *Deus, cuius cura eſt de*
4 *omnibus*. ✠ SALVIA-
5 NVS. *Cum ſis ergo*, in-
6 quit, *iuſtus, iuſtè om-*
7 *nia diſponis et cum ma-*
8 *gna reuerentia diſpo-*
9 *nis nos*. Ecce habes
10 iugiter diſponentem
11 Deum, iugiter gu-
12 bernantem: quam- E
13 uis in iſto ſcripturæ
14 loco non guberna-
15 tio tantum ſacra, ſed
16 etiam dignitas de-
17 claretur humana. In
18 hoc enim quod ait,
19 *diſponit nos*, vis diui-
20
21 næ gubernationis:
22 in hoc autem quod
23 *cum magna reuerentia*,
24 culmen humanę o-
25 ſtenditur dignitatis. F
Alibi quoque in Pro-
26 pheta, *Nunquid non*
27 *cœlum*, inquit, *& terram ego impleo?* Cur autẽ cuncta impleat, ipſe declarat: *Quia vobiſcum ſum*, inquit,
28 *vt ſaluos faciã vos*. Ec-
29 ce enim non modo
30 regimen ſuum Dominus & impletionem,
☞ ſed

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Illos enim antiquos inhabitatores ſanctæ terræ tuæ. *id eſt, Iudeę quę dicitur* ſancta, *eo quod ibi viguit cultus Dei tempore veteris teſtamenti, & ibi impletum eſt Chriſti myſterium tempore noui.*

2 Quos exhorruiſti quoniam odibilia opera tibi facie. *id eſt enormia peccata.*

3 Per medicamina. *id eſt ſortilegia & auguria.*

4 Et ſacrificia iniuſta. *quia dęmoniis oblata.*

5 Et filiorum ſuorum necato. *Eos idolis ſacrificantes.*

6 Et comeſtores viſcerum hominum. *Non inuenitur in veteri teſtamento, quod Chananæi, habitatores Iudææ ante filios Iſrael, comederent carnes humanas, & biberent ſanguinem: ideo videtur, quod hic ſit metaphorica locutio, ſicut de prędone vel vſurario dicitur, quod comedit homines, quia rapit ſubſtantiã eorũ, et hoc modo dicitur Pſal. lxxviij. b.* Comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt. *Illi vero Chananæi erant prędones & raptores, & ſic dicimus hominum comeſtores.*

7 Et autores parentes. *Patres enim tenentur filijs auxiliari. Chananęi vero filios ſuos idolis immolabant, vt dictum eſt, & ſic eis auxilium debitum ſubtrahebant, igitur iungatur ſic litera,* Et parentes, *ſcilicet Chananæos,* autores animarum, *id eſt, filiorum ſuorum, In ſcriptura enim frequenter accipitur anima pro toto compoſito, vt dictum eſt ſupra.*

8 Inauxiliatarum. *id eſt, auxilio debito deſtitutarum,*

9 Perdere. *id eſt, deſtruere.*

10 Voluiſti perdere à medio ſacramento. *id eſt, à Iudæa, quæ dicitur ſacramentum ratione prędicta: & eſt in medio climate habitabilis terrę.*

11 Per manus parentum noſtrorum, *id eſt, tempore Ioſue.*

12 Vt dignam perciperent, *ſcilicet Ioſue, & qui cum eo erant.*

13 Peregrinationem puerorum Dei, *ſcilicet Abrahę, Iſaac, & Iacob, qui fuerunt peregrini in terra illa: & ex hoc fuit promiſſa illa terra eorum ſemini, vt habetur in pluribus locis in Gene.*

14 Quæ tibi omnium charior eſt terra, *ratione ſupra dicta.*

15 Sed & his. *id eſt, Chananęis.*

16 Tãquã hominibus pepercisti, *Non ſic autẽ angelis peccãtibus.*

17 Et miſiſti anteceſſores exercitus tuis veſpas. *Dicunt enim expoſitores aliqui, quod ante ingreſſum filiorum Iſrael, ad terram promiſſionis: dominus ad literã immiſit Chananæis veſpas habentes aculeos venenatos quæ plures Chananæorum interfecerunt, & per hoc alij occaſionem pœnitendi de peccatis ſuis habuerunt. Alij vero dicunt, quod veſpæ iſtæ dicuntur timores quos dominus immiſit Chananęis, per quos aliqui receſſerunt de terra ante ingreſſum filiorum Iſrael, ſcilicet Heuæi, & aliqui ad fidem vnius Dei fuerunt conuerſi, & populo Iſrael coniuncti, vt patet de Raab & eius cognatione, Ioſue. vj. & de Gabaonitis, Ioſue. ix.*

18 Non quia. *Hic conſequenter declarat dictũ ſuum dicens, quod dominus ex ſua bonitate Chananæos partialiter puniuit, dans eis locũ pœnitentiæ, & hoc declarat dupliciter, primò negatiuè, ſecundo affirmatiue, ibi,* Cum ergo ſis iuſtus. *Prima in duas, quia primo oſtẽditur, quod Deus non fecit hoc ex defectu potentię: ſecundo quod nec ex timore, ibi,* Nec timens aliquem. *Circa primum dicitur,* Non quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis, *id eſt, Chananæos Hebræis, quos non omnes per Hebræos debellauit: quia multi illorum inter filios Iſrael remanſerunt, vt habetur in libro Ioſue in pluribus locis.*

19 Non beſtiis ſæuis, *quę ſtatim eos iugulaſſent.*

20 Aut verbo duro. *ſcilicet tuo.*

21 Simul exterminare. *ſcilicet Chananæos: & ſupplendum eſt, quod ſi iſta non feciſti eis, non fuit ex impotentia tua, ſed ex miſericordia, ideo ſubditur.*

22 Sed partibus iudicans. *id eſt partialiter eos puniens.*

23 Dabas locum pœnitentiæ. *licet etiam ſcires eos pro maiori parte in malitia perſeuerare. ideo ſubditur,* Non ignorans, &c. *ſequitur.*

24 Et naturalis malitia ipſorũ. *id eſt, longa conſuetudine indurata. quę quidem conſuetudo eſt quædam altera natura, vt dicitur in libro de memoria & reminiſcentia.*

25 Et quoniam non poterat. *Iſtud* non poſſe *nõ eſt ſimplex et abſolutum: Nam quandiu viuit homo, poteſt reuerti ad bonum, ſed eſt ſecundum quid, quia tales cum difficultate poſſunt redire, propter conſuetudinem peccandi inclinantem per modũ naturæ, vnde v. metaphyſices. Impoſſibile dicitur vno modo quod eſt difficile ſicut etiam communi ſermone de homine male vidente dicitur, quod non poteſt videre.*

26 Semen enim, &c. *Gene. ix. a.* Maledictus Chanaan, &c.

27 Nec timẽs. *Hic conſequẽter oſtendit, quod Deus nõ puniuit Chananæos partialiter ex timore alicuius ſuperioris, qui poſſet facta ſua corrigere, quia hoc eſt impoſſibile, & hoc eſt quod dicitur,* Nec timẽs aliquem, &c. *& patet litera vſque ibi.*

28 Aut quis tibi imputabit, *ad culpam.*

29 Si perierint nationes? *quaſi dicat nullus, quia ſicut mera voluntate produxit eas in eſſe, ita libere poteſt eas in nihilum redigere.*

30 Nec enim eſt alius Deus quàm tu. *nam etiam ſecundũ philoſophos, neceſſe eſt eſſe vnam primam cauſam omnium.*

☞ Cui

ſed etiam vim ac beneficium ipſius adimpletionis oſtendit. Hunc A enim modum in ſe habet diuinitatis impletio, vt ſaluet ea, quæ adimplentur.

a *Virtus enim, &c.* Quia iudicium Dei, ſiue in correctione electorum, ſiue in damnatione malorum, ſummæ æquitatis perfectio eſt: & ideo per bonitatem ſuam diu differendo ſuſpendit iudicium, vt plures habeat, quibus reddat beneficiũ. Quando enim creatura ſe erigit contra creatorẽ, iuſta punitur vindicta, vt ſe inferiorẽ cognoſcat. Poſſunt hæc ad paſſionẽ Chriſti referri, B quem pater pro nobis in mortem tradidit, & eum, qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit: qui niſi indebitam mortem ſuſciperet, non nos à debita morte liberaret. (2.Cor 5.d.) Pater ergo iuſtus iuſtum puniens, iuſtè omnia diſponit. Omnipotens Deus cum ſumma tranquillitate iudicat omnia: humani tamen affectus C & membra, ei tropica locutione aſcribũtur, vt ſecundum capacitatem noſtram cõformentur eloquia diuina. Leguntur enim in ſcripturis, oculi domini, aures, manus, os, pedes, ira, furor, & huiuſmodi, cùm ſimplex natura nunquã recipiat varietatẽ, nec vera vnitas diuiſionẽ. Multiplicia verò & diuerſa vnus & idẽ operatur: Vnde, *Mutabis eos, et mutabũtur: tu autẽ ipſe es, et anni tui, &c.* (Pſal.101.d) Et alibi: *Ego ſum Deus, et non mutor.* (Mal. 3.b.) Et alibi: *Apud quem non eſt transmutatio, &c.* (Iacob.1.c.)

Docuiſti autem populum tuum: per mirifica opera Dei inſtruun-

cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniam non iniuſtè iu- 1
dicas iudicium. Neque rex neque tyrannus in conſpectu tuo
a ¶ Vtrum iuſtè perdiderit, vel vt reſtaurentur. b ¶ Iuſtum filium puniens.
inquirent de his quos perdidiſti. Cùm ergo ſis iuſtus, iuſtè 2
a ¶ In æternum.
omnia diſponis, ipſum quoque qui non debet puniri, condem- 3 4
a ¶ Corripis. vel ipſum qui non recipit correctionem condemnas in perpetuum. 5
b ¶ Alienum & indignum à tua pietate. ¶ Prius immolatus. 6
a nare, exterum æſtimas à tua virtute. Virtus enim tua iuſtitiæ 7 8
a ¶ Vt qui præs potentia, miteſcas natura.
initium eſt, & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te 9
a ¶ In correctione reorum, ne de ſua virtute præſumat contumacia ſuperborum. 10
parcere facis. Virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis in 11 12
a ¶ Viſu & exercitio.
virtute eſſe † conſummatus, & hos, qui te neſciunt, in auda- 13 14
ciam traducis. Tu autem dominator virtutis cum tranquilli- 15 16
a ¶ Omnia prædicta.
tate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos. Subeſt 17 18
enim tibi, cùm volueris, poſſe. Docuiſti autem populum tuum 19
¶ Benignum. 20
per talia opera, quoniam oportet iuſtum eſſe & humanum, 21
& bonæ ſpei feciſti filios tuos, † quoniam iudicans das locum 22
b in peccatis pœnitentiæ: Si enim inimicos ſeruorum tuorum, 23 24
& debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione & liberaſti, 25
dans tempus & locum, per quæ † poſſent mutari à malitia; 26 27
cum quanta diligentia, † iudicaſti filios tuos, quorum paren- 28
tibus iuramenta & † conuentiones dediſti bonarum promiſ- 29
c ſionum? Cùm ergo nobis diſciplinam das, inimicos noſtros 30

† confirmatus

† qui

† iudicas

† conuerſationes

ſtruuntur fideles, ne complicentur iniquis: ſed ſtudeant ſe incontaminatos ſeruare confitendo, & ſperando in domino, & D non negligant pœnitentiæ tempus.

b *Si enim &c.* RAB. Decem plagis verberauit Aegyptios hoſtes populi ſui, & inter plagas reſpirare permiſit, vt corrigerẽtur. Sed quia perſeuerauerũt in malitia, deleti ſunt diuina iuſtitia. Populus autem Dei, quibus promiſſio facta eſt, partim corripiebantur & cõſolabãtur, dũ diſciplinam Dei perciperent. Poſtquam euãgelium Dei ſpreuerunt, & filiũ Dei crucifixerunt: inimici facti ſunt, & E ideo de terra ſua eiecti ſunt, per orbẽ diſperſi, vt tandem corrigantur & ſaluentur. Perſecutores quoque cum Chriſti cõfeſſores cruciabãt, patienſia eorum inſtrui poſſent, vt idololatriam dimitterent, & Chriſtianam reciperẽt religionem. Sed ſicut hi per pœnas temporales conſecuti ſunt æternã gloriam, ita hi poſt parua gaudia æternam recipiunt miſeriam. F († poſſunt)

c *Cum ergo, &c.* vnde: *Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino miſericor.* (Pſal, 31, c.) Magna diſtantia eſt inter iudicium electorum & reproborum: Illos dominus corripit, vt emendet; hi ſuperbiæ & perfidiæ pœnas luunt, vt contra, dominatorem omnium ſe repugnare non poſſe cognoſcant. Felix iudex qui pietatem & bonitatem ſui iudicis ſemper inſpicit: *Iudicium enim ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam.* (Iaco.2.c.)

Inſenſatè

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Cui cura eſt de omnibus, *nam diuina prouidentia ad omnia ſe extendit, quantumcunque minima. Cætera patent.*

2 Cum ergo. *Hic conſequenter declarat dictum ſuum affirmatiuè: & diuiditur in duas partes, quia primo facit propoſitum: ſecundo, ex hoc infert triplex correlarium, ibi,* Docuiſti autem. *Declarat autem quod ſuprà dictum eſt de punitione Chananæorum: ex hoc quod Deus eſt iuſtitia & bonitas per eſſentiam; propter quod non poteſt aliquid facere niſi piè & iuſtè, ideò dicitur,* Cum ergo ſis iuſtus, *per eſſentiam,*

3 Ipſum quoque qui non deb. puniri *conſiderando ſua innocẽtiã.*

4 Condemnas, *id eſt, punis aliquando ad ſuæ patientię probationem, ſicut patet de ſancto Iob.*

5 Et exterum. *id eſt, extraneum.*

6 Aeſtimas à tua virtute. *id eſt, ęſtimari permittis: vnde amici Iob reputabant ipſum peccatorem, & à Deo alienum, eò quòd videbant eum ſic flagellatum, vt in libro Iob plenius fuit declaratum.*

7 Virtus enim tua, *id eſt, potentia tua,*

8 Iuſtitiæ initium eſt: *nam per omnipotentiam ſuam iuſtificat impium. Nam ſicut dicit Aug. Maius eſt iuſtificare impium, quàm creare cœlum et terram; & quia iuſtitiam Dei ſemper concomitatur miſericordia, ideo ſubditur,*

9 Et ob hoc quod do. omnium es, omni. te par. fa. *nam ſemper punit citra condignum, etiam in damnatis.*

10 Virtutem enim oſtendis, *id eſt, potentiam tuam infinitam,*

11 Tu qui non crederis, *ab idololatris,*

12 Eſſe in vir. con. *id eſt ſimpliciter perfectus. Infideles enim et idololatræ negãtes Deũ verũ, non credebant ipſum eſſe ſimpliciter perfectum.*

13 Et hos qui te neſciunt, *id eſt, infideles,*

14 In audaciam traducis, *id eſt, traduci permittis de peccato in peccatum: ex hoc enim quòd Deum ignorant, audacter peccant.*

15 Tu autem dominator virtutis, *id eſt, in virtute perfectus.*

16 Cum tranquillitate iudicas, *id eſt, modeſtè punis.*

17 Et cum magna reuerentia diſponis nos, *non ſtatim peccata puniendo, ſed ad pœnitentiam expectando. Et ſubditur cauſa:*

18 Subeſt enim tibi cum volueris poſſe, *ſcilicet peccata punire.*

19 Docuiſti autem. *Hic ex dictis infert triplex correlarium. Primum eſt, quòd per hoc quòd Deus in puniendo ſemper ſe habet iuſtè & piè, dedit exemplum iudicibus huius mundi, vt etiam ſic ſe habeant ſubditos puniendo. Et hoc eſt quod dicitur,* Docuiſti autem populum tuum, *per talia opera iuſta & pia.*

20 Quoniam oportet, *id eſt, benignum iudicem ſecularem.*

21 Et bonæ ſpei. *hic ponitur ſecundum, per hoc enim quòd cum miſericordia puniuit Chananæos, dedit ſpem filijs Iſrael colentibus ipſum, conſequendi ab eo maius bonum; & hoc eſt quod dicitur,* Et bonæ ſpei feciſti filios tuos, *id eſt, Hebræos: vnde Exod. iiij. f.* Filius meus primogenitus Iſrael.

22 Quoniam iudicans, *id eſt, puniens,*

23 Das locum in peccatis, &c. *Chananæis, vt patet ex prædictis; & ex hoc arguit dicens,*

24 Si enim inimicos ſeruorum, &c. *id eſt, Chananæos & Aegyptios,*

25 Et debitos mori, *id eſt, obligatos morti propter peccata ſua enormia, vt dictum eſt ſuprà,*

26 Et liberaſti, *pœnam in parte differens, vt haberent tẽpus pœnitẽdi.*

27 Cum quanta diligentia iudicaſti, &c. *id eſt, puniſti, Hebræos modeſtè, & piè eorum punitionem ordinans ad eorum emendationem.*

28 Quorum parentibus, &c. *id eſt, Abrahæ Iſaac & Iacob, quibus facta fuit Dei promiſſio.*

29 Cum ergo. *Hic ponitur tertium correlarium, & ſecundò declaratur quoddam dictum, ibi;* Vnde & illis. *Circa primum concludit ex prædictis circa Hebræos & eorum aduerſarios diuerſum diuinę punitionis modum: nam vnus modus eſt medicinalis; alter non, quantùm ad obſtinatos in malo, & hoc eſt quod dicitur,* Cum ergo das nos, &c. *i. flagellas nos ad noſtram correctionem, ſicut verberat magiſter diſcipulum, & pater filium.* 30 Inimicos noſtros, *in malo obſtinatos.*

17 Et

Multi-

A a *Inſenſatè.* vt qui nolebāt creatorē agnoſcere & honorare, dignè traditi in reprobum ſenſum, facerēt, ea, quæ non conueniunt, contumelijs, B afficiētes corpora ſua in ſemetipſis: *quia cōmutauerunt veritatem Dei in mendacium, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori.* (Roma. 1. c.)
b *Qui autem ludibrijs, &c.* id eſt, qui à Deo C flagellati nō ſunt correcti, condignam dānationē experti ſunt: ad hoc corripit Deus, vt emendet. Qui autem ingratus & impatiēs murmurat, de

multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, ſperemus miſericordiam tuam.
a ¶ Idololatris.
a Vnde & illis qui in vita ſua inſenſatè & iniuſtè vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta. Etenim in erroris via diutius errauerunt, Deos æſtimantes hæc quæ in † animalibus ſunt ſuperuacua, infantium inſenſatorum more viuentes. Propter hoc, tanquam pueris inſenſatis iudicium in b deriſum dediſti. Qui autem ludibrijs & increpationibus non c ſunt † correcti, dignum Dei iudicium experti ſunt. In his enim quæ patiebantur, moleſtè ferebant, in quibus patientes indignabantur. Per hæc † quos putabant Deos, in ipſis cùm exterminarentur, videntes illum quem olim negabant ſe noſſe, verum Deum agnouerunt. Propter quod & finis condemnationis illorum veniet ſuper illos.

(† correcti; † quæ; † in manibus)

D temporali tormento ducitur ad æternum.
c *In his enim &c.* RAB. Gentilitas dū idolis ſeruiebat, deos eſſe putabat, quorū perſuaſionibus periE bat. Ideo diuerſis pœnis afficiebatur, Vnde plurimi Deum verum, quem in beneficijs credere noluerunt, in iuſto iudicio omnipotētem agnouerunt. Dominator F enim omniū, aut hîc per pœnitentiam cōuerſis miſericordiam impendit, aut incorrectis æternam pœnam infligit.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Multipliciter flagellat. *Primò ſpœna temporali, vt per hoc ſi vellent, poſſent à malitia mutari, vt prædictum eſt. Sed quia abuſi ſunt per obſtinationem, ſecundò flagellati ſunt per pœnam æternam.*
2 Vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes, *id eſt, vt cum alios punimus, hoc faciamus modeſtè exemplo bonitatis tuę.*
3 Et cum de nobis iudicatur, *id eſt, cum pœna nobis infertur,*
4 Speremus miſeri, &c. *reuertentes ad te per pœnitentiam.*
5 Vnde & illis. *Hic conſequenter declarat quoddam dictum, ſcilicet quòd pœna temporalis obſtinatorum non eſt medicinalis: quia per hoc non euadunt ęternum interitum. Et primò ponit ſuam declarationem: Secundò remouet quandam falſam reſponſionem, ibi,* Per hæc quos putabant. *Circa primum dicitur,* Vnde & illis, qui in vita ſua inſenſatè, *quantùm ad Deum.*
6 Et iniuſtè, *quantum ad proximos,*
7 Vixerunt, *vſque ad mortem.*
8 Per hæc quæ, &c. *id eſt, propter cultum idolorum, quem inſenſatè etiam vilibus creaturis exhibuerunt, vt habetur infrà.*
9 Dediſti ſumma, &c. *id eſt, æterna.*
10 Etenim in erroris via diutius erra. *id eſt, per totam vitam.*
11 Deos æſtimantes hæc quæ in, &c. *id eſt, hominibus inutilia ſed magis nociua, vt ſerpentes, verſpertiliones, & talpas, vt dictū eſt ſuprà.*
12 Infan. inſenſa. more vi. *id eſt, bonum à malo non diſtinguentes.*
13 Propter hoc tanquam pue. inſen. iudi. &c. *inferendo eis pœnam, per quam deriſibiles reddebantur: vt cum Aegyptij ranis & cyniphicibus grauiter affligebantur, & Chananæs veſpis pungentibus vulnerabātur.*
14 Qui autem ludibrijs & increpationibus. *iſtis.*
15 Non ſunt correcti, *ſed magis obſtinati:*
16 Dignum Dei iudicium, *id eſt, pœnam æternam,*
17 Experti ſunt; *& ſubdit huius cauſam dicens,*
18 In his enim, quæ patiebantur, *à ranis & veſpis & huiuſmodi,*
19 Moleſtè ferebant, *id eſt, impatienter:*
20 In quibus patientes, *non à patientia, ſed à paſſione, vt ſit ſenſus, In quibus paſſionibus & plagis.*
21 Indignabantur, *contra Deum blaſphemantes ipſum. Simile dicitur Apo. xvj. b.* Et blaſphemauerunt nomen Dei, *habentis poteſtatem ſuper has plagas.*
22 Per hæc. *Hic conſequenter remouet quandam reſponſionem falſam, quia poſſet aliquis dicere, quòd propter hoc punitionem Dei ferebant indignanter & moleſtè, quia notitiam eius non habebant; hoc remouet per hoc, quòd videntes Deos ſuos deſtrui per filios Iſrael, quibus Deus pręceperat Deos Chananęorum deſtruere, (Exo. xxxiiij.) Cognouerunt, quòd Deus Hebræorum erat potentior dijs ſuis: & ſic eum cognouerunt, nō tamen adorauerunt: ſicut ad Rom. j. c. dicitur de Philoſophis,* Qui cum Deū cognouiſſent, nō ſicut Deū glorificauerunt aut gratias egerunt, &c. *& hoc eſt quod dicitur,* Per hæc quos pu. *id eſt, inter eos.*
23 Cùm exterminauerunt, *à filijs Iſrael.*
24 Videntes, *id eſt, aliqualiter cognoſcentes:*
25 Illum, quem olim negabant, *ſcilicet Deum Hebręorum*
26 Verum Deum agnouerunt, *per affectum, vt dictum eſt: non tamen ſicut Deum glorificauerunt; ideo ſubditur,*
27 Propter quod & finis condemnationis. *id eſt, pœna ęterna.*
28 Veniet ſuper illos, *ſcilicet in finali iudicio, quando cruciabuntur in anima & corpore pœna gehennæ.*

## CAP. XIII.

a *Vani autem, &c.* AVGVS. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quæ homini abundantia in omni labore ſuo quo laborat ſub ſole?* Et cum ex hac ſententia connecteret cætera, commemorans ærumnas, erroreſque vitæ huius & euaneſcentes interea temporum lapſus, vbi nihil ſolidum, nihil ſtabile retinetur: in ea rerum vanitate ſub ſole, illud etiam deplorat quodāmodo, quòd cùm ſit abundantia ſapientiæ ſuper inſipientiam, ſicut eſt abundantia lucis ſuper tenebras, ſapientiſque oculi ſint in capite ipſius & ſtultus in tenebris ambulet: vnus tamen incurſus incurrat omnibus vtique in hac vita quæ ſub ſole agitur: ſignificans videlicet ea mala, quæ bonis & malis videmus eſſe communia. (Aug. lib. 20. de ciui. Dei cap. 3.; Eccle. 2.)
b *Scientia.* Timor, ſcilicet & reuerentia. Vnde: Ecce timor domini, ipſe eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Recedit enim à malo, qui recedit à cultura idolorum: Deū timet, qui mandata eius cuſto. *quia initium ſapientię timor domini. Intellectus omnibus facientibus eum.* (Eccle. 1. c.; Pſal. 110. b)
c *De his.* operibus, ſcilicet hominis, potuerūt cognoſcere bonum artificem, qui propriè eſt, quia immutabilis, & ſemper idem, ſemper in ſe manens, regit omnia. Vaniſſima ergo vanitas hominum, qui pro creatore creaturas venerantur.
d *Neque ope.* Alij ignem colebant, quem Vulcanum vocabant, alij ætherem vel aerem, quē Ioue & Iunonē dicebāt, alij nimiam aquā .i. Neptunū, alij gyrū ſtellarū, qui diuerſis figuris animaliū, (Dij Gentilium) poſitiones

# CAP. XIII.

a ¶ Vniuerſa vanitas omnis homo viuens, magis ergo vani ſunt, qui creatorem non agnoſcunt.

a V Ani autem ſunt omnes homines, in quibus non
b ſubeſt ſcientia Dei: & de his quæ videntur bona,
a ¶ Obſtante cæcitate peccati.
c non potuerunt intelligere eum qui eſt. Neque operibus
d

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XIII.

1 Vani autem ſunt, &c. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua occaſione idololatriæ Chananæorum tractat generaliter de idololatria omnium gentium. Et diuiditur in duas partes. Nam primò reprobatur idololatria gentium. Secundo commendatur latria Iudęorū, ca. xv. Prima in duas, quia primò reprobatur idololatria exhibita mirabilibus creaturis. Secundo exhibita imaginibus fabricatis, ibi:* Infelices autē ſunt. *Prima adhuc in duas, quia primò idololatria dicta declaratur, Secundò probatur, ibi,* Quorum & ſi ſpecie. *Circa primum dicitur,* Vani autem ſunt, *id eſt, à veritate vacui.*
2 Omnes homines, *&. iſti ſunt idololatræ carentes notitia veri Dei.*
3 Et de his quę videntur bona, *per participationem, ſicut ſunt ſol et luna et huiuſmodi ex quorum influentia nobis proueniunt bona.*
4 Non potuerunt intelli. eum qui eſt, *ſcilicet bonus per eſſentiam.*
5 Neque operibus, *diuinis.*

Atten-

attendentes agnouerunt quis eſſet artifex, ſed aut ignē, aut ſpiritum, aut citatū aerē, aut gyrū ſtellarū, aut nimiā aquam, aut ſolem & lunam rectores orbis terrarū Deos putauerunt. Quorum & ſi ſpecie delectati, Deos putauerunt, ſciant quantò his dominator eorum ſpecioſior eſt. Speciei enim generator hæc omnia conſtituit. Aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab ipſis, quoniam qui hæc † fecit, fortior eſt illis. A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibili-a ter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor eſt querela. Et hi enim fortaſſe errant Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cùm in operibus illius conuerſentur, & inquirunt & perſuaſum habent, quoniam bona ſunt quæ videntur: iterum autem nec hic debet ignoſci.

a ¶ Qui tanta ſpecioſa fecit.

† cōſtituit

A poſitiones & curſum diſtribuebant aſtrorum, alij ſolem, quem Phœbum vocabant, alij lunam, id eſt, Dianam.

RAB. Dupliciter peccant. Primum, quia elementa, id eſt, Dei opera, Deo præferunt: Deinde, quia elementorum figuras ſub humana ſpecie colunt; Soli enim & lunæ humanam figuram tribuunt; Igni quoque, & terræ, & mari, quæ illi Vulcanum, Veſtā, Neptunúmque vocant: non tamen ipſis elementis in aperto ſacrificāt. Quaſi: præferunt rerum imagines rebus ipſis quarū ſunt imagines, quas, Auguſtinus ſtatim vocat figuras.

B Tāta enim cupiditas imaginū homines tenet, vt viliora ſint quæ vera ſunt. Auro, ſcilicet & gemmis delectantur: horum nitor perſtringit oculos: Sine his non putant eſſe religionem; In his ergo auaritia & cupiditas colitur. Credunt Deos amare, quod ipſi amant: propter quod fiunt furta & latrocinia & bella; conſecrant dijs manubias & rapinas, qui valde imbecilles ſunt, ſi cupiditatibus ſubiecti ſunt Cur enim cæleſtes putantur ſi terrena deſiderant, vel beati ſi indigent: vel incorrupti ſi in his delectantur, in quibus cupiditas hominis damnatur:

Aug. ſermo 55. de verbis Domini.

✲ AVGVST. Deum eſſe quandam vitam æternam immutabilem, intelligibilem, intelligentem, ſapientem, ſapientes facientem, nonnulli etiam huius ſæculi philoſophi viderunt, C veritatem fixam, ſtabilem, indeclinabilem, vbi ſunt omnes rationes rerum omnium creatarum. Viderunt quidem, ſed de longinquo; viderunt ſed in errore poſiti: & idcirco ad eam tam magnam & ineffabilem & beatificam poſſeſſionem, qua via peruenitur, non inuenerunt. Nam quod viderunt etiam ipſi (quantum videri ab homine poteſt) creatorem per creaturam, factorem per facturam, fabricatorem mundi per mundum, Paulus Apoſtolus teſtis eſt cui vtique debent credere Chriſtiani, Ait enim, cum de talibus loqueretur, *Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem.* Iſta vt recognoſcitis, Apoſtoli Pauli verba ſunt *Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, qui veritatem in iniquitate detinent.* Nūquid dixit eos non detinere veritatem. Sed *veritatē in iniquitate detinent* D. Bonum eſt quod tenent, ſed malum eſt vbi tenent. *Veritatem in iniquitate detinent. &c.* Vnde ergo detinent veritatem, vel in ipſa iniquitate? Audite quod ſequitur & oſtendit. *Quia quod notum eſt Dei*, inquit, *manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit.* Manifeſtauit illius quibus legē nō dedit? Audi quomodo manifeſtauit; *Inuiſibilia enim eius, per ea quę facta ſunt, intellecta cōſpiciūtur.* Interroga mūdi ornatum, cæli fulgorem, &c. & vide ſi non tanquam tibi reſpondent, Deus E nos fecit, &c. Oſtende Apoſtole, & ſicut oſtendiſti nobis vnde potuerunt peruenire ad cognitionem Dei, quoniam inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciūtur: ita nunc oſtēde quomodo dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Audi. *Quoniam immutauerunt*, ait, *gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpentium.* Figuras enim iſtorum animalium ſibi Deos pagani fecerunt. Inueniſti Deum, & colis idolum: Inueniſti veritatem, & ipſam veritatem in iniuſtitia detines; Et quod per Dei opera cognouiſti, per opera hominis perdis. Totum conſideraſti; cœli, terræ maris elementorumque omnium ordinem collegiſti; iſtud non vis F attendere quod mundus opus eſt Dei, idolum opus eſt fabri. Si faber idolo, ſicut dedit figuram, dedit & cor, ab ipſo idolo faber adoraretur. Quomodo enim, ô homo, faber tuus Deus eſt, ſic homo idoli faber eſt.

Rom. 1.

a *Sed tamen adhuc in his minor eſt querela.* Hinc Paulus ait: *Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent; quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, &c.* Notitia Dei ex mundi fabrica percipitur. Vt enim Deus inuiſibilis ex inuiſibilibus cognoſceretur, opus ab eo factum eſt, quod opificem manifeſtaret, vt Deus omnium intelligeretur, qui hoc fecit, quod non poſſunt alij. Sed *cum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.*

Roma. 1. b
Heb. 11. a
Roma. 1. c

☞ *Infelices*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Attendentes agnouerunt quis eſſet artifex, *ſcilicet Deus verus, qui licet à priori non poſſit cognoſci, cognoſcibilis tamen eſt à poſteriori, ſcilicet ab effectibus.*
2 Sed aut ignem, *quem Vulcanum dicebant:*
3 Aut ſpiritum, *id eſt, purum ætherem vel aerem, quem vocabant Iouem.*
4 Aut citatum aerem, *id eſt, mobilem, quem dicebat Iunonem.*
5 Aut gyrum ſtellarum, *id eſt, ſigna in zodiaco reuoluta, quæ Deos dicebant: vnde de ſigno Geminorum dicebant, quod erant Caſtor et Pollux in Deos tranſlati; & ſic de ſimilibus.*
6 Aut nimiam aquam *quam Tetym vocabant.*
7 Aut ſolem & lunam, *quos vocabant Phœbum & Dianam.*
8 Rectores orbis terrarum Deos putauerunt, *id eſt, crediderunt eſſe Deos mundum regentes.*
9 Quorum. *Hic conſequenter dictus error remouetur, & primò remouetur erronea opinio: ſecundo, quædam inſufficiens excuſatio, ibi,* Sed tamen. *Circa primum dicitur:*
Quorum, *ſcilicet ſolis & lunæ & huiuſmodi.*
10 Et ſi ſpecie, *id eſt, pulchritudine,*
11 Delectati, Deos putauerunt, *eos eſſe, vt dictum eſt:*
12 Sciant, *quaſi dicat & hoc deberent ſtatim ſcire,*
13 Quanto his dominator eorum, *id eſt, Deus qui eſt cauſa prima omnium,*
14 Specioſior eſt, *nam eius pulcritudo excedit in infinitum; quod probatur, cum ſubditur,*
15 Specie enim generator, *id eſt, pulchritudinis vniuerſę autor,*
16 Hæc omnia conſtituit: *& per conſequens eorum pulchritudo in ipſo excellentius in infinitum præexiſtit.*
17 Aut ſi virtutem & opera eorum, *quæ faciunt in tranſmutatione creaturarum,*
18 Mirati ſunt, *tanquam quadam excellentia intellectum noſtrum:*
19 Intelligant ab ipſis, *id eſt, intelligere debent ab iſtis,*
20 Quoniam qui hæc fecit, *ſcilicet Deus, qui ab omnibus dicitur prima cauſa,*
21 Fortior eſt illis, *nam eminentiori modo omnia continet creata. Ideo ſubditur,*
22 A magnitudine enim ſpeciei & creaturæ, *id eſt, pulchritudinis vniuerſi,*
23 Cognoſcibiliter poterit creator horum videri, *nam per effectus poteſt in cognitionem cauſæ deueniri.*
24 Sed tamen. *Hic remouetur quædā excuſatio, quæ poſſet aliquis dicere, quod laborantes in cognitione creaturarum poſſunt excuſari, ſi non cognouerunt Deum, qui excedit creaturas in infinitum: quod excluditur hic, per hoc, quod licet per creaturas nō poſſit cognoſci Deus, quātum ad diſtinctionem perſonarum diuinarū; poteſt tamē per eas cognoſci, quantum ad eſſentialia attributa, ſcilicet potentiam, ſapientiā & huiuſmodi, in quibus improportionaliter tranſcendit omnem naturam creaturarum mundi. Et hoc eſt quod dicitur,*
Sed tamen adhuc in his, *qui coluerunt creaturas excellentes tanquam Deos, vt ſolem & lunam et huiuſmodi,*
25 Minor eſt querela, *quàm in illis, qui coluerunt ſerpentes et vilia animalia.*
26 Et hi enim fortaſſe errant Deum querentes, *& ideo creaturis eminentibus deitatem falsè attribuentes.*
27 Etenim cum in operibus illius conuerſentur, *ordinem creaturarum meditando:*
28 Inquiruntur & perſuaſum habent, *id eſt, pro vero tenent,*
29 Quoniam bona ſunt quæ videntur, *ſcilicet ſol & luna, & alia notabiles creaturæ: ſed per hæc eorum creatorem noluerunt cognoſcere, ideo ſubditur,*
30 Iterū, *quia verè ſunt culpabiles. Cuius cauſa ſubditur, cùm dicitur.*

Si enim

Si enim tãtum † potuiſſent ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculum, 1
a quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? Infelices 2 3
autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellaue- 4 5
¶ Hæreſes vel idola. ¶ Senſum. ¶ Sermonem. 6
runt Deos opera manuum hominum: aurum & argentum, ar- 7
¶ Compoſitionem argumentorum. ¶ Brutorum.
tis inuentionem: & ſimilitudines animalium, aut lapidẽ inuti-
b lem, opus manus antiquæ. Aut ſi quis artifex faber de ſylua li- 8
gnum rectum † ſecuerit, & huius doctè eradat corticem om- 9
nem, & arte ſua vſus diligenter fabricet vas † inutile in con- 10 11
uerſationem vitæ: reliquias autem huius operis ad præparatio- 12
nem eſcæ abutatur, & reliquum horum quod ad nullum facit 13 14
vſum, lignum curuum & verticibus plenum ſculpat diligen- 15 16
ter per vacuitatem ſuam, & per ſcientiam ſuæ artis figuret il- 17
lud, & aſſimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animali- 18 19
bus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciẽs 20
fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo eſt perli- 21 22
niens, † & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens 23
illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat, proſpiciens illi, ſciens 24
quoniam non poteſt adiuuare ſe. imago enim eſt, & opus eſt il- 25 26
li adiutorium. Et de ſubſtantia ſua, & de filijs ſuis, & de nuptijs, 27
c votum faciens inquirit. Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine 28 29
anima eſt, & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro 30
vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro 31
itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt, & de acquirendo, 32
& de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in
omnibus eſt inutilis.

A a *Infelices, &c.* Qui ſcilicet Deos honorant, vt aurũm oculis hauriant, & nitorem leuigati marmoris vel eboris, aut inſignes gemmis & coloribus veſtes: & quantò ornatiora ſunt templa, & pulchriora ſimulacra, tantò plus maieſtatis habent, vel habere dicuntur. Religio ergo eſt, vel creditur, quod cupiditas humana miratur,

b *Aut ſi quis ar.* Rabanus Inſultat ſapientia his, qui colunt idola, vt intelligãt quam B pernitioſum ſit omnipotentem deſerere, & figmenta adorare: vnde Eſaias, *Quis formauit Deum & ſculptile conflauit ad nihilum vtile? Ecce omnes participes eius confundẽtur.* Hinc Flaccus ait, *Olim truncus eram, ficulnus, inutile lignum, Cum faber incertus ſcamnũ faceret ve Priapũ, Maluit eſſe Deum.* Quicquid C autem de idolis dictum eſt, poteſt referri ad hæreticorum principes. Qui ſimulacra dogmatum ſuorum artifici corde componunt, & venerantur quæ fecerunt; Nec ſufficit error proprius, niſi ſimplices deceperint: qui quæſtum putans pietatem, & deuorant domos viduarum, & abutentes vulgi imperitia, arte dialecti- D ca, quaſi aſcia, terebro, lima, runcina, formant Deum ſuum, & cudunt malleo, atque inaurant rhetorica venuſtate, *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum.*

c *Non erubeſcit loqui cũ illo, qui ſine anima eſt.* ✻ AVGVST. Deus aureus, & Deus ligneus ad pretiũ diſpares ſunt, ad habere oculos & non videre pares ſunt, fratres ſunt. Ecce qualibus docti homines Ro- E mam cuſtodibus cõmiſerunt, habentibus oculos & non videntibus. Aut ſi Romam ſeruare potuerunt, quare ipſi antè perierunt? Inquiunt, Tunc periit Roma: tamen perierunt. Non, inquiunt, ipſi perierunt, ſed ſimulachra eorũ. Quomodo ergo cuſtodirent tecta veſtra, F qui non potuerunt cuſtodire ſimulachra ſua? & cæte. Et illud quod dicunt non eſt verum, quia continuò diis perditis Roma capta eſt, afflicta eſt. Prorſus non eſt verũ. Antè ſimulachra ipſa euerſa ſunt: & ſic victi ſũt Gothi cum Rhadagaiſo &c.

†potuerũt
†ſecauerit
Eſa. 44.b.
†vt
Philip. 3. d
Aug de verbis Domini ſer. 29.
† vtile

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si enim tantum potuerunt ſcire, *per rationem naturalem,*

2 Vt poſſent æſtimare ſeculum, *id eſt, cognoſcere creaturarum ordinem:*

3 Quomodo huius dominum, *ſcilicet, ſeculi,*

4 Facilius non inuenerunt, *quaſi dicat, debuerunt ſtatim inuenire Nam omnia mutabilia oportet ad vnum primũ principium immutabile reducere, aliter eſſet proceſſus in infinitum, quod eſt impoſſibile; cùm igitur omnes creaturæ viſibiles ſint mutabiles, aliquo modo, potuerũt venire ex illis ad cognitionẽ primi motoris omnino immobilis, ſicut Philoſophus deducit viij phyſicorum.*

5 Infelices autem ſunt. *Hic conſequenter reprobatur idololatria imaginibus exhibita. Et diuiditur in tres partes, quia primo reprobatur imaginum fabricatio, ſecundò earum adoratio, ibi.* Et de ſubſtãtia, *tertiò adorationis inchoatio. ſe. ca. ibi,* Initium enim. *Circa primum dicitur,* Infelices, *id eſt, priuati vera felicitate,*

6 Et inter mortuos ſpes illorum eſt, *quia nulla ſpes eſt de eorum ſalute, quandiu ſunt tales:*

7 Quia appellauerunt Deos opera, &c. *idola nãque quantùm ad figuram fiunt per artem, materia verò eſt res naturæ, vt aurum, et argentum, & reliqua, de quibus fiunt idola.*

8 Opus manus antiquæ, *hoc additur: nam idola ab antiquo facta in maiori reuerentia habebantur; vnde & aliqui ſimplices Chriſtiani aliquas imagines antiquas crucifixi, quæ dicũtur facta à Nicodemo, magis reuerentur.*

9 Aut ſi quis artifex faber, *ſcilicet lignarius,*

10 De ſylua lignum &c. docte eradat. *id eſt, perfectè radat.*

11 Fabricet vas inutile. *Sic eſt in libris correctis, id eſt, valde vtile: vt dicunt aliqui. & adducunt pro ſimili dictum Virgilij:* Nunquã imprudentibus imber Offuit, *id eſt, valde prudẽtibus. Poſſet aliter dici, ſcilicet quod ſint ibi duę dictiones,* Vas in vtile, *id eſt, factum ad vtilitatẽ humanum, ideo ſubditur,*

12 In conuerſationem vitæ, *in qua neceſſaria ſunt multa vaſa lignea.*

13 Reliquias autem huius operis, *id eſt, dolaturas*

14 Ad præparationem, *id eſt, ad coquendum eſcas:*

15 Et reliquum horum, *id eſt, reſiduum ligni,*

16 Quod ad nullum vſum facit, *quia non eſt aptum ad vas aliquod fiendum;*

17 Lignum curuum, & verticibus *id eſt, nodis,*

18 Plenum; *de tali verò ligno aliquando fit imago, eò quòd eſt magis durum.*

19 Sculpat diligenter per vacuitatem ſuam, *id eſt, ab eo factam, nam ſculpendo facit aliquas vacuitates in ligno. Cętera patẽt, vſque ibi:*

20 Illud comparet, *id eſt, adaptet vel aſſimulet.*

21 Perliniens rubrica, *id eſt, colore rubro.*

22 Et rubicundum faciens fuco, *id eſt, pictura.*

23 Et omnem maculã quæ in illo eſt perliniens, *coloribus ad hoc aptis. Aliqui libri habent hic,* Terra; *ſed non eſt in libris correctis.*

24 Et faciat ei dignam habitationem, *id eſt, locum vbi reponatur. Cętera patent.*

25 Et de ſubſtantia tua. *Hic conſequenter reprobatur imaginum adoratio. Et primo pro negotijs in rebus terrenis: Secundò pro negotijs marinis, ca. ſequenti. Circa primum dicitur.*

Et de ſubſtantia, *id eſt, de diuitijs,*

26 Votum, faciens, *idolo, vt exaudiat eum:*

27 Inquirit, *id eſt, petit ab eo diuitias, filios & nuptias filiorum.*

28 Non erubeſcit loqui cum illo, &c. *quaſi dicat deberet erubeſcere.*

29 Et pro ſanitate quidem, *obtinenda vel conſeruanda.*

30 Infirmum deprecatur. *Hic accipitur infirmitas largè pro impotentia: nam idolum non poteſt ſe iuuare. Infirmitas enim propriè eſt in animalibus tantum, ſicut & ſanitas.*

31 Et pro vita, *conſeruanda,*

32 Mortuũ rogat: *id eſt, carens vita. Nam propriè loquendo mortuus non dicitur, niſi qui vixit. Cætera patent.*

CAP.

## CAP. XIIII.

Terum alius nauigare cogitans, & per 1
feros fluctus iter facere incipiens, ligno 2
portante ſe fragilius lignum inuocat. Il- 3
lud enim cupiditas acquirendi excogi- 4 5
tauit, & artifex ſapientia ſua fabricauit. 6
✝ Tu autem pater gubernas prouiden- 7 8
tia, quoniam dediſti in mari viam, & in- 9
ter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens quoniam potens 10
es ex omnibns ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed 11
vt non eſſent vacua ſapientię tuæ opera, propter hoc etiam & 12
exiguo ligno credűt homines animas ſuas, & tranſeűtes mare, 13
a ¶ Per mare. ¶ Diluuio. 14
per ratē liberati ſunt. Sed ab initio cum periret ſuperbi gigan- 15
a ¶ Seminarium humani generis. ¶ Arcam. 16
tes, ſpes orbis terrarű ad ratē confugiens, remiſit ſeculo ſemen 17
¶ Potentia, vel filio. 18
natiuitatis, quę manu tua erat gubernata. Benedictű eſt enim 19
¶ Crucis, quo reparatus eſt orbis terrarum. 20
lignum per quod fit iuſtitia. Per manus autem quod fit idolum 21
d maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidē ope- 22 23
tatus eſt: illud autem cùm eſſet fragile, Deus cognominatus 24
e eſt. Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas eius.

CAP. XIV.

A a Iterum alius nauigare, &c. Hæc quoque contra idolatriam dicuntur. Maxima enim væcordia eſt, vt homo ad imaginem Dei editus, rationabilem ab ipſo habens animum, quo excogitauit quomodo tranſiret fluctus, nauem fabricans ſecundum artis ſuæ peritiam; nō honoret illū qui hanc ſibi dedit ſcientiam; & inuocet idolum, quod ſimili arte & maiori vanitate formauit. Cū enim maior ſit qui fecit, quàm quod fit: facturā ſuam adorare inſanire eſt. A Deo nauigādi curſus petendus, à quo nauigij præparatio.

*Tua autē pater prouidētia ab initio cūcta gubernat.*

*Nauigatio à Deo.*

B Hæretici autem, qui vana fingunt ſimulacra errorum, ideo in fluctibus ſeculi pereunt, quia nauem eccleſiæ reliquerunt, & gubernatorē Deum.

*Exod. 14. c. Ioſue. 3. c.*

b *Quoniam dedi.* Iſraelitas per mare rubrum ſicco veſtigio traduxit Dei potentia, & Iordanis aquas diuiſit, vt terrorē incuteret gentibus exterminādis, fidelibus quoque inter ſeculi fluctus & perſequutiones, præparat ſemitam fidei & conſtantiæ, vt tranſeant illæſi, nec eſt humani ſolatij opus, vbi Deus oſtendit mirabiles effectus virtutis ſuæ.

*Gene. 6. b.*

C c *Sed vt non eſſent, &c.* Creator dedit ſcientiam creaturæ ſuæ, qua ſibi in præſenti conſuleret, vt eius voluntati deſeruiret. Vnde Noe arcam facere iuſſit, in qua ipſe & progenies eius ſaluaretur, & cætera animātia ad reſtaurationem orbis reſeruarentur, cum genus humanū pro iniquitate ſua diluuio deleretur; vnde

*1. Pet. 3. d.*

Petrus, *In qua pauci. i. octo animę ſaluæ factę ſűt per aquā: quod & nos nűc ſimilis formæ ſaluos fecit baptiſma, &c.* Arca de lignis leuigatis conſtructa, eccleſiā ſignificat, quę fit de collectione fideliū, artificio prędicatorum. Pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquā mundo pereunte: quia ad cōparationē reproborum paruus numerus eſt electorū. Pauci enim ſunt qui viam vitæ inueniunt. Aqua diluuij extra poſitos occidit, quia hæreticū licet habentem baptiſmi ſacramentū, ipſæ aquæ demergunt ad inferos, quæ arcā leuauerűt ad cælos.

*Mat. 7. b.*

D Octonarius quoq; ſignificat eccleſiā, quòd in ſacramēto dominicę reſurrectionis percipit lauacrū baptiſmi. Vt ſicut ipſe reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus aqua regenerationis abluti. Hinc Ieremias, *Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua, confuſus eſt factor in ſculptili: quia mendax cōflator eius, nec eſt ſpiritus in eis. Vana enim ſunt opera, & digna riſu, & in tempore viſitationis peribunt.*

*Roma. 6. a.*

*Io. 10. c. Ibidem.*

d *Et qui fecit illud.* Simulacrū & cultura falſorū deorum. Diabolus enim inde punietur quod ſibi diuinum honorem vſurpat; & homo, qui pro creatore creaturam honorat. Lignū verò ſepe hominem ſignificat. Benedictus ergo homo, qui veritatē dicit & facit. Hęreticus autem, qui figmenta ſua colit, maledictus eſt, & perditioni deditus, & opus id eſt, doctrina eius.

E e *Similiter autē odio ſunt Deo impius et impietas eius.* ✠ Inter opera. HIE. Forſitan dicis, Si meus eſt amator Deus, cur me igitur amatoris mei flagella graui laceratione mæſtificant, & lædendo conturbant? Si me amplexibus flagellorum torquet qui amat, iam partes odij falſus amor exercet: iam malo oderit ne torqueat. Imò caue ne oderit, roga vt amare dignetur. Amor enim emendat, odium verò ſupplicium comminatur. Amor diſciplinam conſueuit impendere, odium verò dictante ſententia reatum recitare, quod odium natiuitate humani generis ex Deo in hominem propagatur. Et ideo eſt hominis quod odit, aut iraſcitur: Deus odit dum offenditur: iraſcitur dum non rogatur offenſus. In odium enim ſui prouocat Dominum, qui factis odibilibus ſe odibilem facit & offenſum rogare contemnit. Cæterum amat Deus hominem, vt artifex fabricam: ſed odit male opera quibus fabrica vrgetur in lapſum, & cogitur in labinam. Et quia mala opera odit, malorum operum non poteſt amare factorem, ſicut Salomon ſanctiſſimus protulit, *Odio ſunt*, inquit, *Deo impius & impietas eius.*

*Ad amicū ægrotum Hieronymo adſcripta epiſtola 6. tom. 5.*

F

*Sap. 14.*

☞ *Propter*

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. XIIII.

Iterum alius: *Hic conſequenter reprobat venerationē idoli pro negotijs marinis. Et primò ponitur hęc reprobatio; Secundò declarat ad quid valet nauigatio ibi*, Sed vt non eſſent. *Circa primum dicitur:*

1 Iterum alius nauigare cogitans 2 Ligno por. ſe. *id eſt, naui,*

3 Fragilius lig. *id eſt, dolum ligneum, quod ad nihil eſt vtile,*

4 Inuocat, *vt nauigationem ſuam dirigat.*

5 Illud enim, *id eſt, idolum.*

6 Cupiditas acquirendi, *pecuniam,*

7 Excogitauit: *vnde Act. xix. e. dicitur, quod Demetrius faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus magnum quæſtum.*

8 Tu autem pater, *cæleſtis.*

9 Gubernas prouident. *hominum nauigationem. & non ipſū idolū. Quod probatur per hoc, quod etiam ſine naui filijs Iſrael dedit viam in mari. exod. xiiij. & hoc eſt quod dicitur,* 10 Quoniam de. *& patet ex dictis litera.*

*Nauigationis vtilitas*

11 Sed vt non eſ. *Hic conſequenter oſtenditur nauigationis vtilitas. Et primo facit propoſitum: ſecundò cōcluditur fabricationis idoli malū, ibi,* Per manus. *Prima in duas, ſecundum duplicem vtilitatem, ſecūda, ibi,* Sed & ab initio. *Vtilitas verò prima eſt, quia per nauigationē homines deferunt illa, quę abundant in vna terra ad aliam, vbi eſt taliū penuria: & ſic terrarum releuantur indigentię; & hoc eſt quod dicitur,* Sed vt non eſſent vacua, &c. *Creaturas enim inferiores fecit Deus propter hominem: & ideo ſi non deſeruirent eius neceſſitatibus, viderētur eſſe vacuæ, quantum ad hoc in ſuis vtilitatibus. Per nauigationem verò fiunt iſtę vtilitates, vt dictum eſt, ideo ſubditur,*

12 Propter hoc etiam. *id eſt, naui, quæ eſt valde parua reſpectu magnitudinis maris.*

13 Credunt &c. *id eſt. exponunt vitam ſuam.*

14 Et tranſeuntes mare, *vt per mercationes releuentur neceſſitates humanæ.*

15 Per ratem, & libe. ſunt. Sed ab initio. *Hic ponitur ſecunda vtilitas, quæ fuit tēpore Noe, qui cum vxore & filijs & eorū vxoribus per nauem liberatus multiplicauit poſt diluuium genus humanum, et hoc eſt quod dicitur,* Sed ab initio, *id eſt, à prima mundi ætate, quę ab Adam durauit vſque ad diluuium.*

16 Cum peri. ſuper. gi. *propter quorū peccata principaliter inundauit diluuium: ad quod denotandum dicitur, Gene. vj. a.* Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis.

17 Spes orbis terrarum, *id eſt, Noe cum perſonis dictis,*

18 Ad ratem confugiens, *id eſt, ad arcam,*

19 Remiſit ſeculo ſemen natiuitatis, *quia per ipſum & eius filios multiplicatum fuit poſt diluuium genus humanum.*

20 Quæ manu tua erant gubernata. *ſcilicet dicta arca.*

21 Benedictum eſt enim lignum, *id eſt, arca illa de lignis factā;*

22 Per quod fit iuſtitia, *nam impijs pereuntibus, per eam iuſti fuerunt ſaluati; quod erat iuſtum.*

23 Per manus, *Hic conſequenter ratione concluditur idoli malum, cum dicitur,* Per manus autem quod fit, *id eſt, idolum manu factum,*

24 Maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: *& ſubditur cauſa cum dicitur,* Similiter autem odio ſunt Deo impius, im. e. *id eſt, fabricator idoli, & idolum ab eo factum, nam vtrumque eſt cauſa idololatriæ.*

12 Pro-

Etenim

A a *Propter hoc.* Non eſt ignoſcendum idolis. vel eorum inhabitatoribus, id eſt, dæmonibus, quia homines ad imaginem Dei factos ab ipſo retrahunt, & in erroris muſcipula ſubuertunt. Hæretici quoque, qui homines ſeducunt, diſtrictum non euadent iudicium.

Etenim quod factum eſt, cum illo qui fecit, tormenta patietur. 1
a Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus, quoniam 2
creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ 3 4
b hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Initium 5 6
enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio il- 7
c lorum corruptio vitæ eſt. Non enim erant ab initio, neque e- 8 9
¶ Oſtendit vnde proceſſerunt idola. 10
runt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc ad- 11
inuenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis eſt 12
inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater cito ſibi rapti filij 13 14
fecit imaginem: & illum qui tunc, quaſi homo mortuus fue- 15 16
rat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſer- 17
uos ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde interueniente tempore, 18
conualeſcente † antiqua conſuetudine, hic error tanquam
lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio, colebantur figmen- 19
ta. Et hos quos in palam homines honorare non poterant, pro- 20
pter hoc quod longè eſſent, è longinquo figura eorum alla- 21
ta, euidentem imaginem regis quem honorare volebant, fe- 22
cerunt: vt illum qui aberat, tanquam præſentem colerent 23 24
ſua ſolicitudinè. Prouexit autem ad horum culturam, & hos 25
qui ignorabant artificis eximia diligentia. Ille enim vo- 26 27
lens plus placere illi qui ſe aſſumpſit, elaborauit arte ſua,

† iniqua

b *Initium.* Peſſimũ enim genus eſt fornicationis, quo anima recedit à Deo, & fornicatur cum idolis; vel diuini dogmatis veritatem relinquit, & ſequitur falſitatẽ hæreticæ prauitatis, vel opinionis. B Hinc Paulus auaritiam idolorũ ſeruitutem appellat. (Col. 3. a.) Vnde conſtat, omnem malam concupiſcẽtiam fornicationem vocari, qua anima relicta ſuperiori lege inferiorum voluptate, turpi naturarum quaſi mercede, proſtrata vel proſtituta corrumpitur.

c *Non enim. Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa, & omnes qui loquũtur mẽdaciũ.* (Pſal. 11. a) C Hinc Ieremias, *Dij qui cælos & terram nõ fecerunt, pereãt de terra, &c.* (Iere. 11. b.) Lactantius. (Lactantius lib. 1.) Propter hominum ſtultitiũ, & prauitatẽ, qui agreſtem vitam ſine vllo rectore viuebant, homines ipſum regem, totamque gentem ſummis laudibus extulerunt, vt etiam Deos appellarent, vel pro inſigni virtute conualeſcẽnte, vel adulatione, vel pro beneficiis. Deinde, id eſt, poſt mortem, reges amicis ſuis magnum deſideriũ reliquerunt: Ideo homines ſimulacra eorum finxerunt, quorum comtẽplatione aliquod haberent ſolatium. Progreſſique longius, per amorẽ memoriam defunctorum colere cœperunt, vt bene meritis gratiam referrent, & ſucceſſores eorum ad bene impetrandum allicerent, D vnde Cicero, Suſcepit ante vitam hominum conſuetudo communis, vt beneficij excellentes viros in cælum fama & voluntate tollerẽt, hinc Hercules, hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Æſculapius, hinc Liber. (Tullius de natura deorum) Et alio loco dicit Cicero: Atq; in pleriſque ciuitatibus intelligi poteſt acuẽdæ virtutis gratia, quòd libentius reipublicæ gratia periculũ adirent, optimos quoſque virorum fortiũ honore Deorum immortalium eſſe conſecratos. E Hinc Romani Cæſares ſuos conſecrauerunt: & Mauri, ſuos reges. (Idolorum exordium) Sic paulatim cœperũt religiones, dum primi, qui eos nouerãt, eo ritu liberos ſuos, & nepotes, deinde omnes poſteros imbuerũt; & hi tamẽ ſũmi reges ob celebritatem nominis in prouinciis omnibus F cõcelebrabãtur. Priuati vero ſinguli populi, gentis aut vrbis ſuæ cõditores, vel viros fortitudine inſignes, vel fœminas caſtitate mirabiles, ſumma veneratione coluerunt: vt Aegyptij, Iſidem; Pœni, Vraniam; Romani, Quirinum, Samos, Iunonem; Naxos, Iberum; Mauri, Iubam; Latini, Faunũ; Paphi, Venerem. Sic per populos & regiones varia ſacra ſuſcepta ſunt, dum homines grati eſſe in ſuos principes cupiũt. Præterea pietas eorum qui ſucceſſerãt plurimũ contulit ad errorem, qui vt diuina ſtirpe nati viderẽtur, diuinos honores parẽtibus detulerũt, deferriq; iuſſerũt.

☞ *Incommu-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Etenim quod factum eſt, *hoc non poteſt intelligi de idolo abſolutè, cum ſenſum non habeat, per quem poſſit tormentum ſentire: propter quod intelligitur de dęmone, qui colebatur in idolo, & ibi reſponſa dabat aliquando, propter quod dicitur Mat. xxv. d.* Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

2 Propter hoc & in idolis, *id eſt, in dęmonibus in idolis habitãtibus.*

3 Non erit reſpectus, *ſcilicet miſericordiæ diuinę, nam peccatum dęmonum eſt irremiſſibile.*

4 Quoniã creaturæ Dei. *i. dæmones à Deo creati quãtũ ad naturã.*

5 In odium factæ ſunt, *per eorum culpam, quę non eſt à Deo autore, ſed à liberi arbitrij defectibilitate.*

6 Et in tentationem animæ hominum, *nam de cęlo eiecti ſtudent homines impedire à ſua ſalute.*

7 Et in muſcipulam pedib. inſipien. *qui vincuntur tentationibus dęmonum. Sapientibus autem qui viriliter reſiſtunt, huiuſmodi tentationes non ſunt in muſcipulam, ſed magis in victoriam et coronam.*

8 Initium enim, *Hic conſequenter ponitur idololatriæ inchoatio, cuius primò ponitur initium: ſecundò procedens idem malum, ibi,* Et nõ ſuffecerat. *prima in duas, ſecundum duplicem inchoationis cauſam: ſecunda ponitur, ibi,* Deinde interueniente; *prima verò cauſa fabricationis idolorum & idololatrię fuit affectus inordinatus hominũ ad propinquos ſuos defunctos, quibus fecerunt imagines ad ſuam conſolationẽ, vt ſic in aſpectu imaginum defunctorum cõſolarentur: vnde de Nino rege Aſſyriorum ſcribitur, quod mortuo Belo patre ſuo imaginem ſuã fecit, cui tantam reuerentiam exhibuit, vt ſuis delinquẽtibus propter refugium ad imaginem patris parceret, propter quod homines illi imagini impendere cœperunt diuinos honores; et huius exemplo alij potentes cœperunt facere ſuis charis defunctis imagines, quibus ſimilem reuerentiã exhibebant. Et ſicut à Belo inchoata eſt fabricatio idolorum, ſic & ab eius nomine denominatio aliorum: propter quod aliqui idolũ ſuum nominauerunt Bel, alij Beelzebub, ſecundum varietatem idiomatum, Et ſicut Ninus ad ſui conſolationem fecit idolum patri ſuo, ita patres aliqui primogenitis ſuis ante eos morientibus fecerũt idola & ex eadem cauſa. Sic ergo dicitur,* Ini. e. for. *i. idololatriæ, quæ eſt fornicatio ſpiritualis.*

9 Eſt exquiſitio idolorum, *id eſt, fabricatio eorum.*

10 Et adinuentio illorum corruptio vitæ eſt, *ſcilicet ſpiritualis, quæ conſiſtit in vnione ad Deum, quam interrumpit idololatria.*

11 Non enim erant, *nam à creatione mũdi vſque ad diluuium & etiam poſt per magnum tempus non legitur fuiſſe aliquod idolum.*

12 Neque erunt in perpetuum, *iam enim ceſſauerunt idola quaſi per totum mundum.*

13 Superuacuitas enim hominum, *id eſt, defectus ſapientiæ eorũ,*

14 Hæc adinuenit in orbem terrarum; *Et ſubditur modus, cùm dicitur,* Acerbo enim luctu, *id eſt, irrationabili,*

15 Dolens pater ci. ſibi rapti filij, *ſcilicet ante mortem patris,*

16 Fecit imaginem, *ad ſuam conſolationem:*

17 Et conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra. *illi imagini exhibenda.*

18 Deinde. *Hic ponitur cauſa ſecũda inuentionis imaginũ: nam aliqui potentes & tyranni volentes honorari, non ſolùm in ſua præſentia, ſed etiam in ſua abſentia, fecerunt ſuam imaginem, mittentes eam ad loca remota, vt venerarentur in ea; ſicut refert Ioſephus libro antiquitatis Iudaicæ. xviij. & in libro de Iudaico bello, de Caio Cęſare, quòd imaginem ſuam miſit per imperium Romanum, vt adoraretur in ea, & hoc eſt quod dicitur,* Deinde, &c. *& patet ex dictis litera, paucis exceptis.*

19 Colebantur fig. *id eſt, imagines tyrannorum. Et ſubditur cauſa,*

20 Et hos quos in palam homines ho. &c. *& patet vſque ibi:*

21 Prouexit autem *vbi ponitur alia cauſa, quæ eſt adulatio artificũ et cupiditas. Nam volentes placere regibus et tyrãnis, fecerunt eis imagines pulchriores, quàm eſſent eorum perſonæ, & ex tali pulchritudine fuerunt ſimplices magis inducti ad colendum tales imagines: & hoc eſt quod dicitur,* Prouexit autem. *id eſt, induxit,*

22 Ad horum cul. *ſcilicet regum & tyrannorum in ſuis imaginibus,*

23 Et hos qui ignorabant, *id eſt, ſimplices,*

24 Artificis eximia diligentia, *circa pulchritudinem imaginis.*

25 Ille enim, *artifex,*

26 Volens plus pla. *id eſt, regi, qui eũ ad faciẽdũ ſibi imaginẽ elegit.*

27 Elaborauit, *id eſt, perfecte laborauit.*

Vt ſimi-

vt ſimilitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per ſpeciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus, nunc Deum æſtimauerunt. Et hæc fuit vitę humanæ deceptio, quoniam aut effectui aut re-
a gibus deſeruientes homines, incommunicabile nomen lapi-
a ¶ Quaſi ſub falſa religione omnibus ſe vitiis ſubdiderunt.
dibus & lignis impoſuerunt. Et non ſuffecerat eos erraſſe cir-
a ¶ Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.
ca Dei ſcientiam, ſed & in magno viuentes inſcientiæ bello,
a ¶ Sub regno enim diaboli diuerſis vitiis ſubiecti, veram habere non potuerunt pacem.
b tot & tanta magna mala pacem appellant. Aut enim filios
c ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes, neque vitam, neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed & alius alium per inuidiam occidit,
d aut adulterans contriſtat, & omnia commiſta ſunt: ſanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitię. Infandorum
e
f enim cultura idolorum omnis mali cauſa eſt, & initium & fi-
¶ In feſtis, vel in ludis. a ¶ Dum homicidæ fiunt, aut libidine ſe polluunt.
g nis. Aut enim dum lætantur inſaniunt, aut certè vaticinan-

☞ a *Incommuni. no. la. & li.* Incommunicabile Dei. ſ. omnipoten-
A tis nomen; qui ſolus eſt incomprehenſibilis, inſenſibili & fragili materiæ vel imagini aſcripſerunt.

b *Aut enim fi. ſu.* Sicut in ſacris Saturni, cui propter odium Io-
† Palladi uis, ſine reſpectu pietatis paruulos ſuos immolabant, & † Bellonæ ipſi ſacerdotes proprio ſanguine ſacrificabāt. Vnde Quintilianus, Iſtud (inquit) ſi cogit Deus iratus eſt: & ſi iratus eſt, non acceptat ſacrificia veſtra.

B c *Aut ob. ſa. fa.* Sicut in ſacris Iſidis Ægyptiæ, & Cereris Eleuſinæ faciebant. Nam ſicut ibi Oſiris planctu matris inquiritur, ita hic ad inceſtū patrui Plutonis matrimonium, rapta Proſerpina. Quam quia facibus ex Ætna accenſis, quæſiſſe Ceres in Sicilia dicitur, ideo
C ſacra eius ardentium tædarum iactatione celebrabantur. Simi-
Liber liter in ſacris Liberi patris inſaniunt, & magnæ matris, vbi ad exemplum deorū (qui in feſtiuitate ſatiati, noctem luxibus totā duxerunt) ludūt. Quia per libidinem & immunditiam dijs ſuis placere putabant.
Aug lib. 5. de ciu. Dei, cap. 18, ¶ AVGV. Marcus Puluillus dedicans ædem Iouis, Iunonis, Mineruæ, falsò ſibi ab inuidis morte filij nuntiata, vt illo nuntio perturbatus abſcederet, atque ita dedicationis gloriam collega eius

eius conſequeretur, ita contempſit, vt eum etiam proijci inſepul- D
tum iuberet, & ſic in eius corde orbitatis dolorem gloriæ cupiditas vicerat.

d *Omnia commiſta.* Omnia enim confuſa erant, ibi nulla ratio, nulla religio vera. quantò quis ſceleratior erat, tanto magis Deo ſuo placere putabat.

e *Infandorum enim* Nulla maior dementia, quàm Deum viuum deſerere, & mortuis deſeruire. Cùm enim mens ſe à creatore ſuo auertit, o- E
mnibus implicatur ſceleribus. *Initium enim omnis peccati, ſuperbia eſt.*

f *Finis.* Conſummatio & plenitudo. Qui enim pro Deo colunt idolum, omnia reputantur in eis in peccatum. Suprà 10. b.

g *Aut e. dum la.* Quia dum iurant, nomen Dei polluunt, qui ait: *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, & per nomen deorum exter-* Exod. 20. b. F
*norum ne iuretis*; ſed cum Deum illudere ſe æſtimant, in æternam mortem ſemetipſos præcipitant. Hæretici autem errorum ſuorum ſimulacra colentes, perditionis ſuę cauſa fiunt, quorū & doctrina falſa, vita iniuſta, lætitia inſana, mors nefanda: quia cùm iniuſtè iurant G
in idolo, nec ſperant in Deo ſuo, ideo meritorum ſuorum recipient vindictam. Vnde ſequitur, *Non enim iurantium eſt virtus.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vt ſimilitudinem. *id eſt, imaginem,*
2 In melius figuraret. *eam faciendo rege pulchriorem.*
3 Multitudo aut. hominum. *quæ communiter eſt ſimplicium.*
4 Abducta per ſpeciem operis *i. ſeducta per pulchritudinem imaginis.* 5 Eum qui ante tempus, *illud,*
6 Tanquam homo. *purus & mortalis,*
7 Honoratus fuerat. *ratione ſuæ poteſtatis.*
8 Nunc Deum æſtima. *falſo; & ex prædictis concludit,*
9 Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, *trahens ad idololatriam.*
10 Quo. aut affectui, *parentum ad defunctos filios, vel alios amicos, qui fingentibus ad eorum imagines parcebant.*
11 Aut regibus deſeruien. ho. *modo prædicto.*
12 Nomen *Deitatis,* 13 Lapidibus & lignis impo. *ipſos Deos nominantes. Hoc enim nomen* Deus *ſignat naturam diuinam, quæ nullo modo eſt multiplicabilis: propter quod hoc nomen Deus, eſt incommunicabile ſecundum rem, eſt tamen communicabile per ſimilitudinem ſicut hoc nomen Alexander, eſt incommunicabile ſecundum rem, eò quod eſt vnius ſingularis perſonæ nomen; communicatur tamen per ſimilitudinem hominibus liberalibus liberalitatem Alexādri participantibus, & ſic homines participantes aliquid diuinum, dij nominantur, ſicut Exod. vij. a. de Moyſe dicitur,* Ego conſtitui te Deum Pharaonis. *& Pſal. lxxxj. b.* Ego dixi, dij eſtis.
14 Et non ſuf. *Hic conſequenter declaratur malum multiplex ex idololatria procedens, cùm dicitur,* Et non ſuffecerat, *idololatris,*
15 Erraſſe circa Dei ſcientiam, *eius dignitatem lignis & lapidibus attribuentes.*
16 Sed in magno viu. inſcien. bello. *nam bellauerunt contra dominum, & contempſerunt virtutis bonum ex defectu ſcientiæ Dei.*
17 Tot & tanta magna mala. pacem appel. *quæ conſequenter exprimuntur, cùm dicitur.*
18 Aut enim filios ſuos ſacri. &c. *idolis, vt dictum eſt ſuprà.*
19 Aut obſcura ſacrificia faci. *i. de nocte, eò quod propter ſuam turpitudinem non fiebant de die.*
20 Aut inſaniæ plenas, &c. *nam in aliquibus ſacrificiis fiebant ſacerdotes arreptitii, in quibus dæmones loquebantur.*
21 Neque vitam, *id eſt, vitæ honeſtatem,*
22 Neque nuptias mundas, &c. *ſed per adulterium polluunt.*
23 Sed & alium per inuidiam occidit, *ſicut Cain Abel fratrem ſuum.*
24 Aut adulterans contriſtat, *polluendo eius vxorem.*
25 Et omnia commiſta ſunt, *id eſt, confuſa, & omni rationis ordine deſtituta.*
26 Sanguis, *in proximi vulneratione,*
27 Homicidium, *in eius occiſione,*
28 Furtum, *in ſuæ rei ſubtractione,*
29 Et fictio, *in hypocriſis ſimulatione;*
30 Corruptio, *in virginum defloratione.*
31 Infidelitas, *in proximi deceptione.*
32 Turbatio, *in diſcordiarum ſeminatione.*
33 Periurium, *in falſa iuratione.*
34 Tumultus, *in ſeditionis motione.*
35 Bonorum Dei immemoratio. *in ingratitudine.*
36 Animarum inquinatio. *per vitium gulæ & luxuriæ.*
37 Natiuitatis immutatio. *per vitium Sodomiæ: nam ex tali concubitu non naſcitur fœtus.*
38 Nuptiarum inconſtantia, *quia aliqui proprias vxores adinuicem communicabant.*
39 Infandorum. *id eſt, nefandorum,*
40 Idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, &c. *per eam homo directè à Deo auertitur, & ſic de peccato in peccatum ruit & labitur.*
41 Et finis. *id eſt, conſummatio. Nam idololatria eſt malum maximum de genere ſuo, vnde Leuit. xv. b. dicit glo.* Omne peccatum eſt immunditia animæ, ſed idololatria maximè.
42 Aut enim dum lætantur, inſaniunt. *quia fiunt arreptitij.*
43 Aut certè vaticinantur falſa, *de corde ſuo fingentes ea, ſicut faciebant aliqui ſacerdotes idolorum, denuntiantes hominibus proſpera propter quæſtum.*

a ¶ Adiutores ſuos ſeducunt. b ¶ In animam mortui.
tur falſa, aut viuunt iniuſtè, aut periurant citò. 1 2
Dum enim confidunt in idolis, quæ ſine intel- 3
lectu & ſine anima ſunt, malè iurantes noceri 4
ſe non ſperant. Vtraque ergo illis euenient di- 5 6
7 gnè, quoniam malè ſenſerunt de Deo, atten-
8 dentes idolis, & iniuſtè in idolo iurauerũt con-
9 temnentes iuſtitiam. Non enim iurantium eſt
10 virtus, ſed peccantium pœna †perambulat ſem- †perambulabat
11 per in iuſtorum †præuaricationem. †præuaricatione

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aut viuunt iniuſtè, *inferentes proximis nocumenta:*
2 Aut periurant citò, *propter malitiam ſuam duplicem, propter quod ſubditur,*
3 Dum enim confidunt in illis, quæ ſunt ſine anima, *& per conſequens ſine voluntate & intellectu;*
4 Malè iurantes, *id eſt, falſum per idolum iurantes,*
5 Noceri ſe non ſperant, *quia de hoc puniri non timent, ſicut nec mali Chriſtiani peierantes per nomen Chriſti; ideo concluditur eorum punitio, cùm dicitur,*
6 Vtraque illis euenient dignè, *id eſt, iuſtum eſt, vt puniantur pro vitio vtroque, ſcilicet idololatria & periurio; ideo ſubditur,*
7 Quoniam malè ſenſerunt de Deo, *per idololatriam,*
8 Et iniuſtè in ido. *periurando ad proximi defraudationem.*
9 Non enim iurantium, &c. *i. iuramentum non eſt appetendum, tanquam per ſe bonum, ſed in neceſſitate tantum eo eſt vtendum ad veritatis & fidelitatis inter homines firmamentum.*
10 Sed pecca. &c. *i. creſcit & augmentatur.*
11 In iuſtorum præua. *i. in tranſgreſſionem mandatorum Dei, quæ ſunt iuſta: nam à Deo non poteſt aliquid procedere niſi iuſtum, &c.*

CAP. XV.

A a TV *autem, &c.* RABA. Iuſto enim iudicio damnati ſerò pœnitentes agnoſcunt, quod antea credere noluerunt: vnde, *Cognoſcetur Dominus iudicia faciẽs, in operibus manuum ſuarũ comprehenſus eſt peccator;* vnde Ioannes, *Qui habet ſpem in eo, ſanctificat ſicut & ille ſanctus eſt: & omnis qui in eo manet, non peccat.* Pſal. 9. c. 1. Ioan. 3. a.

b *Etenim ſi peccaueri. tui ſumus.* AVGVSTIN. Illa verba ſunt in libro Sapientiæ, quæ neſcio quomodo intelligit pernicioſa ſecuritas, *Et ſi peccauerimus, tui ſumus:* quoniam ſcilicet B bonum & magnum Deum habemus, qui velit atque poſſit pœnitentium peccata ſanare, non qui minimè audeat permanentes in malignitate diſperdere. Deníque cùm dixiſſet, *Tui ſumus* addidit, *ſcientes potẽtiam* C *tuam*, vtique potentiam cui ſe ſubtrahere nequeat aut occultare peccator. Ideoque ſecurus adiunxit, *Non peccauimus autem ſcientes quoniam ſumus tui deputati.* Quis enim dignè cogitans habitationem apud Deum, in qua omnes prædeſtinatione ſunt deputati, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, non euitatur ita viuere, vt tali habitationi congruat? Quod ergo & Ioannes dicit, *Hæc ſcripſi vobis vt non peccetis, & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris:* non id ait, vt cum ſecuritate peccemus; ſed vt recedẽtes à peccato, ſi quod amiſſum eſt, propter illum aduocatum, quẽ non habent infideles, minimè de indulgẽtia deſperemus. D Tom. 4. de fide & oper. c. 22.

c *Noſſe enim te, &c.* Perceptio eſt incorruptionis, & in futuro contemplationis: vnde, *Hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, &c.* Ioan. 17. a.

d *Non enim in errorem.* Ex perſona fidelium loquitur, qui Dei gratia muniti, nõ miſcuere ſe Gentilium iniquitati vel idololatriæ: quia ſine fructu iuſtitiæ eſt labor iſte, & mortem meretur æternam.

e *Malorum amatores.* *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Inuentores quoque falſorum dogmatum, & cultores digni ſunt morte. Diſperdet enim Deus virum qui hæc fecerit. i. magiſtrum & diſcipulum eius. Reprobauit ſuperius lignea, lapidea, vel ærea idola, nunc etiam fictilia damnat. Iuſtè enim retributum eſt eis; vt qui de terra facti ſũt, quia meliorem ſui partem. i. animam ad imaginem Dei creatam ad notandum Deum viuum, ſequi nolebant; viliorem ſui partem, id eſt, corpus terrenum imitando, luteum adorarẽt Deum, & ſine boni operis fructu terræ inſenſibili, de qua ſumpti ſunt inſenſati, inutiles redderentur. E Pſal. 134. d. F

Myſticè autem hæretici & ſchiſmatici, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, & mendacium pro veritate in doctrinæ ſuæ ſimulacris colunt, licet eloquentia aut ficta virtute pallient, fragilia tamen & lutea ſunt, quæ fingunt, &

Cinis

CAP. XV.

a ¶ Inæſtimabilis charitatis. b ¶ Quia nec fallit, nec fallitur.
a TV autem Deus noſter ſuauis, & verus 1 2
a ¶ Diu ſuſtinens peccantes, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.
b es, pãtiens, & in miſericordia diſponens 3 4
omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſu- 5 6
a ¶ Euadere non poſſumus, quia creatura tua ſumus.
mus, ſcientes magnitudinem tuam: & ſi 7 8
non peccauerimus, ſcimus quoniam 9
a ¶ Apud quem bonorum omnium numerus ſeruatur. b ¶ Summa beatitudinis perfectio. 10
c apud te ſumus computati. Noſſe enim te conſummata iuſti- 11
a ¶ Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam, qui factus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtitia. 12
tia eſt, & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam, radix eſt immorta- 13
d litatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ 14 15
artis excogitatio, nec vmbra picturę, labor ſine fructu, & ef- 16
figies ſculpta per varios colores, cuius aſpectus inſenſato 17 18
dat concupiſcentiam, & diligit mortuę imaginis effigiem 19
a ¶ Non ſolum qui faciunt idola. 20
e ſine anima. Malorum amatores digni ſunt morte, qui ſpem 21

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XV.

TV autem Deus. *Reprobata idololatria gentiũ, hic conſequenter commendatur latria Iudæorum. Et diuiditur in tres partes. Nã primò ponitur vera deitatis confeſſio; ſecundo idololatriæ reiectio, ibi,* Non enim; *tertiò contra idololatras inuectio, ibi,* Sed & figulus. *Circa primum dicit Philo. pro ſe & toto Iudæorum populo.*
1 Tu autem Deus, *omnium per creationem,*
2 Noſter, *per cultum ſpecialem.*
3 Suauis, *per tuam erga nos condeſcenſionem:*
4 Et verus es. *contra idolorum falſitatem.*
5 Patiens, &c. *per pœnitentiæ noſtræ expectationem, ideo ſubditur.*
6 Etenim ſi pecca. tui ſu. *quia te dominum noſtrum confitemur,*
7 Scientes magnitudi. tuam, *cuius non eſt finis:* 8 Et ſi non pe. *mortali peccato (nã veniale non poteſt totaliter euitari.)*
9 Scimus quo. apud te ſumus compu. *numero & merito cum electis: peccatum enim veniale non tollit gratiam.*
10 Noſſe enim te, *fide, formata charitate,*
11 Conſummata iuſtitia eſt, *nam dignum facie vita æterna:*
12 Et ſcire iuſtitiã & virt. &c. *ſcientia practica.*

13 Radix

13 Radix eſt immor. *nam per opera iuſtitiæ pertingitur ad immortalitatem gloriæ.*
14 Non enim. *Hic conſequenter ponitur idololatriæ reiectio, cùm dicitur:* Non enim in er *idololatriæ.*
15 Indu. nos ho. *i. artis idolorum fabrica, quæ ad malum inducit.*
16 Nec vmbra. picturæ. *decorans idolum. Sciendũ, quod Philo loquitur hic pro ſuo tempore: nam ante captiuitatem Babylonis populus Iudeorũ fuit irretitus multis idololatriis, vt patet iiij. Reg. & poſt captiuitatẽ Babylonis tẽpore Antiochi Epiphanis, vt habetur. j. Mac. & ij. Sed & tempore Philonis Caius imperator miſit ſtatuã ſuã per orbem, vt adoraretur in ea: quã ſoli Iudæi adorare renuerũt; vt dicit Ioſephus antiquitatis Iudaicæ li. xviij. & ſub nomine Iudæorũ intelligit Chriſtianos, qui tunc adhuc legalia in multis ſeruabant, propter quod Philo in eorum laudem librum ſcripſit, vt dicit Hier. in li. illuſtriũ virorum.* 17 Lab. ſi. fr. *In talibus enim magnus eſt labor & nullus fructus, imò finis peſſimus.*
18 Cuius aſpe. in. dat con. *attrahens eius animum ad idoli reuerentiam.* 19 Et di. mor. ima. *i. vita carentis.* Effig. *Et ſubdit eius pœnam, dicens.* 20 Malorum amatorum. *id eſt, idolorum.*
21 Digni ſunt morte. *temporali & æterna.*

Sed

A habent in talibus,1& qui faciunt illos,& qui di- 1
ligunt, & qui colunt. Sed & figulus mollem
terram premens, laborioſè fingit ad vſus no-
ſtros vnumquodque vas, & de eodem luto 2
fingit quæ munda ſunt in vſum vaſa, & ſimili- 3
ter quæ his ſunt contraria. Horum autem va- 4 5
ſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulus. Et cum 6
labore vano Deum fingit de eodem luto, ille 7
qui paulò antè de terra factus fuerat, & poſt 8
B puſillum † reducit ſe vnde acceptus eſt, repeti- 9 10
tus animæ debitum quam habebat. Sed cura 11
eſt illi, non quia laboraturus eſt, nec quoniam 12
breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus 13 14
& argentarijs, ſed & ærarios imitatur, & gloriã 15
præfert, quoniam res ſuper- 16 17
a uacuas fingit. Cinis eſt enim 18
C cor eius, & terra ſuperuacua 19
ſpes illius, & luto vilior vita 20
illius: quoniam ignorauit qui 21 22
ſe finxit, qui inſpirauit illi ani- 23
mam, & amat quæ operatur, 24
& qui inſufflauit ei ſpiritum 25
vitalem. Sed & æſtimauerunt 26

† eduxit

a *Cinis eſt cor eorum*, & fœda cogitatio eorum, & vita cœno ſordidior; quia ignorãt factorem ſuum, & euaneſcunt in cogitationibus ſuis. Senſum autẽ ſanctorũ patrum ſpernũt, & errores nouos quaſi ludos vanos propter fauorẽ humanum & terrenũ lucrum fingũt; errantes.ſ. & in errorem mittentes, vt inexcuſabiles ſint: cũ iudicabit Deus occulta cordium, & reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.

Rom. 1. c.

27 luſum eſſe vitam noſtram, &
28 29 conuerſationem vitæ com-
30 poſitam ad lucrum, & opor-
tere vndecunq́; etiam ex ma-
31 lo acquirere. Hic enim ſcit ſe b
32 ſuper omnes delinquere, qui
33 ex terræ materia fragilia va-
¶ Qui idola Deos putant.
34 ſa & ſculptilia fingit. Omnes
¶ Licet dominari videantur.
enim inſipientes & infelices
35 ſupra modum animæ ſuæ ſu-
36 a ¶ Quia vermis conſcientiæ nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur.
37 perbi ſunt, inimici populi
38 tui, & † improperantes illi.
39 † Quoniam omnia idola na-
¶ Simulacra gentium argentum & aurum, opera manu. homin. Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt.
40 tionum Deos æſtimauerunt, quibus neque F
oculorum viſus eſt ad videndum, neque nares
ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad au-
41 diendum, neque digiti manuum ad tractan-
42 dum: ſed & pedes eorum pigri ad ambulandũ.
43 Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutua-
44 45 tus eſt, is finxit illos. † Nemo enim ſibi ſimilẽ

D E

b *Hic enim ſcit, &c.* Nullam excuſationem habẽt hæretici; quia ſciẽter peccant, dum fidem ſanam, & rectam doctrinam nolũt imitari: magis terrenũ ſenſum & fragilem quàm ſpiritualem ſequentes.

Rom. 2. c. Ibidem.

† impotãtes

† Pſal. 113. b. & 134. c.

† Nõ enim

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed & fig. *Hic conſequenter ponitur contra idololatras inuectio: & primo contra idolorum fictores, ſecundo contra eorũ cultores, ibi,* Omnes enim inſipientes. *Circa primum ſciendum, quod fingi propriè dicitur, quod de terra formatur: & inde figulus appellatur, & vaſa terrea fictilia dicuntur. Et quia pauperes idola argentea & aurea habere nõ poterãt, ideo figuli cœperũt idola terrea facere, quæ quilibet poterat habere: & de eodẽ luto faciebant figuli vaſa ad varios vſus apta. Et hoc eſt quod dicitur,* Sed & fig. *& patet litera vſque ibi.*

2 Et de eo. luto fingit &c. *vaſa honeſtis vſibus applicabilia.*

3 Et ſi. quæ his ſu. con. *i. applicabilia vſibus inhoneſtis.*

4 Ho. au. vaſorum quis ſit vſus *i. debeat eſſe,*

5 Iudex eſt fig. *qui vaſa format ſecundũ vſum, ad quẽ debẽt applicari.* 6 Et cum la. va. *Labor enim in fingendo vaſa non eſt vanus, quia deſeruit humanis vtilitatibus; ſed labor fictionis idoli eſt vanus, quia idolum non valet alicui vſui.*

7 Ille qui pau. an. de ter. fa fu. *ſ. figulus, nam corpus humanum factum à domino eſt terreum.*

8 Et poſt puſillum *quia breuis eſt hominis vita.*

9 Re. ſe vn. *ſ. ad terram, ad quam ducit mutua elementorum contrariorum actio, quæ ſunt in corpore humano.*

10 Repetitus, *à Deo,*

11 Animæ debitum. *quam Deus repetet in morte, ſicut eam tradiderat in infuſione.*

12 Sed eſt cu. il. *ſ. figulo.*

13 Non quia la. *i. non ſolum eſt ſolicitus de ſuo labore, & vitæ breuitate:* 14 Sed con. au. *non arguendo quòd opus ſuum ſit magis pretioſum, ſed quod ſit vtile pluribus: qui poteſt haberi paruo pretio, & per conſequens ab omnibus.*

15 Sed & ær. imi. *fingendo idola, factis de ære ſimilia.*

16 Et glo. ar. ſu. præ. *quia multitudo hominum pro idolis habendis recurrit ad eum.*

17 Quo. res ſu. *i. nullius aut parui pretij reſpectiuè ad argenteas vel aureas fingit, quas quilibet poteſt habere.*

18 Cinis eſt e. cor. ei. *per affectionem. Dicit enim Aug.* Si diligis terram, terra es. *Iſte verò totam attentionem ſuam ponit ad terræ figurationem, quæ miſtione aquæ priuata redigeretur in puluerem vel cinerem: propter quod cor figuli dicitur cinis.*

19 Et ter. ſuper. *vnde fingit idola.*

20 Spes illi. *quia de hoc ſperat viuere, ideo ſubditur,*

21 Et lu. vi. vi. illi. *quæ ordinatur ad lucrũ ex luto ſicut ad finẽ: & finis præſtãtior eſt his, quæ ſũt ad finẽ. Et ratio huius erroris ſubditur,*

22 Quoniam ignora. eum qui ſe fin. *ſ. Deum, qui in formatione corporis eſt autor principalis.*

23 Et qui inſpirauit illi ani. *ſolus infundendo eam per creationem.*

24 Et amat quæ op. *ſcilicet idola.*

25 Et qui inſu. *ſ. Deum ignorauit; & eſt repetitio eius quod dixit,* Et qui inſpi. &c. *per alia tamen verba: quia dicitur anima inquantũ corpus adminiſtrat; ſpiritus verò inquantum ſupernis vacat.*

26 Sed & æſ. *idololatræ dicti.*

27 Luſum eſ. *i. carnalem delectationem.*

28 Vitam noſtr. *vnde in perſona talium dicitur ſuprà ca. ij. b.* Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra.

29 Et conuerſationem vitæ humanæ compoſi. &c. *vnde ſuprà ca. ij. b. ſubditur in perſona talium:* Opprimamus pauperem iuſtũ, nec parcamus viduæ, *rapiendo bona eorum, & ideo ſubditur.*

30 Et oportere vndecunque etiã ex ma. &c. *hæc dicebant homines de vita alia nõ ſperantes, cuius erroris fuit Simonides poeta dicẽs, quòd decet mortalẽ mortalia ſapere, de quo reprehendit eum Philoſophus. x. ethicorum, eò quòd homo ſecundum intellectũ eſt quid immortale & diuinum, ex quo concludit Philoſophus; quòd homo ſe debet ad immortalia & æterna trahere, quantum poteſt per cognitionẽ & amorem, & concludit Philo de figulo dicens.*

31 Hic e. ſcit, *i. ſcire debet.*

22 Se ſuper omnes delinq. *idolorum factores.*

33 Delin. qui ex ter. &c. *nam tam vilis eſt, quòd nullus debet ignorare, quod Deus non poteſt fieri ex ea.*

34 Omnes enim. *Poſt inuectionem contra idolorum fictores, hic ponitur inuectio contra illorum cultores. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur inuectio contra cultores imaginum; ſecundò contra cultores animalium, ibi,* Sed & animalia. *Circa primum dicitur,* Omnes enim inſipi. &c. *id eſt, idololatræ de Deo malè ſentientes, & à felicitate vera deuiantes.*

35 Supramodum animæ ſuæ, *id eſt, plus quàm valeant.*

36 Superbi ſunt. *de ſe præſumentes.*

37 Inimici populi tui. *opprimendo cultores Dei.*

38 Et Improperantes illi. *Tempore nanque Phylonis, Caius erat imperator Romanus, & miſit ſtatuam ſuam per orbem, vt adoraretur in ea tanquam Deus, vt dictum eſt ſuprà præcedenti ca. & intulit Dei cultoribus multa grauamina.*

39 Quo. omnia idola na. *diuerſarum.*

40 Deos æſti. *ſ. Romani. Vnde dicit Leo papa in ſermone de beatis apoſtolis Petro & Paulo, quod Roma magnã credebat* feciſſe religionẽ, cum nullius gentis reſpuiſſet falſitatem. *Cætera patẽt vſque ibi.*

41 Sed & pe. eo. pi. ad am. *quia non poſſunt ſe mouere: & ſubditur ratio, cum ſubditur,*

42 Homo enim fe. il. *qui per artem non poteſt facere aliquid viuum.* 43 Et qui ſpiritum mutuatus eſt *à Deo.*

44 Is fin. il. *& quia cauſa effectiua potior eſt ſuo effectu, ideo ſubditur,*

45 Nemo enim ſibi ſi. ho. po. Deum, &c. *Qui ſuperior eſt homine.*

A a *Melior eſt.* Quia melior eſt homo idolis ſecundum rationẽ creationis; quia viuit & intelligit, illa autẽ nunquam. Sed quia magis ſequitur vanitatem erroris, quàm veritatis ſcientiã, *cùm in honore ſit, non intelligit: & comparatur iumentis inſipientibus.* †miſerrima Pſal 48.d.

b *Inſenſata.* Q. Nec diſcretionem habebant. In veritate enim animalium ſeipſum errare oſtendit.

homo poterit Deum fingere. Cùm enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior eſt enim ipſe his quos colit: quia ipſe quidem vixit cùm eſſet mortalis, illi autem (a ¶ Non ſolum ſcilicet hominum ſpeciem.) nunquam. Sed & animalia† miſerrimĩ colunt. Inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora. Sed nec aſpectu, † aliquod ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudem & benedictionem eius.

1 viuentia meliora ſunt D
2 mortuis, ſenſibilia
3 inſenſibilibus, ratio-
4 nalia irrationabilibus:
5 Sed dignum fuit, vt
6 qui ignorabant crea-
7 torem, in creaturis † aliquis
8 diſtinctionem nõ ſci-
9 rent. Qui enim lau-
10 dem & benedictionẽ
11 Dei in ſe habere ne-
12 glgit, in diſcretione

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Cùm enim ſit mortalis, *ſcilicet homo,*
2 Mortuum fin. *ſ. idolum vita carens,*
3 Manibus iniquis, *nam ad iniquitatem opus eius ordinatur.*
4 Melior eſt enim ipſe, &c. *quia melior eſt viuens non viuente.*
5 Sed & animal. *Hic ponitur inuectio contra cultores brutorũ animalium, cùm dicitur,* Sed & ani. bruta.
6 Miſerrimi. *idololatræ colunt, qui dicuntur* miſerrimi, *eò quod inferiorem ſe colunt tanquam ſuperiorem: ideo ſubditur,*
7 Inſen. enim *i. animalia bruta,*
8 Comparata his, *id eſt, hominibus,*
9 Illis ſu. dete. *quia carent intellectu.*
10 Sed nec aſ. *i. ex his quæ videbant in dictis animalibus non poterant aliquod bonum arguere, propter quod deberent ea colere.*
11 Effu. au. Dei laudem, *brutis animalibus impendentes ipſam, & per conſequens,* 12 Benedictionem eius. *i. gratiæ ſuæ donum, quod frequenter in ſcriptura* benedictio *nominatur, eo modo loquendi quo dicitur j. Reg. xxv. e.* Accipe benedictionem hanc, &c.

## CAPVT XVI.

a *Propter, &c.* Sequitur.

b *Pro quibus &c.* AVGVSTIN. An non videmus Iſraelitas malo ſuo impetraſſe, quod culpabili concupiſcentia petierunt? Concupierant enim carnibus veſci, quibus pluebatur manna de cælo. Faſtidiebãt quippe quod habebant, & quod non habebant impudenter petebant: quaſi non melius peterent, non vt cibus, qui deerat impudenti deſiderio præſtaretur, ſed vt ille, qui aderat, ſanato faſtidio ſumeretur. Quando enim nos delectant mala, & nõ delectant bona, rogare debemus potiùs Deum vt delectent bona, quàm vt cõcedantur mala. Non quia malum eſt carne veſci, cùm de hac re loquens Apoſtolus dicat, *Omnis creatura Dei bona eſt,* & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione accipitur: ſed quia, ſicut idem ipſe ait, *Malum eſt homini qui per offenſionem manducat.* Et ſi per hominis offenſionem, quantò magis Dei? (Aug. tractatu 73. in euangelium Ioan. — 1. Tim. 4. b.)

RAB. Populus Iſrael in deſerto carnes cõcupiuit, & coturnices Deo iubente accepit, & comedit vſque ad nauſeã; ſed vindicta propè fuit, quia percuſſit eos Dominus plaga magna, & vocatur locus ille ſepulchra cõcupiſcentiæ. Hæc cõmemorat ſapientia alternatim diſputans de interemptione Ægyptiorum, & correctione Iſraelitarũ: (Num. 11. b.)

### CAPVT XVI.

a Propter hæc & his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt. b Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem, eſcam parans eis ortygometram: vt illi quidem concupiſcentes eſcam propter ea quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti, nouam guſtauerunt eſcam. Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantùm oſtendere, quemadmodum inimici illorum exterminabantur. † Etenim

1 quia illi Deo repu-
2 gnantes, & in popu-
4 lum ſæuientes, ſine ex
6 cuſatione ſubitò per-
7 ierunt; hi verò corre-
8 cti & diſciplinati, o-
9 mnino diuino ſolatio
10 non caruerunt. Vnde
11 ſequitur, *Non enim*
12 *in perpet. perman. ira*
13 *tua.* Ægyptij varijs er-
14 roribus dediti, popu-
15 lum Dei perſecuti
16 ſunt, ideo multi puni-
17 ti ſunt, & experti ſunt
18 ſæuitiam beſtiarum,
19 ranarũ ſcilicet & lo-
20 cuſtarum, & muſca-
21 rum, vnde, *Miſit in eos* Exod. 8. f. Pſal. 77. e.
22 *muſcam caninam, &* †Num. 21. b.

*comedit eos, & ranam, & exterminauit eos, etc.* Hæreticos autem & ſciſmaticos, & omnes iniquos, ſpirituales beſtiæ, i. dæmones laniant, quorum voluntati conſentiunt: ideo eis cruciandi iuſtè traditi ſunt.

Popu- Sed

## NICOLAVS DE LIRA CAP. XVI.

Propter hæc & his ſi. paſ. ſunt dignè tor. &c *Hæc eſt tertia pars, in qua recolitur tertiũ Dei beneficium collatũ Heb. & ecõtrario tormentum inflictum Ægyptijs. Et eſt iſtud beneficiũ de cibo collato Iudæis in deſerto principaliter tamẽ: nam & alia quædam beneficia ſecundario in hoc ca. recolũtur. Igitur præſens ca. in duas partes diuiditur, quia primò recolitur coturnicũ eſca, ſecundo manna cælitus data, ibi,* Pro quibus angelorum eſca. *Prima in duas, nã primo beneficiũ dictum recolitur: ſecundo quædam obiectio remouetur, ibi,* Etenim cũ illis. *Circa primum continuando ſe ad præcedentia immediatè, dicit,*
1 Propter hæc & his ſim. *ſ. idololatrias prædictas.*
2 Paſſi ſunt, *Ægyptij idololatræ.*
3 Et per ma. be. exter. *ſ. ranarum & muſcarũ, Exo. viij. f. Sciẽdũ tamẽ, quod vbi tranſlatio noſtra habet,* Omne genus muſcarũ, *Exod. viij. f. In Heb. habetur,* Commiſtionem, *& dicit glo. Heb. quod venerunt animalia diuerſorum generum ad afflictionem Ægyptiorum.*
4 Pro quibus tormentis. *i. loco tormentorum Ægyptijs inflictorum, & econtrario.*
5 Concupiſcent. delectamenti. *i. cibum delectabilem ab eis, concupitum, Nu. xj. b.* 6 Nouum ſaporem. *nam manna deſpiebat eis, propter quod concupierunt eſum carnium.*
7 Eſcam parans eis ortygom. *i. coturnicem, & ponitur hic ſingularis pro plurali, ſicut, Exod. viij. f.* Venit muſca grauiſſima. *i. multitudo muſcarũ; & ſic eſt in propoſito, quia tunc venit coturnicum maxima multitudo.* 8 Vt il. quidem. *ſ. Ægyptij.*
9 Concupiſcentes eſcam. *ad ſui nutrimentum,*
10 Propter ea &c. *ſ. ranas & muſcas venenatas cibos Ægyptiorum fœdantes & venenantes.*
11 Etiam à ne. *i. à concupiſcentia cibi neceſſarij.*
12 Auerterentur. *horrentes cibos comedere fœdatos & venenatos.*
13 Hi autem, *id eſt, Hebræi,*
14 In breui inopes facti. *i. in breui tempore.*
15 Nouam guſtauerunt, &c. *ſ. ortygometrã. Et ſubditur vtriuſque cauſa, cum dicitur,*
16 Oportebat, &c. *Et iungatur ſic litera,* Oportebat enim illis, *ſcilicet Aegyptijs.*
17 Exercẽtibus tyranni. *in Hebræos, quos affligebãt iniuſtè, Exo. j.*
18 Sine excu. qui. ſuperueni. interi. *i. ſine remedio.* 19 His autem, *id eſt, Hebræis,* 20 Tantum oſtendere, *ad eorum conſolationem,* 21 Quemad. inimici illorum. *id eſt, Aegyptij.* Exter. *Sequitur.*
22 Etenim. *Hic conſequenter remouetur quædam obiectio. Et diuiditur in duas, quia primò facit quod dictum eſt, ſecundo infertur diuinæ poteſtatis confeſſio, ibi,* Tu es domine. *Circa primum ſciendum, quod Nũ. xxj. b. dicitur, quod dominus miſit ſerpentes populum Iſrael murmurantem affligentes, Et ex hoc poſſet obiici, Hebræos non fuiſſe melioris conditionis, quàm fuerint Aegyptij, morſibus animalium afflicti. Quod remouet per hoc, quod dominus ſtatim dedit remedium Hebræis pœnitentibus, dicens Moyſi,* Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, & qui aſpexerit eum, viuet. *& hoc eſt quod dicitur,* Etenim cum illis. *ſ. Hebræis. & patet ex dictis.*

9 Conc. Sed

☞ a *Sed non.* Raba. Nō enim ſerpēs æneus ſanabat illos, ſed ſa-
A cramētū myſterij. i. mors Chriſti in ſerpente figurata. Ipſe enim
1. Cor. 10. c genus humanum liberauit. *In figura* enim *omnia contingebāt illis.*
Chriſtus enim antiquū ſerpentē in cruce triumphauit, & eius
venenū ſuperauit, vt qui verè imaginē Chriſti & paſſionē con-
ſpexerit, ſaluetur: vnde, *Sicut exaltauit Moyſes ſerpētem in deſerto, ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui crediderit in ipſum, nō pereat, ſed habeat vitā æternā.* Rectè æneus ſerpens in ligno ſuſpēditur. Æs enim cæteris metallis durabilius eſt. In ſerpente ergo, Chriſtus mortuus; in ære, æternus
B ſignificatur: quia mortuus per humanitatem, quaſi æneus eſt per diuinitatem.

Ioan. 3. d

b *Illos e. &c.* Probātur electi per afflictionem, & monentur vt peccata caueāt, & bona faciant. Reprobi diſperguntur, quia non corriguntur. Ideo idololatras parua animalia interimunt: Iſraelitas verò
C Dei cultores ſerpentes exterminare non poſſunt; quia nouit dn̄s pios de tentatione eripere: iniquos verò in die iudicij reſeruare cruciandos.

†1. Reg. 2. a

✠ Avg. Quod locuſtarum octauo in loco fit mentio, puto per hoc genus plagæ aut detrahentis aut ſemper à ſe diſcordantis humani generis inconſtantiam deſignari. Locuſta enim cùm regem non habeat, ſicut ſcriptura dicit, vna acie ordinatum ducit exercitum: Homines verò, cùm rationabiles à Deo facti ſint, D
neque ſemetipſos regere potuerunt, neque Dei regis patienter moderamina pertulerunt.

Aug. ſer. 87 de tepore.

c *Sed tuus domine ſermo.* Id eſt, filius, per quē omnia, cuius poteſtas vbique, Qui omnia quæcunq; voluit fecit; ipſe curat corpora, ipſe à ſpiritualibus beſtijs animas ſaluat.

Pſal. 113. b

cùm illis ſuperuenit ſęua beſtiarum ira, morſibus peruerſo- 1 2
a ¶ Quia correxiſti populum murmurantem, mittens ignitos ſerpētes. 3
a rum colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum 4
ira tua permāſit, ſed ād † correptionem in breui turbati ſunt. 5 6
a ¶ Serpentem æneum pro ſigno poſitum, quem percuſſi aſpicientes ſanabantur.
ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati le- 7 8
gis tuæ. Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quod videbat 9
ſanabatur, ſed per te omniū ſaluatorem. In hoc autem oſten- 10
b diſti inimicis †tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. †Illos 11 12
enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, & non 13
eſt inuenta ſanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiuſ- 14 15
modi exterminari. Filios autem tuos nec draconum, nec ve- 16
nenatorum vicerunt dentes: miſericordia enim tua adue- 17 18
niens ſanabat illos. †In memoria enim † ſermonum tuorum 19 20
† exterminabantur, & velociter †ſanabantur, ne in altam †in- 21 22
cidentes obliuionem non poſſent tuo vti adiutorio. Etenim 23
c neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus domine 24 25
ſermo, qui ſanat omnia. † Tu es domine, qui vitæ & mortis 26 27
habes poteſtatem, & deducis vſque ad portas mortis, & re- 28
d ducis. Homo autem occidit quidem per malitiam animam 29 30
ſuam, & cùm exierit ſpiritus, non reuertetur, nec † reuocabit 31 32
animam quę recepta eſt: ſed tuam manum effugere impoſ- 33
e ſibile eſt. Negantes enim noſſe te impij, per fortitudinē bra- 34 35
chij tui, flagellati ſunt: † nouis aquis, & grandinibus, & plu- 36
uijs perſecutionem paſſi ſunt, & per ignem cōſumpti. Quod 37 38
enim mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis 39 40
f valebat, vindex enim eſt orbis iuſtorum. Quodam enim tem- 41
pore manſuetabatur ignis, ne cōburerentur quæ ad impios 42 43
miſſa erant animalia, ſed vt ipſi videntes ſcirent, quoniam 44 45
46

†correctionem. †noſtris †In memoria †examinabantur †Exod. 9. c

d *Ho. au. oc.* Homo per malitiam, nequitiam. ſ. propriæ voluntatis, & effectum prauæ actionis occidit animam. Vnde quidā ait: Neminem lædi poſſe, niſi à ſemetipſo; quia aut proprij ſceleris inuentor eſt, aut conſentit alienis. Si enim homo cuſtodit mentem, & non conſentit perſuaſioni iniquæ, liber eſt ab omni crimine.

Chryſoſto.

†Exod. 8. f & 10. d

E

e *Negā. enim no. &c.* Rab. Diuerſis plagis afflicti ſunt Ægyptij, inter quas grandine ſimul & igne. Grando enim & ignis pariter miſta ferebātur, & percuſſerunt cuncta, quæ fuerunt in agris. Nec mirum ſi grando & ignis miſta feruntur ſimul, quia ad creatoris voluntatē omnia cōſentiunt.

† ſeruorum † ſaluabantur. †cadentes Exod. 9. e † reuelabit animam.

F

f *Quodam enim, &c.* Ra. Sicut in Gen. legitur: Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignē & ſulphur, vt diſperderet impios: & in Exodo grandinem pariter & ignem. In libro Numerorū: Miſit ignitos ſerpentes cōtra murmurātes, vt cognoſcāt impij quod ōnis creatura parata eſt vlciſci iniuriā creatoris.

Gen. 19. e Exod. 9. c Num. 21. b

☞ Pro

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed non in perpetuum ira, &c. *nam dediſti eis remediū, vt dictum eſt; ideo ſubditur,* 2 Sed ad correpti. in bre. &c. *tempore.*
3 Turbati ſunt, *morſibus ſerpentum:*
4 Signum habentes, &c. *ſerpentem æneum.*
5 Ad cōmemorat. manda. *i. quod percuſſi & ſanati eſſent, memores mandatorum tuorum ad implendum ipſa.*
6 Qui e. con. eſt. *ſ. de Hebræis per pœnitentiam.*
7 Non per hoc qu. vi. &c. *ſ. per ſerpentem æneum, qui nullā virtutem habebat ſanandi.* 8 Ser per te om. ſal. *ſupple ſanabatur.*
9 In h. au. oſten. *manifeſtè.* Quia tu es qui liberas, *clamātes ad te.*
10 Illos e. *ſ. Ægyptios,* locuſtarū & muſcarū occiderunt morſus, *vt prædictum eſt.* 11 Et non eſt in. &c. *i. non eſt datum remediū. Sed contra hoc videtur, quia Exo. viij. g. dicitur, quod dominus illā plagā remouit. Ad quod dicendum, quod hoc non fuit ad preces Ægyptiorū, ſed ad preces Moyſi: propter quod remedium non fuit datū Ægyptijs ſicut Hebræis; ideo ſubditur,* 12 Fi. au. tu. *i. Hebræos*
13 Nec dra. nec ve. vi. dē. *nā ſanati fuerūt pœnitentes: ideo ſubditur,*
14 Miſericordia, &c. *ſequitur.*
15 In memoria enim, *id eſt, vt eſſent memores,*
16 Sermonum tuorum ex. *i. affligebantur.*
17 Et velociter ſanabantur, *per tuam miſericordiam.*
18 Ne in altam. *i. profundam.* 19 Incidentes obl. *Dei.*
20 Non poſſent tuo, &c. *propter contemptum tui, ſecundum quod dicitur Prouer. xviij. a.* Impius, cùm in profundum peccatorū venerit, contemnit. *Et xxix. a.* Repentinus veniet ei interitus.
21 Etenim ne. her. *medicinalis,*
22 Neque malagma. *i. emplaſtrum.*
23 Sanauit eos: ſed tuus domine ſermo, *quia dicere Dei, eſt facere, Pſal. xxxij. b.* Dixit, & facta ſunt.
24 Tu es do. *Ex dictis infertur diuinæ virtutis confeſſio, cū dicitur,* Tu es domine, qui vitæ *conſeruandæ,* 25 Et mortis *inferendæ,*
26 Habes poteſtatem. *in tua voluntate.*
27 Et dedu. ad por. *mortis corporalis.*
28 Et re. &c. *ſanando; ad portas vero mortis ſpiritualis nō deducit: quia non eſt autor peccati ſed homo per defectibilitatem liberi arbitrij. ideo ſubditur.* 29 Homo a. o. quid. per mali. *mortalis culpæ.*
30 Animam ſuam. *quæ immortalis eſt morte naturæ.*
31 Et cum exierit ſpiritus. *à corpore.* 32 Non reuerti. *via naturæ.* 33 Nec reuocabit animam. *ſcilicet ipſum corpus.*
34 Quæ recepta eſt. *id eſt, ſeparata ab eo.*
35 Sed tu. &c. *nam animæ iuſtorum recipiuntur in manu diuinæ miſericordię; peccatorum vero in manu ſuæ iuſtitiæ, ideo ſubditur.*
36 Negan. e. no. te im. *Ægyptij.*
37 No. a. & gran. &c. *hoc habetur Exod. ix. e. vbi dicitur, quod ſuper terram Aegypti grando & ignis miſta pariter ferebantur. Et ille ignis fortius comburebat, quàm ſi eſſet ſolus; ideo ſubditur,* Quod enim mirabile erat, &c. *Et ſubditur cauſa.*
38 Vindex e. eſt orbis *i. creatura orbis,*
39 Iuſtor. *i. Hebræorum ab Ægyptijs iniuſtè afflictorum; propter quod creatura obediēs creatori mirabilibus modis affligebat Ægyptios. vnde & adhuc ſubditur;*
40 Quodam enim tempore manſuetabatur ignis, *prædictus,*
41 Ne combure. quæ ad impios. *Ægyptios,*
42 Miſſa erant animalia. *ad eorum afflictionem. vt dictum eſt ſupra in principio huius capituli.* 43 Sed vt ipſi, *Aegyptij,*
44 Videntes, *quod animalia eis nociua non comburebantur, & eis vtilia, vt boues & iumenta, eodem igne conſumerentur:*
45 Scirent, *per hoc,* 46 Quoniam Dei iudicio, *cui creatura obedit ad nutum,* Patiuntur perſecutionem.

Dei iudicio patiuntur perſecutionem. Et quodam tempore 1
in aqua ſupra virtutem ignis exardebat vndique, vt †iniquam 2 3
a terræ nationem exterminaret. † Pro quibus angelorum eſca 4
nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cęlo præ- 5 6
ſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, 7
b & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam, & dul- 8
cedinem tuam quam in filios habes, oſtendebas: & deſeruiens 9 10
vniuſcuiuſque voluntati. † Ad quod quiſque volebat, cōuerte- 11
batur. Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, & non ta- 12 13
beſcebat, vt ſcirent quoniam fructus inimicorum extermina- 14
bat ignis ardens in grandine, & pluuia coruſcans. Hoc autem 15 16
† iterum, vt nutrirētur iuſti, ignis etiam ſuę virtutis oblitus eſt. 17
c Creatura enim tua tibi factori deſeruiens, excandeſcit in tor- 18
mentum aduerſus iniuſtos, & † lenior fit ad benefaciendum 19 20
d pro his, qui in te confidunt. Propter hoc & tunc omnia tranſ- 21
figurata omnium nutrici gratiæ tuę deſeruiebant, ad volun- 22 23
tatem horum qui à te deſiderati ſunt, vt ſcirent filij tui quos 24
dilexi domine; quoniam non natiuitatis fructus paſcunt ho- 25 26
mines, ſed ſermo tuus hos qui in te crediderunt, conſeruat. 27
Quod enim ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exi- 28
29

a *Pro quibus, &c.* RAB. In deſerto datum eſt manna filiis Iſrael A ſuauiſsimum & ſaluberrimum, vt Deo maiores gratias referrēt, quos ab hoſtibus liberauit, & ſupernis dapibus pauit. *Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, &c.* Duo contraria elementa, id eſt, ignis & aqua gelata impios concorditer feriebant. Vel qualitas cæleſtis cibi expreſſa eſt, qui vim ignis vbi oportebat ſufferebat, ad calorem ſolis liquefiebat: albū enim & minutum apparebat, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ. Cuius eſum ſentiebant quaſi ſimilæ cum melle, nec ad ignem deficiebat. B Vnde in libro Numerorum, *Erat autem manna quaſi ſemen coriandri, & coloris bdellij, &c.* Myſticè autem in grandine & igne dura increpatio, qua ſcriptura diuina peccatores cruciat. In cęleſti cibo conſolatio ſuperna, qua iuſtos refouet, ſignificatur: vel manna ſignificat panem, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, qui ait, *Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita.* C Cruciantur ergo reprobi ſpirituali fame; & ſatiantur electi cæleſti pane. Illi diuerſis laboribus prẹparantur ad pœnam. iſti diuina ope quotidie nutriuntur ad vitā, vnde, *Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino miſericordia circundabit.*

Exod. 16. Exod. 9. c. Pſal. 77. c. †Exo. 16. d. De conſec. diſt. 2. c. recera. Num. 11. b. Myſticè, †factum Ioan. 6. c. Pſal. 31. b. lib. 6. moral. c. 9.

❧ GREG. Per quendam ſapientem de mannæ dulcedine dicitur, *Paratū panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, atque omnis ſaporis ſuauitatem.* Māna quippe omne delectamentum, atque omnis ſaporis ſuauitatē in ſe habuit, quod videlicet in ore ſpiritualium iuxta voluntatem edentium ſaporem dedit: quia diuinus ſermo & omnibus congruens, & à ſemetipſo non diſcrepans, qualitati audientiū condeſcendit; quem dum electus quiſque vtiliter, iuxta modū ſuum intelligit, quaſi acceptum manna iu voluntarium ſaporē vertit.

d *Subſtantiam enim tuā & dulcedinē tuā.* ❧ OPTATVS MILEVITANVS. Patris ergo ſubſtātiam filium eſſe Propheticis iam olim deſignatum eſt oraculis, dicente Salomone, *Subſtantiā* D *enim & dulcedinem tuam quam in filios habes, oſtendebas*, quam figura & imagine panis cæleſtis, populo Iſrael cælitus apparet profluxiſſe: quod ipſe Dominus in Euangelio expoſuit, dicens, *Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo:* ſe vtique panem eſſe deſignās, cùm dicit. *Ego ſū panis viuus, qui de cælo deſcendi;* de quo etiam propheta Dauid dicit, *Panē angelorum māducauit homo.* Namque vt adhuc euidentius patris & filij ſubſtantiæ vnitas & diuinitatis æqualitas oſtendatur, ipſe in Euāgelio dicit, *Ego & pater vnū ſumus.* Quod D non ad vnitatem tantummodo volūtatis, ſed ad vnam refertur eandémq; ſubſtantiā.

c *Creatura enim tua.* RAB. Cōfundātur hîc peccatores: qui cum cæteræ creaturæ factori ſuo deſeruiant, ipſi repugnant. Vnde creaturarum omnium cōcordia flagellātur: & ſi non pœnituerint, perpetuò cruciabuntur; bonis autem vera bona præparantur. E

d *Propter hoc &c.* RAB. Pluit Deus manna de cælo populo ſuo, aquam de petra dedit, pauit eos carnibus, & veſtimenta eorum non ſunt attrita, neque calceamenta, vt creatori ſuo magis deuoti fierent, cuius vbique ſentirent auxilium: *quoniam non natiuitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo tuus &c.* Vnde Moyſes, *Dedit tibi cibum manna; vt oſtenderet quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Sed ſemper ingrati fuerunt, & figuram tenentes, veritatem repulerunt. Ad eccleſiam cuncta tranſlata ſunt. Omnia enim in figura contingebant illis. Scripta ſunt autem propter nos: vnde Paulus, *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tran. &c. Petra autē erat Chriſtus*, id eſt, totius legis firmamentum, & figuræ veritatis, in quem, qui crediderit, totam legem impleuit. Qui autem non crediderit, tanquam præuaricator legis in ęternum peribit.

†iniquæ †De conſe. diſ. 2. c. quotidie †lenior Exod. 16. a. Ibid. 17. b. Deut. 29. a. 1. Cor. 10. c. Ibidem a. Ibidem b.

☞ Vt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quodam tempore in aqua, *ſupra virtutem naturalem,*

2 Ignis exardebat, &c, *Repetitio eſt ad maiorem expreſſionē eius, quod dictum eſt ſuprà,* Quod enim mirabile erat, &c. *& ſequitur.*

3 Pro quibus, *Hîc conſequentes agitur de manna collata: & primò exprimitur Hebræorum conſolatio, ſecundo Aegiptiorum afflictio, ibi,* Nix autem. *Circa primum dicitur,* Pro quibus, *id eſt pro afflictionibus Aegyptiorum dictis,*

4 Angelorum eſca. *id eſt, manna, quæ dicitur* angelorum eſca, *eò quòd deſcendebat miniſterio eorum, nam cibo corporali non vtuntur, Tobiæ xij.* 5 Nutri. po. tuum. *Exod. xvij.*

6 Et para. pa. de cæ. *aereo, nam cum rore deſcendebat, Num. xj.* Præſtitiſti illis ſine labore ſuo.

7 Omne dele. in ſe haben. & omnis, &c. *nam bonis ſapiebat prout volebant, vt habetur conſequenter cum ſubditur.*

8 Sub. enim tuam. *i. diuitias tuæ bonitatis.*

9 Oſtendebas. *in cibo mannæ.*

10 Et deſer. vniuſ. vo. *exiſtenti de numero bonorum: nam malis inſipidus erat cibus, vnde dicebant Num. xxj. b.* Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.

11 Ad quod quiſ. *bonus.*

12 Vole. con. *ſapiendo ſibi ſicut volebat: & hoc non erat ex natura mannæ, ſed diuina virtute.*

13 Nix au. *Hîc reuertitur ad Aegyptiorum afflictionem, dicens,* Nix autem & glacies, &c. non tabeſcebant. *i. liquefiebant, quia miſta pariter ferebantur, vt prædictum eſt.*

14 Vt ſcirent quo. fru. inimi. *ſ. Aegyptiorum.*

15 Exter. ignis ardens in gran. *ſine grandinis diſſolutione.*

16 Et plu. corru. *fulguratione. Exo. ix. Conſequenter oſtendit effectum oppoſitum ignis ad conſolationem Hebræorum, dicens,*

17 Hoc au. ite. *fuit mirabile.*

18 Vt nutrirentur iuſti. *i. viuerent.*

19 Ignis etiam ſuæ virtu. obli. eſt. *ſ. ignis in camino trium puerorū, Dan. iij. & etiam in Aegypto: nam animalia Hebræorum, de quibus nutriebantur, igne & grandine non fuerunt læſa; licet enim in terra Geſſen, in qua fuerunt filij Iſrael, non fuerunt illa peſtilentia grandinis & ignis, vt dicitur. Exo. ix. tamen fuit in circumitu illius terræ; & ſic dicitur quantum ad hoc ignis oblitus ſuæ virtutis, inquantum animalia illius terræ non læſit, ſicut aliarum in circumitu exiſtentium. Et ſubditur cauſa huius differentiæ, cum dicitur,*

20 Crea. enim tibi factori, &c. *& patet litera vſque ibi.*

21 Pro. hoc & tunc omnia transfi. *i. tranſmutata à proprietate ſuæ naturæ ſecundum imperium voluntatis tuæ.*

22 Omnium nutri. gra tuæ. deſer. *vt dictum eſt de igne & manna.* 23 Vt ſcirent filij tui. *ſ. Hebræi iuſti,*

24 Quos dile. do. *amore ſpeciali: propter quod data fuit eis lex & propheta, & alia ſpecialia beneficia Dei. Pſal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

25 Quo. non natiuitatis fru. *i. nati de terra.*

26 Paſcunt ho. *ſupple ſoli.*

27 Sed ſer. tuus, &c. *Deut. viij, a.* Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.

28 Quod enim ab igne non pote. exter. *ſ. manna, quę ad ignem indurabatur, & ad ſolem loquefiebat; ideo ſubditur,*

29 Sta. ab exi. radio, &c. vt notum omnibus eſſet. *ſ. Hebræis.*

15 Et

❧ Quo.

a *Vt notum omnibus, &c.* RAB. Iſte cibus hiſtorialiter paſcebat patres noſtros: ſed ad ortum veri ſolis liqueſiebat.i. in natiuitate Chriſti ad ſpiritualem vſum ſoluebatur, & in cæleſte ſacramentum vertebatur: vt præueniamus in benedictionibus ſolem.i. Chriſti diuinitatem, æternis præconiis prædicemus, dicẽtes, *In principio erat verbum, & verbũ erat.* Ad ortum verò ſolis, id eſt, Chriſti dicamus, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.*

† orientem ſolis.

Ioan. 1.a.

Ibidem b.

a guo radio ſolis calefactum tabeſcebat: vt notum omnibus eſ-
ſet, quoniam oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuã, 1
a ¶ Iudaici populi. b ¶ Fides qua expectant regem ſuum, id eſt, Antichriſtum. 2
& ad †ortum lucis te adorare. Ingrati enim ſpes tãquã hyber- 3
a ¶ Conſtricta.ſ. frigore infidelitatis. b ¶ Sine fructu iuſtitiæ. 4
c ¶ Quia traditio eorum nulli vſui apta, quia cæci ſunt tanquam duces cæcorum. 5
nalis glacies tabeſcet: & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua. 6

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quo. opor. præue. ſolem. *i. ortum ſolis.*
2 Ad bene. tuam. *i. ad colligendum manna, quę benedictio Dei dicitur, eo quòd gratis ab eo dabatur.*
3 Et ad ortum lucis. *i. ſolis.*
4 Te ado. *de beneficij tui collatione. Et ſubditur cauſa, cũ dicitur,*
5 Ingra. enim. *i. eius qui Dei beneficium non recognoſcit.*
6 Spes tan. hyber. gla. tabe. *i. totaliter peribit, ſic exponitur cõmuniter. ſed Exo. xvj.e. dicitur:* Cũque incaluiſſet ſol liquefiebat: *quod propriè fiebat in meridie: & ideo ibi dictum fuit ſecũdũ Hebræos, quod tempus colligendi manna erat poſt ſolis ortũ vſque ad horã ſextã, & ſecundũ hoc aliter expõẽda eſt hæc litera:* Oportet præuenire ſolem. *i. feruorem ſolis ad colligendũ mãna, quæ dicitur hic benedictio Dei* Et ad ortũ lucis. *i. ſolis,* Te adorare *in principio collectionis vel collationis diuini beneficij. Sed cõtra hoc videtur quod hic præmittitur.* Sta. ab exiguo radio ſolis, &c. *Hora verò ſexta nõ eſt exiguus radius in virtute ſed fortiſſimus. Dicendum, quod imò ſi comparatur ad feruorem ignis, de quo hic loquitur & cõparatiuè, vt patet. Liber autem Exo. eſt de canone, non autem liber Sapientiæ. propter quod litera huius libri magis trahenda eſt ad librum illum, quàm econuerſo.*

At nunc eſt agnitus pro canonica ſcriptura.

CAP. XVII.

a M*Agna enim.* RAB. Myſticè, Omnes perſecutores eccleſiæ Chriſti, ſcelerum ſuorum tenebras patiuntur, nec vnquam ſecuri eſſe poſſunt, quos vexant rectores tenebrarũ harum vſque ad exteriores tenebras, vbi erit fletus & ſtridor dentium: vnde, *Omnis qui malè agit, odit lucem, &c.* Hinc Paulus, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino, &c.*

b *Neque enim.* Semper enim tenebras comitatur horror: & quantò minus diſcernit quis, quæ circa ſe ſunt, tantò magis metuit, vndique aduerſa pauitans. Sic Ægyptij triduo maximas tenebras patiebantur, quas nec ſol, nec ſtellę poterant illuminare, & vbicunque iacebant, nimio terrore pauebant; quod autem dicit,

c *Triſtes perſonas* eos terruiſſe, potuit fieri, vt dæmones aliqua phantaſmata ingererẽt, qui eos ad augmẽtum pœnarum exterrerent. Perſecutores quoque fidei & veritatis, circundant tenebræ peccatorum, quia ignorant ſolem iuſtitiæ, nec prædicatores illuſtrãt eos fulgore doctrinæ. Hos etiam *ſonitus deſcendens*.i. comminatio cæleſtis perturbat, & *perſonæ triſtes*.i. dæmones, quandoque torturi terrificant; nec tamen agunt fructuosè pœnitentiam: ſed deſperantes theſaurizant ſibi iram in die iudicij.

d *Timore ple.* Quia vndique pœnas formidabant. Quantò enim ſunt grauiores dolores, tantò maiores timentur horrores.

e *Et ma. ar. ap. erãt, &c.* RAB. Cum magi in Ægypto ſuperati eſſent virtute ſignorum, dixerunt, *Digitus Dei eſt hic*: & qui paulò antè medicos ſe iactabant, ſerpentes & cætera animalia metuebant. Sic quoque qui Chriſtianam derident religionem, qui artes ſuas iactant ſicut diuini, aruſpices, hæretici, & ſchiſmatici; licet doctores ſe ſimulent, Chriſti potentia vincuntur, & antiquum ſerpentem cum angelis ſuis ſæuũ patienter inimicum.

AVG. Quod dicit pſeudoprophetas multa ſigna & prodigia facturos, ita vt fallant etiam, ſi fieri poteſt, electos: admonet vtique, vt intelligamus; quędam miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia ſan-

Myſticè.

Ioan. 3.c.

Epheſ 5.b.

Rom. 2.a.

Exod. 8.

Tenebræ Ægyptiorũ

† placuerũt

Aug. lib. 83. quæſt. quæſ. 79.

CAPVT XVII.

a ¶ Quibus creaturam regis vniuerſam.
a M Agna enim ſunt iudicia tua domine, & 1
a ¶ Quia quæ abdita decreuiſti, nullus enarrare poterit. 2
b ¶ Quia ſcilicet creatorem ſuum credere & intelligere noluerunt.
inenarrabilia verba tua: propter hæc in- 3
diſciplinatæ animæ errauerunt. Dum 4
¶ Ægyptij.
enim perſuaſum habẽt iniqui poſſe do-
minari nationi ſanctæ, vinculis tene- 5
a ¶ Quia tenebras palpabiles paſſi ſunt, & merito peccatorum ſuorum, & tenebroſæ obliuionis puniti.
brarũ & longe noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitiui 6 7
perpetuæ prouidentiæ †iacuerunt. Et dum putant ſe latere in 8
obſcuris peccatis, tenebroſo obliuionis velamento diſperſi 9
ſunt, depauentes horrendè, & cũ admiratione nimia pertur- 10 11
b bati. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore 12
cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, 13 14
c & perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem præſtabant. Et 15
ignis quidem nulla vis poterat illis lumen prębere, nec ſyde- 16 17
rum limpidę flammæ illuminare poterant illam noctẽ hor- 18
a ¶ Quia impios cruciat. 19
d rendam. Apparebat autem illis ſubitaneus ignis timore ple- 20
nus, & timore percuſſi illius, quæ non videbatur, faciei, ęſti-
e mabant deteriora eſſe quæ videbãtur: & magicæ artis appo- 21

NICOLAVS DE LIRA

CAPVT XVII.

MAgna enim ſunt iudi. tua domi. *Hæc eſt pars quarta, in qua recolitur beneficium lucis datũ Hebræis, & per oppoſitũ afflictio tenebrarum inductarum Aegyptiis; & primò ponitur hic ſecundũ, ſecundò primum, ibi,* Sanctis autem tuis. *ca. ſe. Prima in tres: quia primo ponitur obtenebratio Aegyptiorum; ſecundo deriſio magorum, ibi,* Et magicæ artis; *tertiò communis afflictio amborum, ibi,* Illi autem. *Circa primum dicitur.* 1 Ma. e. ſunt iu. tua do. *quia ſũt incõprehenſibilia. Rom. xj. d.* quàm incõprehenſibilia ſũt iudicia eius.
2 Et in. ver. tua. *i. opera verbo tuo facta.* 3 Pro. hæc in ani *i. homines veritatẽ intelligere nolentes, cuiuſmodi fuerũt Aegyptij, qui vidẽtes tot Dei mirabilia, remanſeruntin errore ſuo obſtinati; ideo ſubditur,* 4 Dum e. per. *i. pro firmo tenent.*
5 Po. do. na. ſan. *Credebant enim, quod Deus non poſſet Hebræos de ſeruitute eorum liberare.*
6 Vinculis tenebra. *palpabilium, Exod. x.* 7 Et lon. no. com. *quia tribus diebus nemo mouit ſe de loco, in quo erat, vt dicitur ibidẽ.*
8 In. ſub te. fu. *Ibi enim fugerãt aliqui timore percuſſionis inferẽdę.*
9 Perpetuæ pro. *ſ. diuinæ, quia Deus ab æterno pręuidit omnia.*
10 Ia. *de locis in quibus erant ſe non mouentes, vt dictum eſt.*
11 Et dum pu. *Hic cõſequẽter ponitur dictæ obtenebrationis ratio. Erãt enim Aegyptij tenebris ſpiritualibus peccatorum inuoluti propter quod iuſtũ fuit, vt tenebris corporalibus inuoluerẽtur, vt pœna correſpõderet peccato; & hoc eſt quod dicitur,* Et dum pu. ſe la *à cõſpectu diuino.* 12 In ob. pe. *quæ dicũtur obſcura, eò quòd fiũt in occulto, Ioã. iij. c.* Qui malè agit, odit lucem. 13 Te. ob. ve. di. ſunt. *nam aliqui erant in cãpis, aliqui in domibus, & aliqui in villarum plateis: & ſuperuenientibus ſubito palpabilibus tenebris, nullus mouere ſe potuit, nec per conſequens ſe vel alium conſolari, propter quod dicũtur hic tenebroſo obliuionis velamento diſperſi.* 14 Pa. ho. *ex obtenebratione ſubita.* 15 Ne. e. quæ con. il. ſpe. *i. tenebra, quæ ſpelũca dicitur, eò quod in ſpelũcis profundis ſunt tenebræ denſæ.* 16 Si. ti. cu. *ita quod non erat timendum de fuga eorum. Et ſubditur ratio,*
17 Qu. ſo. deſ. *i. fragor aeris per modum tonitrui.*
18 Per. il. & per. tri. *i. phantaſmata terribilia, ſicut aliquando fit in ſomnis.* 19 Et ig. qui. nu. vis po. il. lu. præ. *propter denſitatem tenebrę.* 20 Ap. au. il. *in momento apparens, nõ ad eorum conſolationem, ſed magis ad deſolationem: quia grauiora formidabant euenire.*
21 Et ma. ar. *Hic conſequenter deſcribitur deriſio magorũ, qui à principio percuſſionis Aegypti conati ſunt facere ſimilia operibus Moyſi, vt habetur Exo. vij. & viij. ſed defecerũt in tertio ſigno, propter quod meritò facti ſunt in deriſum: & hoc eſt quod dicitur,* Et ma. ar. ap. e. de. *id eſt, prędictis malis acceſſit deriſus magorum Pharaonis.*

☞ lia ſancti facere non poſſint, nec tamē ideo prioris loci apud Deū
A eſſe arbitrandi ſunt: non enim acceptiores erant Deo quàm populus Iſrael, magi Ægyptiorum, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebant: quamuis Moyſes in virtute Dei maiora potuerit. Sed ideo non omnibus ſanctis iſta tribuuntur, ne perniciosiſſimo errore decipiantur infirmi, exiſtimantes in talibus factis maiora dona eſſe, quàm in operibus iuſtitiæ quibus æterna vita comparatur. Propterea Dominus prohibet hinc cùm ait, *Nolite in hoc gaudere, quoniam ſpiritus vobis ſubijciuntur, &c.* Cùm ergo talia faciunt magi, qualia nonnunquam ſancti faciunt, talia quidem viſibiliter eſſe apparent, ſed & diuerſo fine & diuerſo iure fiūt. Illi enim faciunt, quærentes gloriam ſuam, iſti quęrentes gloriam Dei, & illi faciunt per quædam poteſtatibus cōceſſa in ordine ſuo, quaſi priuata cōmercia vel beneficia: iſti autem publica adminiſtratione, iuſſu eius cui cuncta creatura ſubiecta eſt.

Luc. 10. d. 20.

B

C

†audaciam †horrēdam

a *Et aerem.* Rab. Nimietatem timoris notat, quem imminētibus pœnis redarguēte conſcientia patiuntur, cùm autem ſemper timida nequitia, pauoris ſui dat indicium, ſupplicio condemnata eſt.

agit. Quo contra per Ioannem dicitur, *Si cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus apud Deum.* Fugiant ergo iniqui humanos oculos, ſemetipſos certè fugere non poſſunt. In peccato igitur quod committunt, prius contra ſe iudicium ſuæ rationis inueniunt, & pòſt ad diſtrictionē æterni examinis producuntur. D 1. Ioan. 3.

ſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloria † correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores & † perturbationes ſe expellere ab anima languente, hi cum deriſu pleni timore languebant. Nam etſi nihil illos ex monſtris perturbabat, tranſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, a tremebundi peribant, & aërem quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre. Frequenter enim præoccupant b peſſima, redarguente conſcientia. Cùm ſit enim ti-

a ¶ Vel dat teſtimonium condemnata.

mida nequitia, dāta eſt in omnium condemnationem: ſem-

a ¶ Extollitur. b ¶ Quæ non habet tranquillitatis ſerenitatem.

per enim præſumit ſæua perturbata conſcientia. Nihil enim

¶ Quaſi præſumptio comprimitur. a ¶ Medicamentum.

c eſt timor, niſi præſumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intro minor eſt expectatio, maiorem computat † potentiam eius cauſę, de qua tormentum d præſtat. Illi autem qui † impotentem verè noctem, & ab infimis & ab altiſſimis ſuperuenientem, eundem ſomnum dormientes, aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. Subitaneus enim illis & inſperatus timor ſuperuenerat. Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus. Si enim ruſticus quis erat aut paſtor, aut agri laborum operarius preoccupatus eſſet, ineffugabilem ſuſtinebat neceſſitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis † nimiū, aut ſonus validus pręcipitantium petrarum, aut ludentium animaliū curſus inuiſus, aut mugiētium valida beſtiarū vox, aut reſonās de

c *Proditio, &c.* Ti-
1 mor, ſcilicet prodit †correctio
infirmitatem ſuper-
bientis, qui vana ſpe †turbationes
auxiliorum ſe extol-
2 lit cogitando, cū poſ-
ſe ſe ſperat, quod ef-
3 ficere non poteſt vel
4 poſſit: & dum virtus
5 minor eſt, valetudo
6 rerum quas extrinſe-
7 cus patitur, maiorem
8 putat eſſe potentiam,
9 hoc in perſecutori- E
10 bus fidelium frequen-
11 ter euenit, qui ſe po-
12 tentes æſtimant, cùm
13 ſanctos cruciant, po-
14 tentia eorū victi, men-
15 tis anguſtia contriſta-
16 ti cognoſcunt ſe non
17 poſſe quod cupiebant,
18 & maiorem eſſe forti-
19 tudinem Dei, qui ſic
20 vincit in militibus
21 ſuis.
22 d *Il.* Raba. Ægy-
23 ptij .ſ. horrore tene-
24 brarum circūdati, nec
vigilantes, nec dor- F
25 mientes quieſcere po-
terant, quia horrendis
26 monſtris & viſioni-
bus & terrore nimio Exod. 10. f.
27 circundabantur, nec
28 ſecedendi dabatur fa- - arborum
cultas, quia ſine cōpe- †in vnum
de & catena ferrea,
carcere tamen tene-
brarum claudebantur.
Vnde tribus diebus

27. moral. c. 16.

b *Cùm ſit enim timida nequitia, &c.* Greg. Bene per quendam ſapientem dicitur, *Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium cōdemnationis*: quia de facto ſuo conſcientiam pulſans timor redarguit, ipſa ſibi teſtimonium perhibet damnabile eſſe quod agit.

nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco ſuo in quo erat. Vndique miſeri cruciabantur, quicquid auribus vel oculis, vel quolibet ſenſu percipiebant, tanquam periculoſum formidabant.

☞ Om.

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ſa. glo. co. cum con. *i. ſapientia, de qua magi gloriabantur, correpta fuit contumelioſe: nam fuerūt percuſſi cum alijs, ita quod nō poterāt ſe vel alios iuuare, ideo ſubditur:* Illi enim, &c. *& patet.*

2 Nam & ſi ni. eos ex mon. per. *Eò quod erant talibus aſſueti, ſicut de Balaam magno dicit glo. Nume. xxij. e. Balaam aſſuetus mōſtris ad vocem aſinæ non expauit.*

3 Tranſ. ani. &c. *nam timor ex modico fremitu facit formare imaginationem terribilium, ſicut multum timens credit adeſſe hoſtes ex ſonitu foliorum, vel aliquo huiuſmodi.*

4 Et aërem quem nu. ra. quis effugere poſſet. *quia nullus poteſt viuere ſine aeris reſpiratione.*

5 Negantes ſe videre. *ex tenebrarum denſitate*

6 Frequenter enim præoccupant peſſima, *id eſt, credebant adeſſe æſtimatione falſa.*

7 Redar. *erant enim conſcij malorum ſuorum, pro quibus ſciebant ſe dignos punitione diuina: & ex hoc æſtimabant ſibi euenire peiora.*

8 Cum ſit e *quia facit timidos, propter quod latrones ſunt timidi.*

9 Da. eſt in om. con. *i. punitioni. Timor enim quem ſuſtinent homines mali, eſt quædam pœna ipſorum.*

10 Sem. c. prę. *i. pręæſtimat magna mala ſuper ſe ventura.*

11 Per. *timore pœnæ ex peccatorum recordatione.*

12 Ni. e. eſt ti. &c. *i. augmentum exiſtimationis imminentis pœnæ, quam facit credere maiorem.*

13 Pro. co. auxi. *nam timor faciens pallorem in facie, perdit cogitationem auxilij: quia demonſtrat, quòd timens auxilium deſiderat.*

14 Et

14 Et dum ab in. *i. in mente timentis.*

15 Mi. eſt ex. *i. ſpes auxilij.*

16 Ma. pu. *quia credit maiora adeſſe mala, & eſt repetitio eiuſdem ſententiæ quę prædicta eſt. Autor enim huius libri frequenter eandem ſententiam repetit per alia verba.*

17 Il. au. *Hic conſequenter ponitur afflictio Ægyptiorū omniū ex obtenebratione, cum dicitur:* Il. au. qui in po. ve. no. *i. tenebras denſas, quæ dicuntur nox potens ex longa duratione. ſ. trium dierum, & ex denſitate, propter quam de loco ſuo non poterat quis ſe mouere.*

18 Et ab infi. *i. à terra & aqua, ex quibus aſcenderunt fumi aerem ingroſſantes.*

19 Et ab altiſſi. *i. ex condenſatione nubium illuminationem aeris impediente.*

20 Eun. ſo. dor. al. mon. *Aegyptij namque qui in illo triduo fuerunt aliquantulum oppreſſi ſomno, ſtatim terribilia ſomnia patiebantur, intantum quod aliqui moriebantur. ideo ſubditur.*

21 Ali. ani. de. tra. *i. ſeparatione animæ à corpore.*

22 Sub. enim. *& per conſequens magis nociuus.*

23 De. ſi qui. ex il. de. *in terram ex timore.*

24 Cu. in car. *quia non poterat ſe mouere.*

25 Si e. ru. quis. *nam vbicūque erat aliquis occupatus in agro vel in domo, tenebris ſuperuenietibus ibi manſit tribus diebus. ideo ſubditur.*

26 Vna e. ca. &c. *Et patet.*

27 Si. ſpi. ſi. *i. ventus flans.*

28 Aut in. ſpi. &c. *aut reſonans de altiſſimis montibus echo. id eſt, ſonus reflexus.*

De

a *Omnis enim orbis.* A Quaſi: Impij erant in tenebris, ſed vbicũq; habitabant filij Iſrael, lux erat.

Tenebræ ſpirituales. b *Imago tenebrarum quę ſuperuentura illis erat.* Grauiores ſunt tenebræ ſpirituales corporalibus: quia ducunt homines ad exteriores tenebras, nec ratio, nec locus, nec tempus eſt operandi.

altiſſimis montibus echo, deficientes † faciebat illos præ ti- 1
¶ Id eſt claro.
a more. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur 2
lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem 3 4
a ¶ Cordis, vel inferni. 5
b illis ſuppoſita erat grauis nox, imago tenebrârum quæ ſuper- 6
uentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebræ. 7

D vbi erit fletus & ſtridor dentium, quas Aegyptię tenebræ figurant. Sicut enim, corpora ibi nullo bono operi vtilia: ita & hic animæ ſimul & corpora æterno carcere damnantur; vbi

† faciebant

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deficientes facieb. *Repetitio eſt ſententiæ ſuprà poſitæ, ſcilicet quod timor faciebat eos æſtimare magna pericula ex occaſione modica. Conſequenter oſtenditur quantum ad alios differentia, cũ dicitur,*
2 Omnis enim orbis ter. *extra Aegyptiorum locum.*
3 Limpi.il. *id eſt intantũ, quod nullꝰ ab operibus ſuis impediebatur.*
4 Solis autem illis, *ſcilicet Aegyptiis,*
5 Suppoſita erat grauis nox, *diuinitus inflicta,*
6 Imago tenebarum quæ ſu. *nam præfigurabat tenebras gehennæ, quas incurſuri erant: ideo ſubditur,*
7 Ipſi ergo ſibi erant gra. *id eſt cauſa magis grauium tenebrarum, ſcilicet gehennæ, quas merebantur per ſua peccata.*

CAP. XVIII.

a S*Anctis autẽ tuis ma.* RAB. Iſraelitæ in Ægypto, ſub Pharaone laborabant: Chriſtianos diabolus in mũdo affligit; quos tamen maxima lux illuminat, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mũdum.* Horum vocem audiunt inimici, ſed non agnoſcunt figurã veritatis, quæ eſt in eis; his columna ignis in nocte, & columna nubis in die lucet; quia incarnatio Chriſti & in proſperis & in aduerſis protegit.

†Exo. 10 f.

Ioan. 1. a.

b *Digni quidem illi ca.* RAB. Meritò Ægyptij tenebrarum pœnam patiebantur, qui inuidia cæcati; populum, cui lux tradenda erat, captiuum retinere volebant: & cũ infantes Hebræorum necare diſponebãt, vno, id eſt Moyſe Dei iudicio liberato, multitudo aduerſariorum per ipſum ſubuerſa eſt. Sic hoſtes ſpirituales, qui eccleſiam Dei opprimere moliuntur, electis Dei per baptiſmum liberatis: cum rege

†Exod. 14. f.

Exod 1. c.

## CAPVT XVIII.

¶ Iſraelitis quos fides & puritas conſcientiæ illuminabant.
a ¶ Corporalis, ſcilicet & ſpiritualis. 1
a † SAnctis autem tuis maxima erat lux: & 2
b ¶ Alias, & horum quidem vocem inimici audiebant. 3
hórum quidem vocem audiebant, ſed 4 5
figuram non videbant. Et quia non & 6
a ¶ Eaſdem plagas. 7
ipſi eâdem paſſi erant, magnificabat te: 8
a ¶ A Pharaone. 9
& quia antè læſi erant, quia non læde- 10
bantur, gratias agebant tibi: & vt eſſet differentia, te † Deum 11 12
a ¶ Quia in columna ignis & nubis ducebantur.
petebant. Propter quod ignis ardêntem columnam ducem 13 14
habuerunt ignotæ viæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpitij prę- 15 16
¶ Ægyptij.
b ſtitiſti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tene- 17 18
brarum, qui incluſos cuſtodiebant ſanctos filios tuos, per 19
quos incipiebat incorruptum legis lumen ſeculo dari. Cùm 20 21
cogitarent iuſtorum occidere infantes, & vno expoſito filio, 22
¶ Primogenitum. 23
& liberato, in traductionem illorum multitudinem filiorum 24
abſtuliſti, † & pariter illos perdidiſti in aqua valida. Illa enim 25
nox antè cognita eſt à patribus noſtris, vt verè ſcientes qui- 26 27
bus iuramentis crediderunt, animæquiores eſſent. Suſcepta 28
¶ Lex Moyſi. 29
eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorũ 30 31
autẽ exterminatio. Sicut enim lęſiſti aduerſarios noſtros, ſic 32 33
c & nos prouocans magnificaſti. Abſconsè enim ſacrificabant 34 35 36

rege ſuo, id eſt diabolo, in ipſo baptiſmo per Chriſti potentiam opprimũtur; cuius myſterij ratio in antiquis patribus figurata, & in aduentu Chriſti completa eſt.

c *Abſconsè enim ſa.* RAB. Populus Iſrael in Ægypto iuſſu Domini Paſcha celebrauit. Exinde dicit eos *abſconsè* ſacrificaſſe, quia metu hoſtium id occultè faciebant: vbi & legem paſchæ, quæ deinceps ſeruanda erat, per Moyſen didicerunt; tentationem reproborum ad tempus paſſi ſunt, ſed citò diuina ope liberati. Similiter tẽpore gratiæ ſerui Dei, quibus eſt lex data diuina, in concordia duorum teſtamentorum à perſecutoribus quandoque impediuntur, ne religionem Chriſtianam palam faciant: ſed in abſcõdito cordis ſemper Domino ſacrificant, vnde, *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Et alibi: *In me ſunt Deus vota tua, quæ* ⁀.

† donum

Pſal. 50. d.
Pſal. 55. c.

RAB.

NICOLAVS DE LIRA.

SAnctis autem tuis ma. *Deſcripta obtenebratione Aegyptiorum, hic conſequenter deſcribitur illuſtratio Hebræorũ, cum dicitur,*
2 Sanctis autem tuis, *id eſt Hebræis.*
3 Maxima erat lux. *vnde dicitur Exod. x. f.* Vbicunque autem habitabant filij Iſrael, erat lux. 4 Et horum, *id eſt Hebræorum,*
5 Vocem audiebant, *inimici ſcilicet Aegypti,* ſed figuram nõ videbant, *tenebris impediti.* 6 Et quia non & ipſi, *ſcilicet Hebræi.*
7 Eadem paſſi, *ſcilicet tenebras.* 8 Magnificabant, *ſicut grati.*
9 Et qui ante læſi erãt, *ſcilicet ab Aegyptiis laboribus duris, Exo. j.*
10 Quia non læde. *Decem plagis, ſicut Aegyptij,*
11 Gratias agebant, *de beneficiis* Dei.
12 Et vt eſſent differen. *inter ipſos & Aegyptios.*
13 Te Deum pe. *in ſua neceſſitate: Aegyptij verò plures deos inuocabant. Et quia gratitudo de beneficio præſtito meretur aliud præſtandum, ſubditur,* 14 Propter quod ignis ardentem columnã ducem, *de nocte.* 15 Et ſo. *per columnam nubis de die, & ſic dabat bonum hoſpitium.* 16 Digni quidem illi, *ſcilicet Aegyptij,*
17 Carere luce, *per tenebras dictas.*
18 Qui incluſos cuſtodiebant ſanctos fi. *Non permittentes eos de Aegypto exire ad ſacrificandum domino.*
19 Per quos in. incorruptum legis. *A quinquageſima namque die exitus illorum data fuit lex in monte Sinai.*
20 Cum cogi. *Hæc eſt pars quinta, in qua ponitur quintum beneficium de conſeruatione Hebræorũ, & econtrario de interfectione primogenitorũ Aegypti. Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur hoc beneficium; ſecundò ſoluitur obiectio in contrariũ, ibi,* Tetigit antem. *Prima adhuc in duas: quia primò dictũ beneficiũ deſcribitur; ſecundo tempus & hora ſubditur, ibi,* Cùm enim quietum. *Circa primum dicitur,* Cum cogitarent, *Aegyptij.*
21 Iuſtorum occi. infantes. *Exod. j. c.*
22 Et vno, *ſcilicet Moyſe, qui in fiſcella fuit poſitus in flumine.*
23 Et liberato, *per filiam Pharaonis, Exod. ij. b.*
24 Intra illorum. *id eſt in in eductionem Hebræorum de Aegypto.*
25 Multitudinem fi. *id eſt primogenitorum Aegypti.*
26 Abſtuliſti, *de vita præſenti, Exod. xij. d.*
27 Et pariter illos, *id eſt patres eorum Aegyptios,*
28 Perdidiſti in aqua valida, *rubri maris, Exod. xiiij. g.*
29 Illa enim nox, *in qua interfecta ſunt primogenita Aegyptiorũ,*
30 Ante cognita eſt à patribus, *Moyſe, & Aaron, Exod. xj. b.*
31 Vt verè ſcien. *id eſt diuinis aſſertionibus ipſis & patribus factis.*
32 Animæquiores eſſent. *reſpectu futurorum promiſſorum.*
33 Suſcepta eſt autem. *q.d. ſaluaſti iuſtos, & deſtruxiſti iniuſtos.*
34 Sic enim læ. *Aegyptios:*
35 Sic & nos pro. *ad gratiarum actiones pro beneficiis tuis.*
36 Magnifi. *præ cæteris populis.* 37 Abſcon. *agnum paſchalem.*

Cum

Iuſti

☞ RAB. Memorat Deum percuſſiſſe primogenita Ægypti, vbi nec ſicut prius ſimulauerunt Ægyptij, ſed palam cogebant exire populum Dei dicentes, *Omnes moriemur:* a *Omnipotens ſermo tuus.* Filius de quo dicitur, *In principio erat verbum, &c.* hic brachium & dextera nominatur: propter effectiuam diuinæ virtutis potentiam; hic tūc per Angeli miniſterium iudicia ſua fecit in primogenitis Ægyptiorum, qui poſtmodum ſanctificauit ſibi primogenitos Hebræos. Nunc quoque per aquam baptiſmi ſaluat multitudinem credentium, & interficit multitudinem ſpiritualium hoſtium.

A Exod. 11. c. B

✠ IDAC. Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens Spiritus ſanctus. De patre in Salomone, *Omnipotens ſermo tuus, exiliens à regalibus ſedibus venit.* De Filio vbi ſuprà: *Vnus enim altiſſimus creator omnipotens, rex potēs & metuendus nimis.* De Spiritu ſancto vbi ſuprà: *Eſt enim in ſapientia ſpiritus intelligentiæ ſanctus vnicus, et infra omnia potens.* Potens Pater, potens Filius, potens Spiritus ſanctus, &c.

Contra Varima. in Arrian.

† continerent - domine - venit † proſiliit

C

✠ CEREAL. Quod omnipotēs eſt Filius, ſic docetur. In Salomone legitur, *Omnipotens ſermo tuus Domine, exiliens à regalibus ſedibus tuis, in mediam exterminij terram proſiliuit.* Ergo & rex eſt, qui regales obtinet ſedes. Item in Apocalypſi. *Hæc dicit filius Dei, qui eſt & qui fuit omnipotens Deus.* In euangelio. *Omnia quæcunque Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit.* Item in euangelio, *Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & Filius quos vult viuificat.* In Eſaia Filius dicit, *Ecce ego mittam, &c.*

D Ioan. 5.

¶ Vel in corde.

iuſti pueri bonorum, & iuſtitiæ legem in concordiam diſpo- 1 2
ſuerunt, ſimiliter bona & mala recepturos iuſtos † patri om- 3
nium decantantes laudes. Reſonabat autem inconueniens 4 5
inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum 6
infantium. Simili autem pœna ſeruus cum domino afflictus 7 8
eſt, & popularis homo regi ſimilia paſſus. Similiter ergo om- 9
nes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. 10
Nec enim ad ſepeliendum viui ſufficiebant, quoniam vno 11 12
momento quæ erat præclarior natio illorum, exterminata 13
eſt. De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc 14 15
cum primùm fuit exterminium primogenitorum, ſpopon- 16
derunt populum Dei ſe eſſe. Cùm enim † quietum ſilentium 17
† contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter habe- 18 19
a ret, omnipotens ſermo tuus Domine exiliens de cœlo, à re- 20

a ¶ Quia ſermo Dei viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. In veritate, & ſine vlla fictione omnia iudicat & diſponit. 21

galibus ſedibus venit: dūrus bellator in mediam exterminij 22 23
terram † proſiliuit gladius acutus, inſimulatum imperium 24
tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad 25 26
cælum attingebant ſtans in terra. Tunc continuò viſus ſom- 27

a ¶ Vt nec vigilantibus nec dormientibus daretur requies eis, qui propter ſcelera ſua paſſuri erant tormenta perpetua.

niorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuene-
runt inſperati. Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, propter 28
quam moriebatur cauſam demonſtrabat mortis. Viſiones
b enim quę illos turbauerunt hæc præmonebant, ne inſcij
c quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autē tūc & iuſtos 29

b *Viſiones enim quæ illos turbauerunt.* RAB. Hoc diuinæ bonitatis eſt, quæ peccantes caſtigat vt abſtineant, & pœnitentiam agant. Si autem patiētia Dei abutuntur, ſine excuſatione in æternum punientur.

† patriæ

E

c *Tetigit autem tunc & iuſtos.* RABA. Memorat, quòd poſt interfectionem Core, Dathan, & Abiron, filij Iſrael murmurauerunt contra Moyſen & Aaron dicentes: *Vos interfeciſtis populum Domini,* & creſcente tumultu fugerunt Moyſes & Aaron in tabernaculo fœderis. Quibus ait Dominus: Diſcedite, & interficiam illos, cúmque cecidiſſent in faciem, dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & mitte incenſum, & ora pro eis: quia plaga deſæuit. Paruit autem Aaron, thurificauit & orauit, & plaga ceſſauit. In Moyſe lex ſignificatur; quæ docet homines ſcientiam & Dei amorē: In Aaron, ſupplicandi & orandi forma. Cùm ergo indignatur Deus, ſi redeat lex in cor noſtrum commonens ☞ & do-

† medium Num. 16. f.

F

✠ NICOLAVS DE LIRA.

1 Iuſti pueri bo. *id eſt Hebræi filij patriarcharum.*
2 Et iuſtitiæ legem *in monte Sinai datam.*
3 In con. di. *id eſt concorditer receperunt. d. Exod. xxiiij.* Omnia verba domini, quæ locutus eſt, faciemus.
4 Similiter bona & mala recepturos iuſtos, *id eſt proſpera & aduerſa ex voluntate Dei miſſa & mittenda diſpoſuerunt æquanimiter recipere pro Dei amore.*
5 Patri omnium, *ſcilicet Deo,*
6 Decantantes lau. *in proſperis & aduerſis. Conſequenter ecōuerſo ponitur Aegyptiorum vox lamentabilis, cùm dicitur,* Reſonabat autem inconueniens, &c.
7 Planctus plo. *id eſt qui fiebat pro primogenitis interfectis.*
8 Simili autē pœ. *Exod. xij. d.* Percuſſit dominus omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, qui ſedebat in ſolio eius vſque ad primogenitū captiuæ, quæ erat in carcere.
9 Quoniam vno momento. *exterminata eſt quia tunc primogenitus regis mortuus eſt.*
10 De omnibus enim, *Aegyptiis,*
11 Non credentes, *Deo & moyſi,*
12 Propter benefi. *in amotione plagarum eis collata, quia remotis plagis reuertebantur ad obſtinationem ſuam.*
13 Tunc cum pri. *ſpoponderunt, id eſt confeſſi ſunt.*
14 Popu. Dei- *& refertur ly ſe, ad Moyſē & Hebræos, tūc enim dimiſerunt eos abire, tanquam Dei ſeruos, Exod. xij. e. Poteſt etiā ly ſe, referri ad Aegyptios, per hoc enim quod obedierunt mandato Dei de emiſſione Hebræorum, licet hoc fecerint timore, poſſunt dici quodāmodo populus Dei, ſicut obedientes regi terreno timore ſolo, dicuntur eſſe de eius populo.*
15 Cum enim quietum ſilen. *Hic conſequenter deſcribitur tempus & hora percuſſionis primogenitorū Aegypti, cū dicitur,* Cū enim quietum, *id eſt conticinij hora, in qua communiter ſilent omnia.*
16 Et nox in ſuo curſu med. *nam hæc percuſſio fuit inter principium noctis & finem.*
17 Omnipotens ſermo tuus do. *id eſt præceptum de interfectione primogenitorum.*
18 Exiliens de cælo. *Ex hoc arguunt aliqui, quod interfectio primogenitorum Aegypti facta fuit per angelum bonū: ſed non eſt efficax argumentum. Tum quia liber iſte non eſt de canone; Tū quia dæmones frequenter leguntur executores diuinæ iuſtitiæ, & quod hæc interfectio fuerit facta per Angelum malum, videtur magis probabile: quia magis concordat ſcripturæ canonicæ. Dicitur enim Pſal. lxxvij. e.* Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per angelos malos; *& certum eſt quod loquitur de percuſſione Aegyptiorum, ſicut dixi plenius Exod. xij. vbi proprie locum habet hæc quæſtio.*
19 Durus debellator, *quia primogenitorum interfectio.*
20 In mediam exterminij terram proſiliuit, *id eſt exterminio dignam.*
21 Gladius acutus, *nam ei non poterat reſiſti.*
22 Inſimulatum, *id eſt non fictum, ſed verum.*
23 Imperium tuum portans, *id eſt exequens.*
24 Et ſtans repleuit omnia morte, *quia non erat domus Aegyptiorum, in qua non eſſet mortuus. Exod. xij. e.*
25 Et vſque ad celum, *hoc dicitur ad exprimendum, quod primogenitorum nullus euadere poterat,*
26 Tunc continuo, *id eſt ante immediatè.*
27 Viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati, *ad præfigurandum dictam percuſſionem primogenitorum.*
28 Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, *nam variis modis & terribilibus moriebantur, vt per hoc cauſa illius mortis monſtraretur, & non ſolùm aliis remanentibus, ſed etiam ipſis morientibus; ideo ſequitur:* Ne inſcii quare mala, &c.
29 Tetigit autem. *Hic conſequēter remouetur obiectio cōtra prædicta: & primo ponitur, cùm dicitur,* Tetigit autē. *ſcilicet Hebræos*

a ¶ Quæ facta fuit poſt incendium Core.

tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudi- 1 2
nis: ſed non diu permanſit ira tua. Properans enim homo ſi- 3
ne querela deprecari, pro populis proferẽs ſeruitutis ſuæ ſcu- 4 5
tum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, 6

a ¶ Perplexio vt ſingulis reperiantur omnia.

reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam 7 8
tuus eſt famulus. Vicit autem turbas, non in virtute corpo- 9 10
ris, nec armatura potentiæ: ſed verbo illum qui ſe vexabat, 11
ſubiecit, iuramenta parentum & teſtamentum cõmemorans. 12
Cùm enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mor- 13 14
tui, interſtitit & amputauit impetum, & diuiſit illam quæ ad 15
a viuos ducebat viam. In veſte enim poderis quam habebat, 16 17

a ¶ Id eſt nomina eorum.

totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor 18 19

a ¶ Id eſt ineffabile nomen, ſcilicet tetragrammaton

ordinibus lapidum ſculpta erant, & magnificentia tua in dia- 20 21
b demate capitis illius erat ſcripta. Is autem ceſſit, qui extermi- 22
nabat, & hæc extimuit. Erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens 23 24 25

A & docens conuerti ad pœnitentiam, ſatisfacere pro delictis, ſupplicare pro culpis, ceſſabit indignatio, & placabitur Dominus: & propitiabitur quaſi Moyſe & Aaron intercedentibus. Si verò indurentur corda noſtra, vt dicamus, Non eſt Deo cura de vita mortalium & huiuſmodi; patet non eſſe in nobis Moyſen & Aaron, ſcilicet legis ſciẽtiam, & pœnitentiæ fructum, per quos interitum poſſimus euadere.

*Aug. Emerito epiſtola 164. de ſchiſmate Donatiſtarum.*

AVG. Non vobis obijcimus niſi ſchiſmatis crimen, quam etiam hæreſim malè perſeuerando feciſtis. Quanti autem diuino iudicio pendatur B hoc facinus, lege quod te legiſſe non ambigo. Inuenies Dathan & Abiron hiatu terræ deuoratos, cæteroſque omnes qui eis conſenſerant, igne de medio eorum exiſtente cõſumptos. Illud ergo ſcelus ad exemplum deuitãdi dominus Deus præſenti ſupplicio denotauit, vt cùm talibus patientiſſimè parcit, qualia vltimo iudicio reſeruet, oſtenderet.

*Veſtimentorũ ſacerdotalium myſticatio.*

C a *In veſte enim poderis.* RABAN. Byſſum, terræ deputãt Hebræi: quia ex terra gignitur; Purpuram, mari, quia ex eius cochleis tingitur; Hiacynthum aëri, propter coloris ſimilitudinem; coccum igni & ætheri, vt ſcilicet pro toto mundo oret pontifex. Siquidem ex terra, ex aqua, & aëre, & igne conſiſtit mundus, & hęc elementa ſunt omnium. Vnde primum veſtimentum, lineum eſt, quod terram ſignificat; Secundum hiacynthinum, quod aërem demonſtrat, quia de terrenis paulatim ad excelſa leuamur, & ipſa veſtis hiacynthina à capite vſque ad talos veniens, indicat aërem de cælis vſque ad terram fuſum. Mala autem punica, & tintinnabula in inferioribus poſita, fulgura tonitruáq; demonſtrant, vel omnium elementorum conſonantiam, & vniuerſa ſibi perplexa, vt in ſingulis reperiantur omnia. Supradicti colores auro intexti ſunt, quia vitalis calor & diuini ſenſus prouidentia vniuerſa penetrat. Superhumerale, & duos lapides ſmaragdinos vel onychinos qui deſuper ſunt, & vtrumque humerum tegunt, duo hemiſphæria interpretantur: quorum aliud ſuper terram, aliud ſub terra, vel ſolem & lunam quæ deſuper rutilant. Zona (qua ſacerdotis pectus aratur) & linea tunica (id eſt terra, conſtringitur) oceanum eſſe dicunt. Rationale verò di- D cunt terram, quæ inſtar puncti, licet in ſe omnia contineat, à cunctis velatur elementis. Duodecim lapides, zodiacum circulum, vel duodecim menſes. Singulis quoque verſiculis aſſignant ſingula tempora, & his ternos menſes deputant. Pulchrè autem quod in medio eſt, appellatur rationale: ratione enim cuncta ſunt plena, & terrena cœleſtibus inhærent; imò ratio terrenorum & temporum, caloris & frigoris & duplex inter vtraſque tẽperies, de cęli curſu ratione deſcendit. Vnde rationale cum E ephod fortius ſtringitur. In rationali verò λογίον, id eſt manifeſtatio, doctrina & veritas hæc ſignant, quòd nũquam in Dei ratione mendacium ſit, & ipſa veritas multis ſignis & argumentis monſtratur hominibus; vnde factũ eſt, vt rationẽ ſolis & lunæ, annorũ & menſiũ, temporũ & horarum, tẽpeſtatis & ſerenitatis, ventorũ & omnium rerum noſceremus, accipientes à Deo ſapientiam: & ipſo habitatore & doctore fabricæ totius ſcientiam. Super omnia cidaris & vitta hiacynthina F cælum monſtrat; auri lamina in fronte pontificis, ſcriptúmque nomen Dei, vniuerſa quæ ſubter ſunt Dei arbitrio gubernari.

b *Is autem ceſſit.* Verus Pontifex Ieſus Chriſtus aſſumpto batillo humanæ carnis, & ſuperpoſito igne altaris, id eſt anima cũ qua incarnatus eſt, & adiecto incenſo, id eſt ſpiritu immaculato, medius ſtetit inter viuos & mortuos, & mortem repulit, deſtruens diabolum, qui habebat mortis imperium, vt qui credit in eum, non moriatur in æternum. Hoc myſterium iam tunc vaſtator expauit. Agnoſcebat enim figuram batilli & ignis incenſi, & qualis offerenda hoſtia eſſet ab illo, qui medius erat inter viuos & mortuos; & illos quidem imago ſaluauit, ad nos autem veritas peruenit. Neque enim indumenta pontificis purpura, byſſo, linóque contexta erubuiſſet vaſtator, ſed vera indumenta veri pontificis intellexit, & his ceſſit. In figura pontificali, Chriſtum futurum prenoſcebat, ſed quia viderat carne indutum, non Deum ſed hominem purum credidit, vnde, *Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

*Ioan. 6.c.* *1.Cor. 2.b.*

CAP.

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tentatio mor. *id eſt punita morte, & quæ fuit illa ſubditur:*
2 Et con. & *pro* id eſt; *commotio ſeditionis excitata per Core & complices eius.*
3 In ere. *vt habetur Num. xvj.e. cuius occaſione multi de Iſrael fuerunt mortui: propter quod videtur alicui, quod populus Iſrael non fuerit melioris conditionis, quàm Aegyptij.*
4 Sed non diu per. *hîc remouetur dicta obiectio, por hoc, quòd ſtatim appoſitum fuit remedium: & hoc eſt quod dicitur*, Si non diu perman. *& ſubditur cauſa,*
5 Pro. enim. *i. Aaron piè viuens erga dominum, & iuſtè ad proximum.* 6 Depre. pro populis. *morientibus.*
7 Reſtitit. iræ. *domini eum placando ſua deprecatione.*
8 Et fi. im. ne. *id eſt morti.*
9 Oſten. quo. tu. eſt fa. *per hoc quòd te placauit ſuis precibus.*
10 Vicit au. tur. *id eſt peſtes populum turbantes.*
11 Non in vir. *ſed verbo orationis deuota.*
12 Illum qui ſe ve. *ſcilicet per incendium comburens populum, de cuius combuſtione Aaron vexabatur,* 13 Subiecit. *illud extinguendo.* 14 Iuramenta pa. *vt enim oratio ſua eſſet magis exaudibilis, in ea fecit mentionem de iuramento Dei Abrahæ facto, & teſtamento in monte Sinai iam dato.*
15 Cum enim iam acer. *id eſt, ſtetit inter mortuos & viuentes.*
16 Et amputauit impetum, *incendij.*
17 Et diuiſit illam quæ ad vi. *Nam ignem procedentem ad conſumendum adhuc viuentes intercidit, vt dictum eſt. Et quia tunc Aarõ fungebatur ſũmi pontificis officio, ideo ſubdit de ipſius ornamẽto dicẽs:* In
18 In veſte enim poderis. *E. dicitur à πὸς quod eſt pes. Nam tunica eius hiacynthina attingebat vſque ad pedes.*
19 Totus erat orbis ter. *repræſentatiuè. Tunica enim linea figurabat terram, quia linum naſcitur de terra: Baltheus cingens illã tunicam, oceanum terrã cingentẽ; Tunica hiacynthina ratione coloris aerem; baltheus autem cingens tunicam hiacyntinam figurabat ignẽ, qui ambit aerem. Superhumerale cum rationali ſibi coniũcto ex varietate lapidum pretioſorum & diuerſorum colorum, figurabat cælũ ſydereũ ſtellis ornatum. Duo lapides onychini in ſuperhumerali, ſignificãt duo magna luminaria ſolem & lunã. Duodecim gemmæ rationalis, duodecim ſigna zodiaci. Mitra quæ erat in capite ſuperiorem partem mundi, ſcilicet cælum cryſtallinum & empyreum. Lamina ſacta pendẽs in fronte repræſentabat Deum omnibus præſidentem: propter quod in illa ſcriptum erat nomen domini tetragrammaton, quod eſt propriũ altiſſimi creatoris omniũ. Et per hæc ornamenta ſignabatur, quòd pontifex his ornatus erat creatoris omnium ſeruus, ſicut dictum fuit plenius Exod. xxviij.* 20 Et parentum magna. *nam in rationali erant quatuor ordines lapidum diſtincti per ternarium, & in illis duodecim lapidibus erant ſculpta nomina duodecim tribuum.*
21 Et magni. tua. *id eſt nomen tetragrammaton tibi proprium.*
22 In dia. *i. in lamina aurea quæ erat tracta ad modũ ſemircirculi ab aure vſq; ad aurẽ attingẽs per frõtẽ, vt plenius dictũ fuit in Exodo.*
23 Is autem ceſſit qui exter. *ſcilicet ignis qui ceſſauit, vt dictũ eſt.*
24 Et hæc extimuit. *id eſt ipſum Deum, cuius hæc erant ſigna, eo modo loquendi quo creatura irrationalis obedire dicitur creatori.*
25 Erat enim ſo. *ſeditionis commotę* 26 Iræ ſuffi. *i. cauſa ſufficiens vindicta Dei contra totum populum, niſi pontifex placaſſet eum.*

CAP.

## CAPVT XIX.

A Mpiis autem vſque in nouiſſimum ſine miſericor- 1
dia ira ſuperuenit, præſciebat enim & futura illo- 2 3
rum, quoniam cum ipſi reuerſi eſſent, & permiſiſ- 4
ſent vt ſe † educerent: & cum magna ſolicitudine 5 6
præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitentiæ actus. 7
Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorātes ad 8
monumentum mortuorum, aliam ſibi aſſūpſerunt cogitatio- 9 10
nem inſcientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquā fu- 11
gitiuos perſequebātur. Ducebat enim illos ad hūc finē digna 12
neceſſitas, & horum quæ acciderant, cōmemorationē amit- 13 14
tebant: vt quę deerant tormētis, repleret punitio, & populus 15 16
quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autem nouam mortem 17
a ¶ Quia conditoris ſui præceptis obedit, & in omnibus ei deſeruit. Ad hoc enim creatura creata eſt, vt ei per omnia obediret. 18
inuenirent. Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initiō re- 19
figurabatur, deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirē- 20
a ¶ Incarnatio Chriſti, qui credentes lumine euangelij illuſtrat, & à perſecutoribus protegit. 21
tur illæſi. Nam nūbes illorum caſtra obumbrabat, & ex aqua 22
a ¶ Quod baptiſmum ſignificat, in quo ſaluantur fideles, & ſuffocantur dæmones.
b quæ antè erat terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine
impedimento, & campus germinans de profundo nimio, per 23 24
c quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, vidē- 25
a ¶ Dei. vnde: Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.
tes tua mirabilia & monſtra. Tanquam enim equi depaue- 26
runt eſcam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te 27 28
domine, qui liberaſti illos. Memores enim erant adhuc 29
illorum, quæ † incolatu illorum facta fuerant, quemad-
d modum pro natione animalium produxit terra muſcas, 30
& pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. 31

CAP XIX.

A a *Impiis autē vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſuperuenit.* Inimicis populi Dei: vindicta vſque ad conſummationem ſuperuenit, quia nec vitam nec mores correxerunt, fictis enim argumentis ſimulabant pœnitentiam, & ideo non meruerunt in- B dulgentiam. Vnde Pharao cum plagis afflictus, populum Dei ſe dimiſſurum promitteret, paululum reſpirans ad domeſticam crudelitatem reuerſus eſt, donec in mari rubro fluctibus ſubmerſus eſt. Perſecutores enim Chriſtiani nominis ſi perſtiterint in ma- C litia ſua, ſentient in pœna quantum valeat Dei iuſtitia.

b *Via ſine impedimento.* RAB. Via trium dierum, quia exitus de Ægypto rectè intelligitur ille qui dixit, *Ego ſum via, veritas & vita:* quia *nemo venit ad patrem niſi per* ipſum. Ipſe eſt via per quam populus, qui Deo con- D coniungitur, de Aegypto, id eſt, de idolorum obſeruatione educitur: per mare rubrum Chriſti ſanguine rubicundum & quodammodo iam tunc myſterio conſecratum tanquam per baptiſmi ſacramentum Pharaone ſubmerſo populus Dei eripitur.

† ſeduceret

† in incolatu

Ioan. 14.

E c *Videntes tua mi.* Sic nos oportet liberatori noſtro exultantes gratias agere dicentes, *Benedic anima mea dominum, &c.* vnde Apoſtolus, *Sine intermiſſione orate in omnibus gratias agi. &c.*

Pſal. 103. a.

1. Theſſ. 5. d

d *Produxit ter.* Nota quòd inimicis Dei terra produxit muſcas, & fluuias ranas; cultoribus autem Dei terra dedit fructum, & ma- F re carnis alimentum. Dignum eſt enim, vt fidelibus ſuis per opera ſua nutrimentum, diuina procuret prouidentia. Inimicis verò condignum tormentum per ſubditam ſibi creaturam inferat.

Iuſtè

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. XIX

IMpiis autem vſque in nouiſſimum, *Hæc ſexta pars, in qua recolitur ſextum beneficium, quod eſt de traductione per mare rubrum, & ſubmerſione Aegyptiorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius beneficij recordatio: ſecundo, ſubditur intenta concluſio, ibi,* In omnibus. *Prima adhuc in duas, primò recolitur Aegyptiorū ſubmerſio: ſecundo, Hebræorum ſaluatio, ibi,* Omnis enim. *Circa primum dicitur continuando prædictis, ſcilicet quod Hebræi in mortalitate à ſerpentibus habuerunt remedium, non autem primogeniti Aegyptiorum. ideo dicitur,*

1 Impiis autem vſque in no. *id eſt vſque ad ſubmerſionē eorum.*

2 Sine miſericordia, *id eſt, ſine remedio, nam nullum Dei opus caret miſericordia.*

3 Ira ſuperuenit, *id eſt, punitio.*

4 Præſciebat enim & futura illorum, *ſcilicet ipſe Deus.*

5 Quoniam cum ipſi reuerſi eſſent. *id eſt, præordinaſſent,*

6 Vt ſe educerent, *id eſt filios Iſrael emitterent de Aegypto, ita quòd ly* ſe *non refertur ad Aegyptios, ſed ad Hebræos.*

7 Et cum magna ſolicitudine præmiſiſſet illos, *nam Aegyptij cogebant Hebræos feſtinanter egredi, Exod. xij e.*

8 Conſequebantur illos pœnitentiæ actus, *de populi Iſrael emiſſione, Exod. xiij. e,*

9 Adhuc enim inter manus, *id eſt in præſenti,*

10 Habentes luctum, & deplorantes ad monumentum mortuorum, *de morte primogenitorum.*

11 Aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcient. *de Hebræorum reductione.*

12 Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſi. *neceſſitas, id eſt mors eis iuſtè inferenda in mari rubro.*

13 Et horum quæ acci. *ſcilicet plagarum præteritarum.*

14 Commemorationem amit. *abiicientes à ſe timorem domini.*

15 Vt quæ deerant tormentis, *ſcilicet ex iuſtitia debitis,*

16 Repleret punitio, *ſubmerſionis eorum.*

17 Et populus quidem tuus mirabiliter tranſi. *mare rubrum.*

18 Illi autem nouam morta. *per ſubmerſionem, quæ dicitur mors noua, reſpectu mortis primogenitorum, quæ præceſſerat.*

19 Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur. *Hic conſequenter ponitur ſaluatio Hebræorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc ſaluatio: ſecundo gratiarū actio, ibi,* Tanquam enim. *Circa primum dicitur,* Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur, *id eſt, ad obedientiam Deo, à quo originatur omnis creatura.*

20 Deſeruiens præceptis tuis, *quòd patuit in diuiſione maris, & in columna ignis & nubis: ideo ſubditur,*

21 Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, *Angelus enim, qui præcedebat caſtra Hebręorum abiit poſt eos, ita quòd Aegyptij non poterant ad Hebræos accedere, Exod. xiij.*

22 Et ex aqua. *terra arida apparuit, in diuiſione maris.*

23 Et campus germinans, *id eſt maris fundus deſiccatus ad modū campi germinantis, per quem omnis natio Hebræorum tranſiuit.*

24 Quæ tegebatur manu tua, *id eſt potentia tua.*

25 Videntes tua mirabilia, *in deſiccatione fundi maris, & in ſolidatione aquarum, quæ erant eis pro muro à dextris & à ſiniſtris, Exod. xiij. g.*

26 Tanquam enim equi depauerunt eſcam. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio Hebræorum, & primò de ſua ſaluatione, cum dicitur,* Tanquā enim equi depauerūt eſcā. *id eſt arma Aegyptiorū acceperunt, quos viderunt mortuos ſuper littus maris, Exod. iiij. g.*

27 Et tanquam anni exultauer. *de beneficiis ſibi collatis.*

28 Magnificantes te do. *dicentes:* Cantemus domino glorioſè, &c. *ſequitur:*

29 Memores enim. *Hic conſequenter ponitur alia cauſa gratiarū actionis, ſcilicet vindicta Dei de ſuis aduerſariis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur percuſſionis actus: ſecūdò mirabilis modus, ibi,* In ſe enim. *Prima adhuc in duas ſecundū duas Aegyptiorū punitiones. Intermiſcētur tamē Hebræorum aliquæ cōſolationes, vt oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcant, Dicit ergo Philo:* Memores enim. *id eſt dum gratias agerent, dicentes,* Cantemus domino, *&c. Memores enim erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerāt contra Aegyptios, cum adhuc Hebræi manerent in Aegypto.*

30 Quemad. pro na. *id eſt pro generatione animalium vtilium.*

31 Produxit terra. *Exod. viij. Et per oppoſitum ſubditur Hebræorum conſolatio, cum dicitur,*

Omnis

Nouiſſi-

A a *Iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas nequitias*. RAB. Qui antiquos Dei ſeruos ad ſe venientes crudeliter tractauerunt, dignè puniti ſunt: vt mente tenebroſi & affectu rigidi obſcuritatem tenebrarum & diuerſorum dolo- B rum in corpore ſuſtinerent; quantò magis qui ſeruos Chriſti, & prædicatores Euangelij contemnunt? vnde: *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati &c.* (Matt. 10. b.) Bene autem dicitur, quòd percuſſi ſũt cæ- C citate, ſicut illi tenebris excæcati erant qui in foribus iuſti, id eſt Lot, errabant, oſtij tranſitum quærentes & non inuenientes: Qui enim tenebras erroris intus patitur, grauiſſimis dãnis vndique conſtringitur, quia viam veritatis non agnoſcit: & oſtium quod Chriſtus eſt, non inuenit.

Nouiſſimè autem viderunt nouam creaturã auium, cũ adducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis. In allocutione enim deſiderij aſcendit (¶ Aliàs deſcendit.) illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus ſuperuenerunt, non ſine illis quæ ante facta erant argumentis per vim fluminum. a Iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas nequitias. Etenim † deteſtabiliorem (†in deteſtabiliorem) inhoſpitalitatem inſtituerunt. Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem † redigebant (†recipiebant). Et non ſolùm hæc, ſed & alius quidem erat reſpectus illorum: quoniam inuiti recipiebãt extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt, hos qui eiſdem vſi erant inſtitutis, ſæuiſſimis afflixerunt doloribus. † Percuſſi ſunt (†Gen. 19. c.) autem cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti (¶ Lot.), cùm ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quærebat. b In ſe elementa enim dum conuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur; & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt. c Vnde æſtimari ex ipſo certo † viſu (†vſu) poteſt. Agreſtia enim in aquatica conuertebantur, & quæcunque erant natantia, in terra tranſibant. † Ignis in aqua (†Exod. 9. f.) valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur. Flammæ è contrario corruptibilium animalium

1 b *In ſe elementa enim* D
2 *dum conuertun.* Sicut
3 in organo diuerſi ſo-
4 ni ad cõcordiam me-
5 lodiæ temperamen-
6 to conſentiunt, ita
7 diſcrepantia elemen-
8 ta ſeruato iure natu-
9 10 ræ ad creatoris volun-
11 tatem flectuntur: non
12 enim creaturam ſibi
13 condidit contrariam, E
14 15 ſed per omnia volun-
16 tati ſuæ conſenta-
17 neam.
18 c *Vnde æſtimari, &c.*
19 20 RAB. Homines enim
21 & iumenta profun-
22 dum maris rubri ſic-
23 co veſtigio tranſie-
24 runt, & ranæ de flu-
25 26 uijs procedentes do- F
27 mos Ægyptiorum im- (Ibid. 9. f.)
28 pleuerunt. Ignis cum (Exod. 8. a.)
29 grandine miſtus de
30 cælo ruebat, nec ig-
31 32 nis aquam, nec aqua
33 ignem impediebat.
34 Vbi autem erant filij
35 Iſrael neminem læ-
36 ſerunt, vt appareret
37 quòd elementa mundi non ſuæ tantum conditioni, ſed creatoris deſeruirent voluntati.

*In ſe* ☞ *In*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Nouiſſimè autem, *id eſt poſt exitum de Ægypto.*
2 Viderunt nouam creaturam auium. *Num. xj. g.*
3 In allocutione enim deſiderij, *id eſt ad petitionem eorum. ſecundum ſuum deſiderium.*
4 Aſcendit illis de mari ortygo. *id eſt coturnix. Et ponitur hic ſingulare pro plurali, quia fuit ibi coturnicum multitudo magna. Si autem arguatur, quod datio coturnicum non fuit ad bonum ipſorum: quia ibi mortuus eſt populus, qui deſiderauerat carnes, Nu. xj. g. Dicendum, quod mors non fuit omnium, ſed paucorum reſpectiuè, ſcilicet Ægyptiorum, qui cum filijs Iſrael exierunt de Ægypto, iunctis aliquibus de filijs Iſrael, vt ibidem dicitur: Qui malè concupierat carnes, attædiati de manna: ſed recreatio coturnicum fuit omnibus generalis, ſed ſpecialiter in conſolationem bonorum.*
5 Et vexationes peccatoribus. *Hic ponitur ſecunda percuſſio Ægyptiorum, cùm dicitur,* Et vexationes pecca. *ſcilicet Ægyptijs.*
6 Non ſine illis quæ antè facta erant argu. *id eſt eorum reprehenſionibus per flagella. Et quæ fuerint illa ſubditur:*
7 Per vim fluminum, *Fuit enim prima plaga, conuerſio aquarum in ſanguinem, Exod. vij d.*
8 Iuſtè enim patiebantur, *Ægyptij,*
9 Secundum ſuas nequitias, *ideo ſubditur,*
10 Etenim deteſtabiliorem inhoſpi. *contra bonum hoſpitalitatis inſtituta facientes.*
11 Alij quidem ignotus, *id eſt extraneos,*
12 Non recipiebant aduenas, *ſcilicet ad manendum ſecum in Ægypto.*
13 Alij autem bonos hoſpites, *ſicut filios Iſrael,*
14 In ſeruitutem redigebant, *poſt mortem Ioſeph & fratrum ſuorum, Exod. j.*
15 Et non ſolum hæc, *mala,*
16 Sed & aliud quidem reſpectus illorum erat: *contra bonum hoſpitalitatis.*
17 Quoniam inuiti, *id eſt cum duritia vultus & verborum.*
18 Recipiebant extraneos, *ad hoſpitem: ſicut aliquando contingit, quod dantes eleemoſynam, tot vituperia dicunt petentibus, quod nimis carè vendunt eis.*
19 Qui autem cum lætitia receperunt, hos, *Iungatur ſic litera: Qui eiuſdem vſi erant inſtitutis, Id eſt, Ægyptij qui vtebantur inſtitutis contra bonum hoſpitalitatis, vt dictum eſt:* Hos qui cum lætitia receperunt, *ſcilicet, Hebræos hilariter recipientes extraneos.*
20 Sæuiſſimis afflixerunt doloribus, *intantum, quod ad amaritudinem perducebant vitam illorum,* Exodi primo, *ſed non impunè. ideo ſubditur:*
21 Percuſſi ſunt autem cæcitate, *tribus diebus in tenebris palpabilibus exiſtentes, Exod. x.*
22 Sicut illi, *id eſt, Sodomitæ,*
23 In foribus iuſti, *ſcilicet Lot.*
24 Cùm ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, *percuſſi cæcitate ab angelo.*
25 Vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui, *ſcilicet Lot,*
26 Quærebat, *nec tamen inuenire poterat, vt ibidem dicitur.*
27 In ſe enim elementa dum conuertuntur. *Hic conſequenter ponitur punitionis Ægyptiorum mirabilis modus, elementis Deo obedientibus, ideo dicitur,* In ſe enim elementa dum conuer. *mutando modum ſuum agendi ex præcepto Dei.*
28 Sicut in organo, *id eſt inſtrumento muſico.*
29 Qualitatis ſonus immutatur, *ſecundum voluntatem modulantis, qui modo percutit vnam chordam, modo aliam: & eandem, modo fortius, modo remiſſius;*
30 Et omnia ſuum ſonum cuſtodiunt, *ſecundum diſpoſitionem modulantis: Ita ſupple mutatur actio creaturæ in Ægyptiorum punitione ſecundum diſpoſitionem creatoris.*
31 Vnde æſtimari ex ipſo certo viſu poteſt, *hoc apparebat ſenſibiliter.*
32 Agreſtia enim, *id eſt, animalia in agris habitantia, vt boues & iumenta.*
33 In aquatica conuertebantur, *non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ambulationem, ſcilicet per fundum maris, quæ eſt habitatio piſcium. Hebræi namque ſua animalia eduxerunt ſecum de Aegypto, Exod. x. c.* Cuncti greges pergunt nobiſcum, &c. *Et quod ſic intelligatur conuerſio agreſtium, patet ex hoc quod ſubditur:*
34 Et quæcunque erant natantia, in terra tranſibant, *gradiẽdo, vt patet de ranis intrantibus domos Aegyptiorum, Exod. viij.*
35 Ignis in aqua valebat, *id eſt fortiter comburebat.*
36 Supra ſuam virtutem; & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur, *naturalem. Nam grando & ignis, pluuiæ & fulgura diſcurrebant per Aegyptum, Exod. ix. & vnum contrarium non impediebat aliud, ſed magis acuebat in ſua actione.*
37 Flammæ e contrario corrup. *id eſt ſerpentium & draconum ignem ſpirantium.*

☞ Non

a *In omnibus enim magnificaſti*. Miſericors & miſerator dominus ſemper adeſt fidelibus ſuis, quos ſemper protegit & regit: quos aliquando in martyrio pur-

A

non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebant 1
illam, quę facilè diſſoluebatur, ſicut glacies, bonam eſcam. 2 3
a In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & 4
honoraſti, & non deſpexiſti, in omni tempore, & in omni 5 6
loco aſſiſtens eis.

gat. vnde, *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis*. Multæ enim tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus.

D Eccl. 27. a. Pſal. 33. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non vexauerunt carnes coambulantium, *Id eſt, filiorum Iſrael ſimul ambulantium per deſertum, in quo erat ſerpens ſtatu adurens. Deuter. viij. c. & ponitur ibi ſingulare pro plurali. Nam ibi erant tales ſerpentes multi, ſicut Exod. viij. f.* Venit muſca grauiſſima, *id eſt, multitudo muſcarum.*

2 Nec diſſoluebant illam, *ſcilicet mannam, quæ facilè diſſoluebatur, ſicut glacies ad calorem ſolis.*

3 In omnibus enim magnifi. *Hîc vltimò ponitur intenta concluſio reſpectu totius libri, ex cuius proceſſu apparet, quòd intentio Philonis eſt declarare condeſcenſiones diuinas Hebræis factas, ideo dicit;* In omnibus enim magnifi. populum tuum do. *eius aduerſarios flagellando & ſubmergendo.*

4 Et honoraſti, *eum de ſeruitute Aegypti liberando.*

5 Et non deſpexiſti, *preces eius denegando.*

6 In omni tempore & in omni loco aſſiſtens eis, *vt patuit in mari rubro, in deſerto, & in cæteris locis. Ad laudem nominis tui, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum, Amen.*

## *Incipit prologus libri Ieſu filij Sirach, qui Eccleſiaſticus appellatur, in Græcum de Hebræo tranſlatum.*

MVltorum nobis & magnorum per legem, & prophetas, aliosq; qui ſecuti ſunt illos, ſapientia demonſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſrael doctrinæ & ſapientiæ cauſa: quia non ſolum ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe, & dicentes & ſcribentes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt, volui & ipſe ſcribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent: vt deſiderantes diſcere, & illorum periti fieri, magis magiſque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, & deficere in verborum compoſitione. Nam deficient verba Hebraica, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam. Non tamen ſolùm hæc, ſed & ipſa lex & prophetæ, cæteráque aliorum librorum non paruam habent differentiam, quando inter ſe dicuntur. Nam in octauo, & triceſimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis Regis, poſtquam perueni in Ægyptum, & cùm multum temporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos non paruæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & neceſſarium putaui & ipſe addere aliquam diligentiam & laborem interpretandi librum iſtum, & multa vigilia attuli doctrinam in ſpatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt librum iſtum dare, & illis qui volunt animum intendere, & diſcere quemadmodum oporteat inſtituere mores, qui ſecundum legem Domini propoſuerint vitam agere.

## *Incipit prologus Rabani in Eccleſiaſticum.*

LIbrum Ieſu filij Sirach dicit ſe Hieronym. apud Hebræos reperiſſe, non *Eccleſiaſticum*, vt apud Latinos, ſed *parabolas* prænotatum cui iuncti erant Eccleſiaſtes, & Canticum canticorum; vt Salomonem non modò librorum numero, ſed & materiarum genere coæquaret. Librum verò ſapientiæ ſe non reperiſſe apud eos, ſed magis Græcam redolere eloquentiam, quem nonnulli Philonis eſſe affirmant. Eccleſiaſticus verò, ſicut & Eccleſiaſtes, eccleſię vtiliſſimus eſt, qui congregator vel collector interpretatur, ſicut ille concionator: ſed Eccleſiaſtes ad Chriſtum refertur, & ad quemlibet prędicatorem Eccleſiaſticus, qui propter excellentiam virtutum ſuarum, πανάρετος, id eſt omnium virtutū capax appellatur. Cuius tanta claritas, tantáque Latinitas eſt, vt ipſe ſibi commenta ſit.

CAP.

CAPVT I.

A a OMnis ſapientia. AVGVST. In ſecundo ſane (de doctrina Chriſtiana) libro, de authore libri, quem plures vocant ſapientiam Salomonis, quod etiam ipſum ſicut Eccleſiaſticum Ieſus Sirach ſcripſerit, non ita conſtare ſicut à me dictum eſt, poſtea didici; & omnino probabilius cõperi non eſſe hunc eius libri authorem.

Ioan. 1. a. Aug. lib. 2. Retrac. c. 4.

IDEM. Liber Eccleſiaſticus, quem Ieſus filius Sirach ſcripſiſſe traditur, & propter eloquij nonnullam ſimilitudinẽ Salomonis pronũtiatur; B continet in laude patrum, quod Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed ſi huic libro ex Hebræorum (quia in eo non eſt) canone contradicitur: quid de Moyſe, &c.

Aug. de cura pro mortuis gerenda, cap. 15.

IDEM. Tres recepti ſunt in authoritatem canonicam, Prouerbia, Eccleſiaſtes & Canticum canticorum. Alij verò duo, quorum vnus Sapientia, alter Eccleſiaſticus dicitur, propter eloquij nonnullam ſimilitudinem, vt Salomonis dicantur obtinuit conſuetudo. Non autem ipſe ipſius, non dubitant doctiores, eos tamen in authoritatem maximè occidentalis antiquitus C recepit eccleſia. quorum in vno, qui appellatur Sapientia Salomonis, paſſio Chriſti apertiſſimè prophetatur, &c. In Eccleſiaſtico autem fides gentium futura prædicitur iſto modo, *Miſerere noſtri dominator Deus omnium, & immitte timorem tuum ſuper omnes gentes: extolle manum tuam ſuper gentes alienas, & videant potentiam tuam, vt ſicut coram illis ſanctificatus es in nobis, ita coram nobis magnificeris in illis, & agnoſcant te ſecundum quod & nos agnouimus quia non eſt Deus præter te Domine.* Hanc ſub operandi & precandi ſpecie prophetiam per Ieſum Chriſtum videmus impletam. ſed aduerſus cõtradictores non tanta firmitate proferũtur, quæ ſcripta non ſunt in canone Iudæorum. In tribus verò illis D quos Salomonis eſſe conſtat & Iudæi canonicos habent, &c.

Aug lib. 17. de ciu. Dei, cap. 20.

Eccl. 36.

RAB. Incipit ab æterna Dei ſapientia, quæ Chriſtus eſt, qui cũ patre eſt ſemper ante ſecula, ſecundum illud: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.*

*Incipit liber Eccleſiaſticus.* CAPVT I.

a OMnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum b illo fuit ſemper, & eſt ante æuum: Are- c nam maris & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Sapientiam Dei præ- d cedentem omnia, quis inueſtigauit? Prior omnium creata

b *A Domino Deo eſt.* Quia Chriſtus fons vitæ, lux vera, de patre naſcitur, *& omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil.* Quiſquis hac ſapientia caret, in tenebris ambulat, & neſcit quò vadat. *Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, & prudentia carnis mors.* E

1. Cor. 3. d. Sap. 11. d.

c *Arenã maris & pluuiæ guttas.* RAB. Corporalia ſpiritualibus cõparat, vt ex difficillimis, quod omninò impoſſibile eſt, æſtimetur. Si enim hæc quæ in certo numero & mẽſura, & põdere condita ſunt, nemo poteſt dinumerare; quãtò minus ſapientiam Dei ſine initio & ſine fine inenarrabilem, inæſtimabilem poterit inueſtigare?

d *Prior omnium creata eſt.* Creata ſecundum humanitatem in conſilio Dei patris, ſcilicet pro ſalute humani generis prædeſtinata eſt incarnari. Notandum autem quòd propter vnitatem F perſonæ aliquando Chriſtus dicitur genitus, aliquando creatus.

VIGILIVS. Secundum humanitatis naturam, quam in temporis plenitudine ſuſcepturus erat, anticipans prælocutus eſt. Cùm ergo clareat Chriſtum creatum vel factum eſſe ſecundùm id, quod homo dignatus eſt fieri: aut concedite hoc humanæ eius naturæ; aut ſi concedere non vultis, naturam diuinitatis creatam eſſe affirmabitis, ac ſi vos cum Arrianis, vel cũ gentilibus conuincemini creaturam venerari & colere.

Vigilius cõtra Euthycen. hæreticum lib. 5.

Fons

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira ſuper Eccleſiaſticum incipit feliciter. CAP. I.

OMnis ſap. *Hic incipit liber Eccleſiaſticus, qui primò fuit Heb. ſcript⁹, vt patet per Hie. in ei⁹ prologo ſuper parabolas Salomonis. Et dicũt aliqui quod iſte ſcriptor fuit Ieſ⁹ fili⁹ Ioſedech, & Ieſ⁹ fili⁹ Sirach ei⁹ nepos, trãſtulit eũ de Heb. in Græc. Sed hoc nõ videtur verũ. Nã ſcriptor huius libri infrà l. c. facit mẽtionẽ de Simone filio Oniæ ſatis prolixè, qui fuit ſũm⁹ ſacerdos poſt mortẽ Ieſu filij Ioſedech per magnũ tẽpus. Nã inter ipſos fuerũt quinq; ſũmi ſacerdotes ſ. Ioachin, Eliaſiph, Iudas, Ioãnes, Onias. Et ideo dicẽdũ, ꝙ prim⁹ ſcriptor fuit Ieſ⁹ fili⁹ Sirach & nepos ei⁹, qui ſimiliter fuit Iudæ⁹, & ſciuit Græcũ, tranſtulit quoq; de Heb. in Græ. vt patet in prologo hui⁹ libri. Et hui⁹ trãſlatoris nomẽ propriũ ibi tacetur. Igitur ſi in proceſſu hui⁹ Poſtillæ dicatur quod autor hui⁹ libri ſcripſit ipſũ Græcè, intelligitur de trãſlatore primo. Sed prim⁹ & principalis ſcriptor (ſub* Deo *tamẽ) fuit Ieſ⁹ fili⁹ Sirach, vt habetur in prologo huius libri, & etiã infrà 50. c. In quo libro nos inducit ad amorẽ ſapiẽtiæ: & accipit ſapiẽtiã prout includit omnẽ virtutẽ ſicut accipitur in libro ſapiẽtiæ. Diuiditur autẽ iſte liber in duas partes. In prima inducit ad amorẽ ſapientiæ ratiocinãdo, in ſecũda exẽplificãdo, quæ incipit xliij. c. Prima adhuc in duas: Nã primò declarat autor ſapiẽtiæ principiũ, ſecũdo inducit ad eius exercitiũ c. ij. Circa primũ ſciẽdũ, quod duplex eſt principiũ ſapiẽtiæ. Vnũ effectiuũ, quod ſe tenet ex parte Dei: Aliud diſpoſitiuum, quod ſe tenet ex parte noſtri; nã ad ſapiẽtiã ex parte noſtri requiritur actus liberi arbitrij: ergo primò ponitur primũ, ſecũdũ ibi:* Ti. do. *Ad euidẽtiã primi & etiã aliorũ infrà dicẽdorũ ſciẽdum, quod ſapiẽtia dupliciter accipitur, quãtũ ſpectat ad propoſitũ, diuina ſcili. & humana. Diuina verò accipitur dupliciter. ſ. eſſẽtialiter & perſonaliter, quæ propriè ſapiẽtia genita dicitur, & eſt idẽ quod verbũ diuinũ, & per cõſequẽs eſt filij propriũ. Poteſt igitur dubitari de qua ſapiẽtia loquitur hic autor, & infrà xxiiij. Et dixerũt aliqui, quod de ſapiẽtia humana, eò quod ſubditur in hac parte: Prior omniũ creata eſt ſapiẽtia. Creatio verò nõ habet locũ in Deo. Sed cõtra hoc apparet quod in textu dicitur,* Oĩs ſap. à dom. deo eſt. &c. ante æuũ *quod eſt mẽſura eſſe incorruptibiliũ: propter quod ante ipſũ nõ eſt alia mẽſura niſi æternitas, & per cõſequẽs loquitur de ſapientia diuina quæ ſola eſt æterna, Propter quod dixerunt alij, quod loquitur de ſapiẽtia Dei eſſẽtialiter dicta, Sed cõtra hoc videtur textus cum dicitur,* Omnis ſap. *eſſe verò ab aliquo non competit eſſentiæ diuinæ, ſed tantum præcedentis perſonæ. Item infrà xxiiij. a. autor loquens in perſona huius ſapientiæ dicit,* Ego ex ore alt. primog. *Prodire verò ex ore altiſſimi, & per modũ geniti vel nati, eſt proprium filij, qui eſt ſapientia genita: propter quod cõmunius dicitur, quod autor loquitur hic de ſapientia genita, cuius primò deſcribitur emanatio interior, ſecundò exterior, ibi,* Fons ſa. *Prima diuiditur in tres partes: quia primò ponitur emanationis conſubſtantialitas & æternitas, ſecũdo eius incõprehenſibilitas, ibi,* Arenam. *tertiò primitas, ibi:* Prior oĩm. *Circa primũ dicitur,* 1 Oĩs ſap. *i. filius cuius propriũ eſt eſſe ſapiẽtia Dei genita, & eius attributũ ſeu appropiatum ſapiẽtia eſſẽtialiter dicta ſicut attributũ patris eſt potẽtia. Dicitur etiã cũ hoc filius oĩs ſapiẽtia: quia cõtinet ſupereminẽter oẽs modos & altitudines & notitias ſapiẽtiæ creatæ.* 2 A do. *i. procedẽs à Deo patre diſtinctus in perſona.* 3 Et cũ. *indiſtinctus in eſſẽtia.* 4 Sẽper. *in quo oſtẽditur huius emanationis æternitas.* 5. Are. ma. *Hic cõſequẽter oſtẽditur ſapientiæ genitæ incõprehẽſibilitas. Nã nõ eſt primò, i. à priori cognoſcibilis à nobis in præſẽti, ſolũ per poſterius, i. per effectus, quã improportionabiliter diſtãt à perfectione ipſius. Et ideo ſi cõprehẽderẽtur, non tamẽ per hoc hæc ſapiẽtia perfectè attingeretur: & tamẽ eius effectus ſũt à nobis incõprehẽſibiles, ſicut plenius fuit oſtẽſũ ſuper illud Eccl. j. à* Cũctæ res dif. *Sed quia poſſet aliquis credere, quod ſaltẽ aliquæ creaturæ eſſent ab hominibus cõprehẽſæ, ideo ponit exẽplũ de aliquibus, de quarũ incõprehenſione notũ eſt oĩbus, dicẽs,* Are. ma. &c. Quis dinumerauit? *quaſi dicat nullus hominũ: & de duobus primis & manifeſtũ. De tertio verò poſſet dubitari, nã anni à principio mũdi ſũt numerati, & per cõſequẽs mẽſes & dies poſſũt numerari. Ad quod dicẽdũ, quod anni nõ ſũt numerati certitudinaliter & præcisè. Quod patet primò quia ſeptuaginta interpretes multò plures annos cõputãt ab initio mũdi, quã in libris Heb. habeatur. Itẽ in libris Heb. cõputãtur anni ſecũdum vitas patrũ, vt habetur Ge. v. Et iterũ ſecũdũ tẽpora regũ, vt patet in l. Reg. & Par. In tali verò cõputatiõe frequẽter vnus annus pro duobus cõputatur, & econuerſo, vt frequẽter oſtẽſũ eſt in ſuperioribus lib. Iterũ à reditu captiuitatis Babylonicæ vſq; ad Chriſtũ nõ habetur aliqua numeratio per ſacrã ſcripturã. Et ideo propter tãtã varietatẽ bene dicitur, ꝙ dies ſeculi nõ ſũt ab aliquo homine numerati certitudinaliter & præcisè.* 6 Alti. cæ. *fũdũ abyſſi. i. oceani.* 7. Quis dim. *Quaſi dicat, nullus hominũ. Et de duobus primis eſt manifeſtũ. De tertio verò dicẽdũ, quod licet profũdũ oceani ſit mẽſuratũ à nautis in aliquibus locis aridæ propinquis, nõ tamẽ in omnibus ſed in paucis reſpectiuè in quibus eſt mare nauigabile: ideo cõcludit,* 8 Sap. Dei. *genitã.* 9. Præceden. *Quia per verbũ quod eſt idẽ cũ ipſa;* omnia facta ſunt. *Ioan. j. Cauſa verò effectiua præcedit ſuos effectus;* 10 Prior om. *Hic cõſequẽter oſtẽditur ſapiẽtiæ genitæ prioritas. Sciẽdũ tamẽ, quod aliqui iſtã literã exponũt de ſapiẽtiæ genitæ incarnatione, eò quod dicitur hic,* Prior omnium creata. *Creari verò ſibi non cõpetit niſi ratione naturæ humanæ, quæ creata eſt. Sed contra hoc arguitur, quia licet ſapientia genita ratione humanitatis aſſumptæ poſſit dici creata, ſicut dicitur, Ioan* j. Verb. caro fac. *tamen non poteſt hoc modo dici prior creatura, vel* prior creata; *nam ante tempus incarnationis multa fuerunt creata. Ad quod reſpondent, quod non accipitur hic prioritas durationis, ſed autoritatis & dignitatis: nam humanitas Chriſti propter vnionem ad verbum & plenitudinem gratiæ facta eſt dignior omnibus creaturis.*

Anni ab initio mundi incerti nobis ſunt.

Sapientia quomodo omnium prior dicatur.

a *Fons ſapientiæ.* Origo omnis ſapientiæ à verbo Dei procedit, quod Deus ex Deo ſemper cum patre manet in cælis; ſed ingreſſus mundum per diſpenſationem humanitatis dedit mandata ſalutis, vnde, *Verba vitæ æternæ habes.* (Ioan. 6. g.)

b *Radix ſapien.* Oſtendit neminem poſſe profunditatem Dei penetrare, vel magnitudinem bonitatis eius & miſericordiæ. Vnde ad liberationem & illuminationem humani generis homo fieri dignatus eſt, vnde; *Generationem eius quis enarrabit?* (Eſa. 53. c.)

c *Ipſe creauit illam.* Vnigeniti ſci. aduentum, per verbum ſibi coæternum cum Spiritu-ſancto diſpenſauit: quomodo per Virginis partum ad ſalutem mundi veniret, & creaturas repararet, & hominem ad agnitionem & dilectionem ſui reuocaret, dans illi donum Spiritus-ſancti, vt eius munere ſaluetur in æternum.

A

a eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æter-

a ¶ Id eſt origo.

b na. Radix ſapientię cui reuelata eſt, & aſtutias illius quis agnouit? Diſciplina ſapientiæ cui reuelata eſt, & manifeſtata: & multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit? Vnus eſt altiſſimus creator omnium, omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & domi-

B

c nans Deus. Ipſe creauit illam Spiritu-ſancto, & vidit & dinumerauit & menſus eſt. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem, ſecundum datum

C

a ¶ Qui coercet à pœnis. b ¶ Virtutum.

d ſuum, præbet illam diligentibus ſe. Timor Domini gloria

✠ IDACIVS. Menſuram dat Pater, menſuram dat Filius, menſuram dat Spiritus ſanctus, &c. De Spiritu ſancto in Solomone, *Spiritus ſapientiæ replet pacem, & dat ſalutis fructum, vidit & dinumerauit, & menſus eſt vtraque in dono Dei.* (Idacius aduerſus Varimadũ Arianum.)

D

d *Timor Domini gloria. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. Gloria & diuitiæ in domo eius, &c. Timor domini.* Duæ ſpecies ſũt timoris: De altera dicitur, *Timor † animæ in charitate &c.* Qui hunc habent propter metum gehẽnæ peccare deſinunt, & vitam corrigunt: hîc introducit charitatẽ, ſed & foras mittitur. Qui enim ſic timet, nondum amat nec deſiderat bona, ſed cauet mala: ſed tamen ſe corrigit, & bona deſiderare incipit. De altera ſcriptum eſt, *Timor Domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi.* Timet enim vnuſquiſque ne amittat bona, & Dei pręſentiam, quæ in æternum frui deſiderat, de quo dicitur: (Pſal. 111. a. — 1. Ioan. 4. d. — † non eſt in charitate. — Pſal. 18. c.)

E

F

☞ *Timor*

## NICOLAVS DE LIRA.

*turis. Et hoc modo loquitur beatus Ioãnes baptiſta de Chriſto. Ioã. j. d.* Poſt me venit vir, *ſcilicet Chriſtus,* qui ante me factus eſt, *nõ tẽpore ſed dignitate: quia factus eſt ſuperior & prælatus meus, vt exponũt ſancti. Sed licet hoc dictum habeat bonum intellectum, tamen non videtur procedere ſecundum mentem autoris huius libri: nam infrà xxiiij. b. loquens in perſona huius ſapiẽtiæ dicit,* Ab initio & ante ſecula creata ſum. *Ex quo patet, quod creationem huius ſapientię nõ vocat incarnationem quæ facta eſt in tempore, ſed eius emanationem æternam à patre, quæ largè loquẽdo dicitur creatio, inquantũ filius accipit eſſe à patre, ſicut & per creationem accipitur eſſe, non autem quantum ad hoc, quod creatio eſt de nihilo, & quod per eam accipitur eſſe in diuerſitate eſſentiæ. Nã filius in diuinis eſt de ſubſtãtia patris, & accipit idem eſſe cum patre. Et eſt aliqualiter ſimilis modus loquendi ſicut cum dicitur aliquis imperator vel rex creari: quæ creatio non eſt de nihilo, nec per hoc accipitur aliquid eſſe nouum abſolutum, vt communius dicitur, ſed tantum relatio noua domini ad ſubditos. Et per hoc patet ad argumẽtum quod fiebat ſuperius ex hac autoritate. Dicendũ igitur, quod ſicut prædictum eſt, hic ponitur emanationis ſapientiæ genitæ quædã primitas reſpectu omnis alterius emanationis, non ſolũ creaturarũ, ſed etiam ſpiritusſancti, eo modo loquẽdi quo emanatio filij dicitur prima, & ſpiritusſancti ſecunda ſicut ſpiritusſanctus dicitur in Trinitate tertia perſona; licet enim in diuinis perſonis & earũ emanationibus non ſit prius & poſterius duratione vel natura, tamen eſt ibi ſecundũ aliquos prioritas & poſterioritas originis: quia vna perſona eſt ab alia, & nõ econuerſo: & ſecundum omnes eſt ibi prioritas & poſterioritas ſecundũ noſtrum modum intelligendi, quã emanatio verbi præintelligitur emanationi amoris. Sic igitur dicitur:* Prior omni cre. eſt ſa. *id eſt per æternam generationem. Et quod iſte ſit intellectus autoris, videtur ex hoc quod infrà xxiij. b. antequam in perſona huius ſapiẽtiæ loquẽs diceret:* Ab initio & ante ſecula creata ſum, *præmiſit dicẽs in perſona eiuſdẽ ſapientię,* Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnem creaturam. *Per hoc inſinuans, quod huius ſapientiæ creatio nõ eſt aliud quam eius æterna proceſſio. Locutiones tamen iſtæ & conſimiles nõ ſũt extendendæ, ſed magis cauendæ à fidelibus: quia fauere videtur errori Arrij, qui dixit, Dei filium eſſe puram creaturam; ſi tamẽ inueniãtur in dictis ſanctorũ, vel libris ſacræ ſcripturæ canonicis, vel nõ canonicis: receptis tamẽ ab eccleſia ad legendũ, qualis eſt iſte (vt dicit Hiero. in prologo galeato) piè ſunt exponendæ.*

1 Et intel. pru. ab æuo. *Eſt autem intellectus habitus principiorũ; item omnes morales virtutes connectũtur prudentiæ: & ideo principia virtutum moralium dicuntur principia prudentiæ, igitur quia notitia horum principiorum ſupereminẽter eſt in ſapiẽtia genita, ideo dicitur,* Intellectus prudentiæ ab. *id eſt ab æterno: æuum enim eſt quaſi medium inter eternitatem & tempus, propter quod aliquãdo ponitur pro tempore, & aliquando pro æternitate, eo quod medium participat cum vtroque extremo: poteſt etiã dici ab æuo propriè dicto, eo quod æternitas propter ſui ſimplicitatẽ aſſiſtit æuo, & tẽpori, & cuilibet eorũ parti.*

2 Fons ſapien. *Hic conſequenter agitur de emanatione ſapientiæ exteriori, per hoc quod eius effectus creaturis cõmunicatur.* Et hoc eſt *quod dicitur,* Fons ſapientiæ, *id eſt ex quo deriuantur effectus ſapientiæ tanquam quidam riuuli eſt, ſupple,*

3 Verbum Dei, *Quod idem eſt cum ſapientia genita,*

4 In excelſis, *Nam primo fuit in angelis ſanctis, & conſequenter in aliis creaturis.* 5 Et ingreſſus. *Dicuntur autem* ingreſſus ſapientiæ *ad omnes eius reuelationes, & maximè notabiles: illa verò fuit valde notabilis, quæ deſcendit in montem Sinai legem dando audiente cuncto populo, vt habetur Exod. xx. Ideo ſubditur,* Mandata æterna; *tunc enim dedit decalogi præcepta, quæ dicuntur ęterna, eò quod ſunt via deueniendi ad vitam æternam, Matt. xix. b.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. *Sed quia poſſet aliquis credere, quod per tales reuelationes ſapientia Dei perfectè cognoſci poſſet, ideo hoc remouet, dicens,*

6 Radix ſapientiæ. *q. d. nulli. Tunc enim radix alicuius reuelari dicitur, quando perfectè cognoſcitur.*

7 Et aſtutias il. *id eſt ſubtilitates contra mala.*

8 Quis agno. *q. d. nullus. Tanta eſt, quod de malis elicit bona, vt dicit Auguſt. in Enchiridion.*

9 Diſciplina ſapientiæ cui reue. *ſcilicet perfectè. (Hoc enim importat manifeſtatio.) q. d. nulli: quia nulla creatura capax eſt talis notitiæ, cum ſit infinita.* 10 Et multiplic. ingreſſus. *effectus eius.*

11 Quis intel. *q. d. nulla creatura. Licet enim Chriſtus inquantum homo habeat notitiam creatam omnium effectuum Dei, qui facti ſunt & fient, non tamen habet notitiam omnium poſſibilium à Deo fieri, & quia talis notitia eſt Dei propria, ideo ſubditur,*

12 Vnus eſt al. *Nam eſt ipſa bonitas per eſſentiam.*

13 Creator. *per ſuam potentiam, ideo ſubditur,* Omnipotens. *Et quia non ſolũ eſt omniũ rerũ creator, ſed etiã gubernator, ſubditur:*

14 Et Rex. *Sedens ſuper thronum illius, ſcilicet ſapientiæ, per quod deſignatur poteſtas iudiciaria, quæ attribuitur filio, qui eſt ſapientia genita, Ioan. v. d.* Pater omne iudicium dedit filio,

15 Ipſe. *ſcilicet pater.* 16 Creauit illam, *Modo ſupradicto.*

17 Spiritu ſancto. *Non principatiue: quia ſpiritusſãctus nõ eſt principiũ filij, ſed cõcomitatiue, quia tres perſonæ ſunt coæquales & coæternæ.* 18 Et vidit. *i. perfectè cognouit: pater enim perfectè cognoſcit filiũ.* 19 Et effudit, *quia ſapiẽtia Dei, quæ eſt attributũ filij, relucet in omnibus operibus Dei, & quia natura humana ratione intellectus ſuper alia corporalia capax eſt effectus ſapientiæ diuinæ; ideo ſubditur,*

20 Et ſu. om. car *id eſt ſuper omnẽ hominẽ, quẽ illuminat naturali lumine intellectus. Ioã. j.* Illuminat omnẽ ho. ve. in hũc mundum. *Sed quia ſuper hoc dat iuſtis lumen gratiæ, ideo ſubditur,*

21 Secundum da. *ſcilicet luminis naturalis.* Præbet il. *& ſequitur:*

22 Timor do. *Poſtquam autor declarauit principium effectiuũ ſapientiæ, hic conſequenter declarat aliud principium diſpoſitiuũ, quod dicitur timor. Nam ſicut puer ad ſapientiã humanã diſponitur, & in ea proficit timendo magiſtrum, ſic homo ſe habet ad diuinã ſapientiam timendo Deum. Ad euidentiam dicendorũ ſciendũ, quod timor à doctoribus diuiditur in timorem mundanum, ſeruilẽ, initialẽ, & filialẽ. Obiectum enim timoris eſt malũ, quod eſt duplex, ſcilicet pœnę & culpæ. Si igitur propter malũ pœnæ, quod aliquis timet, auertatur à Deo per peccatum mortale, dicitur timor mundanus vel humanus. Si autẽ propter malum pœnæ, quod timet, conuertatur ad Deũ ei inhærendo,*

&

☞ a *Timor domini delectabit cor.* Hic ſuauitatem tribuit internam, A & in futuro vitam æternam.

Roma.5.a. b *Dilectio, &c.* RAB. Charitas Dei vera eſt ſapientia, quæ per ſpiritumſanctum diffunditur in cordibus noſtris, qui replet nos dulcedine dilectionis Dei in agnitione magnalium eius: vnde, 1.Ioh.2.c. *Vos vnctionẽ habetis à ſancto, qui noſtis omnia, &c.* Vnctio enim ſpiritualis, ipſe ſpiritus eſt, cuius ſacramentum eſt in vnctione viſibili, cuius gratia inſtruit de omnibus, (Sacramentum Chriſmatis.) B Alioquin otioſus eſt ſermo doctoris. Charitas vero Dei, quæ eſt donum ſpiritus, †Pſ.110.b. citiſſimè intelligere & obſeruare mandata Dei facit. Ipſa enim bonum incipit & perficit, ipſa in futuro remuneratio erit, vnde, Pſal.15.c. *Adimplebis me lætitia cum vultu* C *tuo, delectationes in dextera tua, &c.*

Au. lib. 83. quæſt. quæſtio. 10. c *Initium ſapientiæ timor Domini.* ✠ AVG. Eſt cupiditas amor adipiſcendi aut obtinendi tẽporalia. Huius minuendæ initium eſt, Deum timere, qui ſolus timeri ſine amore non poteſt. Ad ſapientiam enim tenditur, & nihil verius eo quod dictũ eſt, *Initium ſapientię timor Domini.* Nemo eſt quippe, qui non magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatem, D quandoquidem videmus etiam immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus abſterreri dolorum metu, quod cum in earumdem conſuetudinem verterit, domitæ & manſuetæ vocant. Quapropter quoniam ineſt homini ratio, quæ cum ſeruit cupiditati peruerſione miſerabili, vt homines non timeantur, ſuggerit latere poſſe commiſſa, & ad tegenda occulta peccata aſtutiſſimas fallacias comparat: eo fit vt homines, quos, E nondum delectat pulchritudo virtutis, niſi pœnis à peccando deterreantur, quæ veriſſimè per ſanctos & diuinos viros prædicantur, & quod celant hominibus, Deo celari nõ poſſe cõſtituant, difficilius domentur quam feræ.

d *Timor do.* Sine timore Dei, & obſer- F uatione mandatorum eius, nulla religio eſt, vnde, *Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius va. eſt re. &c.* (Iaco.1.d.)

e *Timen. dominũ bene erit, & in diebus cõſolationis illius benedice.* (Prouer.1.a. & 9.c.) Qui ſcilicet timore Dei in fide & doctrina & operatione regulam iuſtitiæ ſeruat.

a ¶ In præſenti rectę confeſſionis. b ¶ In futuro. c ¶ Æternæ beatitudinis. d ¶ Amore inenarrabili.
a & gloriatiò & lætitia, & còrona exultàtionis. Timòr domini
a ¶ In prę́ſenti. ¶ In futurò.
delectàbit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine
a ¶ Æterna beatitudo. b ¶ In fine huius vitæ.
dierum. Timẽti dominum bene èrit in extrèmis, et in die de-
¶ Mortis.
functionis ſuę benedicetur. Quibus autem apparuerit in vi-
¶ Æterna beatitudine. a ¶ In fine huius vitę.
b ſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnàliũ ſuorũ.
c Dilectio Dei honorabilis ſapientia. † Initium ſapientiæ ti-
a ¶ Matris eccleſiæ. b ¶ Quia ſanctis animabus ſociatur.
mor domini, & cum fidelibus in vuluà còncreatus eſt, &
a ¶ Quibus dicitur, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis.
d cum electis fœminis gradietur, & cum iùſtis & fidelibus agnoſcetur. Timor domini, ſcientiæ religioſitas. Religioſitas
a ¶ In hoc ſeculo. ¶ In futuro.
cuſtòdiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem atque gaudium
a ¶ Alias conſummationis.
dabit. Timẽti dominum bene erit, & in diebus conſolàtio-
a ¶ Qui magis timet Deum, magis ſapiens eſt, & quanto ſapientior, tanto fructibus bonorum operum plenior: non enim timor Dei otioſus eſt.
e nis illius benedicetur. Plènitudo ſapientiæ timere Deum, &
plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit
¶ Sapientiæ. ¶ Vitæ æternæ.
à generationibus, & receptacula à theſauris illius. Corona ſa-

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *& hoc principaliter propter vitationem huius mali, hoc eſt non eſt niſi propter amorem boni proprij, quo timet priuari, & quod diligit, in eo principaliter finẽ conſtituendo, & talis timor dicitur ſeruilis, nec ſtat cũ charitate, quæ principaliter facit diligere bonũ diuinum. Si autẽ aliquis Deo inhęreat propter malum culpæ, quod timet: ſic dicitur timor filialis. Proprium eſt enim filiorũ timere offenſam patris. Si autẽ propter vtrũque malum Deo inhæreat, principaliter tamen propter malum culpę, ne Deum offendat: ſic dicitur timor initialis differẽs à filiali, ſicut imperfectum à perfecto, & ſic ſtat cum charitate, minus tamen perfecta, igitur quia autor iſte loquitur de timore, prout ſtat cum charitate, vt patet ex ſuo proceſſu: ideo loquitur hic tantũ de timore filiali & initiali, Sic ergo procedit, quia primò declarat timoris Dei fructum, ſecũdo incitat ad ipſum timendum, ibi,* Fili concupiſcens ſapientiam. *Prima adhuc in duas, quia primo oſtendit fructum timoris in adeptione boni: ſecundo in vitatione mali, ibi,* Timor domini expellit peccatum. *Prima adhuc in duas. Nam primò agit de timore filiali, ſecundo de initiali, ibi,* Initiũ ſapientiæ. *Circa primum ponitur primò fructus timoris filialis pro ſtatu patriæ, cum dicitur,* Timor domini glo. *quia per ipſum meretur quis gloriam. Et dicitur hic gloria, pro glorię habitu.*

1 Et gloriatio. *pro eius actu.*

2 Et lætitia. *pro eius diffuſione ad inferiores vires animæ, quod erit in reſurrectione, tunc enim animæ gloria redundabit ad corpus, & per cõſequens ad vires ſenſitiuas, quę ſunt totius coniuncti. Talis autẽ diffuſio vocatur lętitia, à latitudine dicta, quaſi quędam lętitia.*

3 Et corona exultat. *propter triumphum perfectum de aduerſarijs.*

4 Timor domini delectabit. *meritorie, quia per eum meretur fruitionem beatã, quę proprie vocatur delectatio, quaſi de alio lactatio, nam beati lactantur vberibus diuinæ conſolationis.*

5 Et dabit læ. & gau. *Dicit* gaudium *propter gloriam animę, &* lætitiam *propter redundantiam eius ad corpus, vt dictum eſt.*

6 In longi. die. *Id eſt ſine fine. Conſequenter ponitur fructus timoris filialis pro ſtatu vitæ, cum dicitur.*

7 Timenti do. bene e. in extre. *vitæ præſentis, quia talis timor cauere facit Dei offenſam, & ſic excludit dæmonum poteſtatem, & meretur ſanctorum angelorum aſſiſtentiam, Lu. xvj. e.* Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.

8 Et in die defunctionis ſuę benedicetur, *à Deo & hominibus ſibi bene imprecantibus.*

9 Quibus autem apparuerit in vi. *per reuelationem propheticam,*

10 Diligũt eam in viſione, *ſcilicet prophetica: quæ eſt donum Dei.*

11 Et in agnitione magnalium ſuorum. *quorum cognitio eſt delectabilis. Et quia ex ſupradictis poſſet aliquis credere, quod prædictorum fructuũ* timor *eſſet magis cauſa, quã* charitas: *ideo hoc remouet, dicẽs.*

12 Dilectio Dei honorabilis ſapiẽtia; *id eſt, excellentior in acquiſitione ſapientiæ, quę accipitur hic, prout includit omnem virtutem, vt dictum eſt ſuprà.*

13 Initium ſapientiæ timor do. *Hic conſequenter agitur de timore initiali, qui de imperfecto ad perfectum procedit, vt prædictũ eſt. Ideo dicitur,* Initiũ ſapientiæ timor domi. *Licet autem timor ſeruilis diſponat aliqualiter ad ſapientiam, inquantum retrahit à peccato propter offenſam, & ſic eſt aliquo modo principium ſapientię: tamen iſtud principium eſt extrinſecum à ſapientia, ſicut & à charitate, ſed timor initialis eſt principium intrinſecum, ſicut fundamentum eſt primum principiũ domus intrinſecum, & ſimiliter domini timor eſt principium intrinſecũ ſpiritualis ædificationis.*

14 Et cum fidelibus in vulua cõcreatus eſt. *id eſt, in baptiſmo, qui eſt ſpiritualis generatio, in quo datur gratia ſpiritusſancti. Poteſt etiam accipi ad literam de ſanctificatis in vtero matris. Poteſt etiam exponi de alijs, inquantum puer animatus adhuc exiſtens in vtero matris, habet quandam diſpoſitionem, quamuis longinquam, ad gratiæ receptionem.*

15 Et cum electis fœminis gra. *deducendo eas ad virtutis augmẽtũ.*

16 Et cum iu. & fidelib. agnoſcetur. *ſupple, eſſe, per opera exteriora virtutum. Iſta tamen cognitio eſt tantum coniecturalis, quia timor iſte connexus eſt charitati, quæ non cognoſcitur per certitudinem ab habente, & multo minus ab alijs.*

17 Timor dom. ſcientiæ religioſit. *id eſt, religatio ſcientię circa Deum, ne effluat ad inquirendum curioſa.*

18 Religioſitas cor cuſtod. & iuſtificab. *ne effluat ad diligendum indebite vana & curioſa delectabilia.*

19 Iuucunditatem. *in præſenti ex puritate conſcientię.*

20 Atque gaud. eum. *in futuro per adeptionẽ gloriæ: ideo ſubditur.*

21 Timenti do. bene. *nam in patria nullum erit malum.*

22 Et in die conſolationis. *i. fruitionis beatę.*

23 Benedicetur. *à Deo & angelis.*

24 Plenitudo ſapi. *quia ducit ad gloriam; quæ eſt plenitudo ſapiẽtię in viſione beata.*

25 Et ple. à fru. il. *quia fruitio beata inſeparabilis eſt à viſione.*

26 Omnem do. il. imple. *quia dona Dei complentur in patria, ad quam ducit timor, vt dictum eſt.*

27 Et receptacula. *i. vires animæ, quę replebuntur in patria ex ſumma perfectione.*

28 Corona ſapie. *quia meretur coronam gloriæ ſolis ſapientibus debitum.*

a *Et vidit.* RAB. in conſpectu eius ſunt omnia, vnicuique con-
A ſeruat dignam retributionem.
b *Rami.* Per ſapientiam diuinam habet homo ſcientiam vitã-
di malum, & intellectum faciendi bonum, vtrumque enim in
Eccle. 34 c auditore operatur in fine, vnde, *Qui audit me, non confundetur, &*
*qui operantur in me. nõ*
*peccabunt. Qui eluci-*
*dant me, vitam ęter-*
*nam habebunt. Initium*
Pſal. 110.b *ſapientię, timor domini.*
*Intellectus bonus omni-*
*bus facientibus eum.*
c *In theſauris.* In le-
gis meditatione v-
trumque declaratur,
quomodo. ſ. vitanda
B ſunt mala, & quomo-
do diſcenda ſpiritua-
lis ſapientia, & exer-
cenda bona opera, in
quibus eſt religio ve-
ra.
d *Sapientię intellect.*
Quę prohibet pecca-
Proũe. 15.b ta, & carnalia deſide-
ria: vnde, *Non amat*
*peſtilens eum qui ſe cor-*
*rigit, nec ad ſapientes*
*graditur.*
e *Timor, &c.* Quia
per pœnitentiã mun-
dat à præteritis pec-
C catis, vel prohibet à
committendis. Quia
qui per timorem Dei
ſeſe non corrigit, in peccati voraginem cadit.
Proue. 14.a f *Bonus ſenſus*, Vnde in Prouerbijs, *Labia ſapientium cuſtodiunt*
Ibid. 31.p. *eos.* Et alibi. *Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt, a-*
*peruit ſtultitiam.* Sapientis ergo hominis eſt verba tenere, & om-
nia modeſte peragere.
g *Enarrabunt ſenſum.* Æquanimiter, non mala pro malis, ſed
bona pro bonis tribuens.
h *Fili concupiſcens ſapie.* Qualiter ad ſapientiam perueniás, ipſa
ſapientia monſtrat, quia ſine conſeruatione iuſtitiæ, nemo per-
Iaco 3.c. uenit ad culmen ſapientiæ, vnde Iacob, *Quis ſapiens,* inquit, *&*
*diſciplinatus inter vos? oſtendat conuerſationem bonam in manſuetu-*
*dine ſapientię.* ✠ Av-

a ¶ Deus, cui aſſiſtunt omnia merita. b ¶ Gaudete, & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cęlis.
a pientiæ timor dômini, †/ replens pacem & ſalûtis fructûm, &
a ¶ Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt b ¶ Sapientia & timor Dei quia omne datum optimum deſurſum eſt.
vidit & dinumêrauit eam. Vtrâque autẽ ſunt dona Dei. Scien-
tiam & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur, &
¶ Æternam.
gloriam tenentium ſe exaltat. Radix ſapientiæ eſt timere do-
a ¶ Sententiæ ſcripturarum, quas per orbem terrarum euangelica pandit doctrina. b ¶ Cęlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.
b c d minum. Râmi enim illius longęui. In theſauris ſapientiæ in-
a ¶ Abominabilis.
tellectus, & ſcientię religioſitas, execrâtio autem peccatori-
e bus ſapientia. Timor domini expellit peccatum. Nam qui ſi-
¶ Dei.
ne timore eſt, non poterit iuſtificari, iracundia enim animoſi-
¶ Retributionis. ¶ Vere.
tatis illius ſubuerſio illius eſt. Vſque in tempus ſuſtinebit pa-
f tiens, & poſtea redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſque in
¶ Retributionis. a ¶ Non poteſt abſcondi, quod iuſtitia facit manifeſtari.
g tempus abſcônder verba illius, & labia multorum enarrabunt
h ſenſum illius. In theſauris ſapiẽtiæ ſignificatio diſciplinæ, †ex-
a ¶ Abominabilis.
ecrâtio autem peccatori cultura Dei. Fili concupiſcens ſa-
i pientiam, conſerua iuſtitiã, & Deus præbebit illã tibi. Sapien-

✠ AVGVST. Prior eſt in recta hominis eruditione labor o- D
perandi, quæ iuſta ſunt: quam voluptas intelligendi quæ vera Aug. contra Fauſtũ lib. 22. c. 53.
ſunt. Ad hoc valet quod ſcriptum eſt, *Concupiſti ſapientiam, ſerua*
*mandata, & Dominus præbet illam tibi.* Mandata vtique ad iuſti-
tiam pertinentia, iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt, quę inter ten-
1 tationum incerta ver-
2 ſatur: vt piè creden-
3 do quod nondum in
4 telligit, etiam intel- † germinãs
5 ligentiæ meritũ con-
6 ſequatur. Quantum
7 enim valet, quod mo-
8 do commemoraui eſ-
9 ſe ſcriptum, *Concupi-*
10 *ſti ſapientiã: ſerua mã-*
11 *data, et dominus prębet*
12 *illam tibi,* tantum &
13 illud valere arbitror, E
14 *Niſi credideritis, nõ in-* Iſa. 7.
15 *telligetis,* vt inſtitia ad
16 fidem, ad ſapien-
17 tiam vero intelligen-
18 tia pertinere monſtre-
19 tur. Proinde in his,
20
21 qui flagrant ingenti
22 amore perſpicuæ ve-
23 ritatis, non eſt impro-
24 bandum ſtudium, ſed
25 ad ordinem reuocan-
26
27 dum, vt à fide incipiat
28 & bonis moribus ni- † 21.q.4.c. omnis.
29 tatur peruenire quò
30 tendit. In eo quippe,
31 quo verſatur, virtus F
32 eſt laborioſa, in eo ve
ro, quod appetit, luminoſa ſapientia.
i *Sapientia enim & diſciplina.* RAB. Sicut ſæpe dictum eſt, *Timor* Prou. 13.d.
*domini ſapientia & diſciplina cuſtodia eſt,* cui conuenit fides recta,
& morum temperãtia, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo,
*&* bonorum vita ſemper tranquilla eſt, vnde Mar. *Diſcite à me,* Heb. 11.b.
*quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ve-* Mat. 11.d.
*ſtris.* Qui enim vere timet Deum, non poteſt eſſe ſine fide, & o-
peribus bonis, quæ replent hominem virtutibus, & Deo acce-
ptabilem faciunt, Vnde, *Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus* Eccle. 2.d.
*ſapientiam et ſcientiam & lætitiam. Peccatori autem dedit afflictionem*
*& curam ſuperfluam.*

Duplici

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Replent pa. *quia gloria, quam meretur timor, ſatiat totaliter appetitum.*

2 Vidit & di. cam. *ſ. ſapientiã ad quam perfecte venire facit timor.*

3 Vtraque au. *ſcilicet ſapientia & timor.*

4 Sunt dona Dei. *Hoc dicit, ne crederet aliquis quod ſolus timor ſit Dei donum, & non ſapientia.*

5 Scientiam. *i. notitiam ſpeculabilium neceſſariam ad ſalutem.*

6 Et intellect. *i. notitiam moralium neceſſariam ad ſalutem.*

7 Sapien. compar. *i. diuidet. Non tamen ſic intelligendo, quod hęc duo ſcilicet timor & ſapientia ſeparentur abinuicem, quia ſunt connexa charitati. Sed quia hęc duo dantur hominibus multis & diſtinctis, & ille qui hæc dona charius amplectitur, apud Deũ plus meretur. ideo ſubditur, Et gloriam tenentium ſe exaltat. Sequitur.*

8 Radix ſapientiæ eſt, &c. *Nam timor initialis eſt principium intrinſecum ſapientiæ, vt dictum eſt ſuprà: ſicut radix eſt principium intrinſecum arboris.*

9 Rami enim illius. *ſcilicet virtutes, quæ procedunt à ſapientia.*

10 Longæui. *Quia permanent in patria, tamen ſecundum alios actus conuenientes ſtatui gloriæ.*

11 In theſauris ſapientiæ intellectus. *id eſt, inter precioſa eius dona,* Intellectus, *qui eſt habitus primorum in ſpeculabilibus et operabilibus.*

12 Et ſcientię religioſi. *Id eſt religatio notitiæ erga Deũ, qua reſtringitur animus, ne per vana & curioſa euagetur.*

13 Execratio autem peccatoribus ſa. *q. d. quamuis ſit multum precioſa, tamen abominabilis eſt peccatoribus propter habitum vitioſum, ſicut cibus ſapidus abominabilis eſt habenti guſtũ animæ ex remorſu conſcientię infectum.*

14 Timor domini. *Hic conſequenter ponitur fructus timoris in euitatione mali, cum dicitur.* Timor do. *Initialis & filialis.*

15 Expellit pec. *tanquã ſibi contrariũ, eo quod eſt annexus charitati. Hęc eſt enim lex contrariorum, quod in eodem ſuſceptibili mutuo ſe expellunt.*

16 Nam qui ſine timo. *eſt. ſ. Dei.*

17 Non pote iuſtifica. *Nam primum, quod pertinet ad iuſtitiam, eſt eſſe ſubditum Dei, quod facit timor, ſicut ſuo ſuperiori*

18 Iracundia enim animo. il. *i. ſuperbia eius, qua Deo rebellat.*

19 Subuerſio il. *ſ. ab omni bono. Et quia ſuperbus non ſolũ rebellat Deo: ſed etiã moleſtias infert fidelibus, qui sũt mẽbra eius, ideo ſubditur.*

20 Vſque in tam. ſubſtinebit patiens. *Moleſtias ſuperbi.*

21 Et poſtea redditio iu. *quia patienti redditur pręmium gloriæ, & ſuperbo pœna gehennæ.*

22 Bonus ſenſus. *i. homo bonæ induſtriæ.*

23 Vſque in tempus *conueniens,*

24 Abſcondet ver. il. *i. ſuperbi & proterui, patienter tacendo.*

25 Labia multorum enarra. ſen. il. *ſicut patet de David, cuius ſenſum multi commendant, eo quod patienter audiuit verba Semei proteruientis. ij. Regum. xvj.*

26 In theſauris ſa. *i. inter eius pretioſa.*

27 Significatio diſciplinæ. *Qua aliquis patienter tolerat moleſtias tanquã flagella Dei, ſicut patris corripiẽtis, ſed quia peccatores obſtinati ex talibus non emendãtur, ſed à Deo magis elongantur, ideo ſubditur.*

28 Execratio au. pec. cul. Dei. *Qui colitur fide, ſpe, & charitate, vt dicit Aug. in Enchiridio.*

29 Fili concupiſ. *Poſtquã oſtendit timoris fructum, hic conſequẽter inducit ad timorem habendum. Et primò ex conſideratione mali, ſecũdo ex cõſideratione boni, ibi,* Qui timetis dominũ. *circa mediũ ca. ij. Prima in duas, ſecundum conſiderationem duplicis mali, ſcilicet culpæ et pœnę. Secundum incipit in principio ſecundi ca. Primo igitur inducit ad timorem habendum ex conſideratione mali culpę, quod per timorem euitentur di.* Fili concupiſ. *Cuius initium eſt timor, vt dictum eſt.*

30 Conſerua iu. *Nemini nocendo: & Deo reuerentiam exhibendo.*

31 Et Deus præbe. il. ti. *Quia dat eam omnibus ſe diſponentibus affluenter,* Iac. *j. a.*

32 Sapientia enim & diſci. ti. do. *ſupple eſt initiatiue. Et dicitur ſapientia,*

pientia,

a *Duplici corde.* Vir duplex animo, incōſtans eſt in omnibus vijs ſuis, qui ſcilicet, vult gaudere cum ſeculo, & regnare cum Chriſto.

Mat.7. b. b *Hypocryta in cōſpe. hominum.* Aliud corde geſtans, & aliud opere monſtrās. vnde, *Attēdite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in ve. ouium.*

c *Attende in illis, etc.* Manifeſtū eſt, quod qui ſequitur hæreticos, animæ ſuæ acquirit damnationem, quia in iudicio reuelatium.

tia enim & diſciplina timor domini, & quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius.

a ¶ Alias. Contumax non ſis & incredibilis timori Dei, ipſe eſt, & inquirentibus ſe renumerator ſit. ¶ Credere oportet accedentem ad Deum, quia b ¶ Qui ſimpliciter quærit Deum, inuenit. Vnde, Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos.

Non ſis incredibilis timori domini, & ne accedas ad illum a duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, b c

a ¶ Sicut qui prauo corde machinantur malum, & omni tempore iurgia ſeminant.

& nōn ſcandalizeris in labijs tuis. Attende in illis ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogę elidat te, quoniam acceſſiſti malignè ad dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

1 buntur occulta cor-
2 dium, & reddetur v-
3 nicuique ſecundum
4 opera ſua, *Diſperdet* Pſal. 61. & Pſal. 5. b.
5 *enim Deus omnes qui*
6 *loquuntur mendacium.*
7 Qui abominatur vi-
8 rum ſanguinum &
9 doloſum, vnde At-
10 tendite à fermento Luc. 12. a.
11 Phariſæorum, quod
12 eſt hypocriſis. Et ali-
13 bi, *Veniet dominus ſer-* Mat. 24. d.
14 *ui illius, & diuidet eū:*
15 *partemque eius ponet*
16 *cum hypocritis, ibi erit*
17 *fletus & ſtridor dentium.*

NICOLAVS DE LIRA.

pientia, quantū ad notitiam de diuinis, & diſciplina quātum ad mores.

1 Et quod bene pla. eſt il. *ſ. Deo.*

B 2 Fides & man. *ſupple eſt ipſe timor initiatiuè, quia facit acquieſcere articulis fidei, & reprimere motus iracundiæ.*

3 Et adimple. *ſ. Deus.*

4 Theſauros. *bonorum ſpiritualium.*

5 Illius, *Qui timet eum.*

6 Non ſis incre. ti. domini. *i. illis qui incutiunt timorem eius, ſicut eſt iudicium extremum, & dura punitio peccatorum.*

7 Et ne ac. ad eum, *in eccleſia.*

8 Duplici cor. *i. prætendens exterius bonitatem, & interius habens iniquitatem. Et quoniā hoc faciunt hypocritæ: ſubditur,* Ne fueris hypocrita, &c.

9 Et non ſ. *q. d. ſi detegatur veritas mendax apparebis: ideo ſubditur,* E

10 Attende in illis. *ſ. labijs tuis, non plus dicendo de tua bonitate, quā ſit in veritate.*

11 Ne for. cadas, *in peccatum manifeſtum.*

12 Et addu. animę tuæ, *i. tibiipſi, accipiendo pro toto parte nobiliore.*

13 Inhonorationem. *i. deiectionem coram Deo & hominibus.*

14 Et reuelet Deus abſcondita tua. *i. occulta peccata.*

15 Et in medio ſynagogæ. *i. congregationis.*

16 Elidat te. *grauiter puniendo.*

17 Quoniam acceſ. malignè, &c. *ſicut patet Act. v. de Anania & Saphira, quos in conuentu fidelium interfecit ſubito, eò quod mentiti ſunt fraudando de agri pretio.*

CAP. II.

a FIli accedens &c. Demonſtrauit quid ſit vitandum, nunc demonſtrat quid ſit agendum, dicens, *Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timo.* Qui enim vult ab illecebris mundi ſe abſtinere, & in Chriſto piè viuere, perſecutionem patitur. Dum enim accingi diuino ſeruitio C præparat, bellum diaboli contra ſe excitat, & dum alia vitia ſubdit, aliis reluctatur, & diuina diſpenſatione agitur, vt ſuperet & ſuperetur, ne extollatur. Sed quia humilitas & patientia illi neceſſaria eſt, ſequitur, *Deprime cor tuum, & ſuſtine, &c.*

† De pœ. di. 3. c. ſin. ver. liberi.

Luc. 21. d. b *Patientiam habe.* q. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras,* quia ſcilicet radix & cuſtos omnium virtutum patientia eſt. Sciendum autem eſt, quod patientia tribus modis exercetur. A Deo enim flagellamur, ſed cauendum eſt ne murmuremus; A proximo perſecutiones, & damna, & contumelias ſuſtinemus, & cauendum eſt ne mala pro malis retribuamus; Ab aduerſario tentamur, ſed proſpiciendum eſt ne ad delectationem peccati vel conſenſum flectamur, vel pro his præſentia quæramus, ſed futura expectemus.

CAP. II.

a † FIli accedens, ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam

¶ Neſuperbiat.

tuam ad tentationem. Deprime cor

a ¶ Ne in tribulatione deficias.

b ¶ Quia nemo hoc agere nouit, niſi diuinis inſtructus præceptis.

tuum & ſuſtinē, & inclina aurem tuam, & excipe verba intellectus, & ne feſti-

a ¶ Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. ¶ Alias tempore. b ¶ Finis.

c ¶ Ne fractus puſillanimitate, finem laborum præoptes.

nēs in tempus obductionis. Suſtine ſuſtentationes Dei, coniungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua. Om-

a ¶ Quaſi in afflictionis tempore longanimis eſto, & fortis, viriliter age, & confortetur cor tuum.

nē quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & b in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probac tur aurum & argentum, homines verò receptibiles in ca-

1 c *Homines verò re-* Ambroſ. in Pſal. 118. octon. 19.
2 *ceptibiles in camino hu-*
*miliationis.* ✠ Amb.
3 Non ſolum in ſtudiis F
4 atque propoſitis, ſed
5 etiam in tentationi-
6 bus humilitatem di-
7 ci poſſe, teſtimonijs
8 ſcripturarū docemur
9 Si quidem lectum
10 eſt, *Homines acceptabi-*
11 *les in fornace humilita-*
12 *tis,* ταπεινώσεως enim
13 Græcus dixit, quod
14 eſt humilitatis. Hoc
15 ideo poſui, quia plu-
16 rimi habēt Latini, *in*
17 *fornace afflictionis.* La-
18 tin⁹ diſcernit, Grecus
19 nō ſeparat: ταπείνωσις
20 & humilitas virtutis
21 dicitur, & humilitas

afflictionis. Nihil impedit ſi Latinus ſeparat. Non enim Græcus ex Latinis tranſtulit, ſed Latinus ex Græco. Denique & Hebræi quandiu

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

FIli accedens ad ſeruitutem Dei. *Poſtquam autor induxit ad timendum Deum ex conſideratione mali culpæ, quod per Dei timorē euitatur, hic conſequenter ad idem inducit ex conſideratione mali pœnę, quod per timorem Dei leuius toleratur, dicens,*

1 Fili accedens ad ſeruitutem Dei, *per conceptum melioris propoſiti,*

2 Sta in iuſtitia, *erga proximum,*

3 Et timore, *erga Deum.*

4 Et præpa. animam tuam ad tentationem, *contra diabolum, qui talibus aduerſa nititur procurare. ij. Timot. iij. c.* Omnes qui piè viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur.

5 Deprime cor. tu. *motus impatientiæ reprimendo.*

6 Et ſubſtine, *patienter aduerſa tolerando.*

7 Inclina aurem tuam, & ſuſcipe ver. intelle. *Id eſt verba ad patientiam inducentia, vt de paſſione Chriſti, & huiuſmodi.*

8 Et ne feſtines in tempore obductionis. *Id eſt clauſionis ſenſuum, quod fit tempore mortis. q. d. Non deſideres mortē fractus propter aduerſitatis prolixitatem.*

9 Suſtine ſuſtentationes Dei. *Id eſt aduerſa patienter tolerando, in quibus Deus ſuſtentabit te. j. Cor. x. c.* Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

10 Coniungere Deo, *per amorem.*

11 Et ſubſtine, *aduerſa patienter.*

12 Vt creſcat in nouiſſi. *de vita corruptibili ad ęternam tranſeundo.*

13 Omne quod tibi applicitū fue. *proſperū vel aduerſū.* 14 Accipe. *cum gratiarum actione.* 15 Et in dolore. *corporis inflicto tibi.*

16 Suſtine, *patienter ſecundum animum, exemplo Eleazari dicētis. ij. Mac. vj. g.* Tu ſcis domine, quod cum à morte poſſem liberari, graues corporis ſuſtineo dolores, ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

17 Et in humilitate tua, *id eſt deiectione corporali,*

18 Patientiam habe. *& ratio ſubditur:*

19 Quoniā in igne probatur, *i. approbatur, quia purgatur et melioratur.* 20 Homines vero receptibi. *diſciplina Dei.*

21 In camino humiliationis, *purgantur, et à Deo approbantur.*

A quandiu in Ægypto erant, in fornace erant ferrea, hoc eſt, in fornace tentationis, in fornace afflictionis, cum duris affligerentur imperijs: vnde & ſcriptum eſt, *Quia eduxit eos Deus de fornace ferrea ex Ægypto.* (Hiere.11.) Fornax erat ferrea, quia nullius adhuc in Ægypto opera virtutum plena lucebant, nullius aurum illic fuerat comprobatum, nullius plumbum iniquitatis exuſtum. (Hiere. 60. Iob.10.) Dura fornax, fornax mortis perpetuæ. Quam fornacem nullus poterat euadere, quæ omnes conſumeret, in qua ſolus dolor ineſſet & luctus. At verò fornax, in qua Ananias, Azarias, Miſael, hymnum Deo canebant, (Daniel. 3.) B fornax aurea illa, non ferrea, per quam toto orbe ſapiẽtia fide deuotionis illuxit. Erat quidẽ (tempore) etiam hæc fornax in Babylonia, vbi aurũ non erat ſpiritale, niſi fortè captiuum: *Captiuam enim Dominus duxit captiuitatẽ.* (Epheſ. 4.) Hoc erat aurum in Dei ſãctis, qui captiui erant apud Babylonios corpore, ſpiritu autem liberi apud Deum, ſoluti vinculis captiuitatis humanæ, Iugo gratiæ ſpiritalis innexi. Et fortaſſe eadem fornax ferrea fragilibus eſt, aurea perſeuerantibus. Omnes oportet per ignem probari, quicũque ad paradiſum redire deſiderant.

D rantem in domino confuſum eſſe, vel permanentem in mandatis derelictum, vel inuocantem deſpectum: *Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* (Ro.10 b.) Et, *qui facit voluntatẽ patris, intrabit in regnum cælorum.* (Mat.7. c.) Bene autem dicit, remitti in tempore tribulationis peccata omnibus exquirentibus Deum in veritate: quia *ſacrificium Deo ſpiritus contribu. &c.* (pſal. 50. d.) Et, *Prope eſt Deus omnibus inuocantibus ſe in veritate.* (Pſal 144.d.)

mino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige 1
a viam tuam, & ſpera in illum. Serua timorem illius, & in illo 2 3
a ¶ Id eſt permane. 4
b veteraſce. Metuentes dominum ſuſtinete miſericordiam e- 5 6
c ius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis domi- 7 8
d num credite illi, & nõ euacuabitur merces veſtra. Qui time- 9
tis dominum, ſperate in illum, & in oblectationem veniet 10
¶ Deſiderata. ¶ Lumine ſapientiç. 11 12
vobis miſericordia Qui timetis dominum, diligite illum, & 13
e illuminabuntur corda veſtra. Reſpicite filij nationes homi- 14 15
num, & ſcitote, quia nullus ſperauit in domino, & confuſus 16
eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? 17 18
Aut quis inuocauit illum, & deſpexit eum? Quoniã pius & 19 20
miſericos eſt Deus, & remittit in † die tribulationis peccata, 21
f & protector eſt omnibus exquirẽtibus ſe in veritate. Væ du- 22 23
plici corde: et labiis ſceleſtis, et manibus male faciẽtibus, †et 24 25
g h peccatori terrã ingredienti duabus vijs. Væ diſſolutis corde, 26
i qui non credũt Deo, et ideo nõ protegẽtur ab eo. Væ his qui 27

(† De apoſtatis. c. quidam.)

f *Væ duplici corde & la.* Admonuit, nequis duplici corde accederet ad Deum, nunc autem dicit, *Væ duplici corde & la.* Qui enim praua cogitat, & loquitur, & prauis inſiſtit operibus, niſi pœnituerit, in æternum peribit. E

g *Duabus vijs terram ingre.* qui facit mala, & ſperat bona; vel, qui carnis ſectatur opera, & ſpiritus ſanctificationem ſe arbitratur perficere in timore; vel, quod Dei eſt, opere exhibet, & quod mundi eſt, cogitatione quęrit. Tales verò inconſtantes ſunt in omnibus vijs ſuis, quia facilè in aduerſis terrentur, & proſperis irretiuntur

✠ GREG. Quiſquis æternam patriam appetit, ſimplex proculdubio & rectus viuit; ſimplex, videlicet opere; rectus fide; ſimplex in bonis, quæ inferius peragit; rectus in ſummis, quæ in intimis ſentit. (Greg.l. 1. Moral. ca. 11.) Sunt namque nonnulli, qui in bonis, quæ faciunt, ſimplices non ſunt, dum non in his retributionem interius, ſed exterius fauorem quærunt: F Vnde bene per quendam ſapientem dicitur, *Væ peccatori terram ingrediẽti duabus vijs.* Duabus vijs peccator quippe terram ingreditur, quando & Dei eſt, quod opere exhibet; & mundi, quod per cogitationem quærit.

C a *Crede Deo & recuperabit te.* RAB. Credere oportet afflictum, & dirigere greſſus operum in Dei conſpectum, & ſperare in illum: (Pſal.36. a.) vnde, *Reuela domino viam tuam, & ſpera in eo, et ipſe fa.* Hinc Iere. ait: *Beatus qui confidit in domino, & erit Deus fiducia eius, &c.* (Iere.17.a.)

b *Metuentes dominum. Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, et in eis qui ſperant ſuper mi. eius.* (Pſal.176.b.) Qui enim veraciter metuit, patienter ſuſtinet miſerationem eius: *Qui autem dereliquerint Deum, confundentur, et in terra ſcribentur.* (Iere.17.b.)

c *Qui timetis dominum credite illi.* Hortatur timentes dominum vt credant illi, qui ad certam mercedem perueniant: vnde, *Iuſtus enim ex fide viuit,* (Ro 1.b.) vnde, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* (Matt.9. a.) Et alibi, *Fides tua te ſaluum fecit.* (Ibid. 19.g.)

d *Qui timetis dominum ſperate in illum.* Tria commendat timentibus Deum, Credere, ſperare, diligere, quia fide, ſpe & charitate verè colitur Deus & ad contemplationem peruenitur, quæ eſt beatitudo æterna.

e *Reſpicite filij nationes hominũ, et ſcitote: quia nullus ſperauit in domino et confuſus eſt.* RAB. Hic quoque tria dicit, Neminem ſperantem in domino confuſum eſſe, vel permanentem in mandatis derelictum, vel inuocantem deſpectum.

h *Diſſolutis cor. etc.* RAB. Adhuc docet errorem cauere, virtutem amare. Oportet enim ſynceram fidem ſeruare, & conſtantiam mentis habere, ſi quis deſiderat Dei protectionem. Qui enim fide dubitat, ſpe vacillat, non peruenit ad coronam vitæ, quæ tantum verè timentibus promittitur, qui. ſ. fructum afferunt in patientia. Qui autem in iudicio, ſcilicet per apoſtaſiam vel hæreſim, à fide diſcedunt, & prauis operibus inſiſtunt, perpetuo cruciabuntur. Vnde his, qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, &c.

i *Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam.* ✠ GREG. Sæpe dum præſentis vitæ breuitas, quaſi diu perſeueratum diligitur, ab æterna (Grel 7. Moral cap.14.)

ſpe

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Crede Deo, *promittenti præmium propter patientię exercitium:*
2 Et recuperabit te, *de temporali afflictione ad ęternam conſolationem: ſed quia fides ſine operibus mortua eſt, ideo ſubditur,*
3 Et dirige viam tuam, *id eſt opera tua in Deum,*
4 Et ſpera in illum, *ſecurum pręmium expetendo.*
5 Serua timorem illius, *ſcilicet caſtum, qui cauet offenſam Dei:*
6 Et in illo veteraſce. *q.d. non timeas Deum tantum pro hora, ſicut illi, qui audiunt tonitruum, vel vident imminere periculum, quo ceſſante recedunt à Dei timore: ideo concludit,*
7 Metuentes dominum ſuſtinere miſericordiam eius. *i. patienter expectate.*
8 Et non deflecta. ab il. *per impatientiam,*
9 Ne cadatis, *in gehennam.*
10 Qui timetis dominum. *Poſtquam induxit ad timorem domini ex conſideratione mali. Hic conſequenter ad idem inducit ex conſideratione boni: Circa quod primò facit propoſitum, ſecundò concludit intentum, ibi,* Qui timetis dominum. *Prima in duas, quia primò facit propoſitũ promittendo: ſecundo comminando, ibi,* Væ duplici corde. *Circa primum primò ad Dei timorem inducit ex conſideratione bonorum inde ſequentium, quæ ſunt fidei, ſpei, & charitatis augmentum. Nam timor caſtus eſt iſtis annexus, ideo creſcunt ipſo creſcente. Et quantum ad primum dicitur,* Qui timetis dominum, credite illi & non euacuabitur merces veſtra. *q.d. conſequens eſt, vt fides in vobis magis ferueat, &* non euacuabitur merces veſtra, *ſed magis augmentabitur. Quantum ad ſecundum ſubdit.*
11 Qui timetis dominum, ſperate in illum, *q. dicat: conſequens eſt vt certius expectetis præmium. Eſt enim ſpes certa expectatio futurę beatitudinis ex gratia & meritis proueniens, ideo ſubditur,*
12 Et in oble. *Quantum ad tertium ſubdit.*
13 Qui timetis dominum diligite illum, *feruentius amando,*
14 Et illumi. corda ve. *clarius cognoſcendo: nam amor penetrare facit intima ipſius amati.*
15 Reſpicite. *Hic conſequenter ad propoſitum inducit exemplum, dicens,* Reſpi. fi. natio. *per aſpectum librorum ſanctorum, in quibus ſcribuntur facta patrum, vt Abraham, Iſaac, & cęterorum.*
16 Et ſci. quia nul. ſperauit in domino, *veraciter,*
17 Et confuſus eſt, *finaliter. ſed reportauit gloriam in præſenti, vt frequenter; & in futuro ſemper.*
28 Quis enim permanſit in mandatis eius. *ea cuſtodiendo.*
19 Et derelictus eſt. *i. priuatus auxilio diuino.*
20 Aut quis inuo. &c. *q.d. nullus. Et ſubditur ratio,*
21 Quoniam pi. & mi. de. *& patet litera.*
22 Væ du. cor. *Hic conſequenter inducit ad timorẽ Dei communicando pœnã, & per conſequens boni amiſſionem carentibus Dei timore dicens* Væ du. *i. prætendenti bonum exterius & habenti malum interius.*
23 Et labijs ſce. *i. contra Deum blaſphemis.*
24 Et manibus ma. *ſcilicet homicidio, rapina, & huiuſmodi. Et ſic tãgitur hic triplex peccatum. ſ. cordis, oris, & operis, procedens ex defectu diuini timoris.*
25 Væ diſſolu. cor. &c. *quorum cor eſt ſolutum & ſeparatum per infidelitatem à Deo.*
26 Et id. n. *ſcilicet, à malo culpa in præſenti, & à malo pœna in futuro.*
27 Væ his qui perdi. ſuſt. *id eſt patientię virtutem.*

Qui

ſpe animus frangitur, & delectatus præſentibus, deſperationis
A ſuæ caligine reuerberatur. Cumque longum putat quod ad viuendi ſpatium reſtat: repente vitam deſerens æterna mala inuenit, quæ vitare iam nequeat. Hinc eſt enim quod per quendam ſapientem dicitur, *Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam.* Suſtinentiam videlicet perdunt, qui dum diu ſe immorari viſibilibus æſtimant, ſpem inuiſibiliũ derelinquunt. Cúmque mens in præſentibus figitur, vita terminatur:&repente ad ſupplicia improuiſa perueniunt, quæ decepti ſuis præſumptionibus,aut nunquam ſe contingere,aut tarde crediderunt.

a *Inſpi.cœ.&c.* Licet omni tempore inſpiciat omnia Deus,tũc
B tamẽ inſpicere dicitur, cum probare vel improbare aliquid dignoſcitur.

Pſal. 18.c 1.Ioh. 5. a b *Qui timent do. non erunt incre. &c.* Alternando de amore & dilectione Dei agit, *quia timor domini permanet in ſeculum ſeculi, &* *omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum.* Qui verò timet Deum,& diligit,& credit ſcripturis, ſeruat operando præcepta Dei, & ſemper meditando quęrit, quę beneplacita ſunt illi, replebitur ergo ſapientia & charitate Dei. *Finis enim pręcepti charitas, & qui diligit proximum, legem impleuit.* D

perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, 1
a & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient cum inſpicere 2
b cœperit dominus? Qui timent dominum, non erunt incre- 3
dibiles verbo illius, & qui diligunt illum conſeruabunt † ver- 4 5
bum illius. Qui timent dominum inquirent quæ beneplaci- 6 7
c ta ſunt ei, & qui diligunt illum replebuntur lege ipſius. Qui 8
timent dominum, præparabunt,corda ſua, & in conſpectu il- 9
lius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent dominum cuſto- 10
¶ Opere. ¶ Boni operis. ¶ Agnitionem illius.
diunt mandata eius, & patientiam habebunt vſque ad inſpe- 11
ctionem illius, dicentes, Si pœnitentiam non egerimus, inci- 12 13
demus in manus domini, & non in manus hominum. Secun- 14
a ¶ Secundum altitudinem cœli à terra confirmauit dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe, &c.
dum enim magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius 15 16
cum ipſo eſt. 17

1. Tim. 1. a c *Qui ti. do. præ. &c.* Felix anima,quę quotidie mũdat cor ſuũ, vt ſuſcipiat habitatorem Deum, cuius poſſeſſor nullo eget bono, quia omnium bonorum autorem in ſe habet. Et quia ad hoc neceſſaria eſt mandatorum cuſtodia, & boni operis patientia:qua peruenitur ad agnitionem veritatis, Sequitur, *Qui timet do. cuſto. man. il. &c.* Iuſtus in primis accuſator eſt, ſui. Sicut enim humilitati prẽmium, ſic ſuperbiæ reſtat ſupplicium: vnde Iohannes, *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.* Qui verè ſapiens eſt, verus iuſtitiæ cultor eſt,quia ſapientia dictat iuſtitiæ normam. E

† viam

Prou. 18. c

1. Ioh. 1. e

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui dere. vias rectas, &c. *Sicut enim declinare à malo, & facere bonum ſunt duæ partes iuſtitiæ, ſic per oppoſitum, deſerere bonum, & facere malum, ſunt duæ partes iniuſtitiæ.*
2 Et quid facient cum in. *Id eſt punire.*
3 Cœper. do. *Licet enim* omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, *Heb. iiij. d. tamen dicitur inſpicere peccata, quando punit ea.*
4 Qui timent. *Hic conſequenter concludit intentum. ſ. quòd ex timore Dei procedit multiplex bonum, di.* Qui timent dominum, non erunt incre. verbo. *ſed magis credibilis.*
5 Et qui dili. illum, &c. *quia vera fides per dilectionem operatur.*
6 Qui ti do.inquirent. *nam de voluntate eius implenda ſunt ſoliciti.*
7 Et qui di. il. conſer. *quia* plenitudo legis eſt dilectio, *Ro. xiij.*
8 Qui ti.do.præ.cor.ſua. *per munditiam interiorem.*
9 Et in con ſan.ani.ſuas. *& non in conſpectu hominum tantum,quod eſt proprium hypocritarum.*
10 Qui ti.do.cuſto.mandata.*corde retinendo, & opere adimplendo.*
11 Et patientiam habebunt. *in aduerſis.*
12 Vſque ad inſpe. ani. il. *Et accipitur hic anima,pro voluntate diuina,quę tunc aſpicit patientes,quando eos liberando reddit gaudentes.*
13 Si pœ. non ege. de pec. *à quibus homo non poteſt in præſenti vitâ eſſe immunis totaliter, iuxta illud.j.Iohan.j.c.* Si dixerimus, quia peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus.
14 Inci. in ma. do.*id eſt in diuinam punitionem valde grauem,Heb.x. f.* Horendum eſt incidere in manus Dei viuentis.
15 Secun.enim ma. ipſius. *id eſt poteſtatem puniendi obſtinatos,*
16 Sic & miſericordia illius,*pœnitentibus parcendo.*
17 Cum ipſo eſt. *nam vtraque eſt eadem cum eſſentia diuina.*

C F

CAP. III.

a *Filij ſa. &c.* Sequitur.
b *Iudicium patris.* Dei, *ex quo omnis paternitas in cælo & in terra.* quia ex ipſo ſunt omnia. Qui diligit ea,quæ fecit,& vt in eo maneant,quo facta ſunt,cuius iudicium, qui audierit,& præcepta eius fecerit, ſaluus erit:cuius mãdatum eſt, vt etiam patri temporali, & matri reuerentia exhibeatur: vnde, *Honora patrem tuum. &c.* vnde ſequitur,*Qui honorat pat. ſuum.* Cui Deus honorem conſtituit,non debet à filiis inhonorari: quia Deus iudicio ſuo exqui-

Deut. 5. b

† exquiret

## CAP. III.

a Filij ſapientiæ eccleſia iuſtorũ, & natio 1 2
a ¶ Virtutes ſunt iuſtorum, Vel typicè, per virtutes ſignificat virtutum poſſeſſorem. 3
b illorum obẽdiẽtia,& dilectio. Iudicium 4 5
patris audite filij dilecti, & ſic facite, vt 6
ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem 7 8
in filiis,& iudicium matris, † exquirens 9
c firmauit in filios. Qui diligit Deum, 10 11
exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratio- 12 13

quiret qualiter pręceptum ſuum ſeruetur.
✠ RABI. SAMVEL. De iſtis filiis qui ſunt apoſtoli, dixit ſapiens Ieſus Sirach in libro ſuo, *Audite filij chariſſimi & operamini in ſalutem, quia honorat Deus patrem in filiis,* Et qualiter intelligi debeat honor ille, declarat Deus per os Malachię, *Mittet Deus Heliã, qui conuertat corda patrum noſtrorum ad filios.*

Rabbi. Samuel Marrochianus. de aduentu Meſſiæ.

c *Qui diligit.* qui,ſcilicet mandata ſeruat,& abſtinet à peccatis, & tamen pro exceſſoribus orare non deſinit, quia ſcit miſericordem iudicem omni tempore preces exaudire.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. III.

Filij ſapientiæ. *Poſtquam autor tractauit de origine virtutum, hic conſequenter agit de exercitio earum: Et diuiditur in duas partes, quia primò tractat de huiuſmodi exercitio; ſecundò de ſtatibus, in quibus, fit hæc exercitatio. xxiiij. ca. Prima adhuc in duas, quia primò tractat de virtutum exercitio in ordine ad proximum: ſecundò in ordine ad Deum, xiiij. c. Prima adhuc in tres, ſecundum quod proximus eſt ſuperior, inferior, vel æqualis; quia primò tractat de virtutum exercitio ad ſuperiores, ſecundò ad inferiores, ibi,* Ignem ardentem; *tertiò in ordine ad pares, xij. c. ibi,* Non agnoſcitur ami. *Parentes autem ſunt ſuperiores,qui ſunt honorandi: ideo tractatur hic de honore parentum. Et diuiditur in duas partes. ſ. principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi,* Fili in manſuetu. *Sciendum tamen, quòd ſupradictæ & ſubſequentes, vſque ad xliij. ca. excluſiuè non ſunt ita præciſæ, quin de pertinentibus ad partes aliquas tractetur aliquid in alijs partibus, & econuerſo, & hoc propter connexionem virtutum, de quibus agitur in hoc libro. Pars autem præſens in duas diuiditur,quia primo probatur, quod parentes ſint honorandi, ſecundò filius excitatur ad executionem huius obſequij. ibi,* Honora pa.&c. *Quod autem parentes ſint honorandi, primò probatur autoritate diuini præcepti Exo.xx. Inter parẽtes verò Deus eſt primus ex* quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, *Eph.iij.c. ideo dicitur,*
1 Filij ſapien.j. *Dei, qui eſt ipſa ſapientia per eſſentiam.*
2 Eccleſia iuſto. *qui ſunt Dei filij per adoptionis gratiam.*
3 Et natio il. &c. *ſicut de homine notabiliter liberali, non ſolùm dicitur quòd ſit liberalis in concreto, ſed etiam liberalitas in abſtracto; propter quod ſubditur,*
4 Iudiciũ patris *i. decretum Dei, qui pater eſt principalis, vt dictum eſt,*
5 Audite filij, *aure corporis & etiam mentis:*
6 Et ſic fa. vt ſal.ſi.*quia* non auditores legis *ſupple tantum,* ſed factores iuſtificabuntur. *Ro.ij.b.*
7 Deus enim ho. pa.*i. honorari præcepit.* 8 In filijs. *i. per filios.*
9 Et iudiũ matris *i.decretum ſuum de honore matris.*
10 Exqui.firma.in filios. *quia firmiter exquirit obſeruatores ad præmiandum, & trangreſſores ad puniendum. Et quia honor parentum tunc eſt meritorius vitæ æternæ, quando fit ex charitate, ideo ſubditur,*
11 Qui diligit De.exorab.pro.pecc. *præteritis,*
12 Et continebit ſe ab illis,*cauendo à recidiuo.*
13 Et in ora. die. *id eſt quam facit pro adeptione vitæ æternæ, quæ pei*

a *In filiis* RABA. In ſobole vel in diſcipulis, quorum nutrimento
A gaudēt qui magiſtris vel parentibus ſuis obediūt; vel melius, fi-
Pro. 28. b lios, fructum bonorum operum accipimus, *Qui auertit aures ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Qui verò obedit præceptis
Pſal. 140. a Dei dirigetur oratio eius ſicut incenſum. Honorate parentes primum mandatum eſt in promiſſione.

b *In opere. & ſer.* non in vulua. ſ. vnde oſtenditur, & ſpiritualis pater maximè dignus honore: vnde
1. Cor. 4. d Paulus, *Per euangeliū*
1. Tim. 5. c. *ego vos genui.* Et alibi,
B *qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in doctrina & verbo.*

c *Benedictio pa. &c.* RAB. Benedixerunt
Gen. 9 d patriarchæ filiis, vt
Ibi. 25. a Noe, Sem, Iaphet,
Ibi. 27. c qui poſteritati Cham
Ibi. 49. a maledixit. Abraham quoque Iſaac filio ſuo, & Iſaac Iacob, &
C Iacob duodecim patriarchis benedictionem dedit, In quibus ille præfigurabatur, qui de patriarcharum ſtirpe deſcendit, qui eſt ſuper omnia be-
Roma. 9. nedictus in ſecula. Quomodo autē maledictio parētum ſoboli noceat, in ſemi-
Gen. 9 d. ne Cham oſtenſum eſt, quod à filiis Sem, id eſt, Iſraelitis, de terra promiſſionis deletum eſt. Cham; nuditatem patris irriſit, & ſemen ſuum in ſeruitutem perpetuam dā-

nauit

nauit. Abſalon quoque Dauid de regno expulit, & concubinas D
eius inceſtauit; ſed morte condignas pœnas luit. Eliſei caluicium 2. Re. 1 d.
pueri Bethel irriſerunt, & duo vrſi de ſaltu ex eis quadraginta 4. Re. 2. d.
duos lacerauerunt; quia puerilis ſtultitia Iudæorum in Calua- Mat. 27. d
riæ loco Chriſtum crucifixum irriſit, ſed quadrageſimo ſecundo anno poſt aſcenſionem eius, duo vrſi. i. Tytus & Veſpaſianus de ſaltu gentium egreſſi, illuſores ſęuiſſimè laniauerunt.

d *Eleemoſyna.* ſ. quæ peccatum delet Hoſtia enim quę pro peccato, peccatū vocatur; Qui autē pa- E
rentibus, vel cæteris pauperib⁹ miſeretur † Exo. 20.
iuſtitię pręmiū re- Mat. 15. a
cipiet à peccatis abſo- infrà. 7. c.
lutus. *Beati miſericor-* Matth. 5 a
*des quoniam, &c.* Et a- Prou. 19. c
libi. *Fœneratur domino,* Dan. 4. e.
*qui miſeretur pauperis.* Hinc Daniel, ad Nabuchodonoſor, *Conſilium meū ô rex placeat tibi, peccata tua eleemoſynis redime, & ini-* F
*quitates tuas miſericordiis pauperū,* ſi forſitan ignoſcat Deus delictis tuis. Hinc dominus ait, *Date eleemoſy-* † ſed
*nam, & omnia munda* Luc. 11. f.
*ſunt vobis.*

e *Fili in manſue.* Māſuetudo & humilitas gratiam, ſuperbia & furor pariunt ruinā:
vnde, *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, &c.* Et alibi, *Qui* Mat. 11. d.
*ſe exaltat, humiliabitur, &c.* Lucæ. 14. c

Quanto

---

ne dierum exaudietur, & ſicut qui theſaurizat, ita & qui ho-
norificat matrem ſuam. Qui honorat patrem ſuum, iocunda-
a bitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui hono-

a ¶ Deo præcipienti.

rat patrem ſuum, vita viuet longiore, & qui obedit pātri, re-

¶ Eccleſiam.

frigerabit matrem. Qui timet dominum, honorat parentes,
b & quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt, in opere & ſer-

a ¶ Spiritualem vel carnalem.

mone & omni patientia. † Honora pātrem tuum, vt ſuper-

¶ In vita æterna.

ueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſi-
c mo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum, male-
dictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in
contumelia patris tui, non eſt enim tibi gloria, ſed confuſio.
Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij

a ¶ Rab. Filij carnales, vel diſcipuli honore & ſolatio debent fouere parentes, vt creſcat ſic charitatis affectus. Vnde. Reddite vicem parentibus, quia hoc acceptum eſt coram Deo.

pater ſine honore. Fili ſuſcipē ſenectam patris tui, & non con-
triſtes eum in vita illius, etſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne
d ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris non erit
in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bo-
num, & in iuſtitia ædificabitur tibi, † & in die tribulationis
commemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur tua

a ¶ Impius eſt, & infamis qui negligit parentes.

peccata. Quàm mālæ famæ eſt qui relinquit patrem, & eſt

a ¶ Verbis vel factis. b ¶ Carnalem vel ſpiritualem.

e maledictus à Deo qui exāſperat matrem. Fili in manſuetu-

---

## NICOLAVS DE LIRA.

*dies ſignificatur, Prouerb. iij. b.* Longitudo dierum in dextera eius.

1 Exaudietur. *Oratio enim ſemper eſt exaudibilis, quando eſt pia, pro ſe, & preſeuerans, ſicut eſt in propoſito.*

2 Et ſicut qui theſau. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ accipitur ex parte boni ex honore parentum conſequendi, cùm dicitur.* Et ſicut qui theſa. *aggregans ſibi pretioſa:*

3 Ita & qui honorificat matrem ſuam, *ſupple congregat ſibi merita pretioſa.*

4 Qui honorat patrem ſuum, iocundabitur in filijs. *Nam habebit filios ſibi obedientes, & ſe honorantes, quod contingit vt in pluribus, quoniam filij ſunt patrum imitatores.*

5 Et in die orationis ſuæ, *id eſt, factæ pro ſe,*

6 Exaudietur. *Hæc eſt enim vna de conditionibus, quæ facit orationem ſemper exaudibilem.*

7 Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: *Sic enim promittitur in pręcepto Dei Exod. 20. b.* Honora patrem tuum & matrem, vt ſis longæus ſuper terram.

8 Et qui obedit patri, refrigerabit matrem, *i. conſolabitur eam.*

9 Qui timet dominum, honorat parentes, *ne ſit tranſgreſſor diuini præcepti.*

10 Et quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt in ope. & ſermone. *id eſt, veraciter, & ſine fraude.*

11 Et omni patientia, *Bonus enim filius habet patientiam, etiam ſi pater eum increpet ſine culpa.*

12 Honora patrem tuum. *Hic conſequenter inducit ad executionem honoris parentum. Et primo omni tempore generaliter: ſecundo tempore ſenectutis ſpecialiter, ibi,* Fili ſuſcipe. *Prima in duas: quia primo inducit filios ad honorem parentum, ſecundo, retrahit eos à contumelia eorum, ibi,* Ne glorieris. *Circa primum dicit,* Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio, *id eſt, multiplicatio in bonis temporalibus & ſpiritualibus.*

13 Et benedictio illius in nouiſſimo manet, *in conſecutione vitæ beatę.*

14 Benedictio firmat domos filiorum, *Sicut patet de benedictione Iſaac, Geneſ. 27.*

Ma-

15 Maledictio autem matris eradicat fundamenta, *domorum filiorum ſibi rebellantium.*

16 Ne glorieris. *Hic conſequenter retrahit filios à contumelia parentum, dicens,* Ne glorieris in contumelia patris tui, *Et ſubditur ratio.*

17 Non enim eſt gloria, *ſcilicet, tibi:*

18 Sed confuſio, *quia pater manet quodammodo in filio. Ex hoc enim quòd indiuidua incorruptibilia non poſſunt permanere in ſeipſis, alio modo, ſupplebit Deus eorum permanentiam, ſcilicet per generationem, ſecundum Philoſ. ij. de Anima. ideo ſubditur,*

19 Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. *Et patet ex dictis litera.*

20 Fili ſuſcipe. *Hic conſequenter excitat filios ad honorem parentum tempore ſenectutis ſpecialiter, cùm dicitur,* Fili ſuſcipe ſenectam patris tui. *Tunc enim non ſolùm indiget reuerentia filiorum; ſed etiam ſubſidio ipſorum.*

21 Et ſi defe. &c. *quia non eſt culpa ſua: ſed naturalis defectus. Et quia non ſolùm filij tenentur parentibus viuis benefacere, ſed etiam defunctis, ſubditur,*

22 Eleemoſyna enim patris. *i. pro anima patris data,*

23 Non erit in obliuione, *coram Deo.*

24 Nam pro pec. &c. *id eſt pro eleemoſyna ad remiſſionem ſui peccati data,*

25 Reſtituetur tibi bonum, *i. meritorium.*

26 Et in die tribulatio. *id eſt mortis,*

27 Commemorabitur tui, *ad remiſſionem tui peccati: ideo ſubditur*

28 Et ſicut in ſereno glacies ſoluentur tua peccata, *Et patet, & in fine concludit,*

29 Quàm malæ famæ eſt. *i. valde mala.*

30 Qui relinquit patrem, &c. *nam hoc eſt contra naturam, ideo meritò ab omnibus diffamatur.*

31 Fili in manſue. *Hæc eſt pars incidentalis. Ex hoc enim quòd cœpit de virtutibus tractare, & poſtea proſequitur, ponit hic vnum, quod eſt commune omnium virtutum, ſcilicet, debitum modum; de quo tractat. primò prout debet eſſe in agibilibus, ſecundò in ſpeculabilibus, ibi,* Altiora te; *tertiò in intrinſecis motibus, ibi,* Cor durum. *Circa primum dicitur,* Fili in manſue. *id eſt, benigno & decenti modo.*

Ope-

a *Quanto magnus es, &c.* RABA. Docuit ſuperius manſuetudinē morū & humilitatem operum: nunc docet cordis puritatem, ne humana ratio diſcutiat incautè, quę non poteſt comprehendere: vnde Eccleſiaſtes, *Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem tuum coram Deo, &c.* Hinc Paulus ait, *Non plus ſapere quàm oportet ſapere, &c.* Sufficit homini ea piè cogitare, & opere implere, quæ præcepit Deus. (A) (Eccle. 5. a.) (Rom. 12. a.)

✠ AVGVST. Cum perpetuæ continentiæ perfeſſores ſe cōiugatis comparātes, ſecundùm ſcripturas compererint eos infrà eſſe & opere, & mercede, & voto, & præmio: ſtatim veniat in mentem quod ſcriptum eſt, *Quantò magnus es, tantò humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Menſura humilitatis cuique ex mēſura ipſius magnitudinis data eſt: cui eſt periculoſa ſuperbia, quæ ampliùs amplioribus inſidiatur. (Aug. De ſācta virginitate, ca. 31.) (B) (C)

b *In ſuperuacuis rebus, &c.* RA. id eſt, ne ſcruteris ſuperuacuè, quæ ratiocinando non potes cognoſcere. vnde Eccleſiaſtes, *Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, &c.* Sobrius intellectus in omnibus optimus eſt, qui reficit animam, nec grauat mentem: vnde, *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus euomas illud, & periures nomen Dei tui.* Hæretici duobus modis fiunt, ſcilicet vel de creatore, vel de creatura vltra modum diſputantes in errores incidunt, & à veritate recedunt. (Eccle. 7. a.) (Prou. 25. c) (D)

c *Cor durum habebit malè in nouiſſimo.* Quia *ſecundum duritiam tuam theſaurizas tibi iram in die iudicij.* (Roma. 2. a)

d *Cor ingred.* Quod
1 non curat, nec ſtudet
2 vitare, & quod ea di-
3 ligit, quæ ducunt ad
4 interitum, vt hæreſes
5 & prophanæ nouita-
6 tes: vnde ſequitur,
7 *Cor ingrediens duas*
8 *vias, non habebit ſucceſ-*
9 *ſus, &c.*
10
11 e *Ignem ardentem extingu. aqua & eleemoſy-* (E)
12 *na, &c.* ✠ AMBROS. (Ambr. ſermo. 10. de eleemoſyn.)
13 Dicit ſcriptura diui-
na, *Sicut aqua extinguit*
14 *ignem, ita eleemoſyna*
15 *extinguit peccatū.* Mag-
16 na planè & cunctis
17 ambienda ſententia,
18 quæ hominibus iam
19 mortuis & peccato-
20 rum ſuorum incen-
21 dio arefactis rediui-
22 uum quoddam bene-
23 ficium pollicetur, &
24 interueniente Elee- (F)
25 moſyna, ſicut aqua in-
26 termortuis, ſuccus re-
27 frigerium areſcenti-
28 bus infundatur, hoc
29 eſt, vt miſeri homi-
30 nes, qui in mortem
31 peccatis aruerant, ad
vitam Eleemoſynis
reuiuiſcant, ſitque il-
32 lis miſericordia fons
ſalutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium, vt flammas quas ſibi peccando incenderant, largien-

dine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris.
a Quātò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit Deus tibi, illa ſemper cogita, & in pluribus eius operibus ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt, videre o-
b culis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſup-

¶ Hæreticorum.

plantauit ſuſcipio eorum, & in vanitate detinuit ſenſus illo-
c rum. Cor duū habebit malè in nouiſſimo, & qui amat † pe-

a ¶ Quia in vacuum laborat.

d riculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habe-

a ¶ Requiem. b ¶ Permiſcens vera falſis, & econuerſo: ſanam enim doctrinam non ſuſtinent, ſed ſecundum ſua deſideria coaceruant ſibi magiſtros.

bit ſucceſſus, & † prauicors in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad pec-

a ¶ Sarcina peccatorum. ¶ Hęreticorum. ¶ Germen.

candum. Synagogæ ſuperborū non erit ſanitas, frutex enim

a ¶ De terra viuentium.

peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. Cor ſapientis

a ¶ Probabitur apud Deum b ¶ Etiam in prudentia doctrinę. c ¶ Auditores boni.

intelligetur in ſapientia, & auris bona audiet cum omni cōcupiſcentia ſapientiam. Sapiens cor & intelligibile abſtine-

¶ In lege Dei,

a ¶ Quibus ſe exercet. b ¶ Quoniam magna portio eſt eleemoſyna, de qua ſubditur, Ignem ardentem extingui a. &c.

e bit ſe à peccatis, & in operib[9] iuſtitię ſucceſſus habebit. Ignē

† prauicordius vel prauū cor.

† piaculum

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Opera tua perfice, *nam opera bona de genere frequenter deturpantur ex indecenti modo.*

2 Et ſuper hominum glo. *communium.*

3 Diligéris, *quia pauci ſunt reſpectiuè, qui bona opera habeant & bonum modum.* Stultorum *enim* infinitus eſt numerus, *Eccleſi. j. d. Et quia ad debitum modum habendum valde facit humilitas ſubditur,*

4 Quantò magnus es, *in poteſtate, ſcientia & virtute,*

5 Humilia te in omnibus. *Greg. homil. xxxj.* Tantò eſſe humilior atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet eſſe ex munere, quantò obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddēda ratione.

6 Et coram Deo inue. gra. *Gratitudo enim de beneficio iam accepto reddit hominem idoneum ad aliud accipiendum.*

7 Quoniam magna potentia Dei ſolius, *propter quod poteſt ſemper dare gratis amplius.*

8 Et ab humilibus ho. *ideo Dei dona eis multiplicantur.*

9 Altiora te. *Hic conſequenter inducit ad debitum modum in ſpeculabilibus dicens,* Altiora te ne quæſie. &c *ſicut ſunt diuinitatis ſecreta.*

10 Sed quæ præce. tibi Deus, &c. *quia ſunt ad ſalutem neceſſaria. Vnde legitur in vita patrum, quòd quidam ſanctus presbyter nomine Copres interrogatus de Melchiſedech quis fuiſſet, cum de hoc cœpiſſet cogitare, percuſſit os ſuum dicens, Vę tibi Copres, quia quæ tibi mandauit Deus vt faceres, dereliquiſti, & quę à te non requirit, illa ſcrutari præſumis; ideo ſubditur,*

11 Et in pluribus eius operibus ne fueris curioſus. *Nam in talibus eſt magis vanitas, quàm vtilitas. Cętera patent ex dictis vſque ibi,*

12 Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. *illa ſcilicet, quæ ſanctis prophetis ſunt reuelata ad ſalutem hominum, quibus eſt humiliter & firmiter aſſentiendum.*

13 Multos enim ſupplantauit ſuſpicio eorum. *quia præſumentes de ſuo ingenio, ſuſpicantur ad quęcunque ardua cognoſcenda ſe poſſe pertingere.*

14 Et in vanitate detinuit ſenſus illorum, *nam per hoc in errores & hæreſes ceciderunt.*

15 Cor durum. *Hic conſequenter inducit ad debitum modum in intrinſecis motibus. Circa quod primò malitiam reprobat; ſecundo bonitatem commendat, ibi:* Cor ſapientis. *Circa primum dicit,* Cor durum, *quod reſiſtit inſtinctui diuino ad bonum, ſicut in corporalibus dicitur durum, quod non cedit tangenti. 3. Meteororum.*

16 Habebit male in nouiſſimo. *Nā ſicut dicit Augu. in ſermone de innocentibus:* Hac enim animaduerſione pecutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.

17 Et qui amat periculum, *id eſt, occaſiones peccatorum.*

18 In illo peribit, *ſicut auicula volitans circa laqueum.*

19 Cor ingre. duabus vi. *id eſt, habens notitiam boni in intellectu, & malitiam in affectu.*

20 Non habebis ſucceſſus, *proſperos, ſcilicet, ſed aduerſos:*

21 Et prauicors, *id eſt, habens prauum cor,*

22 In illis ſcandaliza. *Grauius eſt enim ſcandalum de caſu hominis literati, quàm ſimplicis.*

23 Cor ne. *id eſt, iniquum.*

24 Grauabitur in doloribus, *inferni.*

25 Et peccator, &c. *id eſt, talis dum viuit de malo in peius procedit. Et ſicut eſt de ſingulari perſona, ſic & de congregatione mala, propter quod ſequitur,* 26 Synagogæ ſuperbor. non erit ſanitas. *ſpiritualis, quæ conſiſtit in bona diſpoſitione morum: ſicut ſanitas corporis in bona diſpoſitione humorum.*

27 Frutex enim pecca. *id eſt, omnis excuſatio pallians peccatum.*

28 Eradicabitur in illis, *nam omnia nuda ſunt Dei oculis.*

29 Et non intellige. *ſcilicet à peccatoribus, qui nolunt diuina iudicia cogitare.*

30 Cor ſapientis. *Hic conſequenter bonitatem oppoſitam commendat, dicens:* Cor ſapientis intelligetur, *id eſt, cognoſcetur,*

31 In ſapientia, *id eſt, verbis & operibus ſapientię, per quem cognoſcitur habitus latens in mente. Cætera patent.*

32 Ignem ardentem. *Poſtquam autor tractauit de exercitio virtutum erga ſuperiores, & interpoſuit vnum, quod eſt commune omnium virtutum, hic conſequenter agit de virtutum exercitio erga inferiores, & primò erga inferiores in ſubſtantia, ſecundò erga inferiores in ſapientia, ſequen. ca. ibi.* Sapientia filijs ſuis: *tertiò erga inferiores in potentia, vij. ca. Inferiores in ſubſtantia ſunt pauperes, erga quos virtuoſe agitur, cum eis per eleemoſynam ſubuenitur: ideo primò eleemoſyna virtutum oſten-*

A giendo reſtringant, atque vtiliore commercio, qui pecuniam quondam dederat vt adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget vt adulter eſſe iam deſinat: & emat ſibi quodammodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando peccatum. Dicit enim
Lucæ. 11. dominus ad diſcipulos ſuos, *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Quamuis ergo pollutus, quamuis multis criminibus circunſeptus, ſi eleemoſynas feceris, innocens eſſe cœpiſti. Abſtergit enim eleemoſyna, quod auaritia polluebat, & maculam, quam res alienas diripiendo contraxeras, tuas

D tuas erogando purificas, vide ergo quæ ſit miſericordiæ gratia, quæ vna & ſola virtus cunctorum eſt redemptio peccatorum; videamus namque interpretationem ipſius diuinæ ſententiæ, vt intelligamus cui rei eleemoſyna cõparetur. Ait enim, *Sicut aqua extinguit ignem, ita elemoſyna extinguit delictum.* Aqua ergo miſericordiæ comparatur, ſed aquam inuenio de fonte procedere, neceſſe mihi eſt miſericordiæ fontem quærere: Inuenio plane fontem miſericordię, fõs de quo dicit propheta, *Quoniam apud* Pſal 35. *te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.*

a ¶ Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna per charitatem fuſa obruit flammam peccati. Vnde, Cum facis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.

ardentem extinguit aqua, eleemoſyna reſiſtit peccatis, & 1

a ¶ Cui placet.

Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. Meminit in po- 2 3

¶ Scilicet mortis. a ¶ Præmium æternæ vitæ.

ſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum. 4 5

---

NIOLAVS DE LIRA.

B dit: *ſecundo ad faciendum eam inducit, in principio ſequen. ca. Circa primum dicit*, Ignem ardentem extinguit aqua, *ex proprietate ſua.*

1 Et eleemoſyna reſiſtit peccatis, *pœnam pro eis debitam auertendo: propter quod Daniel dicebat regi Nabuchodonoſor Dan. iiij. e.* Peccata tua eleemoſynis redime, &c.

2 Et Deus proſpe. eſt eius, qui reddit gratiam. *de bonis à Deo ſibi collatis, eleemoſynam faciens eius membris.*

E
3 Meminit in poſter. *augmentando eius bonum.*

4 Et in tempore caſus. *id eſt ſuę mortis.*

5 Inueniet firma. *quia, ſicut Auguſti. dicit:* Sola miſericordia comes eſt defunctorum.

---

CAP. IIII.

Lucæ. 11. f. a *Fili eleemoſynam pauperis, &c.* RAB. Quãtum eleemoſyna valet, oſtendit Deus dicens, *Date eleemoſynam, et ecce omnia mũ-*
Matt. 25. c. *da ſunt vobis.* Illis quoque, qui à dextris eius erunt, dicet, *Venite benedicti patri mei, percipite regnum, &c. Eſuriui enim, & dediſtis manducare, &c.* Multæ autem ſunt differentiæ eleemoſynarum. Non ſolùm autem qui dat indigenti neceſſaria, ſed & qui dat veniam peccati, eleemoſynã facit: & qui ex corde
C corripit verbis, vel factis.

b *Cor inopis, &c.* Non eſt eleemoſyna differenda, cùm aſſit tribuendi facultas:
Prou. 3. d. vnde, *Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, cùm citò poſſis dare.* Et alibi, *Qui deſpicit proximum, peccat qui miſe-*
Ibide. 14. c *retur pauperis, beatus erit.* Eleemoſyna autem facienda eſt, non ex neceſſitate, *Hilarẽ*
1. Cor. 9. b. *enim datorẽ diligit Deus*,
Mat. 12. d. Et alibi, Vidua paupercula plus omnibus miſit in gazophylaciũ, quia non quantitatẽ muneris pẽſat Deus, ſed deuotionẽ cordis.
Iacobi. 1. c c *Ab ino. ne auer. &c.* Non per iram exaſperandus eſt pauper,
Prou 21. b ſed blanda locutione placandus, *Ita enim viri iuſtitiam Dei non o-*
Ibidem. *peratur.* Et, *Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, clamabit, & non exaudiet dominus.* Qui enim poteſt tribuere, debet: quia munus abſconditum, extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam. Qui autem non poteſt, ſermo bonus eſt ei ſuper datum optimum. *Qui autem habuerit ſubſtantiam mundi: & viderit fra-* 1. Ioha. 3. c
*trem ſuum neceſſe habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo.* Fides enim ſi non habeat opera, mortua Iaco. 2. c.
eſt. Non ergo diligamus lingua & verbo, ſed opere & veritate.

d *Congregationi pauperum.* In his commẽdatur manſuetudo & humilitas, quia manſuetudo neminẽ ſpernit, humilitas ſe omnibus ſubijcit. Decet autem Chriſtianum
F ęqualibus & inferioribus affabilem eſſe & mitem, ſenioribus humilem: vnde, *Domine nõ eſt exaltatum cor* Pſal. 130. a
*meum, neque elati ſunt oculi mei.*

e *Declina pauperi ſine triſtitia &c.* ✠ AMBRO. Non de tuo largiris pauperi, ſed de Amb. de Nabutha, c. 12.
ſuo reddis. Quod enim commune eſt in omnium vſum datũ, tu ſolus vſurpas? Omnium eſt terra, nõ diuitum, ſed pauciores qui non vtuntur ſuo, quàm qui vtuntur; Debitum igitur reddis, non largiris indebitum. Ideòque tibi dicit ſcriptura,
Eccleſ. 4. *Declina pauperi animam tuam, & redde debitum tuum, & reſponde pacifica in manſuetudine.*

f *Libera eum qui iniu. pa.* RAB. Sicut largitionẽ in pauperes eleemoſynam eſſe dixit, ſic liberationem iniquè oppreſſi miſericordiam eſſe oſtendit: vnde, *Erue illos qui ducuntur ad mortem.*

CAP. IIII.

a F Ili eleemoſynã pauperis ne defraudes, 1
& oculos tuos ne † tranſuertas à paupe- 2 † auertas.
re. Animam eſurientem ne deſpexeris, 3
& non exaſperes pauperem in inopia
b ſua. Cor inopis ne afflixeris, & nõ protrahas datum anguſtiáti. Rogationem
contribulati ne abijcias, & non auertas
c faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos 4
propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retro male- 5
dicere. Maledicẽtis enim tibi in amaritudine animę, exaudie- 6
d tur præcatio illius, exaudiet autẽ eũ qui fecit illum. Congre- 7 8
gationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia
e animam tuam, & magnato humilia caput tuũ. Declina pau-

a ¶ Cum manſuetudine. b ¶ Conſolatio temporalis, quam qui dare negligit, debitum tollit.

peri ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſ-
f ponde pacifica in manſuetudine. Libera eum qui iniuriã pa- 9

---

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IIII.

F Ili eleemoſynam. *Hic conſequenter inducit ad eleemoſynam faciendam. Et primò perſonæ ſingulari, ſecundò communicati, ibi,* Congregationi pauperum. *Circa primum dicit,*

1 Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes, *tibi retinendo, quod eſt tibi commiſſum pauperibus erogare, vel; de tuo denegans in caſu neceſſitatis, in quo pauperi debetur.*

2 Et oculos tuos ne tranſuertas à paupere, *Vt ſi non potes exhibere manum, ſaltem exhibeas animum, & benignum aſpectum.*

3 Animam eſu. ne deſpe. &c. *Nam afflicto non eſt danda afflictio, ſed conſolatio. Cætera patent vſque ibi,*

4 Ab ino. ne auer. ocu. cu. pro. iram. *i. ſi de præterito te turbauerit, non dimittas propter hoc ſibi benefacere.*

5 Et non relin. quæ. ti. re. ma. *i. non des occaſionem pauperi per tuam duritiem, vt maledicat occultè tibi. Et ſubditur cauſa,*

6 Meladicen. enim tibi in ama. *Sed contra hoc videtur, quod non ſit exaudibilis, quia maledicere peccatum eſt. Dicendum, quòd maledicere non accipitur hic pro imprecatione mali culpæ, quę ſemper eſt peccatum, nec pro imprecatione mali pœnę abſolutè, ſed pro imprecatione mali pœnę, vt vexatio det intellectum ei, cui imprecatur, & ſic ex ſua afflictione ad compatiendum alijs moueatur.*

7 Congre pau. &c. *Hic conſequenter monet eleemoſynam facere communitati, dicens.* Congrega. pau. affa. te. fa. *alloquando dulciter: & donum ſi potes conferendo. Et tunc erit duplex eleemoſyna. ſ. verbi & facti, & tanto melior quanto communior, cæteris paribus, quia bonum quanto communius, tanto diuinius, ex j. Ethicorum.*

8 Et presby. humi. ani. tu. &c. *i. ſeni exhibe reuerentiam debitam, & non dimittas propter eius pauperiem. Liber enim iſte primo fuit tranſlatus in Græcum, & poſt in Latinum. Presbyter autem Græcè idem eſt quod ſenex Latine. Vnde. j. de Anima vbi tranſlatio noua habet, Si ſenex haberet oculum iuuenis, videret vtique vt iuuenis, Antiqua tranſlatio habet, ſi presbyter haberet oculum iuuenis, videret vtique, &c.*

9 Libe. eum, &c. *In hoc enim eſt pauper.*

1 Et

☞ a *In iudi.* RABA. A Nullā eleemoſynæ ſpeciē prętermittit: pauperib⁹ parentibúſq; pupillos adiungit & viduas, vt illis opem feramus. Sicut enim pupillo paternus dandus eſt affectus, ita & viduę viri ſolatium.

† cōplexabuntur. Prou. 8. d.

b *Et qui vigila.* B *Beatus homo qui audit me, & vigilat ante fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.* Per fores autem poſtes, ſcripturas & eorum doctores intelligit.

† pruinis.

c *Qu.ſe.&c.* Qui diligit eum, qui genuit, diliget eum qui natus eſt ex Deo, & quem C diligit pater, diligit filius, vnde, Qui diligit me, diligetur à patre n eo, & eum diligam. Sed quia *probatio dilectionis exhibitio eſt operis,* ſequitur: *Qui audit illam,* &c.

† abſcōdita. Mat. 19. d. Ioh. 14. c.

*Qu.di. Ch. man ei. ſeruat, & iudicab. gentes.* vnde, *Cùm ſederit filius homi. in ſed. maieſt. ſuę ſed. & vos ſu. ſe. iud. duo. trib. Iſrael.*

d *Si*

a ¶ Tędioſe vel indigne.
a titur de manu ſuperbi, & non ăcidè feras in † anima tua. In iudican-
do eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorum, & e-
a ¶ Qui hoc præcepit. b ¶ In remuneratione præmij.
ris tu velut filius ăltiſſimi obediens, & miſerębitur tui magis quàm
a ¶ In ſtudio nutriendi. b ¶ Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia c ¶ Diſcipulis.
d ¶ Cognitionis ſuæ ſacramentum. e ¶ Manſuetos, ſcilicet.
măter. Sapiĕntia filĭis ſuis vităm † inſpirauit, & ſuſcipit exquirĕn-
a ¶ Qui ait: Ego ſum veritas & vita: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, &c. b ¶ Quia ſeruando mandata illus veniet ad vitam æternam.
tes ſe, & præibit in vĭa iuſtitiæ. Et qui illam diligit, diligit vităm: &
b qui vigilauerit ad illam, † complectentur † placorem eius. Qui
a ¶ Verè obediendo. b ¶ Sapientiam. c ¶ Eius ſcilicet, qui per fidem & dilectionem aditum quęrit cęleſtem, æterna benedictione ditabit Deus. Vnde: Ego ſum oſtium: per me ſiquis introierit, ſaluabitur.
tĕnuerint illam, vităm hæreditabunt, & quò introibit † benedicĕt
a ¶ veraciter. b ¶ Chriſto. c ¶ Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum
c Deus. Quĭ ſeruiunt ĕi, obſequentes erunt ſanctŏ: & eos qui dili-
gunt illam, diligit Deus. Qui audit illam † iudicabit gentes: & qui
a ¶ Tota intentione animi & virtute fidei. b ¶ Quia non poterit tentatio præſentis vitę euertere eum.
intuĕtur illam, pĕrmanebit confidens. Si crediderit ei, hęredita-
¶ Opera.
bit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum, quoniam
¶ Sapientia.
d in tentatione ambulat cum eo, & in † primis elegit eum. Ti-
morem et metum et probationem inducet ſuper illum, et cru-
ciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eum in
a ¶ Vbi ſpiritus domini charitatis infunditur, abſcondita myſteria reuelantur, & theſaurus ſcientiæ & intellectus.
cogitationibus illius, et credat animæ illius. Et firmabĭt il-
lum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum, &
denudabit † abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcien-
a ¶ Fidem ſpem & charitatem delinquens. b ¶ Habitatione ſua indignum. Vnde, Iuſtus meus ex fide viuit, quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ.
tiam & intellectum iuſtitiæ. Si autem obĕrrauerit derĕlinquet
a ¶ Protectione ſua nudatum b ¶ Poteſtatem. ¶ Diaboli.
c ¶ Et tempore & fide & iuſtitia ſtandum eſt.
e eum, & trădet eum in mănus inimici ſui. Fili conſeruă tempus,

d *Ti. & me. &c.* D
1 Sapientia inha- † manu tuę
2 bitans dirigit o-
pera, in variis tē-
4 tationibus præ-
5 parat exercen-
6 do & probando † inſpirabit
7 ad futuræ vitæ
8 gaudia, quod
9 hac ſententia cō- Ro. 5. a
10 firmatur, *Tim &* † placatorē
11 *me. & proba, &c.*
12 Quia tribulatio
13 patientiam ope-
14 ratur, & patien- † benedicetur.
15 tia probationem,
16 probatio verò ſpē E
17 quod non cōfun-
18 dit, quia charitas † iudicabit
19 Dei diffuſa eſt in
20 ſanctis per ſpiri-
21 tumſanctum.
22 e *Fili conſerua*
23 *tempus. &c.* Su-
24 
25 prà commenda-
26 uit ſapientiæ do-
27 num, nunc o-
28 ſtendit ipſius fa-
29 ctum. Quicun- F
30 
31 que enim ſeruat
32 præcepta ſapien-
33 tiæ, cautus eſt
34 in tēporum mu-
35 
36 tatione, nec de-
37 ſerit viam iuſti-
38 tiæ in tempore
39 perſecutionis &
40 
41 anguſtiæ. Ideo
42 ſapientia exhor-
43 tatur filios, vt
conſeruent tem-

pus, quia tempus omni rei ſub cælo: & tempus eſt belli, & tempus pacis. Eccle. 3. b

☞ *Eſt*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et no. &c. *i. agrè vel moleſtè, ſicut fructus acidus dentes moleſtat.*
2 In iudican. eſto. &c. *ſalua tamen iuſtitia,*
3 Et pro vir. matri illorum, *viduam conſolando.*
4 Et eris tu velut filius altiſſimi, *per gratiæ adeptionem.*
5 Et miſerebitur tui magis quam ma. *qui miſericordior eſt quàm illa, & potentior ad dandum meliora.*
6 Sapien. *Hic conſequenter inducit ad iuuandum inferiores in ſcientia, quod fit per doctrinam, qua ſubleuantur ignorantes. Et diuiditur in duas partes. Nam oſtendit primò qualiter homo ſapientiam habeat à Deo: ſecundò inducit ad comunicandum eam proximo, ibi,* Fili conſerua tempus. *Circa primum dicit,* Sapientia, *ſcilicet, increata,*
7 Filijs ſuis vitam inſpi. *id eſt, propoſitum & deſiderium vitæ melioris per doctrinam ſuam.*
8 Et ſuſcipit inquirentes ſe, *ſapientiæ donum eis augmentando.*
9 Et præibit in via iuſtitiæ, *eam oſtendendo.*
10 Et qui illam diligit, diligit vitam, *nam eſt vita per eſſentiam.*
11 Et qui vigilauerit ad illam, *per ſtudium lectionis & orationis,*
12 Complec. pla. eius. *id eſt, ſuauitatem. Et dicitur à placo placas.*
13 Qui tenue. il. *corde & opere.*
14 Here. vitam, *gratia in præſenti, & gloria in futuro.*
15 Et quò intro. *ſapientia increata,*
16 Benedicet Deus, *ibi multiplicando dona ſua.*
17 Qui ſer. ei ob. er. ſan. *nam ipſa eſt Deus: qui eſt ſanctus ſanctorum.*
18 Et eos qui di. il. dil. De. *Prou. viij.* Ego diligentes me diligo.
19 Qui aud. il. iudic. gen. &c. *quia* ſpiritualis iudicat ōnia. j. *Cor. ij.*
20 Et qui intue. il. *per ſanctam meditationem,*
21 Permanebit confidens, *de beatitudine.*
22 Si crediderit ei. *ſcilicet, ſapientiæ increata,*
23 Hæreditabit illam. *in patria, vbi plenariè habebitur & inamiſſibiliter.*
24 Et erunt in confirmatione creaturæ illo. *id eſt, opera eorum.*
25 Quoniam in tentatione, *præſentis vitæ,*
26 Ambulat cum eo, *ipſum dirigendo:*
27 Et in primis elegit eum, *id eſt, cum electis, qui ſunt primi & præcipui apud Deum, aſcribit ipſum.*
28 Timorem, *offenſæ*
29 Et metum, *gehennæ,*
30 Et probationem, *id eſt, tribulationem temporalem, quæ probat homines, ſicut ignis aurum,*
31 Inducet ſuper illum: *id eſt, permittet induci ad eius bonum.*
32 Et cruciabit illum, *id eſt, permittet cruciari.*
33 In tribulatione doctrinæ ſuę, *quia talis vexatio dat intellectum.*
34 Donec tentet illum in cogitationibus ſuis, *id eſt, manifeſtet alijs bonitatem ſuæ mentis, ſic enim tentauit Abrahā Gen. xxij. vt manifeſtaretur alijs obedientia Abrahæ.*
35 Et credat animę illius. *id eſt, credi faciat eius verbis, quæ procedunt ex conceptu mentis. Sic enim fuit de Abraham poſt dictam tentationem: vnde ſibi dixerunt Hethęi Gen. xxiij. a.* Princeps Dei es apud nos, *acſi dicerent, verbis tuis credimus ſicut verbis Dei.*
36 Et firmabit illum, *in bono,*
37 Et iter adducet directum ad illum. *hypalle eſt. Et eſt ſenſus, adducet illum ad iter rectum.*
38 Et lætificabit illum, *gaudio interioris conſcientię.*
39 Et denudabit abſcondita ſua illi, *id eſt, reuelabit occulta ſuę ſapientiæ.*
40 Et theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intellectum iuſtitiæ: *vt ſciat ſe & alios dirigere in viam iuſtitiæ.*
41 ſi autem oberrauerit, *per malitiam.*
42 Derelinquet eum, *ſicut contingit ſacerdotibus & ſcribis Iudęorum, qui à veritate, quam de Chriſto cognouerant per ſcripturas prophetarum, errauerunt per inuidiam, quam contra Chriſtum conceperunt, eò quòd prædicabat contra eorum vitia; propter quod tradidit eos Deus in manibus Romanorum, qui partim eos occiderunt, partim captiuauerunt, & in manibus inimici permiſit eos per obſtinationem detineri:*
43 Fil. conſ. tem. *Poſtquam autor oſtendit qualiter homo ſapientiam habet à Deo, hic conſequenter inducit habentem ſapientiam ad communicandum eam proximo. Et diuiditur in duas partes: quia primò agitur de veritatis doctrina, ſecundò de doctoris prudentia; in princip. capitul. vj.*



☞ *Pri-*

a *Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiam* A *& gloriam.* ✠ AVGVT. Confuſio adducit peccatum, cum erubeſcit quiſque prauā mutare ſententiam, ne aut inconſtans putetur, aut diuerſus à ſe ſeipſo iudice teneatur, ita *deſcendunt in infernum viuentes*, id eſt, ſuam damnationem ſentientes, quos Dathā & Abitō & Chore hiatu terræ abſorpti, tātò āte futuros figurauerūt. Confuſio autē adducit gratiam, & gloriā, cùm erubeſcit quiſque de propria iniquitate, & B pœnitēdo in melius conatur quod te facere piget, illa pernicioſa confuſione ſuperatum, ne tibi ab hominibus neſcientibus quid loquātur, obiiciatur illa Apoſtolica ſētētia, *Si enim quæ deſtruxi, hæc eadem iterum ædifico, præuaricatorem meipſum conſtituo.*

Aug epi.48 circa finē. Pſal.56. Num.16. Gal.2.

b *Non abſcondas ſapientiā tuā, &c.* RAB. Nō eſt abſcōdēda ſa- C pientia his, qui audire volunt. Qui enim abſcondit frumentū, maledicetur in populis, benedictio autē ſuper caput vēdentiū vnde: *Negotia. dū venio*

† fluuij. Lucæ 19.b

c *Non co.* Obediendum eſt maioribus, ſi veritati concordant & iuſtitiæ, nec aliter, ſed pro recta fide, & vera religione, in quibus eſt animæ ſalus, D decertādum eſt, vnde, *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. Et, Si quis vult venire poſt me, abneget & cætera.*

Matth.5.c Lucæ.9.b

✠ AVGVS. Cui niſi veritati contradicitur, cùm etiam regi ex veritate aliquid iubēti reſiſtitur? Sed rex homo qui minatur, vel qui vindicat ad tempus moleſtus eſt: non ſic ille rex, qui etiā veritas diſcit, qui nūc quoque illis per prophetā clamat, *Sine cauſa perc. filios veſtros, diſciplinam non receper.* E

Aug cōtra epiſtol. Parmeniā. lib. 3. cap. 6. Hier. 2.

d *Noli citatus eſſe in lingua tua.* RAB. Mors & vita in manib⁹ linguæ. Qui cuſtodit os ſuū, cuſtodit ab āguſtiis animā ſuā. Qui inconſideratus eſt ad loquēdum, ſentiet mala. Hinc Iacobus ait: *Sit omnis homo velox ad audiendū, tardus ad loquendum, tardus ad irā.* Hinc alibi ſcriptum eſt: *Non in ſermone regnum Dei, ſed in virtute.* F

Prou.18.a Prou.21.d Ibidē 23.a 1.Cor.4.b Iacob. 1.

e *Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens* In eccleſia ſunt hæretici quaſi leones, qui per linguę volubilitatem ſeducunt corda innocentium, & per inſolentiam morum conturbant manſuetudinem ſimplicium.

a ¶ q.d. Non dubitet pro Chriſti nomine animam ponere, & verę fidei confeſſionem proferre.

& deuita à malo. Pro animâ tua non cōfundaris dicere verū.

a ¶ Qui erubuerit me coram hominibus, erubeſcam ego eum coram patre meo. b ¶ Quando quis compungitur pro peccatis & pœnitentiam agit.

a Eſt enim cônfuſio adducens peccatum, & eſt cᵇonfuſio addu-

a ¶ Contra perſecutores ſemper dimicandum eſt, nec eis vnquam conſentiendum.

cens gratiam & gloriam. Ne âccipias faciem aduerſus faciem

a ¶ Cum audieritis prœlia & ſeditiones, nolite terreri.

tuam, nec aduerſus animam tuam mendâcium. Ne reuerea-

a ¶ Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.

ris proximum tuum in caſu ſuo, nec rêtineas verbum in tem-

b pore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore eius.

a ¶ Eius, ſcilicet, qui non abſcondit ſapientiam.

In linguâ enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus & ſcientia &

a ¶ Veritatis.

doctrinâ in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus iuſti-

a ¶ Arguentis. ¶ Qui enim aſcondit ſcelera non corrigetur: qui autem confitetur ſaluabitur. Vnde, Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excu. in peccatis.

c tiæ. Non contradicas verbo veritâtis vllo modo: & de menda-

a ¶ Sicut hortatur ad confeſſionem peccati, ita prohibet à conſenſu praui operis.

tio ineruditionis tuæ confundere. Nôn confundaris confite-

a ¶ Id eſt, ne conſentias illi, qui te allicit ad peccandum.

ri peccata tua, & nê ſubiicias te omni homini pro peccato.

a ¶ Non humana virtute, ſed diuina opera aduerſarij ſuperantur. Vnde, Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere aduerſarij veſtri.

Nolite reſiſtere cōtra faciem potentis, nêc coneris contra ictū

† fulminis. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad

mortem certa pro iuſtitia: & Deus expugnabit pro te inimi-

d cos tuos. Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis & remiſ

a ¶ Qui mollis & diſſolutus eſt in opere, frater eſt diſſipantis opera ſua. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui ſectatur otium, replebitur egeſtate.

e ſûs in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens

a ¶ Auaritiam necat, miſericordiam commendat, vt non rapiamus aliena, ſed largiamur & noſtra: Beatius eſt enim dare quàm accipere.

domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Non ſit porrê-

a ¶ Reddendum. b ¶ Radix omnium malorum eſt auaritia.

cta manus tua ad accipiendum, & ad dândum collᵇecta.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

❧ *Pima adhuc in duas, quia primò inducit doctos ad communicandum, ſecundò diſcipulos ad recipiendum, vi.ca. ibi:* Fili à iuuentute. *Prima in duas, quia primò doctores inducit ad docendum veritatem: ſecundò ad reſcindendam ſuperfluitatem. ſeq. cap. ibi,* Non ventiles te. *Prima adhuc in duas, ſcilicet in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi,* Non confundaris. *Circa primum inducit ad docendum veritatem cum debitis circumſtantijs. Quarum vna eſt opportunitas temporis, quia ſicut dicitur Eccleſia.iij.b.* Tempus tacendi, & tempus loquendi. *ideo ſubditur,*

Fili conſerua tempus, *Doctrina verò veritatis impeditur per malam vitam doctoris. ideo ſubditur,*

1 Et deuita à ma. &c. *Grego. homil. xxxviij.* Cuius vita deſpicitur, reſtat vt prędicatio contēnatur. *Impeditur etiam vera doctrina eò quod doctor timet vel erubeſcit tangere vitia magnorum: ideo ſubditur,*

2 Pro anima tua, *id eſt pro vita temporali exponenda,*

3 Non confundaris dicere verum; *Et ſubditur ratio:*

4 Eſt enim confuſio adducens peccatum, *ſcilicet, illa, qua doctor dimittit dicere verum, ne à maioribus confuſionem patiatur in conſpectu hominum.*

5 Et eſt confuſio adducens gratiam & gloriam. *ſcilicet, illam quæ ſuſtinetur patienter propter veritatem. Iterum impeditur vera doctrina etiam per acceptionem perſonarum, ideo ſubditur,*

6 Ne accipias faciem, *ſcilicet, hominis, aduerſus faciem tuam, id eſt, contra animam tuam, quæ eſt facies ad veritatis contemplationem. De qua facie dicitur. ij. Corin. iij.d.* Nos verò reuelata facie domini gloriam ſpeculantes, &c.

7 Nec aduerſus animam tuam mendacium, *dicendo falſum ſcienter in fauorum alicuius potentis.*

8 Ne reuerearis proximum tuum. *id eſt amicum,*

9 In caſu ſuo, *malum illius palliando.*

10 Ne retineas verbum, *ceſſando à doctrina veritatis.*

11 In tempore ſalutis. *id eſt, conuenientis doctrinæ.*

12 Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo, *verbis curioſis vmbrando veritatem. Et ſubditur cauſa,*

13 In lingua enim. *lucide loquentis,*

14 Sapientia dignoſcitur, & ſenſus, & ſcien. &c. *quia facile capitur ab auditoribus. Prouerbiorum xiiij.a.* Doctrina prudentium facilis.

15 Et firmamentum in operibus iuſtitiæ, *quia doctrina bona confirmatur per opera bona docentis. Et quia vanæ gloriæ cupidi, dictis aliorum, etiam veris, vel magis probabilibus, libenter contradicunt, quod cedit in veritatis impedimentum: ideò ſubditur,* Non contradicas verbo veritatis, &c. *& patet.*

16 Et de menda. ineruditionis tuæ cunfundere. *ſ. in teipſo de fatuitate tua in aliorum reprehenſione.*

17 Non confu. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua tractat auctor de veritate vitæ & iuſtitiæ, eò quod immediatè tractauerat de veritate doctrinæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit aliqua ad vtramque veritatem pertinentia: Secundò, excludit aliqua quæ ſunt impedientia, ibi:* Noli eſſe ſicut leo. *Circa primum dicit,* Non confundaris confiteri peccata tua. *ei qui ſcit, & poteſt remedium adhibere hoc enim pertinet ad veritatem vitæ.*

18 Et ne ſubiicias te. *ſupple remediādo, ſed tantū illi, qui ſcit & poteſt remediare.* 19 Noli reſi. contra fa. po. *ſ. Dei.* 20 Nec co. con. ict. ful. *i iuſtitiæ diuinę cui reſiſtunt in peccatis obſtinati. Conſequenter ponit quod pertinet ad veritatem iuſtitię, dicens;* 21 Pro iuſt. agoni. pro ani. tua. *i pro ſalute animæ tuę* 22 Et vſ. ad mor. cer. pro iuſt. *Eligibilior enim eſt mors, quàm tranſgreſſio iuſtitię.* 23 Et Deus ex. *ſpirituales ſemper & corporales frequenter* 24 Noli cit. eſſe in lin. *i. præceps in proferendo ſententiam.* 25 Et remiſ. in ope. tu. *i. in exequendo ſententiam iuſtè latam,* 26 Noli eſſe ſicut leo. *Hic conſequenter excludit quędam impedientia, quorum vnum eſt crudelitas quam excludit dicens:* Noli eſſe ſicut leo. &c. *Secundum eſt, cupiditas. Circa quam primo ponit intentum: ſecundo exequitur propoſitum, in principio cap. ſequen. Et quoniam cupiditas eſt radix omnium malorum, prima ad Timoth. 6. ideo dicit,*

27 Non ſit porrecta, *id eſt, prompta,*

28 Manus tua ad accipiendum. *Munera iniuſtè vel inhoneſtè.*

29 Et ad dandum collecta, *id eſt, clauſa.*

In

❧ CAP.

A CAPVT V.

a Noli attendere, &c. Sequitur:

Aug. libro quæſtionū Euāgelic. ſecun. Mat quæſt. 11.

b *Non tardes conuerti ad Dominū, &c.* ✠ AVG. Illi conuertuntur, qui rectè viuere incipiunt, hoc eſt enim ad Deū

B redire. Qui autē concupiſcentias ſuas perſeueranter ſequuntur, dorſum quodammodo habent ad Deum: quamuis in vnitate conſtituti ſæpe illum retorto collo conentur aſpicere.

† De propitiato peccato.
† timore.
† Inf. 21. a.
† inf. 16. b.

c *Non ventiles te in omnem ventum: & non eas in omnem viam.*

C RAB. Leuitatem reprehendit, de qua dicitur, *Stultus vt luna mutatur, & vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.* In omnem ventum ſe ventilat, & in omnem viam vadit,

† omni via
Infra 17. b

# CAPVT V.

a ¶ Nihil attulimus in mundum, nihil auferemus de mundo.
b ¶ Sicut, ille, cui dictum eſt: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem congregaſti cuius erunt? Non enim ſperandum in incerto diuitiarum.

a NOli attēdēre ad poſſeſſiones iniquas,& nē di- 1 2
xeris:eſt mihi ſufficiēs vita.Nihil enim prode- 3
¶ Mortis.
rit in tēpore vindictę & obductionis. Ne ſe- 4 5
¶ Carnalem.
quaris in fortitudine tua cōcupiſcētiā cordis
a ¶ Dominus reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
tui,& ne dixeris: Quomodo potui,aut quis ſubijciet propter facta 6
a ¶ Qui ſupra omnes, cui reſiſtere nemo poteſt. ¶ Nihil ſtultius, quàm patientia Dei abuti,qui diſſimulat peccata hominum propter pœnitentiam. 7
mea?Deus enim vindicās vindicabit.Ne dixeris:Peccaui:&quid mi 8
a ¶ Per miſericordiam in præſenti. b ¶ Per iuſtitiam in futuro. 9
hi accidit triſte?Altiſſimus enim eſt pātiens redditor.†De propi- 10
a ¶ Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus. b ¶ Quaſi impune poſsis peccare. 11
tiātu peccatorum noli eſſe ſine†metu,neque adijcias peccatum ſu- 12
per peccatum,& ne dicas:†Miſeratio Dei magna eſt, multitudinis 13
a ¶ Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe, pec. autem diſ. &c. 14
peccatorum meorum miſerebitur.Miſericordiā enim & ira ab illo 15
a ¶ Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. 16
b citò proximat, & in peccatores reſpicit ira illius. Non tārdes con- 17
a ¶ Vigilate, quia neſcitis quando dominus domus veniet 18
uerti ad dominum, & ne differas de die in diē.Subitò enim veniet 19
a ¶ Quæ iniquè acquiruntur & auare ſeruantur. conturbat enim domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.
ira illius,& tēpore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs 20
¶ Finis. ¶ Diſtricti iudicij.
c iniuſtis:nō enim proderūt tibi in die obductionis, & vindictæ.Nō 21
ventiles te in omnē ventum, & nō eas in † omnem viam. Sic enim 22
a ¶ Regulam catholicæ fidei ſeruando. 23
d peccator probatur in duplici lingua.Eſtō firmus in via domini,& in 24
a ¶ Quia conferetur prēmium ęternę gloriæ:vnde,Euge ſerue bone & fidelis, &c. 25
veritate ſēſus tui & ſciētia,& proſequātur te verbū pacis & iuſtitię. 26
a ¶ Bonorum eſt.
Eſto mānſuetus ad audiēdum verbū Dei,vt intelligas:& cū ſapien- 27
¶ Sicut peccat qui ſcit, & non vult proximum docere: ſic qui neſcit, & vult magiſter eſſe. 28
tia proferes reſponſum verum.Si eſt tibi intellectus,reſponde pro- 29
ximo:ſino autē, manus tua ſit ſuper os tuum:ne capiaris in verbo 3
a ¶ Confuſione perpetua. b ¶ Immortalitatis. c ¶ Æternæ beatitudinis. 31
indiſciplinato, & confundāris.Honor & gloriā in ſermone ſen- 32
a ¶ Catholici doctoris. b ¶ Hęretici vaniloqui. c ¶ Æterni interitus.
ſāti: lingua imprudentis ſubuerſiō eſt ipſius. Non appelleris ſu- 33

D dit, qui luxum ſeculi ſequitur, & timorem domini ſeruare ſe putat, & mundo & Chriſto æqualiter Militare. Aliter: Monet nos ſapientia, ne hæreticorum vanitatem & errorem ſequamur: quia duplicitas doctrinæ eorum, in qua modò

E vera, modò falſa proferunt, peccatores eſſe oſtendit.

d *Eſto manſuet.* Bonum eſt manſuetè audire, & ſuſcipere verbum veritatis, & modeſtè ac prudenter proferre: vnde, *Sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loq. & tar. ad iram.* Et paulò pòſt, *In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* In prouerbijs quoque dicitur, *Vidiſti hominē velocem ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm correctio illius,*

Iaco. 1. cap
F
Prou. 29. e

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. V.

NOli attendere ad poſſeſſiones &c. *Hic proſequitur intentum de cupiditate.*

1 Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, *id eſt, inique acquirēdas.*

2 Et ne dixeris, eſt mihi ſufficiens vita. *id eſt, mihi reſtat longa vita: ideo multa mihi ſunt acquirenda.*

3 Nihil enim prode. in tem. vindi. *diuina.*

4 Et obduction. *id eſt, clauſionis ſenſuum, quę fit in morte.*

5 Ne ſeq. in fortitudine tua conc. *per potentiam aliena rapiendo.*

6 Et ne dix. quo. pot. *de præterito, ſic, ſcilicet, potens ero in futuro.*

7 Aut quis me ſubijciet. *quaſi dicat, nullus, ſed hoc remouetur, cùm ſubditur,*

8 Deus enim vindicans vind. *cuius potentiæ nemo reſiſtere poteſt.*

9 Ne dixeris:peccau. & quid mih. accid tri. *quaſi di. ita bene, vel melius eſt mihi, ſicut non peccanti: & hoc frequenter contigit quantùm ad bona temporalia, ideo ſubditur punitio diuina,*

10 Altiſſimus enim eſt patiens redditor, &c. *nam aliquando expectat per totam vitam: & tunc poſt hanc infert grauiſſimam gehennæ pœnam.*

11 De propitiatu peccatorum, &c. *ſcilicet, per pœnitentiam remiſſorum,*

12 Noli eſſe ſine metu, *quia neſcis ſi pœnitentia ſufficiens fuerit: & ſi fuerit ſufficiens ad remotionem culpę, non tamen totalis pœnę.*

13 Neque adijcias peccatum, *per recidiuum,*

14 Super peccatum, *prius dimiſſum, quia ſic quodammodo per ingratitudinem rediret.*

15 Et ne dicas, Miſeratio domini ma. eſt. *de Dei miſericordia nimis præſumendo, & ſubditur ratio,*

16 Miſericordia enim, *parcens,*

17 Et ira, *puniens,*

18 Ab illo cito proximat, *ſecundum quod homo pœnitet de peccatis, vel induratur in illis, ideo ſubditur,*

19 Non tardes conuerti ad Dominum, *per pœnitentiam veram. Et reuertitur autor ad increpationem cupiditatis, dicens,*

20 Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, *acquirendis vel male retinendis. Cætera patent ex dictis.*

21 Non ventiles te. *Autor ſuprà inducit ad docendum veritatem. Hic conſequenter inducit ad vitandum indecentiam & ſuperfluitatem, dicens,* Non ventiles te in omnem ventum, *iactanter & præſumptuosè docendo.*

22 Et non eas, in omnem viam. *i. in omnem opinionem recitando, & nunc vni, nunc alteri adhærendo.*

23 Si enim pec. &c. *modò veritatem docendo, modò contrarium veritati aſſerendo, quod ſolent facere auctores vacillantes in fide: ideò ſubditur,*

24 Eſto firmus, *quantum ad fidem,*

25 Et in veritate ſen. tui. *id eſt, dictamine rationis naturalis, quantum ad mores.*

26 Et proſe. te ver. pa. & iu. *In agibilibus huius vitę. Et quoniam ad doctorem pertinet de quæſitis reſpondere veritatem, ideò ſubditur,*

27 Eſto manſuetus ad audien. ver. Dei. *Dulciter audiendo quæſtionem de fide, vel moribus tibi factam,*

28 Vt intelligas, *quærentis intentionem:*

29 Et cum ſapientia profe. reſpon. verum, *ſecundum enim Philoſophum opus eſt ſapientis non mentiri de quibus nouit, ideo ſubditur,*

30 Si eſt tibi intellectus, *veritatis circa quęſitum,*

31 Reſponde. pro. ſin au. ma. tua ſit ſuper os tuum. *tacendo: Et ſubditur ratio,*

32 Nec capia. *& patet litera. Et quoniam aliquando doctor vanę gloriæ cupidus verecundatur non reſpondere, nec audet in palam, quia neſcit veritatem, ideò reſpondet occultè & male, propter quod ſubditur,*

33 Non appelleris ſuſur. *male loquens in ſilentio: vnde dicitur ſuſurro ab auris ſono, eò quòd loquitur in aure.*

I Et

a ¶ Detractor. b ¶ Hæreticus, qui furtim & occulte ſeminat errorem.

A ſurrō in vita tua, ēt lingua tua ne capiaris & 1

a ¶ Æterna damnatione. b ¶ Hæreticum, qui occultè laqueos erroris tendit: vnde, Fur nō venit niſi vt fu. & mactet & perdat.

confundâris. Supēr furē enim eſt confuſio & 2 3

a ¶ Damnatio.

pœnitentia, & † deuotâtio peſſima ſuper bi- 4 5

† deuoratio vel denotatio.

a ¶ Qui modo vera, modo falſa loquitur. b ¶ Qui Deo & hominibus odibilis: vnde, Detrahentem ſecreto proximo ſuo. b. &c. Et in prouerbijs, Abominatio hominum detractor. D

6 linguē, ſuſurrātori autem odium & inimici-

a ¶ Quaſi ne accipias perſonam in iudicio: Iuſtè quod iuſtum eſt exequere.

7 tia & contumelia. Iuſtificā puſillum & magnum ſimiliter.

NIOLAVS DE LIRA.

1 Et li. tua. *Coram Deo, & coram hominibus aliquando, ſcilicet, quando talia ad hominum notitiam deducuntur.*

2 Super furem enim eſt. *id eſt, peior fure, qui facit fraudem in re poſſeſſa: ſed iſte fraudem facit in veritatis doctrina, quod eſt deterius, ideo ſubditur.*

3 Confuſio & pœnitentia, *quia talis ſe videns confuſum pœnitet de reſponſione ſua.*

B 4 Et deuotatio peſſima, *id eſt, oſtenſio confuſibilis cùm digito.*

5 Super bilinguem, *qui ſic reſpondet ignorans, ſicut ſciens. Ideo ſubditur,*

6 Suſurratori autem odium, *quia meretur iſta mala. Aliter autem poteſt exponi litera ab illo loco:* Non appelleris ſuſur. *de ignaro doctore, qui neſcit doctrinam bonam alterius in palam impugnare, & inuidia motus in occulto nititur eam deprauare. Poteſt etiam exponi de quolibet occulto detractore. In fine concludit de vero doctore,*

7 Iuſtifica pu. & ma. ſi. *non declinando à veritate doctrinę propter varium ſtatum hominum & fortunam, quia veritas eſt ſtabilis, nec ſequitur fortunę variabilitatem.*

CAP. VI.

a NOl. ſi. pr. am. RA. Vim veræ charitatis oſtēdit. Verus enim amicus nō poteſt ad inimicitiam reuerti: vnde, *Amicus fidelis medicamentū vitę & immortalitatis.* Hæretici ergo, qui à charitate diſcedūt, nō permanent in amicitia: vnde, *A nobis exierūt, ſed ex nobis non erant.*

1. Ioan. 2. c

b *Non.* Non ſolum actū, ſed & cogitationē ſuperbiæ recidit. Deus enim conſpector eſt cordis, qui ceruicoſam animæ cogitationē conſpexerit, allidetur virtus ipſius.

C

b *Ne.* Bonæ volūtati ſuccedit boni operis fructus, & malitioſę menti nihil proſperitatis. Si enim deſit charitas, fruſtra operā virtuti impēdis: vnde, *Qui in vno offendit, omnium reus eſt.* Et *ei qui non habet, & hoc quod habet, auferetur ab eo.*

Iacob. 2. b

Luc. 19. d.

c *Multi pacif. &c.* Cum omnibus pax eſt habenda, quantū permittit noſtra fragilitas, ſed non cum multis conſilium, quia ſcriptum eſt, *Miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?*

Prou. 20. a

Inter opera. ✠ AVGVT. Non ſolùm de ſalute tua, verum etiam de multorum profectu & proſperitate meditare. Elige tibi conſiliarios bonos, Deum timētes & veritatem amātes. Sæpe enim adulatores blāda facie decipiūt animas audientium ſe, & perpetuæ mortis laqueis interimunt. De talib⁹ enim dicit pſalmiſta, *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent, cōfuſi ſunt, quoniā Deus ſpreuit eos.* Et Apoſtolus dicit, *Si hominibus placerē, Chriſti ſeruus non eſſem.* Vnuſquiſque ad ædificationem non ad deſtructionem placeat proximo ſuo, quia nō omnis amicus conſiliarius eſſe poterit, dicente ſcriptura, *Amici tibi ſint multi, conſiliarius autem vnus.*

Author libri de ſalutaribus documentis inter oper. Auguſtini, c. 6.

F

Pſa. 52. a. 6

Ga. 1. b. 10

d *Si poſſides amicū, &c.* RA. Per diuerſas ſpecies falſos amicos exprimens, tandem ☞ ad

## CAPVT VI.

a NOli fieri pro amico inimicus proximo. 1 2

a ¶ Prauæ doctrinę.

Impropērium enim & contumeliā ma- 3 4

a ¶ Scilicet, ſequacibus in hæreditatem relinquet. b ¶ Hæreticus. c ¶ Contra veritatem.

lus hærēditabit, & omnis pēccator inui- 5 6 7

a ¶ Quia inter vera ſeminat falſa. b ¶ Iactantiam & ſuperbiā prohibet, quia initiū omnis peccati ſuperbia.

dus & bilinguis. Non te ēxtollas in cogi- 8 9

b tatione animę tuæ, velut taurus, ne forte elidetur virtus tua 10 11

a ¶ Elationis. b ¶ Verborum. c ¶ Operum.

per ſtultitiam: & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & 12 13

a ¶ Sine virore dilectionis. b ¶ Inter ſteriles malorum actiones.

relinquaris velut lignum âridum in erēmo. Anima enim ne- 14 15

quam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illū: 16 17

a ¶ Labia iuſti erudiunt plurimos. b ¶ Docendo.

& deducet in ſortē impiorum. Vērbum dulce multiplicat a- 18 19

a ¶ Fideles. b ¶ Sermo durus ſuſcitat rixas, & lenis mitigat ſuſcitatas. c ¶ Perſecutores. d ¶ Id eſt, bonæ gratiæ vel gratioſa.

micos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homi- 20 21

c ne abundabit. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi v- 22 23

d nus de mille. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, 24 25

& ne facilè credas ei teipſum: eſt enim amicus ſecundum 26 27 28

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VI.

☙ NOli fieri. *Superius actū eſt de veritatis doctrina, hic agitur de doctoris prudētia, quę maximè conſiſtit in hoc, quòd acquirat & conſeruet Dei & hominum amicitiam: nam charitas eſt ſummum Dei donum. j. Cor. xiij. d.* Maior autem horum eſt charitas: *propter quod primò retrahitur ab incurſu inimicitiæ, ſecundò inducitur ad profectum amicitię, ibi,* Verbum dulce. *Circa primum dicitur,* 1 Nol. fie. pr. am. *Nam omnis proximus eſt ex charitate diligendus, propter quod inimicitia contraria eſt Deo, & bonis hominibus odienda, propter quod ſubditur,*

2 Im. en. *in finali iudicio, in quo Chriſtus improperabit malis, & maximè peccantibus ex certa ſcientia. qualis eſt doctor malus.*

3 Et contum. *in inferno à diabolo & angelis eius.* 4 Et omnis pecc. *ſciens & intelligens, de quo hic agitur.* 5 Inuidus *famæ aliorum,*

6 Et bi. *nam aliquando ſcienter loquitur contra veritatem ad deprauandum aliorum doctrinam. Et quia hoc procedit ex ſuperbia, ſubditur:*

7 No. te ex. in cog. anim. *ſine ratione bonos impetens tuis cornibus.*

8 Ne for. elid. virtus tua. *id eſt, ſubtilitas ingenij tui.* 9 Per ſtu. *id eſt, per abuſum ſcientię tuę.* 10 Et fol. tua. *id eſt, verba tua ornata.*

11 Comedat. *id eſt, deſtruat hæc ſtultitia.* 12 Et fru. tu. per. *id eſt, bona, quæ fieri poterant per ingenium & ſcientiam tuam.* 13 Et relin. *id eſt, carens humore deuotionis & fructu bonæ operationis.* 14 Ani. eni. ne. *quę ſcienter impugnat ęquitatem.* 15 Diſper. *id eſt, habentem talem animam.* 16 Et in gau. *id eſt, diabobi.* 17 Dat illum. *diabolus enim magis gaudet de ſubuerſione hominis literati, quam ſimplicis.*

18 Et ded. in. ſ. *in gehennam quę eſt ſors impiorum, ſicut beatitudo eſt ſors iuſtorum.* 19 Ver. dul. *Hic conſequenter ponitur inductio ad augmentum amicitiæ. Et diuiditur in duas partes: nam primo ponitur hæc inductio: ſecundo, amicitię diſtinctio, ibi,* Eſt enim amicus. *Circa primum dicitur,* Verbum dulce mul. ami. *ſicut legitur de beato Clemente, quod propter dulcedinem eloquij erat dilectus, non ſolum à Chriſtianis, ſed etiam à Gentilibus & à Iudęis.*

20 Et mitig. inimicos. *hoc patet de Gedeone, Iudi. viij. f. qui viros Ephraim concitatos contra ſe mitigauit per verbum dulce.*

21 Et lingua eucharis. *id eſt, bene gratioſa.*

22 In bo. ho. abun. *quia ſtudet dicere verba gratioſa.*

23 Multi pacifici. *id eſt, amicabiles,* ſunt tibi:

24 Et conſiliarius ſit ti. vnus. *Non enim eſt tutum ſecretum cordis ſui, & maximè conceptionem melioris propoſiti, reuelare: quia frequenter ab amicis carnalibus impeditur.*

25 Si poſſi. ami. *id eſt, poſſidere deſideras tanquam verum.*

26 In tentatione poſſi, &c. *in aduerſitate tua proba illum: aduerſitas enim hoc bonum facit, quod veros amicos à falſis diſtinguit.*

27 Et ne fa. &c. *reuelando ſibi ſecretum tuum, antequam probaueris ipſum.*

28 Eſt enim. &c. *Hic conſequenter ponitur diſtinctio amicitiæ, vt videatur de quo amico confidendum. Et primo ponitur diſtinctio, & ſecundo veritatis amicitię commendatio, ibi,* Amicus ſi permanſerit. *Circa primum ponitur diſtinctio quadrimembris, cum dicitur,* Eſt enim ami. ſe. tempus ſ. &c. *id eſt, ſecundum tempus aptum ad lucrum ſuum, quod eſt tempus proſperitatis amici, qui propter aduerſitatem ſuperuenientem recedit ab amicitia.*

☙ 1 Et

ad verum peruenit amicum: quia multi amicos ſe eſſe profitentur A in proſperis, & inimici apparent in aduerſis, Vnde, *Si humiliauerit ſe contra te & cæte.*

a *Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum.* Inter opera. ✠ AVGVSTINVS. Amicitia mundialis eſt, quæ rerum bonarum temporalium cupidine pertrahitur: ſemper eſt plena fraudis atque fallaciæ, nihil in ea certum, nihil cõſtans, nihil ſecurum, ſemper cũ fortuna mutatur & ſequitur marſupiũ. Vnde Salomõ dicit, *Eſt amicus ſecundũ tẽpus, & non permanebit* B *in tẽpore tribulationis.* Tolle ſpem quæſtus, & ſtatim deſinet eſſe amicus. Vnde quidã, Non eſt perſonæ ſed proſperitatis amicus, Quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat.

(Author. li de amicitia excuſi cum operib. Au. cap. 3.)

(† tempore. † amicitiã † Inf. 37. a. † permanet)

b *Attende.* RAB. Id eſt, diſcretionẽ habe ad cognoſcendũ amicos. Hæc autem diſcretio maximè neceſſaria eſt inter catholicos & hæreticos: quia hæretici in hypo- C cryſi agunt, vt incautos facilius decipiãt, vnde, *Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, &c.* Et, *Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula faciunt.*

(Matth. 7. c. Ro. 16. c.)

c *Amicus for.* Amicus amoris conſors, cui ſic animum tuum applica, vt ex duobus vnum fiat, cui te tanquam tibi cõmittas, à quo nihil timeas: & nihil inhoneſtum petas. Non eſt enim amicitia vectigalis, ſed plena decoris: vnde, *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis, &c.* Dedit nobis dominus formam amicitiæ quam ſequamur, vt faciamus amici voluntatem, aperiamus ei ſecreta, & ipſe nobis: vnde, *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.*

(Ioh. 15. b.) (Ibidem.)

d *Amicus fidelis.* ſecundum Deum, ſcilicet. Hic ad medicamentum vitæ æternæ & immortalitatis neceſſaria, cum amico tra- D ctat: vnde Cicero dicit, amicitiam non niſi inter bonos eſſe poſſe, & libera debet eſſe amicitia, & ad omnem felicitatem procliuis.

(Tullius de amicitiã poſt princi.)

Inter opera. ✠ AVG. *Am.* (ait Sapiẽs) *me. eſt vi.* Nõ enim validior vel efficacior eſt vulnerib⁹ noſtris medicina, quam habere qui omni incommodo occurat compatiens, omni commodo occurrat congratulans; vt iunctis ſuis humeris, onera ſua inuicem tolerent, & quod vnuſquiſq; propriam leuius quã amici portet iniuriam. A- E micitia ergo ſecundas res facit ſplendidiores, aduerſas partiens cõmunicánſque reddit leuiores: nam (vt philoſophis etiã placuit) non aqua, non ſole, non igne plurimis locis vtimur quã amico. In omni actu, in omni ſtudio, in certis, in dubijs, in quolibet euentu, in fortuna qualibet, in ſecreto, in publico, in F omni conſolatione, domi foriſq; vbique amicitia grata, amicus neceſſarius, vtilis gratia reperitur.

(Author li. de amicitia excuſi cum operib Au. cap 5.)

e *Qui timet dominũ.* RAB. Plena & perfecta amicitiæ gratia, inter perfectos viros, eiuſdemque virtutis perſeuerare poteſt. Ad hanc quibuſdam gradibus peruenitur: Primus gradus, eſt mundanorum contemptus, Secundus, ne quis ſeſe ſapientem & conſultum iudicans, ſibi, quam amico credere malit, Tertius, vt omnia quæ vtilia & neceſſaria æſtimat, bono charitatis & pacis poſtponat, Quartus, vt omnino deſinat ab ira, Quintus vt iram fratris etiam irrationabilem curare cupiat: quia alterius triſtitia pernitioſa ſicut propria, niſi eam, quantum in te eſt, etiam de fratris mente depellas, Poſtremus gradus eſt omnium vitiorum peremptorius, vt de hoc mundo credas te quotidie migraturum.

(Gradus quibus peruenitur ad amicitiam.)

Inijce

---

tempus ſuum, & non permanebit in † die tribulationis. Eſt
a & amicus qui conuertitur ad † inimiciam, & eſt qui odium 1
& rixam & conuitia denudabit. † Eſt autem amicus ſocius 2 3
menſæ, & non † permanet in die neceſſitatis. Amicus ſi per- 4
manſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis 5 6

¶ Fideliter. a ¶ In facie fingit ſe deuotum, ſed in neceſſitate probat alienum.

fiducialiter aget. Si humiliauerit ſe contra te, & à facie tua 7 8

a ¶ Fingens eſſe quod non eſt. b ¶ Stabilem, firmam. ¶ Manifeſtis.

abſconderit ſe vnanimem, habebis amicitiam bonam. Ab 9 10
b inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende. Amicus 11
c fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit 12 13
theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio: & non eſt 14
digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei il- 15 16

a ¶ Animi cuſtos.

d lius. Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalita- 17 18

a ¶ Fideliter.

e tis, & qui metuunt dominum, inueniunt illum. Qui timet 19
dominum, æquè habebit amicitiam bonam, quoniam ſe- 20 21

a ¶ Quia qui in iuuentute ſtudet ſanæ doctrinæ, in ſenectute dulces fructus metet ſapientiæ. 22

cundum illum erit amicus illius. Fili à iuuentute tua excipe 23 24
doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is 25

---

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Eſt & amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, *Et hic eſt homo inuidus, qui ſupercreſcente amici ſui proſperitate, per inuidiam incipit dolere, & eidem contrarius eſſe.*

2 Et qui odium & ri. & con. den. *Hic eſt homo falſus, qui cum aliquo fingit amicitiam, vt ſciat ſuum ſecretum: vt ſic melius poſſit impugnare eum, ſicut in legenda beati Tiburtij dicitur de Torquato, quod iũxit ſe Chriſtianis, vt eos grauius impugnaret.*

3 Eſt autem amicus ſocius menſæ. *hæc eſt amicitia quæ fundatur in bono delectabili, quo tranſeunte ſoluitur amicitia.*

4 Amicus ſi permanſerit. *Hic conſequenter ponitur amici veri cõmendatio, cum dicitur,* Amicus ſi permanſerit fixus. *tecum in amicitia, quæ eſt ſecundum Deum.*

5 Erit tibi quaſi, &c. *id eſt, diliges eum ſicut teipſum, ſecundum charitatis præceptum.*

6 Et in domeſticis tuis fid. aget, &c. *id eſt, in priuatis negotijs tuis fideliter ſe habebit.*

7 Si humiliauerit ſe contra te. *id eſt, coram te in omnibus bonis tibi conſentiens.*

8 Et à facie tua abſcon. ſe. *procurando bona in abſentia tua magis quam in præſentia.*

9 Vnanimem habebis. *id eſt, cum eo ſis vnum cor, & vna anima.*

10 Ab inimicis tuis ſeparare, *loco, non tamen animo per dilectionẽ. Mat. v. g.* Diligite inimicos veſtros.

11 Et ab am. tu. *qui ſunt veri amici ſecundum conditiones præmiſſas.*

12 Amicus fidelis protectio fortis, *tempore tribulationis.*

13 Qui autem inuenit illum inuenit theſaurum. *id eſt, quid valde pretioſum, quia rarum & optimum.*

14 Ami. fideli nulla eſt comparatio, *etiam in rebus temporalibus quantumcunque pretioſis.*

15 Am. fid. me. *Nã amicus fidelis diligit ex charitate, & ſic ſolicitus eſt de amico, quantũ ad bona gratiæ, quæ viuificat ſpiritualiter, & perducit ad immortalitatem.*

16 Et qui metunt dominum, &c. *timore initiali.*

17 Inueniunt illum, &c. *per amorem caſtum.*

18 Qui timet Deum, *timore filiali.*

19 Æque habebit amicitiam bonam. *ſcilicet Dei, tamen non eſt ibi æqualitas quantitatis, nam dilectio ſemper ex parte Dei, maior eſt: ſed eſt ibi æqualitas proportionis, quia qui magis diligit Deum, magis diligitur ab eo, ideo ſequitur.*

20 Quoniam ſecũdum illum, &c. *Id eſt, ſecundum decentiam diuinæ magnificentiæ.*

21 Erit amicus illius, &c. *Sciendum tamen quod ſi li* magis, *determinet actum diuinæ dilectionis intrinſecum, non eſt ibi magis nec minus nam vno actu ſimpliciſſimo diligit omnia. Si autem determinet effectum extrinſecum, ſcilicet, bonum quod vult diligentibus ſe (nam diligere eſt velle alicui bonum) ſic magis diligit vnum alium, volendo ei maiorem gratiæ & gloriæ gradum.*

22 Fili à iuuentute. *Superius autor induxit doctos ad ſapientiæ communicationem, hic conſequenter inducit diſcipulos ad eius receptionem. Et diuiditur in duas partes, Nam primo ad ſapientiæ receptionem inducit: ſecundo à quibus accipienda ſit oſtendit, ibi,* In multitudine presbyterorum, &c. *Prima adhuc in duas, nam primo inducit ad dictam receptionem, ſecundo ad eius continuationem, ibi,* Audi fili. *Circa primum dicitur,* Fili à iuuentute tua ex do. &c. *quia ſic melius retinetur, ſecundum illud, Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.*

23 Et vſque ad canos, *id eſt, vſque ad ſenectutem.*

24 Inuenies ſapi. *nam in ea poteſt homo ſemper proficere.*

25 Quaſi is qui a. &c. *id eſt, quærere illam cum magna diligentia.*

25 Am. Et

a *Inijce pedem tuum in compedes illius, &c.* ✠ GREGORIVS. A Sancti viri non incongrue compediti dicuntur, quia ligati vinculis diſciplinæ Dei, nequaquam ad ea, quæ exteriora ſunt, vagantur, & quaſi greſſum operis immobiliter figunt, dum à conditoris deſiderio nuſquam diſcedunt. De his namque compedibus ſcriptũ eſt, *Inijce pedes tuos in compedes eius, et in torques illius collum tuum.* Quia profecto cuius à prauitate greſſus compeſcitur, eius fides ſanctarum varietate virtutum adornatur. B *Collum* namque fides eſt, per quam Deo fidelis quiſque coniungitur, & quaſi per collũ capiti ſuo Chriſto Eccleſia, quæ eius eſt corpus, vnitur. Vnde in laudem ſponſæ in canticis canticorum dicitur, *Collum tuum ſicut monilia.* Quia enim, ſicut Iacobus ait, *fides ſine operibus mortua eſt*: quaſi collũ ſponſæ, monilibus circumdatur, C dum fides ſanctæ animæ operibus decoratur.

Gregor. in 7. pſalmos pænitentiales. — Cantic. 1. — Iac. 2. — † ſis inimicus.

b *In omni animo tuo.* RAB. Corde, nõ corpore accedẽdũ eſt ad ſapientiã: quia ſpiritualis lex mente inſpicienda eſt, ſenſus tamen corporis dirigẽdi ſunt ratione mẽtis, vnde, *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis, &c.* Qui enim deuotè meditatur ſapientiã Dei, quæ de Chriſto eſt, ſeruat mandata eius, & corporis luxum reſtringit, ne deficiat in voluptatibus vitæ præſentis, ſed viuat diſciplina cęleſti. D

† ſeruitutis — † ſtolam — † ſalutaris — † congratulationis — Gal. 5. c.

Sapientiæ notitia facit hominem proximum Deo, & vitæ perpetuæ poſſeſſorem: nec poteſt perueniri ad immortalitatis ſtolam, & gloriæ coronã, niſi per agnitionẽ ſapientię, quæ eſt ſanctorũ beatitudo, contemplatio Dei, perceptio veritatis, vnde, *Hæc eſt au. vit. et. vt cognoſ. te ſol. ve. Deũ, &c.*

Agnitio ſapientię. — Ioh. 17. a.

c *Fi. ſi. at.* Monet ſapiẽtia, vt in diuina lege aſſiduè meditemur. Primùm hortatur, vt diſcamus, poſt, vt animam ad hoc applicemus, tandem, vt inclinemus, demum, vt diligentiam ad audiendum adhibeamus. Sic enim ſapientia ſapiẽtẽ eſſe promittit. E Neceſſe eſt enim, vt qui veræ ſapientiæ, quæ Chriſtus eſt, agnitionẽ deſiderat, primùm catholicis magiſtris ſe humiliter ſubdat, & omnes affectus animæ ſuæ diſciplinæ eorũ. F Dehinc intẽtionẽ cordis ab omni prauo deſiderio auertens ad audiendum verbum Dei adhibeat diligẽter, caueátq; vt meditationẽ legis non pro terrenarũ rerũ mercede, vel laudis humanæ, ſed pro ipſius boni amore impendat, vt veræ ſapientiæ fructũ percipiat.

d *In multitu.* Quaſi: Ne ſis ſapiens tibijpſi. Ne cõfidas proprio ingenio, hæreticos uper-

Prou. 3. a.

a ¶ Vt vomere euangelij ex corde ſuo genimina vitiorum extirpans, qui ſecundum ſemen diuini verbi edere, & fructus virtutum deſiderat metere.
qui arât & qui ſeminat, accede ad eã: & ſuſtine bonos fructus 1
a ¶ Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. 2
b ¶ Patientia probatio eſt virtutum, vnde Fructum afferunt in patientia.
illius. In opêre enim ipſius exiguũ laborabis: & citô edes de 3
a ¶ Fructibus. b ¶ Stultis abominabilis eſt ſapientia, & deteſtantur arguentes, quia vtilitatem diſciplinæ neſciunt: vnde, Stultus irridet patris diſciplinam. Et alibi, Increpa ſtultum, & odio habebit te. 4
genêrationibus illius. Quàm aſpêra eſt nimium ſapientia in- 5
doctis hominibus, nõ permanebit in illa excors. Quaſi lapi- 6
a ¶ Imprudentes odibunt ſapientiam & ſcientiam. 7
dis virtus probatio erit in illis, & non demorâbũtur proijce- 8
a ¶ Synceritas legis diuinæ, quæ ſecundum nomen eius, id eſt, prudentia, veritas & virtus: præceptum domini lucidum, illuminans ocul. & omnis ſermo Dei ignitus clypeus. 9
re illam: Sâpiẽtia enim doctrinæ, ſecundum nomen eſt eius, 10
a ¶ Sed ſolis amatoribus ſuis. b ¶ Qui eam, ſcilicet, recta fide & opere ſeruant.
& non mûltis eſt manifeſta. Quibûs autem agnita eſt, perma- 11
a ¶ Beati miſericordes, quoniam ipſi Deum videbunt. 12
b ¶ Docet quomodo ſubijciamur legi diuinę. Qui enim illi acquieſcit, ſemetipſum in ęternum ſeruabit.
nêt vſque ad conſpectum Dei. Aûdi fili, & accipe conſilium 13
a ¶ Id eſt, greſſum viæ tuæ conſtringe præceptis illius. 14
a intellectus: & ne abijcias conſiliũ meum. Inijcê pedem tuum 15
a ¶ Id eſt tempera ſermones tuos ſecundum regulam eius.
b ¶ Id eſt, actus tuos ſuppone magiſterio illius.
in compedes illius, & in torquês illius collum tuum. Sûbijce 16
a ¶ Tædioſe & grauiter ferens.
humerum tuum, & porta illam: & ne † acêdieris vinculis eius. 17 18
b In omni animo tuo accede ad illã, & in omni virtute tua cõ-
ſerua vias eius. Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi & con- 19 20
a ¶ In fine ſeculi. b ¶ Æternam. 21
tinẽs factus ne derelinquas eã. In nôuiſſimis enim inuenies rê- 22
quiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt 23
tibi cõpedes eius in protectione fortitudinis, & baſes † vir- 24 25
c tutis, & torques illius in † ſtola gloriæ. Decor enim vitæ
eſt in illa, & vincula illius alligatura † ſalutis. Stola gloriæ in- 26 27
dues eam, & coronam † gratulationis ſuperpones tibi. Fili 28
ſi attenderis mihi, diſces eam: & ſi accommodaueris ani-
mum tuum, ſapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies 29
d doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. In multitudine

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ſuſtine. *id eſt, expecta.*
2 Bonos fru. il. *qui ſunt gratia & gloria.*
3 In op. enim ipſius exiguum labo. *reſpectu boni ſequentis.*
4 Et cito edes de generationibus illius. *Nam habitis ſapientiæ principijs, incipit eſſe dulcis, qui prius non ſapiebat, ideo ſequitur.*
5 Quam aſpera eſt nimium ſapien. indoctis hominibus, *ſicut cibus ſapidus infecto guſtui videtur eſſe amarus.*
6 Et non permanebit in illa excors. *id eſt, homo ſine corde, qui negligens eſt in acquiſitione ſapientiæ.*
7 Quaſi lapidis virtus. *id eſt, pondus,*
8 Probatio erit in illis. *Sicut enim ſuſtinens lapidem ponderoſum, abijcit illum, ſic iſti quibus grauis eſt ſapientia.*
9 Non demorabuntur proijcere illam, *repellendo laborem, qui eſt in acquiſitione eius.*
10 Sapientia enim d. ſe. no. eſt e. *id eſt, habent nomen à re. Dicitur enim ſapientia, à ſapere, quamuis ſtultis vt prædictum eſt, inſipida videatur.*
11 Quibus autem ag. eſt. *non tãtum ſpeculatiuè: ſed etiam practice.*
12 Permanet vſque ad cõſpect. Dei. *Deducẽdo eos ad ſtatũ glorię.*
13 Audi fili. *Hic conſequenter inducit ad dictæ receptionis continuationem, dicens,* Audi fili, *aure corporis & cordis,*
14 Et accipe conſilium intell. *in quo intra te legas bonum ad proſequendum, & malum ad fugiendum.*
15 Iniice pe. tuum. *id eſt affectum.*
16 In comped. illius. *ſcilicet, ſapientiæ, inſeparabiliter ei adhærendo.*
17 Et in torques illius collum tuum, *verba tua, quę formantur in gutture, ſapienter proferendo.*
18 Subijce humerum tuũ. *id eſt, laborem in eius acquiſitione libenter porta, & ſine tędio.*
19 In omni animo tuo accede ad il. *intellectum tuum & affectum ſibi totaliter applicando. Et quia cum hoc requiritur bonum opus exterius, ſubditur.*
20 Et in omni virtute tua. *& eſt litera per ſe plana.*
21 Et continens factus. *id eſt, tenens ſapientiam.*
22 Ne derelinquas eam, *Sicut Salomon in ſenectute deprauatus per mulierum indebitum amorem. iij. Regum. xj.*
23 In nouiſſimis tuis, *id eſt, poſt hanc vitam. In pręſenti etiam vita ſenes in dulcedine ſapientię delectantur propter quod etiam philoſophi circa finem vitæ ſuæ dimiſſis occupationibus alijs vacabant contemplationi cauſæ primæ, vt dicit Thomas de Aquino ſuper librum de cauſis.*
24 Et erunt tibi compedes eius, &c. *id eſt, inſeparabilis adhęſio cum ſapientia.*
25 In pro. for. *Nam innitens ſapientię non frangitur aduerſitate.*
26 Et torques illius, &c. *id eſt, doctrina ſapientiæ, formatur in gutture.*
27 In ſtola glori. *Nam per ipſam acquiritur duplex ſtola, ſcilicet, gloria corporis & animæ.*
28 Decor enim vitæ eſt in illa. *In præſenti per gratiam, & per gloriam in futuro, Cætera patent ex dictis.*
29 In multitudine, &c. *Hic conſequenter oſtendit, à quibus ſit accipienda ſapientię doctrina, ſcilicet, ab illis, quorum ſapientia nota eſt & approbata ideo ſubditur,* In multitudine presbyterorum. *id eſt, ſeniorum, vt dictum eſt ſuprà.*

Pru-

ſuperbiæ faſtus maximè ſupplantauit.
a *Cogitatum habe in præceptis.* RABBA. Merito illi datur puri cordis intellectus, & ſapientiæ diuinę amor

a ¶ Doctorum. b ¶ Sunt enim & imprudentes, qui decipiunt filias Iſrael, vt timentes loquantur ſibi. ¶ Imitando, amando.
preſbyterorum prudentium ſta, & ſaptiētię illorū ex corde cōiunge- 1
a ¶ Ab illis. b ¶ Laudabilis, ſcilicet.
re, vt omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non 2 3
a ¶ Sapientem. b ¶ Imitandum, nemo in propria ſapientia confidat.
effugiat à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum: & gradus oſtiorū 4 5
a illius exterat pes tuus. Cogitatum habe in præceptis Dei, & in man- 6
datis illius maximè aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcé- 7 8
tia ſapientiæ dabitur tibi.

amor ſaluberrimus, qui cogitationes ſuas temperat ſecundum præcepta Dei, & aſſiduè legē meditatur & opere exequitur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Prudenti. *Per hęc excluduntur ſenes deſipientes, et etiam moribus deficientes: nam prudentiæ connexæ ſunt alię virtutes morales, vt habetur vj. Ethicorum. Et poteſt etiam hoc exponi de ſacerdotibus bonis, qui tenentur legem ſcire, & eam docere. Ideo ſequitur,*

2 Vt omnē narrationem Dei, *id eſt, contentam in lege domini,*

3 Poſsis audire, *id eſt, intelligere, nam melius ſcientes, poſſunt clarius docere.*

4 Et prouerbia laudis non effugiant à te, &c. *id eſt, verba notabilia laude digna.*

5 Et ſi videris ſenſatum euigil. ad eum. *id eſt, ſis ſolicitus ipſum frequentare, et ipſum audire.*

6 Cogit. habe in præc. Dei. *quia ſunt de neceſſitate ſalutis.*

7 Et in mandatis illius maximè aſſiduus eſto, *Ea opere adimplendo.*

8 Et ipſe dabit tibi cor, *intelligendi, ſcilicet, et operandi.*

Et

CAP. VII.

a NOli face. mala, etc. Sequitur:
b *Non me. ea in ſep.* RA. Perfectā vltionē; ſeptenarius enim perfectionem ſignificat, vnde & Chriſtus ſeptemplici ſpiritu repletus fuiſſe deſcribitur; & alibi, *Aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, &c.* Lucæ.11.c.
c *Neque à rege cathedram honoris.* Nō poteſt exercere opus iuſti regiminis, qui ſententiam neglexit verę pietatis: vnde, *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor.* Lucæ.22.c
d *Quoniam ag.* Nulla præſumptio pernitioſior, quàm de propria

CAP. VII
¶ Omnium peccatorum prohibet actionem, ſocietatem, & ſpecialiter hęreticorum.
a NOli facere mala, & non te apprehendet. 1
a ¶ Vnde: poſt ſecundam & tertiam correctionem hæreticum deuita.
Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs 2
a ¶ Exempla nequitiæ. ¶ Operando, ſcilicet, in labore peruerſæ doctrinæ.
3
b te. Fili, non ſemines mala in ſulcis iniu- 4
a ¶ In gehenna.
5
ſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. 6
a ¶ Ambitio interdicitur.
c Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathe- 7 8
d dram honoris. Non te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor 9
a ¶ Noli altum ſapere, ſed time. b ¶ Ille pertrahi debet in exemplum viuendi, qui nulla aduerſa pertimeſcit. 10 11
e cordis ipſe, & penes regem noli velle videri ſapiens. Noli 12 13
quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrūpere iniquitates: ne 14
a ¶ Subditis. b ¶ Leuitate affectus, vel actus. 15
f forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agili- 16 17
tate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis, nec immittas in

pria iuſtitia, aut ſcientia ſuperbire: vnde, *Non eſt homo ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet,* Et alibi, *Vidiſti hominem ſapiētem ſibi videri, et magis illo ſpem habet ſtultus.* Eccleſ.7.c. Prou.26.b
e *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas.* Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro quantitate virium curam aliorum ſuſcipere: ne dū delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis autor ruinæ; & qui grauatur pondere ſuarum, velit fieri iudex alienarum culparum.
f *Non pec. in mul.* Qui ratione pollet, & liberi arbitrij poteſtate præ-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

NOli face. mala & non te ap. *Superius dictum eſt de debito vſu ſubſtantię, ſiue diuitiarum, & ſapientię: hic conſequenter agitur de debito vſu potentiæ, qui quidem vſus frequenter impeditur per malitiam ipſius habentis potentiam, ideo primo remouetur hoc impedimētum: ſecundo acceditur ad propoſitum, ibi,* Noli quærere. *Circa primum dicitur.*

1 Noli facere mala, *contra Deum,* Et non te apprehendent, *per pœnam infligendam tibi ſecundum iudicium diuinum.*

2 Diſcede ab iniquo, &c. *Contra proximum cui debes ęquitatem ſeruare.*

3 Et deficient mala abs te, *ſcilicet, mala culpæ & gehennæ.*

4 Fili non ſemines mala in ſulcis iniu. *id eſt, non des exemplum malè agendi hominibus ad hoc pronis, ſicut ſulcus paratus eſt ad receptionem ſeminis.*

5 Et non metes, ea, *in pœna tibi inferenda,*

6 In ſeptuplum, *id eſt, multipliciter: nam quot hominibus eſt aliquis cauſa culpæ, tot pœnis eſt puniendus ſecundum ordinem iuſtitiæ.*

7 Noli quærere. *Hic conſequenter acceditur ad propoſitum. Circa quod primo docetur debitus potentię vſus in regimine ſubditorum, ſecūdo in diſtributione bonorum ſuorum in principio. xij. ca. Prima in duas: quia primo docet vſum potentię in præſidendo: ſecundo in iudicando. x. cap. Prima adhuc in duas, ſcilicet, in partē principalem, & incidentalē, quæ incipit ibi,* Noli diſcedere à muliere ſenſata. *Circa primum notandum, quod virtutes in excellentiori gradu debent eſſe in principibus Eccleſiaſticis & temporalibus quam in ſubiectis: Sunt enim vtrique vicarij Dei à quo eſt omnis poteſtas in regimine populi, propter quod Philoſophus. vij. Ethicorum, virtutes in excellentiori gradu vocat heroicas et diuinas. Pręſumptuoſum eſt autē, quod aliquis ſe reputet ſic eſſe virtuoſum, propter quod vitioſum eſt appetere abſolutè, vel quærere principatum. Suſcipere tamē in caſu neceſſitatis licitum eſt & bonum, ſcilicet, quando imponitur canonicè pro communi vtilitate: vnde dicit Aug.* Ocium ſanctum quærit charitas, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit, contemplandæ veritati vacandum eſt: Si autem imponitur, ſuſtinēda eſt, propter charitatis neceſſitatem. *Et ideo autor huius libri ambitionem principatus primò reprimit, ſecundò ſuſceptum dirigit, ibi,* Noli quærere. *Circa primum dicitur,* Noli quærere ab homine ducatum, *id eſt, quod fias dux aliorum in ſpiritualibus, vel temporalibus ratione dicta.*

8 Neque à rege cathedram ho. *id eſt, poteſtatem alios iudicandi.*

9 Non te iuſtifices ante Deum, *id eſt, non ſtudeas ad hoc, quod homines te iuſtum credant coram Deo, ſicut faciunt hypocritæ, vt aſcēdant ad maiora.*

10 Quon. agnit. cord. ipſe eſt, *& ſic videt talem fictionem & puniet.*

11 Et penes regem. *Non dicit* velle eſſe *ſapiens, quia hoc ſemper bonum eſt, ſed* velle videri *tantum, Cum enim ex hoc aliquis indignus promouetur ad maiorem ſtatum, apparet eius ſtultitiæ effectus, qui prius erat incognitus. Sicut ſimia quando ſurſum aſcendit, turpitudinem ſuam plus oſtendit.*

12 Noli quærere fieri. *Hic conſequenter in principatu debitè ſuſceptò dirigit. Et primo in cauendis, ſecundo in agēdis, ibi:* Memen. iræ. *Prima in tres, quia primò dirigit in cauendis reſpectu populi, ſecundo reſpectu ſui, ibi,* Noli eſſe puſil. *tertio reſpectu vtrorumque ibi,* Nō irrid. *Circa primum dicitur,* Nol. quæ. fie. *Id eſt, recipere poteſtatem iudicandi.*

13 Nihil valeas, *Id eſt, eas punire ſecundum ordinem iuſtitiæ.*

14 Ne fort. extimeſ. fac. po. *Propter hoc dimittendo ordinem iuris.*

15 Et ponas ſcan. in agilitate tua, *id eſt, ſcandalizes populum ex tua leuitate & inconſtantia.*

16 Non pecces in multitudine ciuitat. *agendo iniuſtè propter fauorem multitudinis.*

17 Nequ. te immitas in populum, *ei conſentiendo in malo, ſicut Pilatus volens ſatisfacere populo dimiſit Barrabam, & Ieſum tradidit crucifigendum, Marci xv. b.*

Ne

præualet, ſubditorum inſolentia non peccet, ſed conſtanter reſi-
A ſtat alienæ nequitiæ: nec ſe putet impunè peccare, ſi plurimo-
Roma.1.d. rum acquieſcit voluntati, vnde, *Non ſolum autem qui ea faciunt, ſed qui conſentiunt facienti &c.*

a *Noli ama.* Omne mendacium malum; & proximis inferre ſcandalum pernitioſum eſt. Multò magis ergo amico fraudē moliri, crimen imponere: quoniā teſtis mē- † corde dax peribit: vnde in Prou.26.c. Prouerbijs: *Sicut noxius, qui mittit ſagittas in mortē, ſic qui fraudulenter nocet amico.*

b *Noli velle omne mendacium.* Aug. de mē dacio ad Conſent. cap.16. AVG. Quod alio loco ſcriptū eſt, *Noli velle mētiri omne mēdaciū*, B nō ad hoc volūt valere, vt nullo mendacio quiſquā mētiatur. Itaq; cum alius dixerit ex iſto ſcripturæ teſtimonio vſque adeò generaliter omne mēdaciū eſſe deteſtādū, vt etiamſi mentiri quis velit, etiamſi non mentiatur, iam voluntas ipſa damnanda ſit: atque ad hoc interpretetur, quod non dictum eſt, Noli mentiri omne C mendacium, ſed, *Noli velle mentiri omne mendacium*, Aug. ibidē, ca.17. vt non ſolum mentiri, ſed nec velle mentiri quiſque audeat vllo mendacio. Dicit alius, imo quod ait, *Noli velle mentiri omne mendacium*, de ore cordis exterminandum atque alienandum eſſe mendacium voluit, vt à quibuſdam mendacijs ore corporis abſtinendum ſit, ſicut illa ſunt maximè, quæ pertinent ad doctrinam religionis; à quibuſdam verò non ſit ore corporis abſtinendum, ſi maioris mali euitandi cauſa exigit; ore autem cordis ab omni mendacio penitus abſtinere debeamus. Vbi oportet intelligi quod dictum eſt, *Noli velle.* Voluntas quippe ipſa quaſi os cordis accipitur, vt non pertineat ad os cordis, cum maius malum cauentes mentimur inuiti. Eſt & tertius intellectus, quo ſic accipias, *Noli omne* vt exceptis aliquibus mendaciis, mentiri te ſinat. Tanquam ſi diceret, *Noli velle credere omni homini*, non vtique vt nulli crederetur moneret, ſed vt non omnibus, aliquibus autē crederetur, & id quod ſequitur, *Aſſiduitas enim eius non proficiet ad bonum*, ita ſonat, quaſi non

non à mendacio ſed ab aſſiduo mendacio, id eſt, à conſuetudine D atque amore mentiendi prohiberi videatur. Quò profectò delabitur, quiſquis vel omni mendacio putauerit abutendum: ita enim nec illud cauebit, quod fit in doctrina pietatis & religionis (quo ſceleratius quid inuenias, non inter omnia mendacia, ſed inter omnia peccata?) vel alicui mēdacio, quamuis facili, quamuis innoxio, nutum volūtatis accōmodauerit, vt non intus euadēdi maioris mali cauſa, ſed volens libenſque mentiatur. Ita cū tria ſint quæ in hac ſententia intelligi poſſint, *aut* omne mendaciū nō ſolum mentiri noli, E ſed nec velle mentiri; *aut* noli velle, ſed vel inuitus mentire, cùm fugiendum eſt aliquid grauius; *aut* noli omne, vt exceptis, aliquibus mēdaciis cętera permittātur; vnum hic pro his, quibus mentiri nunquam placet: duo pro illis, qui aliquādo putent eſſe mentiendum, inueniuntur. Sed tamē quod ſequitur, *Aſſidui. enim eius nō proficiet ad bonum*, neſcio F vtrum poſſit primæ harum ſententiæ ſuffragari, niſi fortè ita, vt perfectorum præceptum ſit, omnino nunquam non ſolum mentiri, ſed nec velle mentiri: aſſiduitas verò mentiendi nec proficientibus permittatur.

c *Noli verboſus*, Quaſi: Noli ſenſum tuum docere, audi ſapientiam ſeniorum. Tutius eſt enim audire, quàm loqui, vnde, Iaco.1.c. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.*

d *Non oderis labori. &c.* Peccanti homini ſcientia data eſt, vt labore manuum quæreret ſibi victum: vnde, *In ſudore vultus tui veſceris pane, &c.*

e *Quoniam vindi. ca.* quia caro peccatorum, quæ luxuria defluit, Eſa.66 g. igne inferni & vermibus cruciabitur, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur: in *verme* putredo gehennæ, in *igne* ardor ſignatur. Vel *vermis*, eſt ſera ſcelerum pœnitentia, quæ intormentis conſcientiam peccatorum mordere non ceſſat, vt ignis ſit

a ¶ In populi voluntatem. b ¶ Vt & pecces, & peccantibus conſentias.

populum, neque alliges duplicia peccata: nec enim eris in v- 1

a ¶ Puſillanimitas fugienda eſt, ex qua naſcitur triſtitia ſeculi, quę mortem operatur. iuſtum autem non contriſtabit quicquid acciderit ei. 2

no immunis. Noli eſſe puſillanimis in † animo tuo. Exorare & 3

a ¶ Cum bene feceritis, dicite: quia ſerui inutiles ſumus.

facere eleemoſynam ne deſpicias. Ne dicas: In multitudine

munerum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo mu-

a ¶ Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina animæ eius ne exaltetur cor tuum, ne fortè videat dominus.

nera mea ſuſcipiet. Non irrideas hominem in amaritudine a- 4

a ¶ Os quod mentitur occidit animam, & quanto ſæpius, tanto grauius; primum autem capitaleque mendacium eſt in doctrina religionis & hæretici figmenti.

a animæ: eſt enim qui humiliat & exaltat circūſpector Deus. Noli 5 6
b amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque in amicū ſi-
c militer facias. Noli velle mentiri omne mendacium: aſſiduitas 7
enim illius non eſt bona. Noli verboſus eſſe in multitudine 8

a ¶ Quaſi: Sic pœnitere, ſic confitere peccatum, vt non ſit iterandum. 9

d presbyterorū, & non iteres verbū in tua oratione. Non oderis 10

a ¶ Laborare & otium fugere laudabile eſt: vnde, Cum ſilentio operantes panem ſuum manducent. 11

laborioſa opera, & ruſticationem ab altiſſimo creatā. Non te 12

a ¶ Inquietorum inobedientium, quorum ſocietas periculoſa. b ¶ Futuræ vindictæ.

reputes in multitudine indiſciplinatorum. Memento iræ quo- 13

a ¶ Sicut initium omnis peccati ſuperbia, ita initium omnis ſapientiæ timor domini: Beatus enim homo qui ſemper eſt pauidus. Et, Qui ſe humiliat, exaltabitur, 14

e niam non tardabit. Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam 15 16

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Neque alliges duplicia peccata, *ſcilicet, tuum peccatum cum peccato populi.*

2 Nec enim in vino eris immun. *ſ. à pœna, ſed pro vtroque punieris: quia iudex tenetur in talibus factum populi impedire.*

3 Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. *Hic conſequenter dirigit potentem reſpectu proprie perſonæ dicens:* Noli eſſe puſillanimis in animo tuo, *quaſi dicat, Non ſis tam ſolicitus de populi regimine, quod negligas ſalutem animæ tuę facere per orationes & opera miſericordiæ: veruntamē quia hęc non ſufficiūt, niſi à peccatis caueatur ideo ſubditur,* Ne dicas in multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, *intantum quod non puniet peccata mea: nam hoc eſt falſum ſecundum Gregor. Nam qui eſcam vel veſtimentum pauperi largitur, & tamen animæ vel corporis iniquitate polluitur: hic quæ ſua ſunt, dat Deo, & ſeipſum diabolo.*

4 Non irrideas ho. *Hic conſequenter dirigit potentem reſpectu vtrorumque, ſcilicet, ſui & populi. dicens,* Non irrideas hominem in amaritudine animæ. *Et ſubditur cauſa.*

5 Eſt enim qui humiliat & exaltat circumſpector Deus. *nam Deus, qui videt omnia, cito poteſt humiliare deriſorem, et erigere lugentem.*

6 Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque in. *hoc eſt mendacium pernitioſum, quod eſt peſſimum. Et quia nullum mendacium poteſt bene ſine peccato fieri, ſubditur,*

7 Noli velle menti. omne mendac. *etiam iocoſum & officioſum.*

Aſſidui-

8 Aſſiduitas enim illius non eſt bona, *imo mala: tum quia de ſe vitioſa, tum quia ad pernitioſum mendacium inductiua.*

9 Noli verboſus eſſe in multitudine preſbyterorum, *id eſt, ſeniorum, vel etiam preſbyterorum propriè dictorum: nam inter tales debent minores tacere, & ſapientiam eorum audire.*

10 Et non iteres verbum in oratione tua. *Hic oratio poteſt dupliciter accipi. Vno modo pro petitione, vel interrogatione à ſapientibus: quæ ſic intelligibiliter & pręcisè debet proponi, quod eā non oporteat iterari. Alio modo pro petitione à Deo, quæ nō debet fieri in multiloquio, credendo quod per hoc exaudiatur, ideo dicit ſaluator, Mat. ſexto b.* Orantes nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur.

11 Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem ab altiſſimo creatam. *contemnendo vinitores & agricolas & huiuſmodi. Nam eorum laboribus alij ſuſtentantur, quantumcunque magni.*

12 Non te rep. in multitudine in diſciplinato, *ſequendo ſocietatem & mores eorum.*

13 Memento iræ. *Hic conſequenter inſtruit potentem in agendis dicens:* Memento iræ, *Id eſt, vindictę diuinæ,*

14 Quoni. non tar. *imò frequenter repente venit. Et hęc conſideratio potentem dirigit in agendis. Et quia potentia frequenter eſt occaſio ſuperbię, quæ eſt principium omnis peccati, ſubditur.*

15 Humilia valde, *ſicut dicitur ſupra tertio c.* Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

16 Quoniam vindi. car. imp. *qui præ ſuperbia crudelitatem exercet.*

Ignis

☞ ſit pœna extrinſecus ſæuiens, vermis autem dolor interius accu-
A ſans.

Aug. de ciuitate Dei li. 21. cap. 9. ✠ AVGVST. Potuit breuiùs dici, *Vindicta impij*. Cur ergo dictum eſt, *Carnis impij*, niſi quia vtrumque, id eſt, & ignis & vermis, pœna erit carnis? Aut ſi vindictam carnis propterea dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, quòd ſecundùm carnem vixerit (propter hoc enim veniet & in mortem ſecundam, quam ſignificauit Apoſtolus dicens, Rom. 8. *Si enim ſecundum carnē vixeritis, moriemini*) eligat quiſq; quod placet, aut ignem tribuere corpori, B animo vermē; hoc propriè, illud tropicè: aut vtrumque propriè corpori. Iam enim ſatis ſuperiùs diſputaui, poſſe animalia etiam in ignibus viuere, in vſtione ſine conſumptione, in dolore ſine morte, per miraculum omnipotentiſſimi creatoris, cui hoc poſſibile eſſe qui negat, à quo ſit, quicquid in naturis omnibus mi-
C ratur, ignorat. Ipſe enim eſt Deus, qui omnia in hoc mundo magna & parua miracula, quæ commemorauimus, etiam incomparabiliter plura, quæ non commemorauimus, facit; eademque ipſo mundo vno atque omnium maximo miraculo incluſit. Eligat ergo vnùm de duobus quiſque quod placet, vtrum & vermem ad corpus propriè, an ad animum tranſlato à corporalibus ad incorporalia vocabulo exiſtimet pertinere. Quid autem horum verum ſit, res ipſa expeditiùs indicabit, quando erit ſcientia tanta ſanctorum, vt eis cognoſcendarum illarum pœnarum neceſſaria non ſit experientia, ſed ea quæ tunc erit plena atque perfecta, ad hoc quoque ſciendum ſcientia ſola ſufficiat. 1. Cor. 3. *Nunc enim ex parte ſcimus, donec veniat quod perfectum eſt*; dum tamen nullo modo illa corpora talia futura eſſe credamus, vt nullis ab igne afficiantur doloribus.

a *Noli præuaricari in amicum pecuniam* RABAN. Multi perierunt pro auaritia

(Margin: † pecunia † differenti; † Dei; † Inf. 10. b.)

a vindicta carnis impij ignis & vermis. Noli præuaricari in a-
micū † pecuniam † differentē, neque fratrem chariſſimum
a ¶ Coniugium docet eſſe ſeruandum, vt quod Deus coniunxit homo non ſeparet: Allegoricè vero à ſocietate eccleſiæ prohibet diſcedere, & pactum baptiſmatis violare, & mercedem ſubiungit, Gratia enim vere ıl.
auro ſpreueris. Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona,
b quam ſortitus es in timore † domini: gratia enim vere-
c cundiæ illius ſuper aurum. Non lædas ſeruum in veritate
a ¶ Quaſi: Modeſtiam & æquitatem circa ſubditos conſerua: vnde Paulus, Domini quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate. Et in Deuteronomio mercenariis dictum eſt, Eadem die reddas ei præmium laboris ſui ante ſolis occaſum.
operantem, neque mercenarium † dantem animam ſuam.
a ¶ Intelligens, beneuolus.
Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua: non de-
a ¶ Bene operandi.
d fraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.
a ¶ Simplices, qui ſicut pecus, per omnia ſeruiunt.
Pecora tibi ſunt, attende illis: & ſi ſunt vtilia, perſeuerent
apud te. Filij tibi ſunt, erudi illos: & † curua illos à pueritia
e eorum. † Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum: & non oſten-
a ¶ Matrimonio ne laſciuiet. b ¶ Scilicet vtile in domo tua.
das hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande
a ¶ Prudenti, ſtrenuo, qui bene ſeruet eam.
f opus feceris, & homini ſenſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſe-

D pro auaritia & cupiditate terrenorū, proximū ad imaginem Dei factum negligentes: docet ergo ſapientia, vt magis diligamus proximum, quàm pecuniæ theſaurum. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, vnde: 1. Tim 6. b. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt*. 1. Ioha. 2. b. Et alibi, Prou. 22. l. *Qui propter amicum negligit damnum, iuſtus eſt: & qui odit munera, viuet*.
1 b *Gratia enim verecū-* 1 Cor. 2. b.
2 *diæ*. Oculus non vi- Mat. 13. f.
3 dit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis
4 aſcendit, quæ præpa-
5 rauit Deus diligen-
6 tibus ſe. Poteſt per
7 hanc mulierem ſa-
8 pientia intelligi, quæ
9 alibi pretioſa mar- E
10 garita dicitur, quam
11 ſpiritualis negotia- † donātem
12 tor inueniens ven-
13 dit omnia, & emit
14 eam: vnde Eccle. *Vi-*
15 *ue vitam cum muliere*
16 *quam dilexiſti*; quaſi,
17 ſapientiam ſequere,
18 & ſcientiam ſcriptu-
19 rarum, & quaſi con- † cura.
20 iugem tibi copula.
21 c *Non lædas ſeruum in veritate operantem.*
22 Qualiter ſerui nu-
23 triendi ſunt, apertè
monſtratur, affectu,
ſcilicet, filiorum pro F
iure naturæ; & diſciplinandi pro mentis inſtabilitate, vnde in ſequētibus, Infrà 33. *Cibaria & virga & onus aſino; panis & diſciplina & opus ſeruo.*

d *Inopem derelinquas illum*, Oppreſſum violentia ſeruitutis. 1. Cor. 12. b *Siue enim ſerui, ſiue liberi omnes, in Chriſto vnum ſumus.*

e *Filiæ tibi ſunt ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem.* Sicut bonos ſeruos affectu filiorum habendos, ſic ancillas, quaſi filias habendas eſſe docet, ſed cum diſciplina: vnde, Tob 4. a. *Lacta filium, & pauentem te faciet: Lude cum eo, & contriſtabit te. Non arrideas illi ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcant dentes tui.* Infrà. 30 b.

f *Mulier ſi eſt tibi.* Coniugalem commendat pudicitiam, remouens omnem deteſtabilem copulam.

Myſticè autem admonet, vt catholicā fidem in vera religione, quam primum poſt baptiſmi preceptionem ſortiti ſumus, firmiter tenentes, hæreticorum perfidiam abijciamus.

☞ *Dilige*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ignis *ſcilicet gehennæ*, & vermis, *Eſa. vlt. g.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. *Et quoniam homo creſcens in potentia frequentes obliuiſcitur amicorum priſtinorum, Ideo ſubditur.*

2 Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, *id eſt, noli rumpere amicitiam eius priſtinam, ſi differat tibi reddere pecuniā commodatā: nā amicitia multò pretioſior eſt quàm pecunia. viij. Ethi. Maius vero bonum non eſt contēnendū pro minori, ſed magis ecōuerſo.*

3 Neque fratrem chariſſimum auro ſpreueris, *id eſt, propter aurum, quia melior eſt tibi quam quodcunque aurum.*

4 Noli diſcedere. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponuntur tria incidentia: ſecundum ibi,* Honora patrem: *tertium. viij. ca. Primum vero incidens eſt. Ex hoc enim, quod dictum eſt de vſu potentiæ in populi regimine, occaſionaliter hic tractatur de vſu potentiæ in regimine propriæ domus & familiæ. Et primò quantùm ad vxòrem, cum dicitur,* Noli diſcedere, *animo vel loco.*

5 A muliere ſenſata, *in regimine familiæ:*

6 Et bona, *id eſt, caſta & honeſta.*

7 Quam ſortitus es in timore domini, *id eſt, ad procurandum ex ea prolem, in timore Dei, & eius cultu nutriendam.*

8 Gratia enim verecundiæ illius ſuper aurum. *Pretioſiſſimum enim ornamentum eſt in fronte mulieris verecundia. Vnde per oppoſitū dicitur Iere. iij. b. de muliere inuerecunda,* Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere; *ſecundò quantum ad familiam ſeruientem, cum dicitur.*

9 Non lædas ſeruum in veritate operantem. *cum econtrario ſit magis nutriendus*

10 Neque mercenarium dantem animam ſuam, *id eſt, exponentem vitam ſuam in ſeruitio tuo.*

11 Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus, *Patet litera.*

12 Non defraudes illum libertate, *Poſt debitum ſeruitium ſibi concedenda.*

13 Neque inopem derelinquas illum, *emittendo vacuum; præcipitur enim Deut. xv. quòd ſeruus libertati dimiſſus non recedat à domino ſuo vacuus.*

14 Pecora tibi ſunt. *nam eorum nutritio multum valet ad ſuſtentationem domus & familiæ, niſi ſint ſterilia vel morbida, & tunc ſe debet dominus de ipſis expedire. Tertiò quantùm ad prolem, cum dicitur.*

15 Filij tibi ſunt, erudi illos, *quia pater tenetur filijs prouidere de nutrimento & documento.*

16 Et curua illos, *ſub diſciplina.*

17 A pueritia eorum, *ſicut ramus tener de facili curuatur, non autem poſt quam induratur & fortificatur.*

18 Filiæ tibi ſunt ſerua corpus illarum, *vt non diſcurrant euagando, & ſic corrumpantur, ſicut Dina filia Iacob. Gene. xxxiiij.*

19 Et non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas, *ne ex tali blandimento inſoleſcant.*

20 Trade filiam, *Scilicet nuptui.*

21 Et grande opus feceris: *nam per hoc de cuſtodia eius eris expeditus*

22 Et homini ſenſato da illam, *Vnde dicit Themiſtocles: Malo filiæ meæ virum qui egeat pecunia, quàm pecuniam quæ viro egeat. Vltimò reuertitur ad vxorem, à qua inceperat, dicens:*

23 Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, *id eſt, voluntatem rationabilem.* Tob. 4. 6.

A a *Dilige eum, qui te fecit, & miniſtros eius.* RABA. Timorē Dei & amorem ſe habere oſtendit, qui honorat & timet miniſtros eius: vnde, *Qui vos recipit, me recipit; qui autem vos ſpernit, me ſpernit.* (Mat. 10. d.) *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Qui enim in ſacrario operantur, de ſacrario edunt: qui altario ſeruiunt, de altario participāt. (Ibidem. b.) Quamuis oblatio parua ſit, humili mente & pura dilectione facta, multorum delictorum negligentias purgat, quia charitas operit multitudinem peccatorum. (1. Cor. 9. b.) b *Datum brachiorū.* Superius pro his, quæ offeruntur miniſtris Dei promiſit peccatorum purgationem: nunc autē pro eleemoſynis veniam & benedictionis gratiā; quia ſicut aqua extinguit ignē, ita eleemoſyna ex. pecca. c *Et mortuo.* Ad eleemoſynā pertinet ſepultura mortuorū, multò magis ergo cōſolatio viuorum: vnde Paulus docet gaudere cum gaudentibus, flete cum flentibus. (Rom. 12 d.) Probatio dilectionis exhibitio eſt operis: vnde *Qui habuerit ſubſtantiā huius mūdi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* (1. Iohā 3. c.)

Sup. 3. b. ✝ dati, doni B

cundum animam tuam, non proijcias illam: & odibili non credas 1
a ¶ Hoc mandatum primum eſt in repromiſſione domini: verum patrem fide & opere debemus honorare. 2
b ¶ Eccleſiæ quæ nos multo gemitu & dolore parit. 3
te in toto corde tuo. ✝ Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ 4
a ¶ Chriſtianus.
ne obliuiſcaris. Memento, quoniam niſi per illos natus non fuiſſes:
& retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time Deum, 5
& ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te
fecit, & miniſtros eius non derelinquas. Honora Deum ex tota ani- 6
a ¶ Eleemoſynam ſcilicet retribuendo de labore manuum miniſtro Dei. 7
ma tua, & honorifica ſacerdotes, & ✝ propurga te cum brachiis. Da 8
a ¶ In lege. b ¶ Quia ſacerdotes portant peccata populi, & orant pro eis. 9
illis partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis: 10
a ¶ De iuſtis ſcilicet laboribus. 11
& de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuo- 12
rum, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino, & initia ſan- 13 14
a ¶ Peccatorum. 15
ctorum: & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitia- 16
tio & benedictio tua. Gratia ✝ datus in conſpectu omnis viuentis, 17
a ¶ Rogatione. 18
& mortuo non prohibeas gratiam. Non deſis plorantibus in con- 19
ſolatione: et cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infir- 20 21
a ¶ Vt ſupradicta plenius & attentius impleas. 22
mum: ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operi- 23
a ¶ Ad mortem: vnde, Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. 24
bus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. 25

D E ✝ purga.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Non proijcias illam. *aliqua occaſione turbatus contra illam.*
2 Et odibili non credas te in toto corde tuo, *reuelando ei ſecretū cordis tui, ſicut Samſon Dalilæ per quod fuit excæcatus, Iudicū. xvj.*
3 Honora patrem tuum. *Hîc ponitur ſecundum incidens, ex hoc enim quòd aliquis creſcit in potentia, poſſet credere, quòd non tenetur parentes honorare, qui ſunt inferioris gradus, quod eſt falſū. Nam talis honor eſt de iure naturali & diuino: & ideo primo inducit ad honorandum patrem carnalē dicens,* Honora patrem tuum, *non ſolùm reuerentiam exhibendo, ſed etiam, ſi indigeat, neceſſaria miniſtrando.*
C
4 Et gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, *quos ſuſtinuit in tui parturitione. Cætera patent.*
5 In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua. *Hîc conſequenter inducit ad honorandū patrem ſpiritualē & principalē qui est Deus: & primò in ſe & ſuis vicariis: ſecundo in ſuis membris, ibi,* Et pauperi. *Circa primum dicit,*
6 Honora Deum ex tota anima tua, *nam diligendus est ſuper ſe, & ſuper omnia.*
7 Et honorifica ſacerdotes *eius locum tenentes.*
8 Cum brachiis, *id eſt, per oblationes tuo labore acquiſitas.*
9 Da illis partem, (ſicut mandatum eſt tibi, *in Leuitico.*)
10 Primitiarum, *quæ ſacerdotibus debebantur,*
11 Et purgationis. *id eſt, decimæ quæ debebantur Leuitis.*
12 Et de negligentia tua purga te cum paucis, *quia defectus prorius non eſt reuelandus multis.*
13 Datum brachiorum tuorum, *id eſt, tuo labore acquiſitum.*
14 Et ſacrificium ſanctificationis, *id eſt, hoſtiam pacificam,*
15 Offeres domino, *ad impetrandam eius gratiam.*
16 Initia ſanctorum, *id eſt, ſanctificationes hominū, ſcilicet, ſunt hæc, ſcilicet primitiæ, decimæ, & cætera quæ dicta ſunt.*
17 Et pauperi. *Hic inducit ad honorandum Deū in membris ſuis indigentibus, di.* Et pauperi porrige manum tuam, *dando ſibi eleemoſynam.*
F
18 Vt perficiatur propitiatio *id eſt, remiſſio peccatorum tuorum, & collatio beneficiorum, quæ frequēter in ſcriptura benedictio nominatur.*
19 Gratia datur, *id eſt, dabitur.*
20 In conſpectu omnis viuentis, *ſcilicet in iudicio generali. tunc enim pro pietatis operibus dicetur,* Venite benedicti patris mei, &c. *Sequitur,* Eſuriui, & dediſtis mihi manduca. &c. *Mat. xxv. c.*
21 Et mortuo non prohibeas gratiam, *ſed magis ſepeli corpus, & ora pro anima eius. Cætera patent vſque ibi,*
22 Ex his enim in dilectione *Dei ſcilicet & proximi.*
23 Firmaberis, *& patet. Vltimò ponit directiuum totius vitæ humanæ, dicens.*
24 In omnibus operibus tuis memor. nouiſsima *id eſt, mortem, ſicut nauta ſedet in vltima parte nauis, vt dirigat eam, ideo ſubditur.*
25 Et in æternū, *id eſt, nūquā peccabis, ſicut Iohan. xiij a. dixit Petrus:* Non lauabis mihi pedes in æternū, *id eſt, nunquam lauabis.*

## CAP. VIII.

a *Non litiges cum homine potēte.* RABA. Superbo. Vnde, *Nō reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiā ſuā ne efficiaris ei ſimilis:* quia inter ſuperbos ſēper iurgia ſunt, ſeruum autem domini non oportet litigare. b *Locuplete.* qui auaritiæ æſtibus anhelat: Inde enim oriuntur inuidiæ, cōtentiones, & huiuſmodi, *Radix enim omnium malorū eſt cupiditas.* (1. Tim. 6. b.)

Prou. 13. b. Prou. 26. a.

## CAP. VIII.

Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas 1 2
a ¶ Vel homine. 3
in manus illius. Non contendas cum viro locu- 4
plete, ne fortè econtra conſtituat litem tibi. Mul- 5 6
tos enim perdidit aurum & argentum, & vſque ad cor regum 7 8

☞ Non

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. VIII.

1 Non litiges. *Hic ponitur tertiū incidens. Ad hoc enim datur poteſtas ſuperioribus, vt conſeruent pacem communē. Et quia ſuprà dictum eſt de vſu potentiæ, hic occaſione huius agitur de pacis conſeruatione. Et diuiditur in duas partes: nam primò remouetur impedimentū pacis proueniens ex temeritate propria: ſecundò ex aliena, ibi,* Cū audace. *Circa primum ſciendum, quòd contentio directè pacem impedit, propter quod eam remouens, dicit.* Non litiges, *in iurgio, vel iudicio.*
2 Cum homine potente, *id eſt, eccleſiaſtico vel ſeculari iudice.*
3 Ne forte incidas in manus illius, *id eſt, ſub iudicio eius: & ſic poterit te amplius grauare.*
4 Non contendas cū viro locuplete, *diuite: & dicitur locuples, quaſi habens loculos plures vel plenos.*
5 Ne forte contra te conſtituat, *id eſt, moueat,*
6 Litem tibi, *imponendo tibi crimen furti, vel aliquid huiuſmodi, à quo propter eius pecuniam non poſſis defendi; ideo ſubditur.*
7 Multos enim perdidit aur. & arg. *id eſt, cōcupiſcētia auri & argēti.*
8 Et vſque ad cor regum extendit, *ſupple, ſe, iſta concupiſcentia, & per conſequens ad iudices inferiores.*

Et con-

a ¶ Ad iniquitatem. b ¶ Cum indiſcreto contendere ſtultum eſt.
A extendit & cônuertit. Nôn litiges cum ho- 1
a ¶ Hæretico: de quo, Sub lingua eius labor & dolor. Et alibi: Hæreticum poſt vnam & ſecundam correct. deui. b ¶ Furoris inuidiæ. 2
mine linguato, & non ſtruas in ignem illius 3
a ¶ Materiam incendij. 4
lignâ. Non communices homini indocto, ne 5
a ¶ Chriſtiana ſcilicet & catholica. 6
malè de progênie tua loquatur. Ne deſpicias 7
¶ Pœnitentem.
hominem auertenté ſe à peccato, neque im-
a ¶ Si fortè labitur. b ¶ Neſcis quid pariat tibi ventura dies: Qui ſtat videat ne cadat.
prôperes ei. Memento quoniã ômnes in cor- 8
a ¶ Vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus.
ruptione ſumus. Ne ſpernâs hominem in ſua 9
a ¶ Omnia orta occidunt, aucta ſeneſcũt, infirmantur fortia, magna minuuntur.
B ſenêctute, etenim ex nobis ſeneſcunt. Noli 10
a ¶ Diligite inimicos veſtros.
† 13. q. 2. c. in eccleſia. de môrtuo inimico tuo gaudere, † ſciés quo- 11
a ¶ Inimicorum. b ¶ Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.
† volumus niam omnes morimur, & in gâudium † nô- 12
lumus venire. Ne deſpicias narrationé pres- 13
a ¶ Doctorum. 14
byterôrum ſapientium, & in prouerbiis eo- 15
rum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapien- 16
a ¶ Spiritualis. 17
† fruere tiam, & doctrinam intellectûs, & † ſeruire 18
a ¶ Prælatis. b ¶ Iniuriæ.
mâgnatis ſine querela. Non te pręrereat nar- 19
† parẽtibus ratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à † pa-
C a ¶ Vt ſis paratus ſatisfacere omni petenti rationem.
tribus ſuis. Quoniam ab ipſis diſcês intelle-
ctum, & in tépore neceſſitatis dabis reſpon-
a ¶ Aſpere corrigendo.
a ſum. Non incendâs carbo- 20
nes peccatorũ arguẽs eos,
a ¶ Ad iram vel furorem. ¶ Si te ſcilicet exaſperauerint.
& nê incédaris flãma ignis 21
peccatorum illorum. Ne 22
a ¶ Hæretici.
contra facié ſtes contûme-
a ¶ Vt inueniat radicem verbi.
lioſi, ne ſedeat quaſi inſidîa 23

a *Non incendas carbones.* Raba. Vnde Apoſtolus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis.*

Ambro. l. 2. de interpellatione Iob cap. 2. ✠ Ambros. Si nobis aliquid obijciatur, dum nos purgate volumus, acerbamus: dum vlciſci cupimus, cõfitemur; cùm dicat ſcriptura, vt auertas dedecoris ſermonem & auferas veſtimẽtum tuũ: Prærerit enim iniurioſus. Taceamus ergo vt prætereat, ne veſtimentũ noſtrum prouocatus exurat. Scriptura eſt enim, *Noli incẽdere carbones peccatoris, ne fortè exuraris in igne flãmę eius.* Prouer. 27.

b *Noli fœnerari homini.* Raba: Vnde Bibe aquã de ciſterna tua, & fluenta putei tui habeto ſolus.

c *Non indices contra iudicẽ.* Quaſi eſto ſubiectus præpoſitis & iudicibus, qui ſecundum Deum iudicãt. Prouer. 5 c. 1. Pet. 2. c.

a ¶ Verbis tuis.
24 tor ôri tuo. Noli fœnerari ho- b
a ¶ Superbo, id eſt, hæretico.
25
26 mini fortiôri te: quòd ſi fœ-
a ¶ Minuit ſubſtantiã, qui peruerſo communicat.
neraueris, quaſi pêrditũ ha-
a ¶ Votum domino.
27 be. Non ſpôndeas ſuper vir-
28 a ¶ Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere.
29 tutem tuam: quòd ſi ſpôpon-
deris, quaſi reſtituens cogita.
a ¶ Chriſtum, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.
30 Non iudices cõtra iûdicem: c
quoniam ſecundũ quod † iu-
E † dignum a ¶ Hæretico.
31 ſtum eſt, iudicat. Cum aûda-
a ¶ Beatus vir qui nõ abiit in conſilio impiorũ, &c.
32 ce nõ eâs in via, ne fortè gra-
uet mala ſua in te. Ipſe enim
¶ Non Dei.
ſecundum voluntatem ſuam
vadit: & ſimul cũ ſtultitia il-
a ¶ Blaſphemo ſcilicet Iudæo, hæretico.

☞ CAP.

33 lius peries. Cũ irâcundo non facias rixam, cum
34 a ¶ Secretum ſolitudinis.
35 audace non eas in dêſertum: quoniam quaſi ni-
36 a ¶ Corporalis vel ſpiritualis: vnde, Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
F hil eſt ante illum ſangûis: & vbi non eſt adiuto-
a ¶ Detractoribus veritatis.
37 rium, elidet te. Cum fatûis conſiliũ non habeas:
a ¶ Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius.
38 non ênim poterũt diligere, niſi quæ eis placent.
a ¶ quaſi: Ne diſputes de diuinis ſacramentis, vnde, Nolite ſanctum dare canibus, &c. b ¶ Alieno à fide.
39 Cûram êxtraneo ne facias conſiliũ: neſcis enim
a ¶ Id eſt, qualiter verbum Dei accipiat: b ¶ Exponit quod ſuperius obſcurè dixit.
quid † pâriet. Nôn omni homini cor tuum ma- † paret.
a ¶ Dum ſubmiſerit vocem ſuam, ne credas ei: quoniam ſeptem ſunt nequitiæ in corde eius.
40 nifeſtes, nê forté inferat tibi gratiam falſam, &
41 conuitietur tibi.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conuertit, *ſcilicet, iudicium à veritate in falſitatem & ſic multi innocentes condemnati ſunt in rebus & in corporibus per pecuniã diuitum.* 2 Non litiges cu ho. ling. *id eſt, rixoſo.* 3 Et non ſtruas. *id eſt, apponas.* 4 In ignem illius ligna, *id eſt, materiam incendendi furorem per tuam contentionẽ. Et quia non ſolùm linguati, ſed etiã ſtulti ſolent male loqui; ſubditur,* 5 Non communices homini indocto, *cum eo familiaritatem contrahendo,* 6 Ne male. *ſicut Sichimitæ de Abimelech, Iudic. ix.* 7 Ne deſpicias. *Secundum pacis turbatiuũ, eſt contemptus, & potiſſimè ſine cauſa, ideo primò retrahit à comtemptu perſonæ: ſecundo, doctrinæ, ibi,* Ne deſpicias, *Circa primũ dicitur,* Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, *eum hypocritam, vel papelardum vocando, ſicut faciunt multi.*

8 Memento quoniam omnes in corrup. *id eſt, ad corruptionem tendimus, eò quòd ex elemẽtis contrarijs compoſiti ſumus, ideo ſubditur;*

9 Ne ſpernas hominem in ſua ſe. *in qua appropinquat morti.*

10 Etenim ex nobis ſen. *Id eſt, ex iuuenibus quales ſumus propter quod ipſos magis revereri debemus. Et quoniã contẽptus irrationabilis habet communiter gaudium indecens annexum ex parte contẽnenti; ſubditur,* Noli de mortuo inimico tuo gaude. *Et ſubditur cauſa,*

11 Sciens quoniam omnes morimur, *quia nihil morte certius.*

12 Et in gaudium, *ſcilicet inimicorum noſtrorum,* 13 Nolumus venire, *Nolumus enim, quòd gaudeant de noſtra morte: nec per conſequens debemus de morte eorum gaudere,* 14 Ne deſpicias. *Hic conſequenter retrahit à contẽptu doctrinæ dicẽs,* Ne deſpicias nar. preſbytero. ſapientium *id eſt, legem Dei ſcientium.* 15 Et in prouerbiis illorum, *id eſt, notabilibus verbis ipſorum,* 16 Conuerſare, *audiendo & retinendo. Et ſubditur cauſa,* 17 Ab ip. e. di. ſa. & do. in. *ad ſeruiendum Deo & etiam principibus, ideo ſubditur,* 18 Et ſer. ma. *Et quia non ſolum audiendi ſunt presbyteri, ſed etiã ſedes, in quibus eſt ſapientia, ex longi tẽporis experientia; ideo ſubditur* 19 Non te prę. nar. ſeni. *& patet litera.* 20 Non incendas carbones, *Tertiũ pacis turbatiuũ, eſt indiſcretio: propter quod retrahit primo à verbis indiſcretis dicens,* Non incendas. *ſcilicet quando ſunt obſtinati vel in paſſione poſiti: quia tunc non meliorantur, ſed deteriorãtur. Hoc tamẽ eſt intelligendum de correctione fraterna, quæ ordinatur ad emendationem correcti: ſed non de correctione iudiciaria, quæ ordinatur ad bonũ multitudinis. Multitudo verò melioratur per aſperam increpationẽ & punitionem paſſionati & obſtinati, quæ terrentur alij.* 21 Ne incendaris flã. ignis pec. il. *qui correctionem tuam non ferentes prouocabũt te ad iram, ideo ſubditur,* 22 Ne con. f. ſtes. con. *i. ad conuitia proni.* 23 Ne ſede. qua. inſi. ori tuo. *vt rapiat inde vt poſſit te ad iram prouocare. Secundò retrahit ab indiſcretis factis, dicẽs,* 24 Noli fœ. *i. cõmodare.* 25 Homini forti. te. *ſequẽti impetũ fortitudinis ſuæ, ideo ſubditur:* 26 Quod ſi fe. quaſi per. ha. *quia non poteris per violentiam recuperare.* 27 Non ſpon. *i. promittas Deo vel homini.* 28 Sup. virtutẽ tuã. *Hæc eſt enim indiſcreta promiſſio.* 29 Quod ſi ſpoponde. quaſi reſti. cog. *quia teneris facere tuũ poſſe.* 30 Non iu. contra iu, *impugnando eius ſentẽtiã iuſtã, hoc eſt enim impugnare Deũ, cuius locum tenet iudex iudicando iuſtè.* 31 Cum audace. *Poſtquã retraxit ab his, quæ pacẽ turbant, & hoc principaliter ex temeritate propria; hic conſequenter retrahit ab his quæ eã turbant, & hoc principalius ex temeritate aliena, & primò ex parte iraſcibilis: ſecũdò rationalis, ibi* Cũ fatuis, *tertiò concupiſcibilis, cap. ſequenti. Circa primum dicit,* Cũ audac. *i. ceruicoſo ex impetu iræ moto,* 32 Non eas in via, &c. *& patet litera.* 33 Cum iracundo no. fa. rixam. *nam ex verbis procedũt ad verbera.* 34 Et cum au. *qui ſequitur impetum iræ.* 35 Non eas in deſer. *extra ſocietatem hominum.* 36 Quoniam qua. nihil. *i. effuſio ſanguinis innocentis.* 37 Cum fatuis con. *Hic conſequenter retrahit ab his, quæ pacẽ turbãt ex defectu rationis in alio dicẽs,* Cũ fatuis co. nõ hab. *Et ſubditur cauſa,* 38 Non enim. *ſ. fatua. Qualis eſt enim vnuſquiſq́; talis finis ſibi videtur. ij. Ethi. nec per cõſequẽs cõſulẽt niſi fatua.* 39 Coram ex. ne fa. con. *Neſcis enim quid pariet. q. d. forſitan cõſiliũ tuũ aduerſis aperiet. Ideo ſubditur,* Non omni homini cor tuũ ma. *ſed ſolum amico vero & probato.* 40 Ne forte inferat tibi gra. falſam. *id eſt, amicitiam fictam, vt ſciat defectum tuum latentem.*

41 Et conuitietur tibi, *coram alijs in palam, ad maiorem tui confuſionem.*

A CAP. IX.

a NOn Zeles mulierē ſinustui, ne oſtēdat ſuper te. RABAN. Docet pudicitiam: Allegoricè, contra hæreſim prouidentiam. Qui enim libidinē fugit, non committit ſe mulieri: & qui catholicam fidem cuſtodit, nō conſentit B hæreticæ prauitati.

b *Mulierem multiuolā ne fortè incidas.* Hæreticorū ſynagogam, quæ per diuerſos errores volitat.

c *Saltatrice ne aſſiduus ſis.* Hęreticorū turba, quæ per diuerſos errores diſſilit, vt C quem eloquentiæ ſuæ amatorē conſpexerit, ad ſe trahat quaſi meretrix: vnde, *Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum traxit eum, &c.* Prouer.7.c

d *Virginē ne conſpicias, ne fortè ſcādalizeris.* Pſal. 118.c. Auerte oculos tuos ne videāt vanitatem: ne

D ne libeat videre, quæ nō licet concupiſcere.

Myſticè autem nō debemus decorem eloquentiæ hæreticæ amare, nec ſimulatas virtutes attendere. Myſticè.

e *Vicis ciuitatis; nec oberraueris in plateis illius.* Idem ſub alia figura, Vici enim ciuitatis, E hęreticorum conuenticula ſunt: quæ ſe à ciuitate ſeparant, de qua dicitur, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.

f *Ne derelinquas amicū.* Pſal. 86.a. Maior eſt fiducia ex parte rei cognitę, quam ignotæ. Doctrinam quoque ſanctorum patrum non debemus declinare, & nouellos doctores au- F dire.

g *Vinum nouum, &c.* Nouus doctor ſtudere debet, vt ſanā doctrinam & operationem firmiter percipiat: & poſtea ſibi & alijs proficiat.

CAP. IX.

a ¶ Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos. b ¶ Falſos fratres, qui pacem ſimulant, & dolos par[illegible]t, & doctrinam prauam.

a NOn zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te mali- 1
tiam doctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatem ani- 2
mæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ne aſpicias 3 4
¶ Deceptiones.
b mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. Cum ſalta- 5 6
c trice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia il- 7
d lius. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. 8 9
a ¶ Hæreticis ſchiſmaticis.
Ne des fornicariis animam tuam in vllo: ne perdas te, et animā tuā, 10
a ¶ Cæleſtem.
e & hæreditatē tuam. Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, nec ober- 11 12
a ¶ Lata & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad mortem. b ¶ Hæreticorum ſynagoga. c ¶ Ornatu verborum.
raueris in plateis illius. Auerte faciem tuā à muliere cōmpta, & ne 13 14
¶ Vel illius. a ¶ Decorem eloquentiæ.
circumſpicias ſpeciem alienā. Propter ſpeciē mulieris multi perie- 15 16
a ¶ Illiciti amoris, vel gehennæ. b ¶ Peruerſa doctrina.
runt: & ex hoc concupiſcētia quaſi ignis exardeſcit. Omnis mulier 17 18
a ¶ Rectæ doctrinæ. b ¶ Vnde: Si ſal euanuerit, ad nihilum valet, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. c ¶ Multi admirantes eloquentiam hæreticorum & doctrinam, ſeducti ſunt.
quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in viā conculcābitur. Speciē mulie- 19
ris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt: colloquiū enim illius
a ¶ In cordibus auditorum. b ¶ Moreris.
quaſi ignis exardeſcit. Cum alienā muliere ne ſedeas omnino, nec
a ¶ Id eſt, ne torpeas à bono opere. b ¶ Id eſt, non diſputes cum illa in lege Dei. Vinum enim gratiam ſcripturæ ſignificat.
accūmbas cum ea ſuper cubitum, & non altērceris cum illa in vino: 20
a ¶ Morte vel peccato.
ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in per- 21 22
f ditionem. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim nō erit 23 24
¶ Animi cuſtos. Ille enim cuſtodit animam fratris, qui cum eo tractat de cauſa æternæ vitæ.
g ſimilis illi. Vinum nouum, amicus nouus. Veteraſcet, & cū ſuauita- 25 26
a ¶ Qui ſe exaltat, humiliabitur. b ¶ Nolite thezaurizare vobis theſaurum in terra.
te bibes illud. Non zelēs gloriam & opēs peccatoris: non enim ſcis, 27 28
a ¶ Qualis & quanta. b ¶ Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
quæ futūra ſit illius ſubuerſio. Non plāceat tibi iniuria iniuſtorum, 29 30
a ¶ Deo vel hominibus. b ¶ Quaſi: Ne per incuriam incidas in periculum mortis.
ſciens quoniam vſque ad inferos non placēbit impius. Lōngē † ab- 31 32

† eſt.

Cum

## NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IX.

NOn zeles. *Hîc conſequenter retrahit ab his, quæ turbant pacē ex parte concupiſcibilis, dicens.*

1 Non zeles mulierem ſinus tui, *id eſt, non ſis nimis ſuſpicioſus de caſtitate vxoris propriæ: propter hoc eam arctans indebitè.*

2 Ne oſtendat ſuper te malitiam, *machinando ad mortem tuam, ſicut docentur tales mulieres à vetulis malis. Et quia ſicut vxor propria non eſt nimis arctanda, ita nec nimis laxanda: Ideo ſubditur.*

3 Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, *id eſt, vt dominetur tui.*

4 Ne ingrediatur in virtute tua, *id eſt, vſurpet ſibi quod eſt proprium viri.*

5 Et confundaris, *tanquā effœminatus & vilis: conſequēter retrahit à muliere alia non coniugata, dicens.*

6 Ne reſpicias mulierem multiuolam, *id eſt, nunc illū nunc iſtum concupiſcentem.*

7 Ne fortè incidas in laque. illius, *per ſigna laſciuiæ tibi oſtenſa.*

8 Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, *Nam talis diſtenſio membrorum muliebrium luxuriæ prouocat appetitum.*

9 Virginem ne conſpicias, *quia non licet intueri, quod non licet concupiſcere.*

10 Ne des fornicariis, *id eſt, meretricibus.*

11 Animam tuam in vllo. *conſenſum tuum in aliquo:*

12 Ne perdas te, *quantum ad bona naturæ.*

13 Et hæreditatem tuam, *quantum ad bona fortunæ, ſicut dicitur de filio prodigo, Luc. xv.*

14 Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, *nam oculus gyrouagus eſt impudici cordis nuntius, & occaſio ruinæ.*

15 Auerte faciem tuam à muliere compta, *talis enim apparatus eſt ad capiendum homines laqueus: ideo ſubditur.*

16 Propter ſpeciem mulieris. *exemplum de Samſone, & Amnon & Salomone.* Iud. 16. c. 2. Reg. 13. f. 3. Reg. 11. a.

17 Et ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit, *ſcilicet ex aſpectibus, & colloquijs, & nutibus impudicis.*

18 Omnis mulier quæ eſt fornicaria, *quantumcunque de nobili genere.*

19 Quaſi ſtercus in via, &c. *quoniam libidini plurimum ſupponitur. Cætera patent vſque ibi:*

20 Et non alterceris, *potando cum ea, & confabulando. Proueb. xx. a.* Luxurioſa res vinum.

21 Et ſanguine tuo. *propter illam effuſo: ſicut frequenter contingit pro adulterio.*

22 Labaris in perditionem, *quantùm ad corpus & animam.*

23 Ne derelinquas. *Hæc eſt pars incidentalis, per deceptionem enim mulierum homo frequenter deſerit amicitiam bonorū, & conuictū iuſtorū: ideo poſtquā docuit deceptiones mulierum vitare, hîc cōſequenter hortatur ab amicitia & conuictu bonorum non diſcedere, & primò ponit primū; ſecundò ſecundùm, ibi,* Viri iuſti. *Circa primū dicit* Ne derelin. amicum antiquum, *quia probatus eſt in amicitia.*

24 Nouus enim non erit ſimilis illi, *ſcilicet quandiu manſerit nouus, quia non adhuc probatus.*

25 Vinum nouum amicus. *quia ſicut de vino nouo naſcitur quale finaliter erit, ſic de animo nouo neſcitur qualē fidelitatē tandē exhibeat.*

26 Veteraſcet, *id eſt, in amicitia firmetur.*

27 Et cū ſuauitate bibes illud, *id eſt, eius amicitia erit tibi ſuauis & bona. Et quoniam amicitia frequenter cupiditate perditur, ideo ſubditur.*

28 Non zeles, *id eſt, non concupiſcas.*

29 Gloriam & opes peccatoris, *quia ducunt ad mortem gehennæ, & frequenter ad mortem naturæ; propter quod ſubditur.* Non enim ſcis, *&c. & quia talia per iniuriam acquiruntur, ſubditur:*

30 Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, *ipſam imitando.*

31 Sciens quoniam vſque ad inferos. *Tunc enim, & non ante, placebit ſanctis in pœna, ſicut diſplicuit eis in culpa: Pſal. lvij. b.* Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, *applandens iuſtitiæ diuinæ.*

32 Longè abeſto ad homine po. oc. *id eſt, à tyranno crudeli.*

Et non

A eſto ab homine poteſtatem habente occidẽdi,
a ¶ Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.
& non ſuſpicaberis timorẽ mortis Et ſi acceſ- 1
a ¶ Non ſine cauſa portat gladium. 2
ſeris ad illum, noli aliquid committere, nẽ for- 3
tè auferat vitam tuam. Communionem mor- 4
tis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingre- 5 6
dieris, & ſuper dolentium arma ambulabis. Se- 7
cũdum virtutem tuam caue te à proximo tuo, 8
& cum ſapientibus & pru- 9
dẽtibus tracta. Viri iuſti ſint 10
a ¶ Spiritualis epuli, ſcilicet in meditatione legis.
b ¶ Beatus vir qui timet dominum.
tibi cõuiuæ, & in timore 11

a *Cũ ſapiẽti.* Raban. Neceſſe eſt, vt caueamus doloſorũ inſidias, & cũ ſapiẽtibus & Deũ timentibus conſiliemur, & viam iuſtitiæ & veritatis non deſeramus.

12 Dei ſit tibi gloriatio, & in
13 ſenſu ſit tibi cogitatus Dei,
14 & omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi.
a ¶ Actione. b ¶ Artifices & principes populi, ſunt prædicatores ſancti.
15 In manũ artificũm opera † laudabũtur, & † prin
16 a ¶ Quia in ſermone doctorum ſplendet ſapientia & doctrina.
17 cipẽs populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſen-
a ¶ Euangelij, de quo dicitur: Verbum breuiatum faciet Deus ſuper terram. b ¶ Mundo.
18 ſu verò ſeniorũ verbũm. Terribilis eſt in ciuita-
a ¶ Vir linguoſus non dirigetur in terra.
19 te ſua homo linguoſus, & te- b
merarius in verbo ſuo odibilis erit.

† laudabitur. † princeps

b *Linguoſus.* Hereticus, qui ſemper cõtentioſus, & ideo odibilis Deo & hominibus.

D

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non ſuſpi. ti. m. *i. te elongando ab eo auferes à te timorẽ mortis* 2 Et ſi ac. ad il. *neceſſitate compulſus.* 3 Noli ali. c. *ſcilicet mali.* 4 Ne fortè. *ex modica occaſione.* 5 Commu. mor. ſcito. *ſupple. eſſe, habitare cum tyranno.* 6 Quoniam in me. *nam tyrãni ſemper tendunt laqueos ſubiectis, vt habeant occaſionem rapiendi bona eorum.* B 7 Et ſup. do. ar. ma. *i. tyrãnorum, qui ſemper ſunt in dolore: nam propter mala, quæ fecerunt alijs, in omni cibo & potu timent intoxicari, & in omni loco ſibi inſidiari: propter quod neceſſe eſt eos continuè anxiari. Et quia tyranni habent relatores ad grauandum innocentes, ſubditur:* 8 Secundum vi. *i. quantùm potes caue tibi ab eo, qui contra te loqui poteſt tyranno.* 9 Et cũ ſapientibus & pr. tracta. *cõſilia & negotia tua.* 10 Viri iuſti. *Hic conſequẽter hortatur ad tenendũm conuictũ iuſtorũ, dicens:* Viri iuſ. ſint ti. conui. *Nã in conuiuio relaxãtur homines ad loquendũ. Et quoniã ex abundantia cordis os loquitur, iuſti loquuntur de bonis & honeſtis: iniuſti verò de cõtrarijs.* 11 Et in timo. Dei. *filiali.* 12 Sit tibi gloriatio, *nã gloria magna eſt eſſe Dei filium adoptiuum.* 13 Et in ſen. ſit tibi cogitatus Dei. *i. ſenſum tuum applica ad cogitandum de Deo.* 14 Et om. enar. tua. *i. doctrina tua non ſit de vanis & curioſis, ſed de neceſſarijs ad ſalutem.* 15 In ma. artifi. *Hypallage eſt. Et eſt ſenſus, quòd artifices laudantur ex operibus manuum ſuarum quando ſunt artificioſè facta.* 16 Et prin. po. *ſ. laudabitur ſicut Salomon de ſententia ſapienter prolata. iij. Reg. iij.* Date huic infantẽ viuum, &c. 17 In ſenſu verò ſeniorum verbũ. *i. verbum breue dictũ à ſapiente plus commendabitur, quàm narratio magna ab alio dicta.* 18 Terribilis eſt in ciuita. ſua. *nã ipſe eſt ſeditioſus, quod eſt peſſimum in ciuitate, quæ ciuium vnitas debet eſſe.* 19. Et temerarius in verbo ſuo odibilis erit, *quia pro nihilo habet alios offendere.* E

## CAP. X.

a Iudex *ſapiens, &c.* Raba. factus eſt principatus ſuper humerum eius. vnde, *Væ terræ cuius rex puer eſt*, diabolus, ſcilicet qui ſemper diligit nouitates; & principes cuius primo mane comedunt, id eſt, ante diem mortis, dicentes, *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. &c.* [Eſa. 9. b. Eccle 10 c. Eſa. 12. d.]

b *Secundum iudicem ſic, &c.* ✠ Avgvst. [Aug lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani, cap. 4.] Illud quod ſcriptum eſt, *Secundum principẽ populi, ſic & miniſtri ipſius, &c.* ſi intelligerẽt quo pertinet, nec nobis talia obijcerẽt, C nec ipſi vana iactantia ſuperbirent. Nos enim, vt hominũ ſpẽ, quæ in ſolo Deo tuta rectéque ſecura eſt, nõ in hominibus collocemus, (quoniam ſcriptũ meminimus, [Hiere. 17] *Maledictus qui ſpẽ ſuã ponit in homine*) nõ intelligimus hoc loco principem populi & rectorem ciuitatis epiſcopum ſignificari. Non ideo quia nõ poſſumus innumerabiles ſanctos in Catholica fide epiſcopos intueri, ſed ne cuiuſquam, vt dixi, ſpes hominis collocetur in homine; & ſi fortè ei contingat in ea viuere ciuitate, vbi non ſit bonus Epiſcopus, arbitretur impunè ſe malum fieri, vſurpans ad defenſionem ſuam tam peruersè iſtam ſcripturam, quàm peruersè ab iſtis intelligitur; & dicens ideo ſe bonum eſſe non poſſe, quia *ſecundũ principem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes.* Contradicunt enim huic errori, veritatis ore dicentis, [Matth. 23.] *Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt nolite facere; dicũt enim & non faciunt.* Habentes itaque plebes tales Epiſcopos, qui bona dicũt ex cathedra Moyſi, & ea quæ dicunt non faciunt ex peſtilentia ſua: ſi illi F faciunt ea bona quæ dicũt, & non faciunt ea mala quæ faciunt, ſicut præcepit Dominus, nónne ſatis indicant, non ita intelligendum eſſe principem populi & rectorem ciuitatis, quomodo iſti intelligũt? Poſſunt enim eſſe populi boni, vbi fuerint Epiſcopi mali: ſicut potuit eſſe populus malus, vbi fuit Moyſes princeps & rector bonus, &c.

c *Super fa. ſcri.* Raban. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis, quia vice ſua mittit ad prædicandum.

## CAP. X.

a ¶ Chriſtus, cui pater dedit iudicium.
Iudẽx ſapiens iudicabit populum ſuum, 1
a ¶ Regni eius non erit finis.
& principatus ſenſati † ſtãbilis erit. Se- 2
a ¶ Chriſtum. b ¶ Diſcipuli. 3
cundum iudicem ſic & miniſtri eius: &
a ¶ Beata terra, cuius rex nobilis, & principes veſcuntur in tempore ſuo. b ¶ Eccleſiæ.
quãlis rector eſt ciuitãtis, tales et inha-
a ¶ Eccleſiæ.
bitãtes in ea. Rex inſipiens perdet populum ſuũ, & ciuitates 4
a ¶ Doctrinam. b ¶ Prædicatorum. c ¶ Regimine. d ¶ Chriſti.
inhabitabunt per ſenſũm prũdentium. In mãnu Dẽi pote- 5 6
a ¶ Eccleſiæ, de qua dicitur, Deus eſt operatus ſalutem in medio terræ. b ¶ Damnabilis, quia diſperdet Deus de ciuitate ſua omnes qui operantur iniquitatem. c ¶ Ordinem prædicatorum. 7
ſtas tẽrræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtile rẽ- 8
a ¶ Diſpenſatione, vel diſpoſitione. 9
ctorem in tempus † ſuſcitabit ſuper illam. In mãnu Dei pote-
a ¶ Prædicatoris.
c ſtas hõminis, et ſuper faciẽ ſcribæ imponet honorem ſuum. 10
a ¶ Non quæras vltionem: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. b ¶ Beneficite his qui oderunt vos. 11
† Omnis iniũriæ proximi ne memineris, et nihil agãs in ope- 12 13

† terribilis

[† ſuſcitabis] [† Leui. 19. d]

Regnum

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. X.

Iudex ſapiens. *Poſtquam tractatum eſt de vſu potentiæ in præſidendo, hic conſequenter tractatur de vſu eius in iudicando. Ad hoc autem requiritur ſapientia, & bona vita: Et primò tractatur de ſapientia, cum dicitur,* 1 Iudex ſapiens. *de iniurijs ſibi factis, ideo ſubditur,* 2 Et princ. *erit hominibus malis.* 3 Secundum iudicem po. *quia ſtudent exequi voluntatem illius.* 4 Rex inſi. per. po. ſu. *vt patet de Roboam, iij. Reg. ij. qui per fatuum reſponſum perdidit populi ſui decem partes.* 5 Et ciuitates in ha. per ſen. pru. *ſicut patet de Dauid & Salomone: Et quia poteſtas de Deo deriuatur, ſubditur,* 6 In ma. Dei. *i. in eius diſpoſitione.* 7 Poteſtas ter. *ſecularis & eccleſiaſtica.* 8 Et execrabilis. *ſ. ſcelus idololatriæ, nam Gentiles erãt idololatræ.* 9 Et vtilem rectorem ſuſcitabit, &c. *quod impletum eſt tempore Chriſti & apoſtolorum, per quorum prædicationem Gentiles ab idololatria reuocati ſunt ad fidem & vnius Dei veri culturam.*
10 Et ſuper fa. ſcribæ, *id eſt, ſapientis in lege.*
11 Imponet ho. ſuum, *nam talis inducit homines ad honorẽ diuinum;*
12 Omnis iniu. *Hic conſequenter agitur de potentis bonitate, & primò quantũ ad animũ: ſecundò quantum ad verbũ. ſe. ca. ibi:* Priuſquã interroges; *Tertiò quantũ ad factum, ibi,* Fili ne in multis. *Circa primum primò retrahit animũ à motu malignitatis: ſecundò à motu cupiditatis, ibi,* Auaro autem. *Circa primum dicitur,* Om. in. proxi. ne. me. *ad vindicandum quando poſitus es ſuper eum.*
13 Et ni. agas in ope. in. *id eſt, nulli facias iniuriam, propter tui potentiam: & quia hoc procedit ex ſuperbia, ſubditur,*

a ¶ Abominatio domini omnis arrogans: hinc Petrus ait, Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.
a ribus iniuriæ. Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia, 1
2
& execrabilis omnis iniquitas gentium. † Regnum à gente in 3
gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contu- 4
b melias, & diuerſos dolos. Auaro autẽ nihil eſt ſceleſtius. Quid 5
6
¶ Cinis es & in cinerem reuerteris.
(† ſuperbit) † ſuperbis terra & cinis? Nihil eſt iniquius, quàm pecuniam 7
8
a ¶ Quid proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? 9
amare. Hic enim et animam ſuam venalem habet: quoniam 10
a ¶ Intentus vili lucro. b ¶ Virtutes. c ¶ Nulla potentia longa. 11
in vita ſua proiecit intima ſua. Omnis potentatus breuis vita. 12
a ¶ quaſi: Auaritia inueterata difficile curatur, dum noua eſt, facilè extinguitur. 13
Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorẽ præ- 14
c cidit medicus: ſic & rex hodie eſt, & cras morietur. Cùm enim 15
16
morietur homo: hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. 17
d Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo, quoniam ab eo 18
qui fecit illum receſſit cor eius: quoniam initium omnis pec- 19
20
cati eſt ſuperbia. Qui tenuerit illã, adimplebitur maledictis, 21
(† dominus) & ſubuertet eum in finẽ. Propterea † exhonorauit dominus 22
a ¶ Scribarum & Phariſæorum. ¶ Depoſuit potentes de ſed. & ex. hu. 23
conuẽtus malorum, & deſtruxit eos vſque in finem. Sedes du- 24 († exornuit.)
a ¶ Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. b ¶ Prædicatores euangelij, quibus dictum eſt: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. 25
26
cum ſuperborum deſtruxit † Deus, & ſedere fecit mites pro 27
a ¶ Templum & ceremonias. b ¶ Iudæorum. 28
eis. Radices gentium ſuperbarum arefecit Deus, & plantauit 29
a ¶ Apoſtolos & primitiuam eccleſiam. 30
e humiles ex ipſis gentibus. Terras gentium euertit dominus,
& perdidit eas vſque ad fundamentũ. Arefecit ex ipſis, et diſ-
perdidit eos, et ceſſare fecit memoriam eorum à terra. Perdi- 31
dit Deus memoriam ſuperborum, et reliquit memoriam hu- 32

A a *Regnum à gen.* RABA. Hoc ferè omnes gentium teſtantur hiſtoriæ, Chaldæorum, Perſarum, Græcorũ, & Romanorum. (Pſal. 44. a. r) Ad hoc propter præuaricationem & cæcitatem Iudæorum tranſlatum ad gentes euangelium: vnde, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gen. fa. fru. eius.* (Matt. 21. d.)

b *Auaro au.* Poſt mutationem regni agit de auaritia, pro qua vis regiminis maximè negligitur: *radix enim omnium malorũ cupiditas.* (1. Tim. 6. b.) Auaritiam autem ſuperbia comitatur, vnde, *Præcipe diuitibus nõ altũ ſapere.* (Ibidem. d.)

B c *Et rex ho.* Poteſtas & diuitiæ non poſſunt prolongare vitam. Poſitus eſt terminus qui præteriri non poteſt. Iucunditas carnis conuertetur in putredinem & fœtores, & tandem in vermes. (Myſtice.) Myſticè autem homo, qui in peccatis viuit & non reſipiſcit, morietur æterna morte: & diabolum ſerpentẽ antiquũ, & beſtias eius, id eſt, dæmones non euadet.

C d *Initium ſu.* Non eſt enim maior apoſtaſia quàm creaturã à creatore recedere, quæ merito aſcribitur ſuperbiæ. Superbia enim eſt ſi creatura velit æquari creatori. Hæc & diabolo & homini fuit initiũ perditionis: vnde, *Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.* (1. Tim. 6 d.) Quãuis alibi dicatur: *Radix omnium malorum cupiditas.* Nõ eſt cupiditas ſine ſuperbia, nemo enim ſuperbus niſi cupidus & econuerſo. De ſuperbia naſcuntur hæreſes, ſchiſmata, detractiones, inuidia, verboſitas, iactantia, contẽtiones & huiuſmodi, quæ ex cupiditate procedũt. Guloſos verò intemperantes, ebrioſos fornicarios & huiuſmodi cupiditas facit, quæ ſine ſuperbia eſſe non poſſunt. Caueamus ergo cupiditatem & ſuperbiam, non duo mala, ſed vnum à quo omnia trahunt initium. D

✠ AVGVST. Ideo veriſſimè dictum eſt, *Initium omnis peccati ſuperbia,* quoniam diabolum, à quo extitit origo peccati, ipſa deiecit; & ſubſequẽte inuidentia, hominem ſtantẽ vnde ipſe cecidit, inde ſubuertit. (Aug. de natura & gratia contra Pelagianos ca. 29.) Nã vtique iactantiæ ianuam, quâ intraret, ſerpẽs ille quæſiuit, quando ait, *Eritis ſicut dij.* (Gen. 3.) Ideo dictũ eſt, *Initium omnis peccati ſuperbia:* & *Initiũ ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo.* (Eccleſ. 10.) († 23. q. 7. c. ſi de rebus.) E

✠ AVG. Quærimus aliquãdo quomodo ſibi concordent iſtæ duæ ſententiæ, *Radix omnium malorũ auaritia:* & *Initium omnis peccati ſuperbia.* (Aug. tractatu 8. in epiſtola 1cã. 1. Timot 6.) *Si initiũ omnis peccati ſuperbia,* radix omniũ malorum ſuperbia eſt. Certè ſi *radix omniũ malorum auaritia eſt,* inuenimus & in ſuperbia auaritiam eſſe: exceſſit enim modum homo. F Quid eſt auarũ eſſe? progredi vltrà quàm ſufficit. Adam per ſuperbiã cecidit: *initium omnis peccati ſuperbia,* inquit. Nunquid auaritia? Quid auarius illo, cui Deus ſufficere non potuit?

e *Terras.* RABA. Quãdo Ieruſalẽ per Romanos fũditus deiecit, & tẽplũ ſuccẽdit, præuaricatores diſperdidit. (Pſal. 44. d.) Ad perſecutores quoque Chriſtianorũ & martyres Chriſti poſſunt hæc referri: Principes enim mundi qui perſecuti ſunt eccleſiam Chriſti, mirabili morte interierũt, & poſtmodum deleta eſt poſteritas eorum, & gloria martyrum exaltata eſt, vnde, *Cuſtodit dominus o. diſe. &c. p. diſ.*

Non

## NICOLAVS DE LIRA.

9 Pauper autem læſus tacebit, *Nam ſi querelam moueat, peius habebit.*

10 Si largitus ei fueris, *ſcilicet, munera diuiti,*

11 Aſſumet te. *i. honorabit te iuxta ſe ponendo:*

12 Et ſi non habue. *vnde ſibi facias xenia,*

13 Derelinquet, *non vocando.*

14 Si habes conuiuet tecum, *vocando te ad menſam ſuam:*

15 Et euacuabit te. *i. depauperabit te per xenia ſibi facta.*

16 Et ipſe non dolebit ſuper te, *de tua paupertate.*

17 Si neceſſarius illi fueris, *in aliquo negotio vel opere,*

18 Supplantabit te, *id eſt decipiet te;*

19 Et ſubridens. *i. blandiens,*

20 Spē dabit narrans tibi om. bo. *id eſt promittens tibi facere bona.*

21 Et dicet: Quid opus. *quaſi dicat de neceſſarijs prouidebo tibi.*

22 Et confundet te in cibis ſuis, *vocando te ad menſam ſuā pro xenijs habendis.*

23 Donec te exinaniat. *id eſt ad paupertatem deducat.*

24 Bis & ter. *id eſt quinquies, quia quinque modis euacuantur pauperes à diuitibus cupidis: Vno modo bona pauperum violenter auferendo; Secundo, mercedem debitum retinendo: Tertio, per verba duplicia decipiendo: Quarto male eis ponderando vel menſurando: Et hoc dupliciter. Vno modo, in pauperum abſentia, qui confidunt de diuitibus: Alio modo in eorum præſentia, quia non audent contradicere.*

25 Et in nouiſſimo deridebit te, *Abſque compaſſione,*

26 Poſtea videns *bonis denudatum.*

27 Delinquet te, *Quia nō poteſt vlterius de tuo quicquam habere.*

28 Et caput ſuum mouebit, ad te, *notando de fatuitate.*

29 Humiliare Deo, *Hic conſequenter hortatur recurrere ad diuinum auxilium, quod eſt ſine fallacia & deceptione, dicens,* Humiliare Deo, *de te nihil præſumendo.*

30 Et expecta manus eius, *Id eſt beneficentiam ſuæ miſericordiæ, qua paratus eſt humiles adiuuare.*

31 Attende, *diligenter,*

32 Ne ſeductus, *Per verba ad decipiendum compoſita,*

33 In ſtultitia humilieris, *Id eſt ad ſtultitiam deijciaris per errorē:*

34 Noli eſſe humilis, *Id eſt puſillanimis,*

35 In ſapientia tua, *à Deo tibi data:*

36 Ne humiliatus, *id eſt puſillanimis factus,*

37 In ſtultitiam ſeducaris, *Veritatem relinquens pro falſitate verbis compoſitis corolorata. Et quoniam homo confidens de Dei adiutorio poteſt ſecurius agere quam ante: ideo conſequenter oſtenditur, qualiter ſe habere poſſit cū diuite & potentiori. ſ. nō ſe ingerendo, nec ſe nimis elongando, loquēdo reuerēter, & caute ſe habēdo; & hoc eſt quod dicitur,*

38 Aduocatus à potentiore diſcede. *aliqualiter excuſate:*

39 Ex hoc enim magis te aduo. *ſi prius te vocauit bona intentione:*

40 Ne improbus ſis, *ingerendo te nimis,*

41 Ne impingaris. *i. repellaris verecunde.*

42 Et ne longe ſis ab eo. *i. à diuite nimis te elongando.*

43 Ne eas in obl. *i. ſi dominus dederit ſibi gratiam largiendi, non habeat de te memoriam.*

44 Ne retineas ex æquo loqui. *i. vt velis cum eo loqui de pari, ſed magis cum reuerentia loquere.*

45 Ne credas multis verbis il. *i. ſi multa tibi promittat.*

46 Ex multa enim lo. *vt accipiat experimētum de tua ſimplicitate.*

47 Et ſubridens, *quaſi tibi applaudens & omnia condonans,*

48 Interroga. te de abſcon. *i. ſi aliquid de ſuo accepiſti in abſcōdito.*

49 Immi. *i. crudelis.*

50 Animus illius. & conſeruabit verbis, *ad capiendum,*

51 Et non parcet de malitia. *i. pœna inferenda.*

52 Et de vinculis, *incarcerendo te; propter quod ſequitur,*

53 Caue. ti. *de incauta locutione.*

54 Et att. di. *id eſt auditis ab eo, ne præcipitanter reſpondeas contra te,*

55 Quoniam cum ſubuer. tua am. *i. in periculo tuæ ſubuerſionis.*

Au.

A a *Omni vi.* RABA. Cæteris refutatis quod ſtabile eſt in æternũ cõmendat.i.vt Deum diligas, & mandata eius cuſtodias, & auxilium eius quotidie implores: quia prope eſt dominus omnibus inuocãtibus eũ in veritate.
† Infr.27.b
Pſal.44.d.

B b *Omne ani.* Ad ſuperiora reſpicit, vt diuitum.ſ.& potentum ſocietatem declines, & ei coniungaris, qui ſtudio & religione tibi conſors eſt. Hæc eſt enim amicitia firma, quam ſimilitudo virtutum ſociat.
† ſuperbiæ

C c *Sicut commu.* Rapacitas lupi cum agni innocentia non conuenit, nec auari rabies cum modeſtia ſimplicis. Nulla enim communicatio munditiæ cum immunditia: *Sicut enim canis reuertitur ad vomitum, ita qui iterat ſtultitiam ſuam.* Nulla ergo parilitas ſuperbi diuitis cum humilitate
Prou.6.b.

las. Audiens vero illa quaſi † in ſommis vide, & † vigilabis. 1
a Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua. 2
b † Omne animal diligit ſimile ſibi, & ſic omnis homo pro- 3
ximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & 4 5
c omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Sicut communicabit lu- 6
pus agno aliquando, ſic peccator iuſto. † Quę communica- 7 8
tio ſancto homini ad canem, aut quæ pars bona diuiti ad 9
pauperem? Venatio leonis onager in eremo, ſic paſcua ſunt 10 11
diuitum pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humili- 12
d tas, ſic & execratio diuitis pauper. Diues commotus confir- 13
matur ab amicis ſuis, humilis autem cum ceciderit, expelle- 14 15
tur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: Locutus 16
eſt † ſuperba, & iuſtificauerunt illum. † Humilis deceptus 17 18
eſt, inſuper & arguitur. Locutus eſt ſenſate, & non eſt ei da- 19
tus locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum 20
illius vſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & di- 21 22
cunt: Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubuertent illum, Bona 23 24

a ¶ Scripturarum quæ meditando & bene operando congregantur.
b ¶ Id eſt quæ non fraudulenter acquiritur nec conſcientiam conturbat. 25

eſt ſubſtâ^a^ntia cui non eſt peccã^b^tum in cõſcientia: & nequiſ- 26

a Hæreticorum doctrina inops veritatis. 27
b ¶ Quia prauis verbis præparatur iſta paupertas. 28

e ſimâ paupertas in ^b^ore impij. Cor hominis immutat faciem 29
f illius, ſiue in bono, ſiue in malo. Veſtigium cordis boni & 30 31
faciem bonam difficile inuenies, & cum labore. 32 33
34 35

tate pauperis Chriſti.
D

d *Diues commotus.* Quod de diuite & paupere increpar, exequitur: qa multi sũt qui diuitis facta & dicta extollũt: pauci qui doctrinam humilium & virtutẽ intellĩgũt. Arrogantes inueniũt prædicatores, humiles vero contemptores: Vnde, *Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere verò, & hi, quos habuit, ſeparãtur.*
ᵗ vigilabit
† 2.Cor.6.c
E
Prou.29.a.

e *Cor hominis immutat.* In iudicio vultus, mẽtis mutatio deprehenditur: vnde, *Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus.*
† Infr.31.a.
F

f *Veſtigiũ cordis boni,* Quia multi ſimulati & ficti: ideo difficile inuenitur in quo cor & facies.i.cogitatio & operatio atq; doctrina in bono conueniant: cum autem hoc inuenies, da gloriã Deo, quia hoc ei⁹ donũ eſt.
Prou.25 b.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Audiens vero illa, *quæ dicuntur à diuite pro captione tua modo dicto,*
2 Quaſi in ſommis vide.*i.ſimula te non intelligere.*
3 Et vigilabis, *Id eſt, in hoc vigilanter & prudenter te habebis.*
4 Omni vita tu.*excluſa ſocietate malorum, hic conſequenter inducit ad conſortium bonorum. Et diuiditur in tres partes, quia primo inducit ad coniungendum ſe bonis: Secundo, ad retrahendum ſe à malis, ibi,* Si communicabit, *Tertio, docet diſtinguere hos ab illis, ibi,* Cor hominis. *Circa primum ſciendum, quod communicatio hominum adinuicem tunc eſt bona, quando dependet ex charitate diuina: ideo dicit,* omnis vita tua dilige. Deum &c. *propter quem proximus diligendus.*
5 Et inuoca illum in ſalute tua, *id eſt pro ſalute tua temporali & æterna. Et quoniam proximus eſt in Deo diligendus, Sequitur,*
6 Omne animal diligit, ſimile, *in ſpecie.*
7 Sic & omnis homo proximum ſibi, *ſupple debet diligere, quia factus eſt ad imaginem Dei, & capax beatitudinis ſicut ipſe*
8 Omnis caro ad ſimilẽ ſibi coniungetur, *Volatilia enim eiuſdem ſpecie ſimul cohabitant, & ſimiliter animalia.*
9 Et omnis homo ſimili ſui ſo *id eſt debet ſociari ratione imaginis diuinæ, in qua conuenit cum eo in ſpecie. Et hæc ſocietas fundatur in bono rationis rectæ, & legis diuinæ.*
10 Sicut communicabit. *Hic conſequenter inducit ad retrahendum ſe à malis: & primo ponit ſuam monitionem; ſecundo, remouet circa dictam falſam opinionem, ibi* Bona eſt. *Circa primum dicit,* Sicut communicabit *lupus, &c. quia malus homo ſemper inſidiatur iuſto.*
11 Quæ communicatio, ſãcto.ho.ad canem. *id eſt ad caninum hominem qualis eſt rixoſus, iracundus, & guloſus: quaſi dicat, nulla eſt cõmunicatio bona.* 12 Aut quæ pars bona diuiti, *ſcilicet cupido,*
13 Ad pauperem. *q.d. nulla. Et ſubditur cauſa,*
14 Venatio leonis onager in eremo, *in quo leo inſequitur onagrum, ad ipſum deuorandum:*
15 Sic & paſcua ſunt diuitum *id eſt cupidorum,*
16 Pauperes, *quorum bona rapiunt ſine cauſa.*
17 Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas, *eo quod contrariatur habitui ſuperbiæ, in quo delectatur. (nam ſignum habitus generati eſt delectatio in opere. ij. Ethicorum.)*
18 Sic & execratio diuitis. *cupidi, eſt pauper; & ſubditur.*
Diues
19 Diues commotus, *id eſt, turbatus vel impulſus,*
20 Confirmatur ab amicis. *ſperantibus participare in bonis.*
21 Diuiti decepto multi recuperatores, *damni ſibi illati, quia ſperant participare ſibi.*
22 Locutus eſt ſuperba, &c. *adulatores affirmantes, quod ſic debeat magnifice loqui.*
23 Humilis deceptus eſt, *id eſt, pauper eſt damnificatus,*
24 Inſuper & arguitur, *id eſt, ſine compaſſione de damno eius, vt fatuus increpatur.*
25 Locutus eſt ſenſate & non eſt ei datus locus, *quia contemnitur ab audientibus.*
26 Diues locutus eſt, & dicunt, *audiendo reuerenter,*
27 Et verbum illius, &c. *commendando eum de ſapientia excellenti,*
28 Pauper lo.eſt, & dicunt, quis eſt hic? *eum contemnendo.*
29 Et ſi offenderit, ſubuertent illum, *grauiter puniendo.*
30 Bona eſt ſubſtantia. *Hic circa prædicta remouet falſam opinionem: nam ex dictis poſſet aliquis æſtimare, omnem diuitem eſſe malum omnem pauperem bonum; quod remouet dicens,* Bona eſt ſubſtantia, *id eſt diuitiæ.*
31 Cui non eſt peccatum in conſcientia, *ſcilicet de mala acquiſitione, per ſe vel per parentes ſuos, nam diuitiæ habitæ iuſte, ſunt materia exercendæ virtutis per opera miſericordiæ, & liberalitatis. Ambroſius ſuper Lucam,* Sicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis.
32 Et nequiſſima paupertas in ore impij, *qui per impatientiam prorumpit in blaſphemiam Dei.*
33 Cor hominis. *Hic conſequenter docet diſtinguere bonos à malis, dicens:* Cor homini im. *Diſpoſitio enim carnis apparet in facie, plus quam in alijs partibus corporis, quia vigent ibi omnes ſenſus: & potiſſime apparet in oculis, eo quod viſus plures differentias oſtendit. j. Metaph. popter quod cogitatio cordis in bonum ſiue in malum à peritis hominibus frequenter percipitur in facie. Et quia pauci ſunt boni, & virtuoſi reſpectu malorum, (ſecundum quod dicitur Eccle. j. d.* Stultorum infinitus eſt numerus) *ideo ſubditur,*
34 Veſtigium cordis bo. &c. *id eſt bonitatem mentis & exterioris conuerſationis ſimul.*
35 Inuenies. *raro & in paucis,*

☞ *CAP.*

## CAP. XIIII.

BEATVS vir qui non eſt lapſus verbo 1
ex ore ſuo, et nō eſt ſtimulatus in tri- 2
a ¶ Id eſt, qui aduerſitate animi non frangitur, vt deſperet 3
ſtitia delicti. Felix qui nōn habuit ani- 4
a ¶ Operibus bonis pro quibus ſperanda ſunt æterna prēmia.
a mi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpē 5
ſua, Viro cupido & tenaci ſine ra- 6
tione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui 7
a ¶ quibus vti noluit. 6 8
aceruat ex animo ſuo iniuſte alijs congregat: & in bōnis il- 10
b lius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequam eſt, cui † alij bonus 11
erit. Et non iucundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet, ni- 12 13
c hil eſt illo nequius, & hæc eſt redditio malitiæ illius. Et ſi be- 14
nefecerit ignoranter, & non volens facit, & in nouiſſimo 15 16
a ¶ Mens.
manifeſtat malitiam ſuam. Nequam eſt oculûs † liuidi, & 17 18
a ¶ Ne faciat miſericordiam indigenti. b ¶ Quia ſeminat terrena, vt metat cæleſtia.
d auertēns faciem ſuam, deſpiciēns animam ſuam. Inſatiabi- 19 20
a ¶ Mens praua, quæ ſemper prona eſt ad mala.
lis oculûs cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur donec 21 22
e conſumat arefaciens animam ſuam. Oculus malus ad mala, 23
a ¶ Vitæ æternæ. b ¶ Id eſt, in futuro perpetua ægeſtate laborabit. 24
& non ſatiabitur pāne indigens: & in triſtitiā erit ſuper 25
f menſam ſuam. Fili ſi habes, benefac tecum: & Deo 26 27
dignas oblationes offer. Memor eſto quoniam mors non 28
† tardat teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt 29 30
tibi. Teſtamentum enim huius mundi morte morietur. An- 31
a ¶: Dum eſt tempus operandi. b ¶ Facultatem. 32
tē mortem benefac amico tuo, & ſecundum virēs tuas ex- 33

CAP. XIIII.

A BEatus vir qui non eſt la. RAB. Peccando. Hinc Iacobus ait: *Qui in verbo non offendit perfectus eſt*: illo, ſcilicet verbo cuius offenſionem humana poteſt vitare fragilitas. (Iaco. 3. a.)

a *Viro cu. & te.* Auaritiæ peſtem deſcribit B quæ excruciat auarum ne conſequatur laboris ſui fructum, *Qui theſaurizat & igno. cui congrega. ca.* (Pſal. 38. b.)

b *Qui ſibi ne.* Hæc ad literam mentem auari & inuidi deſcribunt, qui de bonis ſuis non lætantur. Allegorice vero ſignificant philoſophos & hæreticos qui ſine fide Chriſti congregant diuitias C praui dogmatis, quæ nihil proficiunt eis, imo pœnam conferunt æternam.

✱AVGVSTINVS. (Aug. epiſtola 61.) De moribus furioſiſſimis, quas quidam eorum ipſi ſibi inferunt, de quibus ſolent deteſtabiles & abominabiles eſſe multis etiam ſuis quorum mentes dementia non tanta poſſedit, eis ſecundum ſcripturas rationemque Chriſtianorū ſæpe reſpōdimus; D quoniā ſcriptū eſt, *Qui ſibi nequā, cui bon⁹?* Aut certe in eiſdē poſitū tentationibus mori volentem occidat, & proximū qui ſibi expedire & licere putat occidere ſeipſū quoniam ſcriptura dicit, E *Diliges proxim. tu. tan.* (Leuit 16. Mar. 12.)

c *Et ſi bene. igno.* RAB. Dixerat, nihil eſſe nequius illo, qui ſibi inuidet, id eſt qui legitime nō vtitur bonis ſuis, & negligit habere bonū miſericordię & largitatis: nunc vero idem repetit.

d *Inſatiabilis ocul.* quia ſine fructu bonorum conſumit vitam, & ſterilem animam gehennæ ignibus tradit cruciandā. F

e *Oculus ma. ad mala.* Hæreticorū oculus ſemper malis eſt intentus, & panē cæleſtē. i. intellectū diuinæ ſapientiæ non meretur, & in ſcripturę menſa marceſcit indigentia.

f *Fili ſi ha. be. te.* Hortatur, vt cōtēpta mūdi ☞ luxuria

† tardabit † alio † inuidi † Pro 27. c.

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAPVT XIIII.

☙ BEatus vir. *Superius à principio tertij capituli & citra, actum eſt de exercitio virtutis in ordine ad proximum: hic conſequenter agitur de virtutis exercitio in ordine ad Deum. Et diuiditur in duas partes, quia primo remouetur impedimentum: ſecundo acceditur ad propoſitum, ibi,* Beatus vir qui in ſapientia. *Primum autem impedimentum eſt loquacitas, quæ habet peccatum annexum, Prou. x. c.* In multiloquio peccatum non deerit, *& per conſequens in Deum ordinari impedit. Hanc igitur loquacitatem excludit dicens,*

1 Beatus vir qui non eſt la. *Veruntamen quia taciturnitas eſt aliquando vitioſa, ſcilicet quando tacetur illud, quod quis dicere tenetur; ideo ſubditur,*

2 Et non eſt ſtimulatus *remorſu conſcientiæ.*

3 In triſtitia delicti *Dicitur autem* delictum *quaſi derelictum, per quod intelligitur peccatum omiſſionis tacendo, quod debet dici, de quo debet homo per pœnitentiam triſtari. Secundum impedimentum eſt accidia quæ reddit hominem triſtem, & ponderoſum ad opera bona, per quæ ordinatur quis in Deum, & ſic impedit ordinem iſtum quod excluditur cum dicitur.*

4 Felix qui non habuit animi ſui triſtitiam, *In bonis operibus exequendis:*

5 Et non excidit à ſpe ſua, *quæ eſt certa expectatio beatitudinis, à qua ſpe facit accidia decidere.*

6 Viro cupido. & tena. *Hic remouetur tertium impedimentum, quod eſt immoderata cupiditas terrenorum, quæ radix eſt omnium malorum, vt dicitur. i. Tim. vj. f. propter quod impedit ordinem in Deum: Hoc igitur impedimentum primo remouetur; ſecundo quoddam correlarium infertur, ibi,* Fili ſi habes. *Circa primum dicitur,* Viro cupido, *in male acquirendo,*

7 Et tenaci, *Male retinendo,*

8 Sine ra. eſt ſubſtantia. *i. diuitiæ: quia non proficiunt ſibi; eo quod auaro tam deeſt quod habet quam quod non habet, vt dicit Hier. in epiſtola ad Paulinum: Similiter nec alijs, quibus nihil dat: propter quod nocet auaro quantum ad animam & corpus. Et quoniam ex auaritia naſcitur inuidia, ſequitur,*

9 Et homini liuido ad quid au. *q. d. ad malum ſuum.*

10 Qui aceruat ex animo ſuo iniuſte. *ſcienter & à propoſito iniuſte acquirendo.*

11 Alijs congregat, *nam frequenter vſu diuitiarum priuatur & ab alijs male conſumuntur: ideo ſequitur,*

12 Qui ſibi nequam eſt, *iniuſte acquirendo,*

13 Cui alijs bonus erit? q. d. *nulli. nam per hoc alijs nocet, qui ſuis diuitijs abutuntur.*

14 Qui ſibi inuidet *Qualis eſt auarus, qui ex auaritia retrahit ſibi neceſſaria,*

15 Nihil eſt illo nequius, *quia torquet ſeipſum quantum ad animam & corpus.*

16 Et ſi benefe. *ſicut aliquando contingit, quod inuidus intendens alij nocere, promouet eius bonum: ſicut fecerunt fratres Ioſeph, intendentes eum vendere in ſeruum occaſionaliter fecerunt eum Ægypti dominum.*

17 Et in no. ma. mali. ſuam. *Oſtendens ſe dolere de proximi proſperitate: ideo ſubditur,*

18 Nequam eſt oculus liuidi, *quia non poteſt videre bonum alterius facie recta.*

19 Et deſpiciens animam ſuam, *quia continue affligit eam.*

20 Inſatiabilis oculus cupidi, *nam ex acquiſitis non diminuitur eius cupiditas, ſed augetur: ideo ſubditur,*

21 In par. iniqui. *i. iniquæ acquiſitionis.*

21 Non ſatiabitur, *quia ſemper plus appetit.*

23 Donec conſumat arefa. animā ſuā *i. vitā ſuā cupiditatis ardore.*

24 Et non ſa. pa. *nam ex auaritia nimia non poteſt bonis habitis vti.*

25 Fili ſi habes. *Hic ex dictis infert correlarium, ſ. quod homo habitis bonis vtatur ad bonum virtutis, dicens:* Fili ſi habes, *bona temporalia.*

26 Bene fac tecum, *inde viuendo, decenter ſecundum ſtatum tuum.*

27 Et Deo dignas oblationes of. *ad ſuſtentationes miniſtrorum eccleſiæ & pauperum.*

28 Memor eſto. quo. mors *Poſtquā nullus operari meritorie poterit.*

29 Et teſtamentum inferorum. *i. ordinatio Dei de morte ſingulorum Hebræ. ix. g.* Statutum eſt hominibus ſemel mori. *Et dicitur* teſtamentum inferorum: *nam tempore, quo ſcriptus fuit liber iſte, iuſti deſcendebant ad limbum.*

30 Quia demonſtratum eſt tibi, *dicente Iacob, Geneſis. xxxvij. g.* Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.

31 Teſtamentū enim. *i. hæreditas humana filijs à parentibus legata.*

32 Morte morietur. *i. cito deficiet. Ideo ſubditur,*

33 Ante mortem benefac ami. *Id eſt omni proximo indigenti: nam omnis proximus ex charitate eſt diligendus.*

Alijs

☙ Non

A luxuria, bonorum operũ oblationes Deo offeramus: quia breue eſt ſpatium vitæ in quo operari poſſum⁹: poſt mortem enim, quæ feſtinat, non eſt tempus operandi, ſed mercedem recipiendi: Vnde, *Operamini dum dies eſt: venit enim nox quando iam non licet operari.*

B

a *Iuſtifica animam tuam.* Inter opera. ✠ AVGVSTINVS. Quid eſt vt dicat Salomon, *Iuſtifica animã tuam ante obitum?* Et in Pſalmo, *Non iuſtificabitur, ait, in conſpectu tuo omnis viuens?* Hic iuſtificat animam ſuã ante mortem, qui ſpe vitæ futuræ conſequitur finem ne moriatur impius: ſed Salomõ de eo dicit, qui ſub lege viuit & non cõuerſatur iuſte. Huiuſmodi ergo ſi corrigat animum vt iuſtitiæ vias ambulet, iuſtificat animam ſuam ante mortem. Salomon enim propter iudicium futurum cõſilium dedit ne quis indiligens circa ſe in peccatis moriatur. David vero de perfectione iuſtitiæ locutus

Author quæſt. veteris & noui teſt. quæſt. 22.

Pſ. 142. a 2.

C

abſcondi-tis.

¶ Vbi recipias mercedem.
porrigens da pauperi. Non defraudèris à die bono, & par-
a ¶ Quælibet. b ¶ Boni doni. c ¶ Neſcis cui congregas.
ticulã diei boni non te prætereat. Nónne alijs relinques do-
a ¶ Verbum doctrinæ. b ¶ Opera iuſtitiæ.
a lores & labores tuos? In diuiſione ſortis dã, & accipe: & iu-
a ¶ Emundando per confeſſionem & pœnitentiam, id eſt verbum doctrinæ proximis impende, & bonorum operum exempla relinque, vt recipias præmium vitæ æternæ.
ſtificã animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam,
a ¶ Refectionem vitæ æternæ.
b quoniam non eſt apud inferos inuenire cibũm. ✝ Omnis ca-
a ¶ Species corporis, aut tempore deficit, aut languore conſumitur.
ro ſicut fœnũm veteraſcet, & ſicut folium fructificans in ar-
bore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur: ſic genera-
a ¶ Generatio præterit, & generatio aduenit.
tio carnis & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur. Omne
a ¶ quando anima & corpore pro prauis operibus interibit.
opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit
a ¶ Id eſt, mercedem iuſtitiæ accipiet.
cum illo. Et omne opus electum iuſtificabitur: & qui opera-
a ¶ In regno cælorum. b ¶ Meditatione ſcripturæ & imitatione.
c tur illud, honorabitur in illo. Beatus vir qui in ſapientia mo-
a ¶ Id eſt operibus iuſtitiæ. b ¶ Mentis.
rabitur, & qui in iuſtitiã meditabitur, & in ſenſu cogitabit
a ¶ Deum, qui inſpector eſt cordis non autem humani fauoris. b ¶ Præcepta diuina.
circumſpectione Dei. Qui excogitat vias illius in corde ſuo,
¶ Cæleſtibus ſacramentis.
& in ✝ abſconſis illius intelligens, vadens poſt ✝ illam quaſi
inueſtigator, & in vijs illius conſiſtens. Qui reſpicit per fe-
a ¶ Oculos mentis. b ¶ Teſtimonia ſcripturæ. b ¶ Prædicatorum linguis. c ¶ Aure ſapientiæ.
neſtras illius, & in ianuis illius audiens. Qui requieſcit iuxta
a ¶ Id eſt, ſcripturam ſanctam, qua ſcripturarum ſuperficies legitur. b ¶ Duobus teſtamentis. c ¶ Scribendi ſtudium.
d domũm illius, & in parietibus illius figens pãlum. Statuet ca-
a ¶ Sacerdotij dignitatem.
ſulãm ſuã ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bo-
a ¶ Subditos. b ¶ Vt iuxta ſapientiæ eruditionem irreprehenſibiliter viuant.
na per æuum. Statuet filiós ſuos, ſub tegminè illius, & ſub ra-
mis illius morabitur. Protegetur ſub tegmine illius à feruo-
a ¶ Furore inimicorum. b ¶ Quia per eam habebit vitam æternam.
uorè & in gloriã eius requieſcet.

D

cutus eſt, quia nemo iuſtificabitur apud Deum, vt dignus promiſſione ſit, niſi fuerit mortuus cum iuſtitia. Quamdiu enim viuit futurorum meritum non habet adhuc plenum. Vnde dicit Saluator *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Matt. 10. c.

E

b *Omnis caro ſicut fœnum & veteraſcet, &c.* Sicut fœnum in terra vel folium in arbore naſcitur, creſcit, vireſcit, ſiccatur & deijcitur: ita caro noſtra naſcitur ex progenie parentum, creſcit infantia & pueritia, floreſcit in adoleſcentia, matureſcit in iuuentute, areſcit in ſenectute, deijcitur in morte.

F

✝ illum

c *Beatus vir, &c. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius.* Pſal. 118. a.

d *Statuet ca.* i. doctoris officium agens, ſanæ doctrinæ opera iuſtitiæ coniunget, vt auditores verbo & exemplo inſtruat.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne defraudèris à die bo. *id eſt, feſtiuo, tunc enim magis eſt oblationibus & eleemoſynis inſiſtendum.*
2 Et particula bo. di. &c. *id eſt, te vacuum & otioſum à bonis operibus non relinquat.*
3 Nonne alijs relin. q. d. *melius eſt, quod expandas in bonis vſibus in vita tua.*
4 In diuiſione &c. *Ordinauit enim Deus quod aliqui ſint pauperes & aliqui diuites, vt diuites pauperibus dent temporalia, & pro eis recipiant æterna.*
5 Ante obitum tuum op. iu. *id eſt opera iuſtitiæ legalis, quæ includit omnem virtutem.*
6 Quoniam non eſt apud inferos inuenire cibũ *merendi locum.*
7 Omnis caro ſicut fœnum vete. *id eſt omnis homo cito deficiet.*
8 Alia generantur, & alia deijciuntur, *nam generatio vnius eſt corruptio alterius, & in plantis & animalibus.*
9 Sic generatio carnis & ſan. *id eſt hominum: nam parentibus morientibus filij ſuccedunt in loco eorum, ſecundum ſtatum corporalem.*
10 Omne opus corruptibile, *id eſt ducens ad corruptionem, quod proprie eſt peccatum.*
11 In fine deficiet, *id eſt deficere faciet à beatitudine.*
12 Et omne opus electum, *id eſt meritorium,*
13 Iuſtificabitur, *id eſt à Deo approbabitur tanquam iuſtum.*
14 Et qui operatus eſt, *id eſt pro illo honore cæleſti & æterno.*
15 Beatus vir. *Remotis impedimentis, hic acceditur ad propoſitum tractando de virtutum exercitio ſecundum ordinem in Deum, in quem ordinatur homo per veritatis cognitionem, & peccati deteſtationem. Igitur primo agitur de primo, ſecundo de ſecundo, ſequenti ca. ibi:* Non dixeris. *Prima in duas, quia primo circa veritatis ſapientiam commendatur acquiſitionis actus: ſecundo acquiſitæ rei fructus, in principio ſequentis capituli. Circa primum dicitur,* Beatus vir, *in ſpe,*
16 Qui in ſapientia mo. *meditando diuina, quorum cognitio proprie dicitur ſapientia, quaſi ſapida ſcientia. Et quoniam non eſt tantum de diuinis meditatio ſpeculatiua, ſed etiam extenſione ad opus ſit practica, nam propter amorem dilecti præcipit operari, ideo ſubditur,*
17 Et qui in iuſtitia meditabitur, *reddendo Deo debitum cultum, & proximo ſuo iuſtum conuictum.*
18 Et in ſenſu, *id eſt ſenſate,*
19 Cogitabit circumſpe. Dei. *id eſt, quod Deum circumſpiciunt omnia & vbique. Hebr. iiij. d. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.*
20 Qui excogitat vias illius, id eſt opera Dei, quæ ſunt viæ deueniendo in cognitionẽ eius, *Rom. j. c.* Inuiſibilia Dei à creatura mũdi, *id eſt ab homine*, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas, *ideo ſequitur,*
21 Et in abſconſis illius, *id eſt Dei proprietatibus, quæ ſunt abſconſa ignorantibus.*
22 Intelligens, *præ alijs,*
23 Vadens poſt illam quaſi inue. *id eſt veſtigij eius ſecutor: quod eſt in creaturis.*
24 Qui reſpicit per feneſtras illius. *i. per reuelationes factas in nouo ac veteri teſtamento.*
25 Et in ianuis illius au. *id eſt eccleſia militante, per quam eſt ingreſſus ad triumphantem.*
26 Qui requieſcit iuxta do. il. *firmiter credendo, & ſuauiter contemplando,*
27 Et in pa. il. figens palum, *id eſt ſuum intellectum, ne ad curioſa & vana euagetur.*
28 Statuet caſulam ſuam, *id eſt domicilium ſuum,*
29 Ad ma. il. *ſcilicet Dei; expectando continue dona gratiæ ſuæ, ideo ſequitur.*
30 Et requieſcet in ca. illius bona: *i. gratiæ dona.*
31 Per æuum, *ſcilicet Deum.*
32 Statuet filios ſuos. *i. diſcipulos ſuos.*
33 Sub tegmine il. *erudiendo eos in prædictis.*
34 Et ſub ramis eius. *i. documentis eius.*
35 Morabitur. *meditando & operando.*
36 Protegetur ſub tegmine il. *à feruore vitiorum.*
37 Et in gloria eius re. *per adeptionem præmiorum.*

☞ CAP.

A

## CAP. XV.

QVi timet, &c. Sequitur.

Ioan. 4. b. — a *Aqua ſapi.* RAB. gratia ſpiritusſácti: vnde, *Qui biberit aquã, quã ego dabo vobis, fiet in eo fons aquæ ſaliẽtis in vitã æternã.* i. nõ cedet perſecutioni, vel hæreticę prauitati.

Iacob. 1. b. 1. Pet. p 1.

b *Et in medio ec.* Apoſtolos, prædicatores euangelij ſignificat, B quos Dei ſapientia. i. Chriſtus, eccleſiæ præpoſuit.

c *Homines ſtul. &c.* Pagani, & idololatræ & Iudæi, qui crucifigunt filiũ Dei, ſequentes vmbram legis, & reſpuentes veritatem euangelij: Vel hæretici, qui ſcripturas peruertunt.

d *Et viri vera.* Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

C e *In ore peccatoris.* Hęreticorum, qui doctrinam patrum deſpiciunt, & ſimplices decipiunt. Donum largitatis non inuidet Deus alicui, qui vult omnes homines ſaluos fieri.

Libro 2. contra epiſtolã Parmeniani cap. 12. — ✠ AVGVSTINVS. Sic vnicuique eſt os proprium, nec quiſquam ſine conſenſu cordis ſui ex ore vulneratur alieno. Cum D autem prędicatio peccatoris ore procedit, quærendum eſt cuiuſmodi peccatorem hoc loco ſcriptura ſignificare voluit. Nã & publicanus, qui iuſtificatus eſt magis quã ille Phariſæus, vtique peccator erat. Si enim vera eius peccata non erant, falſa erat cõfeſſio, propter quam iuſtificari etiam meruit, E proculdubio vera erãt peccata. Hęc etiam de oratione sãcti Danielis veriſſimè dixerim. qui profectò veraciter ait, *Cum orarem & cõfiterer peccata mea & populi mei.* In cuius ergo ore peccatoris laus ſpecioſa non eſt, niſi maximè mendacis & ficti quem ſpiritus ſãctus diſciplinæ fugit. F Quem igitur fugit cũ tamẽ loquitur veritatem, non in eius ore ſpecioſa eſt, quia non ei tribuitur cuius particeps non eſt, ſicut ſpecioſa non erat prophetia in ore Caiphæ pontificis ſacerdotum qui neſciunt quid dixit, ſed cũ eſſet põtifex prophetauit: ſed tamẽ per ipſũ ſpecioſa laus eſt Dei in aurib. audiẽtiũ & corde credẽtiũ.

Luc 18. — Daniel. 9.

☞ a Non

## CAP. XV.

¶ Non alius.
QVI timet Deum, faciet †bona: & qui
a ¶ Alias illud. ¶ Executor. b ¶ Vel firmiter teneat.
continẽs eſt iuſtitiæ, apprẽhendet il-
a ¶ Quia gratia Dei nutrit filios.
lã: & obuiabit illi quaſi mâter hono-
a ¶ quia in ea nihil immundum, nihil corruptum.
rificata, & quaſi mulier à virginitâte
a ¶ Corpore Chriſti, vel doctrina verbi Dei.
ſuſcipiet illum. † Cibabit illũ panẽ vi-
a tæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.
a ¶ Id eſt, non cedet perſecutioni, vel hæreticę prauitati.
Et firmabitur in illo, & non flẽctetur: & continebit illum, et
a ¶ qui expectant te, non confundentur, & confundantur omnes qui oderunt te.
b ¶ Gregem doctorum.
nọn confundetur: & exaltabit illum apud proximôs ſuos.
a ¶ Vt dicant quæ intelligunt.
b Et in medio eccleſiæ apèriet os eius, et adimplebit † illum
a ¶ quo ſapiunt & intelligunt. b ¶ Dignitatem ſacerdotii.
ſpiritũ ſapientiæ & intellectus, & ſtõlam gloriæ † veſtiet
a ¶ Id eſt, abunde dedit, vt aliis impertiri poſſit.
illum. Iucunditatem & exultationem thẽſaurizabit ſuper il-
a ¶ Alias æternitatis. b ¶ Quia filius Dei vocabitur. c ¶ Hæritici.
c lum, & nomine ætẽrno hæreditâbit illum. Homines ſtulti
a ¶ Spiritus diſciplinæ effugiet fictum. b ¶ Catholici religioſi.
c ¶ Obediendo, quibus ipſa obuiat monendo & promouendo.
nôn apprehendent illam, et hominẽs ſenſati obuãibunt illi.
¶ Hæretici.
Homines ſtulti non videbunt eam longe enim abeſt à ſu-
¶ Hæretici, qui veritatem contemnunt. a ¶ Chatholici.
perbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius mẽmores, &
a ¶ Credendo, meditando, operando. b ¶ Profectum virtutum.
d viri verâces inuenientur in illa, et ſucceſſũm habebũt vſque
a ¶ Contemplationem. b ¶ Deo placita. c ¶ Prædicatio.
e ad inſpectiõnem Dei. Non eſt ſpecioſa lâus in ore peccato-
a ¶ ¶ Hæretici. b ¶ Quia diſperdet do. vniuerſa labia doloſa, & ling. magniloquam.
¶ Nata.
rĩs: quia non eſt à domino miſſus: quoniãm profecta eſt à
a ¶ Patre. b ¶ Dei filius. ¶ Omnis ſapientia à domino Deo eſt.
Deô ſapientiã. Sapientiæ enim Dei aſtabit laus, & in ore fi-

† illa — † Cibauit

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. XV.

QVi timet Deum. *Hic conſequenter deſcribitur acquiſitę rei fructus. Et diuiditur in duas partes: nam oſtenditur primo quibus & qualiter iſte fructus conceditur; ſecundo quibus denegatur, ibi,* Homines ſtulti. *Circa primum dicitur,*

1 Qui timet Deum fa. il. *ſ. quod prædictum eſt de inquiſitione ſapientiæ.*

2 Et qui con. eſt iuſt. *id eſt tenens eam in corde ſimul & opere:*

3 Apprehendet illam, *ſcilicet ſapientiam diuinam:*

4 Et obuiabit illi, *nam præoccupat eos qui ſe concupiſcunt, vt illis prior ſe oſtendat, Sapien. vi.*

5 Quaſi honorificata, *id eſt omni honore digna. Et quia facit honorabiles illos, quibus accedit.*

6 Et quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum. *tanquam ſponſum gratioſum.*

7 Cibabit illum pane vitæ. *i. verbo ſacræ ſcripturæ. Matth. iiij. a.* Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

8 Et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum, *id eſt gratia ſpiritusſancti, de qua Iohan. iiij. b.* Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei non ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

9 Et firmabitur in illo, *Deo firmiter adhærendo,*

10 Et non flectetur, *à rectitudine iuſtitiæ:*

11 Et continebit illum, *id eſt Deus tenebit eum ſecum per perſeuerantiam in bono.*

12 Et non confundetur *Cum reprobis, ſed honorabitur cum electis, ideo ſequitur.*

13 Exaltabit illum apud proximos, &c. *i. apud ſanctos ſuos: qui ſunt Deo propinqui. Et quia talis non ſibi proficit ad ſalutem; ſed etiam alijs, Sequitur,*

14 Et in medio eccleſiæ aperiet, &c. *ad docendum populum.*

15 Et adimplebit eum ſpiritu, &c. *ad deguſtandum diuina.*

16 Et intellectus, *ad proponendum ea lucide in eccleſia.*

17 Et ſtola, &c. *i. ſacerdotali dignitate.*

18 Veſtiet illum. *quod frequenter in eccleſia contingit. Vel, ſtola gloriæ, id eſt gloria corporis & animæ, quod ſemper fit perſeuerantibus in exemplari vita & ſalutari doctrina. Et quoniam ex ſalute auditorum augetur gloria doctorum, ſequitur,*

19 Iucunditatem & exultationem theſauri. &c. *i. multiplicabit. Et quoniam hæc gloria non eſt tranſitoria, ſubditur,* Et nomine æterno, &c.

20 Homines ſtulti. *Hic conſequenter oſtenditur quibus ſapientia diuina denegatur. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo cum hoc oſtenditur, quibus ex ſuo merito conceditur. Dicit igitur.* Homines ſtulti, *id eſt ſuperbi, vnde dicitur ſtultus ab extollo, quoniam inaniter ſe extollit.*

21 Non apprehendet illam, *propter ſuam ſuperbiam:*

22 Et homines ſenſati, *id eſt recurrentes ad auxilium Dei.*

23 Obuiabunt illi. *Matthæi xi. d.* Confitebor tibi pater domine cæli & terræ quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus *in oculis ſuis*, & reuelaſti ea paruulis: *ex hoc patet quod ſubditur,* Homines ſtulti, &c. *Et patet.*

24 Viri mendaces non erunt illius memores, *quia non cogitant de illa. Frequens autem meditatio de aliquo firmat memoriam de illo.*

25 Et viri veraces inuenientur, &c. *Nam ab ipſa omnis veritas vitæ iuſtitiæ & doctrinæ.*

26 Et ſucceſſum. *id eſt proſperitatem,*

27 Habebunt vſque ad inſpectionem Dei *id eſt claram viſionem in patria.*

28 Non eſt ſpecioſa laus &c. *id eſt Deo placita.*

29 In ore peccatoris, *quod eſt pollutum, quia non eſt à domino miſſus Pſal. xlix. e.* Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, &c.

30 Sapientiæ enim Dei, *id eſt data à Deo doctori.*

31 Aſtabit laus, *nam laudabile eſt à Deo & hominibus.*

32 Et in ore fideli abundabit. *nam ſibi & alijs proficit.*

Et

✠ Et domi.

a *Non dicas.* RABA. Non ſunt mala noſtra Deo imputanda, cui non ſunt neceſſaria: *Deus intentator malorum eſt.*

Iacob 1.b. b *Conſti. ho.* ad imaginem. & ſimilitudinem ſuam, & liberum arbitrium dedit ei.

c *Si vo. man.* Id eſt ſi volueris implere opera & mandata Dei, habebis conſolationem: ſi contempſeris, gehennæ ardorem.

Aug. de gratia & libero arbitrio cap. 16. ✠ AVG. Certum eſt nos mandata ſeruare ſi volumus; ſed quia præparatur voluntas à domino, ab illo petendum eſt vt tantũ velimus, quantum ſufficit vt volendo faciamus. Certum eſt nos velle cùm volumus; ſed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum eſt quod paulò antè poſui *Præparatur voluntas à domino*; (Prouerb. 8 ſecũdũ 70.) de quo dictum eſt, *A domino greſſus hominis dirigẽtur, & viã eius volet*; (Pſal 36.) de quo dictum eſt, *Deus eſt qui operatur in vobis & velle.* (Philip. 2.) Certum eſt nos facere cùm facimus; ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati, qui dixit, *Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis.* (Ezech. 36.) Cùm dicit, *faciam vt faciatis*, quid aliud dicit, *niſi auferam à vobis cor lapideum*, vnde non faciebatis: *& dabo cor carneum*, vnde faciatis? Et hoc quid eſt, niſi auferam cor durum, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens vnde faciatis? Ille facit vt faciamus; cui dicit homo, *Pone domine cuſtodiã ori meo*: (Pſal. 140.) hoc eſt enim dicere, fac vt ponam cuſtodiam ori meo, quod beneficiũ Dei iam fuerat conſecutus qui dixit, *Poſui ori meo cuſtodiam.* (Pſal. 38.)

† implanabit † illum

¶ Fideli ſeruo.

deli abundabit, & dominator dabit eã illi. Non dixeris: Per

a ¶ q.d. Serua mandata, & Deus dabit illam tibi. ¶ Periculum.

Deum ab eſt: quæ enim odit, ne feceris. Non dicas: ille me

¶ Falſum eſt.

† implanauit: non enim neceſſarij ſunt ei homines impij.

a ¶ Sicut omnem errorem deteſtatur Deus, ſic & qui timent eum.

Omnẽ execramentum erroris odit dominus, & non erit

amabile timentibus † Deum. Deus ab initio conſtituit ho-

a ¶ Poteſtate arbitrij. ¶ Ne de ligno vitæ comederet.

minem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit man-

a ¶ ab inſidijs diaboli.

data, & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare, con-

a ¶ Vnde: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. ¶ Vel bunt.

ſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appo-

a ¶ Refrigerium. b ¶ Tribulationem. c ¶ Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

ſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum

a ¶ Aeterna. b ¶ Infinita. c ¶ Omnis arbor quę non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod

placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa ſapientia Dei & for-

a ¶ Ad quos reſpicit miſericordiæ eius, quia ea reſpicit quæ placent ſibi: vnde, Nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.

tis in potentia, & videns omnes ſine intermiſſione. Oculi

domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam

a ¶ Non eſt Deus autor peccatorum.

hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit

ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem fi-

liorum infidelium & inutilium.

d *Quoniam multa ſa.* RAB. Nullus poteſt præſcientiã Dei effugere: omnia enim ei nuda & aperta, vnde, *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* (Heb 4 d. Pſal. 138 b.) Neceſſe eſt ergo, vt nihil faciat homo, niſi quod dignum ſit cõſpectui diuino.

e *Nemini man.* Non eſt autor Deus peccandi, nec ſpatium concedit in quo homo impunè peccare poſſit: ſemper bona præcipit, & mala interdicit. Solummodo placet ei quod bonum eſt, infidelitas autem & inutilitas diſplicet, *quoniã iuſtus Deus, & iuſtitias dilexit.* (Pſal. 10. b.)

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA

1 Et dominator dabit, *augendo in ipſo donum ſpiritusſancti.*

2 Non dixeris. *Poſtquam autor induxit ad Dei cognitionem, hic conſequenter inducit ad peccati deteſtationem: Et diuiditur in duas partes, quia primò inducit ad hoc ratiocinando; ſecũdo, deprecando, c. xxiij. Prima adhuc in duas: quia primò inducit ad hoc ex cauſa peccati, ſecundò ex actu peccandi. xix. ca. Prima adhuc in duas, quia primò declarat cauſam peccati ſiue principium; ſecundo ponit peccati remedium. xvij. c. ibidẽ,* Eleemoſyna viri. *Prima adhuc in duas, quia primò remouet errorem: ſecundo docet veritatem, ibi,* Deus ab initio. *Circa cauſam peccati aliqui errauerunt, attribuentes eam Deo. Vno modo negatiuè. ſcilicet eò quòd non dedit homini virtutẽ, per quã poſſet peccatũ cauere: quod remouet dicens,* Non dixeris per Deũ abeſt. *ſcilicet mihi virtus vitandi peccatum.* 3 Quæ enim odit Deus, *ſcilicet peccata,*

4 Ne feceris, *hoc errore deceptus. Alio modo poſitiuę, eò quòd Deus dederit homini fomitem peccandi, Quod remouet, dicens,*

5 Non dicas, ille me impla. *id eſt errare me fecit. Et dicitur ab in & planos, quod eſt error ſiue deceptio. Ad quod ſubditur ratio,*

6 Non enim impij. *id eſt peccatores: propter quod non dedit fomitem peccandi, ſed homo incurrit illum ex ſua culpa, propter quam ſublata eſt ei iuſte originalis iuſtitia, quæ conſeruabat inferiores vires animę ab omni rebellione contra rationem. Homo etiam deſtitutus originali iuſtitia, per rationem poteſt reprimere inordinatos motus partis ſenſitiuæ quæ nata eſt rationi obedire, vt patet non ſolùm per dicta ſanctorum, ſed etiam philoſophorum, vt j. Ethi.*

7 Omne execramentum erroris odit do. *id eſt omnis error, qui eſt Deo execrabilis, & etiam hominibus bonis. ideo ſubditur,*

8 Et non erit ama. timẽtib. Deum. *ſcilicet hominibus pijs et iuſtis,*

9 Deus ab initio. *Hic conſequenter de cauſa peccati determinat veritatem. Circa quod oſtendit primò, quod à Deo eſt potentia conſeruandi iuſtitiam: ſecundò oſtendit hominem eſſe peccati cauſam, ibi* Appoſuit tibi; *tertio remouet à Deo cauſalitatem iſtam, ibi,* Nemini. *Circa primum dicit,* Deus ab initio conſtituit hom, *ſuper creaturam inferiorem.* 10 Et reliquit il. *non eſt per hoc intelligendum quod ſubtraxerit ei conuerſationẽ ſuam & gubernationem, quia ſtatim cecidiſſet in nihilum: ſed quia fecit eum arbitrio liberum; quæ libertas, eſt conſeruandi iuſtitiam poteſtas. Nam poſſe peccare, non eſt libertas, nec pars libertatis: ſed eſt defectus ſequens liberum arbitriũ, eò quòd eſt de nihilo.*

11 Adiecit man. *id eſt ſuper liberum arbitrium, quo poteſt iuſtitia conſeruari; addidit legem naturalem impreſſam homini, quæ dirigit ad conſeruationem iuſtitię, & ſic adiuuat.*

12 Si volueris man. *q. d. hoc eſt in tua poteſtate,*

13 Conſer. *ad vitã gloriæ. Matt. xix. c.* Si vis ad vi. ingre. ſer. man.

14 Appoſuit tibi aquam & ignem. *Hic conſequenter oſtendit peccatum eſſe ab homine, dicens,* Appoſuit tibi aquam & ignem, *id eſt refrigerium gloriæ, & pœnam gehennæ: Primum promittendo, et per conſequens attrahendo ad ipſum; Secũdum vero comminando, et per conſequens ab ipſo peccato deterrendo & retrahendo; & ſic intelligendum eſt de ſequentibus; cũm dicitur,*

15 Ante hominem vita, *gratię* 16 Et mors, *culpæ:*

17 Bonum, *meritorium,* 18 Et malum, *demeritorium;*

19 Quod placuerit ei, *id eſt in poteſtate eius eſt, ad bonum tendere, & à malo declinare. Et ſubditur cauſa,*

20 Quoniam multa ſapien. *Ex magnitudine enim ſuę ſapientiæ proceſſit, quod naturam angelicam et humanam bonam, ſed mutabilem fecit: vt qui permanere nollent, ruerent; & qui conditione innocentię conſiſterent, tanto in ea iam dignius, quanto & ex arbitrio ſtarent firmius; & eo maioris meriti apud Deũ fierent, quo multabilitatis ſuæ motum voluntatis ſuæ ſtudio fixiſſent, ſecũdum quod dicit Grego. de Angelis. Mora. lib. v.* (Naturá angelica & humana, quare mutabiles ſũt creatæ.)

21 Et fortis. *ad præmiandum ſtantes, & puniendum cadentes.*

22 Videntes omnes ſine inter. *nudè & clarè, ſpeciali tamen modo iuſtos: nam videt ad bonum ipſorum, ideo ſequitur,*

25 Oculi domini, *id eſt oculi ſuę miſericordię,*

24 Ad timentes eum, *timore filiali,*

25 Nemini man. *Hic conſequenter oſtendit, Deum non eſſe cauſam peccati. Et hoc oſtendit duplici via: Secunda ponitur ca. ſe. ibi.* In ſynagoga. *Prima adhuc in duas quià primo probat propoſitum: ſecundo infert quoddam correlarium in principio ſequen. ca. Circa primũ facit talem rationem, Peccatum ſubditi imputatur domino, vel pręcipiẽdo illud fieri, vel licentiando de fiendo. Neutrum competit Deo, ergo, &c. Dicit igitur,* Nemini mandauit impiè, *bene tamen pręcipit fieri aliquid quod eſt iuſtum, quod tamen impiè agitur, ſicut per Nabuchodonoſor captiuauit filios Iſrael in pœnam ſuæ idololatriæ; Nabuchodonoſor tamen hoc fecit impia voluntate, quæ quidem impietas non fuit à Deo, ſed à malitia Nabuchodonoſor.*

26 Et nemini dedit ſpatium, *id eſt licentiam,*

27 Peccãdi, *ſed ſemper prohibuit; & ſubditur cauſa,* 28 Non enim cõcup. mult filios. *id eſt, imitantiũ patres in infidelitate reſpectu Dei.*

29 Et inutilium, *id eſt nocinorum reſpectu proximi. Minus enim di-*

## NICOLAVS DE LIRA.

An Deus ſit cauſa peccati

cendo plus ſignificat. Non obſtantibus autem prædictis poſſet argui, quod Deus ſit cauſa peccati: quia illud quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati; Deus autẽ eſt cauſa efficiens liberi arbitrij, quod eſt cauſa peccati, vt dictũ eſt, ergo, &c. Et cõfirmatur ratio, quia liberũ arbitriũ æqualiter ſe habet ad virtutem & vitium, vt videtur ex prędictis, actus autem ipſius virtuoſus reducitur in Deum, ſicut in cauſam; ergo & vitioſus. Dicendum, quòd Deus nullo modo eſt cauſa peccati nec in ſe, cũ ſit prima regula iuſtitię; nec in altero. Aliquid enim eſt cauſa peccati alterius dupliciter, Vno modo directè inducendo ipſum ad peccatum, Alio modo indirectè, cum ipſum à peccato non retrahit, cum tamen poſſit. Primo modo, Deus non poteſt eſſe cauſa peccandi hominibus, quia peccatũ conſiſtit in receſſu à Deo, cuius receſſus Deus non poteſt eſſe cauſa, nam omnis cauſa ſuos effectus ad ſeipſam conuertit. Similiter nec ſecũdo modo, quia carentia pręſeruationis alterius à peccato non imputatur, niſi ei, qui ad hoc obligatur. Sicut periclitatio nauis per abſentiam gubernatoris, non imputatur niſi ei, qui ad eius gubernationẽ aliquo modo tenetur. Deus autem nulli obligatur: & ideo ſi non pręſeruat aliquem à peccato, quem poſſet pręſeruare, nullo modo eſt propter hoc cauſa peccati; quia totum hoc facit ſecundum ordinationem ſuę ſapientiæ & iuſtitię, per quas ex malis elicit bona. Ad primum dicendũ, quod effectus cauſę mediæ non reducitur in cauſam primam, niſi effectus procedat à cauſa media ſecundum ordinem, ſecundum quem eſt à cauſa prima: ſicut factum ſerui non imputatur domino, niſi procedat ab eo ſecundum ordinem inſtitutum à domino, peccatum autem non egreditur à libero arbitrio ſecundum ordinem quo liberum arbitrium eſt à Deo, quod à Deo non eſt ordinatũ niſi ad bonum, quod autem procedit ad malum, hoc eſt ex defectibilitate propria. Et per hoc patet ad ſecundum, nam liberum arbitrium, prout eſt à Deo, non vniformiter ſe habet ad bonũ actũ & vitioſum. Sciendum tamen ad maiorem declinationẽ, quod peccatum ſeu actus vitioſus duo dicit, ſcilicet actualitatem, & vitioſitatem. Primum eſt à Deo qui eſt actus purus & primus: Secũdum autem à libero arbitrio, & non eſt à Deo, ſicut in claudicatione quicquid eſt ambulationis, eſt à virtute motiua: defectus autem claudicationis reducitur in curuitatem tibię ſicut in cauſam, & non in virtutem motiuam.

A CAP. XVI.

a NE iucunderis in filiis impiis. ſi multiplicen. Sequitur:

b Ab vno ſenſato inhabitabitur patria RABA. qui ſecundum Sanam regulã ſcripturæ fide & opere permanet in ſemita iuſtitię. B

c A tribus Impijs deſeretur. ſcilicet qui cogitatione, locutione, opere ſeipſos ſequeſtrant à ſocietate bonorum. C

† horum

d Multa talia vidit oculus meus, & fortiora. Quantò quis ardẽtius legem Dei diſcit, tantò magis illuſtratur lumine ſcientiæ: vnde, Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui me diligit. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. (Ioan. 14. c.) D E

e Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti. RABA. Antiqui gigãtes, deſiderijs terrenis irretiti, & ſarcina peccatorum grauati; vel hæretici, qui confidunt in virtute ſua, & in diuitijs Dialecticæ & Rhetoricæ gloriantur. F

† alia.

## CAPVT XVI.

¶ Diſcipulis inobedientibus.
a NE iucunderis in filijs impijs, ſi multiplicentur, 1
a ¶ Filialis vel ſeruilis, qui eſt initium ſapientiæ.
nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei
in illis. Non credas vitæ illorum, & ne reſpe- 2
a ¶ Quia inutiles. ¶ Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & Proijce abs te. 3
xeris in labores illorum. Melior eſt enim vnus 4
a ¶ Priuatum ſine magiſterio. 5
timens Deum, quàm mille filij impij. Et vtile eſt
a ¶ Diſcipulos. b ¶ Diſcordiæ. c ¶ Chatolico populo, qui in vnitate fidei conuerſatur. 6
b mori ſine filijs quam relinquere impios filios. Ab vno ſenſato inha-
c a ¶ Eccleſia. b ¶ Hæreticis oppugnantibus fidem ſanctæ trinitatis. 7
d bitabitur patria, & à tribus impij deſeretur. Multa † talia vidit ocu- 8
lus meus, & fortiora † his odiuit auris mea. In ſynagoga peccantium
¶ Vltionis. a ¶ Diuinę indignationis. 9
e exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira. Non exora- 10
uerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes. qui deſtructi ſunt confi- 11
a ¶ Quia alieni ſunt à Chatolica fide. 12
dentes ſuæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum, ſed per- 13
a ¶ Quia ſcilicet ſuperbiunt in peccatis ſuis, & contemnunt iudicium Dei. 14
cuſſit eos, & execratus eſt illos præ ſuperbia verbi illorum. Non
miſertus eſt illis, gentem totam perdens, & extollentem ſe in ſuis 15
a ¶ Qui exierunt de Aegypto, & pro duritia cordis ſui proſtrati ſunt in deſerto. 16
peccatis. Et ſicut ſexcenta milia peditum, qui congregati ſunt in du- 17
a ¶ Superbus. 18
ritia cordis ſui & ſi vnus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. 19

Miſe-

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XVI.

1 NE iucunderis in filiis impiis. In fine pręcedentis capituli dixit autor, quod Deus non concupiſcit multitudinem filiorum malorum: ideo concluditur ex hoc correlarium, ſcilicet quod parentes boni ſiue corporales, ſiue ſpirituales, cum in hoc Deo debeant cõformari, non debent de multitudine talium filiorum lætari. Et patet litera vſque ibi.

2 Non credas vitæ illorum, credendo quòd emendari debeant in ſenectute, nam hoc eſt valde rarò. Prouerb. xxij. Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur, et cum ſenuerit, non recedet ab ea.

3 Et ne reſpexeris in la. id eſt, quod debeant pro te laborare in ſenectute tua, ratione dicta.

4 Melior eſt enim vnus timens Deum, Hæc eſt comparatio abuſiua, quia tantò plures ſunt mali, tantò peius eſt; ideo ſequitur,

5 Et vtile eſt mori ſine filiis, quàm relin. id eſt vtilius.

6 Ab vno ſenſato inhabita. patria. id eſt hæreditas à patre derelicta.

7 Et à tribus impiis deſeretur. quia quanto plures ſunt tales, tantò citius alienabitur per venditionem vel foroſacturam.

8 Multa talia vidit oculus meus, quaſi diceret: Mihi credendum eſt, nam in talibus & maioribus ſum expertus.

9 In ſynagoga peccantium exardebit ignis. Hic conſequenter ponitur ſecunda via ad probandum, quòd Deus non ſit peccati cauſa, quæ procedit ex diuina iuſtitia: propter quod primo ponitur iuſtitię diuinæ rigor, ſecundo circa hoc remouetur error, ibi, Non dicas. prima adhuc in duas, Nam primo declaratur rigor diuinę iuſtitiæ: Secundo ſubditur temperamentum ſuæ miſericordiæ, ibi, Miſericordia enim. Circa primũ ponitur talis ratio, Nullus ſapiens & iuſtus punit id quod facit: Deus autem punit peccatores & puniet, vt patet ex decurſu veteris ac noui teſtamenti; igitur cùm ſit ſapiens & iuſtus, non eſt cauſa peccati. Huius rationis ſupponit maiorem tanquam notam, & ponit minorem dicens, In ſinagoga peccantium exardebit ignis. diuinæ punitionis. Et inducit ad hoc exemplum de diluuio, dicens,

10 Nõ exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui Gigantes. qui erant tempore Noe, vt habetur, Gen. vj. c.

11 Qui deſtructi ſunt, in diluuio,

12 Confidentes ſuæ vir. quod non poſſent per diluuium ſic puniri propter quod non credebant Noe prædicanti.

13 Et non pepercit peregrinationi illorum, id eſt, eorum vita, quæ eſt quædam peregrinatio ſuper terram.

14 Sed percuſſit eos, in diluuio ſubmergendo,

15 Gentem totam perdens, quia ſolus Noe remanſit cum filiis ſuis, & vxoribus eorum. Gen. vij. Conſequenter ponit aliud exemplum de filiis Iſrael in deſerto, qui propter rebellionem ſuam mortui ſunt in deſerto, vt habetur, Num. xiiij. dicens,

16 Et ſicut ſexcenta milia pe. Exod. xij.

17 Qui congregati ſunt, volentes in Ægyptum reuerti, Num. xiiij. Sed quia poſſet aliquis dicere, propter hoc puniti fuerunt, quia erant in tanta multitudine, ideo ſubditur,

18 Et ſi vnus fuiſſet ceruicatus, id eſt, ſi vnus ſolus fuiſſet Deo rebellis,

19 Mirum ſi fuiſſet immunis, à pœna: nam & Cain, qui fuerat ſolus peccator, fuit à Deo punitus.

A a *Miſericordia enim & ira cum illo:* RAB. diuina cēſura ęqualitatem ſeruat, nec vni nec pluribus parcit: nullum peccatum dimittitur impunitum aut homo enim aut Deus puniet. Qui intendit cuſtodire mandata Dei in tem-B pore huius peregrinationis, & peccata purgare cum gemitu & lachrymis, cōſolationem habebit; vnde, *Beati qui lugent, quoniam, &c.* (Matt. 5.a.) Et alibi, *Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam & iuſtitiam et gloriam.* (Prou. 21.b.)

C b *Non dicas, à Deo abſcondar.* Reprehēdit eos, qui Deū credunt non curare mortalia: vnde Eliphaz, *Quid enim nouit Deus? Et quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat.* (Iob. 22.b.) Hinc Paulus ait, *Viuus eſt ſermo* (Heb. 4.1.) *Dei*

a ¶ Super timentes eum. b ¶ Super contemptores. c ¶ Apud eum multum valet deuota oratio. d ¶ Super impœnitentes.

a Miſericordia enim & ira cum illo: potens eſt exoratio, & effun-

a ¶ Vniuerſę viæ domini miſericordia & veritas.

dens iram ſecundum miſericordiam ſuam, ſic correctio illius ho-

a ¶ Reddet vnicuique ſecundum opera ſua. b ¶ Vindictam.

minem ſecundum opera ſua iudicat. Non effugiet in rapinam

a ¶ Quia patientia pauperum non peribit in finem, ſed digne remunerabitur: vnde, Beati miſericordes: quoniam, &c.

peccator, & non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.

a ¶ Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam.

Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum

operum ſuorum: & ſecundum intellectū peregrinationis ipſius.

b Non dicas: A Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memora-

bitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea

a ¶ Cæleſtis militia angelicas virtutes intelligit, de quibus dicitur: Laudate eum cæli cælorum. b ¶ Infernus.

c in tam immenſa creatura? Ecce cælum & cæli cęlorum, abyſſus

a ¶ Creatura terrena.

& vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commo-

a ¶ Terrore. b ¶ Maiores principes. c ¶ Minores. d ¶ Conſilia hominum.

uebuntur: montes ſimul & colles & fundamenta terræ, & cùm

¶ Qui creauit.

conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his

a ¶ Superborum. b ¶ Cui nihil occultum. c ¶ Profunditatem conſilij.

inſenſatum eſt cor, & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius

a ¶ Potentiam iudicij.

quis intelligit: Et procellam, quam nec oculus videbit hominis?

a ¶ Quia incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.

Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis: ſed opera iuſtitiæ

d eius quis enuntiabit? aut quis ſuſtinebit? Longè enim eſt teſta-

a ¶ Vt in fine, quando omnes reddent rationem pro animabus ſuis.

e mentum à quibuſdam, & interrogatio hominum in conſummā-

a ¶ Recedens à veritatis tramite. b ¶ Falſa pro veris componit dogmata.

tione eſt. Qui minoratur corde, cogitat inania, & vir imprudens,

*Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animę ac ſpiritus, Compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis.* (D)

c *Ecce cęlum, & cęli cælorum.* Q. Si maiora pro voluntate ſua diſpenſat, & cōprehendit: minora eum latere nō poſſunt, ad cuius nutum omnia pauent & contremiſcunt; & non eſt qui poſſit eius reſiſtere voluntati. (E)

d *Et opera iuſtitiæ.* Nemo enūtiare poteſt altitudinem iuſtitiæ eius, nec ſuſtinere iuſtitiæ diſtrictionem. (F)

e *A quibuſdam; & interrogatio hominū in conſummatione eſt.* idololatris, hæreticis, vel falſis catholicis: vnde, *Non enim auditores legis iuſtificantur, ſed factores.* (Rom. 2.b.)

Et

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Miſericordia enim. *Hic conſequenter ponitur temperamentum diuinæ miſericordię, cum dicitur,* Miſericordia enim, *parcens,*

2 Et ira, *puniens,*

3 Cum illo, *ſcilicet in Deo: in quo miſericordia & iuſtitia ſemper concomitantur.*

4 Potens eſt exoratio, *id eſt, deprecatio iuſtorum potens eſt apud Deum: quia relaxat, vel ſaltem temperat pœnam comminatam; ideo ſubditur,*

5 Et effundens iram, *id eſt, faciens inferre pœnam,*

6 Secundum miſe. *id eſt cum temperamento diuinæ miſericordiæ.*

7 Sic correctio, *id eſt punitio cuiuſcunque hominis, nam* illius *hominis ponitur hic pro indiuiduo vago.*

8 Secundum opera ſua iudicat, *id eſt punit.*

9 Non effugiet, *punitionem Dei.*

10 In rapinam, *id eſt homo crudelis exercens peccatum rapinæ.*

11 Et non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis, *patientiam miſericordis viri aduerſa patientis, quin à Deo remuneretur tempore opportuno.*

12 Omnis miſericordia, *tam maior quàm minor,*

13 Faciet locum vnicuique ſe. *quibus correſpondet præmium.*

14 Et ſecundum intellectum peregrinationis ipſius, *id eſt, ſecundum intentionem, quam habet in præſenti vita, quæ dicitur peregrinatio hominis.*

15 Non dicas: A Deo abſcondar. *Hic circa diuinam iuſtitiam remouetur error qui primò diſſuadendo proponitur: Secundò, propoſitus deſtruitur, ibi,* Ecce cælum: *Tertiò, ad contrariam veritatem diſcipulus inducitur, ibi,* Audi me fili. *Circa primum ſciendum, quod aliqui errantes dixerunt diuinam prouidentiam ad hęc inferiora non extendi, nec per conſequens eius iuſtitiam; ex quorum perſona dicitur Iob. xxij. b.* Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat. *Alij verò dixerunt, quod licet eius prouidentia ſe extendat ad hæc inferiora, hoc tamen eſt in generali tantum, quia ſecundum eos non habet notitiam ſingularium, ne vileſcat eius intellectus. Et ſecundum primum errorem, ſimiliter & ſecundum tolleretur punitio peccatorum, quæ reſpicit facta particularia. Diſſuadendo igitur primum errorem dicitur,* Nō dicas, A Deo abſcondar; *quia non habet mei notitiam. Et ſubditur ratio ſecundum eorum:*

16 Et ex ſummo, *id eſt de cælo,*

17 Quis mei memora. *q.d. Deus habet notitiam tantum de ſuperioribus; diſſuadendo ſecundum dicitur:*

In po-

18 In populo magno non agnoſcar, *reſumatur.* Non dicas in populo magno. *q.d. Deus non habet notitiam ſingularium.*

19 Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura. *q.d. nihil; propter quod videretur intellectus Dei vileſcere, ſi cognoſceret eam in ſingulari.*

20 Ecce cælum. *Hic remouetur error prędictus, per hoc quòd Dei effectus attingit à ſummo cælo vſque ad centrum terræ, quātum ad omnia, quæ in eis ſunt particulariter; ipſe verò non agit à caſu, ſed ſciēs & cognoſcens, ergo, &c. Et hoc quod dicitur,* Ecce cælum, *aereum,*

21 Et cæli, *id eſt, cęlum ſydereum, cryſtallinum & empyreum,*

22 Abyſſus, *id eſt oceanus;*

23 Et vniuerſa, *commouebūtur. Nam eius actio pertingit ad omnia.*

24 Et cum conſpexerit, *ſua ordinatione volens aliquid agere,*

25 Tremore concutien. *id eſt, obedient ei ad nutum: vnde frequenter viſum eſt aliqua fieri in ipſis contra naturæ ſolitum curſum, vt in deſcenſu ignis in Sodomorum punitione, Gen. xix. Et in eleuatione aquę grandis quindecem cubitis ſuper cacumina montium in diluuij inundatione, Gen. vij.*

26 Et in omnibus his inſen. eſt cor. *ſcilicet negantis diuinam ſcientiam & iuſtitiam extendi ad peccatorum punitionem.*

27 Et omne cor, *iuſtum et iniuſtum,*

28 Intelligitur ab illo, *perfectè.* 9 Et vias il. *ſcilicet Dei,*

29 Quis intel. *q.d. nullus, niſi valde imperfectè.*

30 Et procellam, *quia frequenter fit tempeſtas in locis ab omni habitatione hominum remotis, & ſic non poteſt videri ab eis.*

31 Nam plurima op. illius ſūt in abſcōſis. *id eſt celata hominibus.*

32 Sed opera iuſt. eius quis nūtiab. *q.d. nullus, quia iudicia Dei ſūt abyſſus multa.* 33 Aut quis ſuſti. *q.d. pauci: qui poſſunt ſuſtinere, ſunt in numero minori; ideo ſubditur,*

34 Longè enim eſt teſta. *vetus et nouum.*

35 A quibuſdam, *id eſt ab omnibus infidelibus; & à pluribus credentibus eſt longè quantum ad operationē, licet non quantum ad cognitionem.* 36 Et interrogatio hom. in conſummatione eſt. *id eſt reſeruatur in finali iudicio, vbi de omni verbo otioſo reddent homines rationem, vt dicitur Matt. xij. c. Et multò fortius de omni facto.*

37 Qui minoratur corde, *Ille corde minoratur, qui fine in bonis temporalibus conſtituit, quæ ſunt homine minora.*

38 Cogitat in. *nam cogitationes ſuę deficiūt à debito finē, & ſic ſunt inanes; ſicut medicina dicitur inanis, quę deficit à ſanitate introducenda.*

39 Vir imprudens, *id eſt, in agibilibus deficiens, quorum agibilium prudentia eſt, quæ eſt recta ratio rerum agibilium.*

a *Et dicam in æquitate.* RABA. Qui intento corde deſiderat notitiam veritatis habere, intellectum ſobriũ cum effectu virtutũ cupit in lege Dei percipere: & ad gratiam Dei poteſt pertingere, vt ſciat operum Dei rationem, quæ ab initio ordinauit, & in ſtatu rectitudinis permanere decreuit. Sed quia pars creaturæ diabolo conſentiens cecidit, autoris potentia ſurrexit. Quia enim mirabiliter per verbum ſuum hominẽ cõdidit: per ipſum mirabilius reparauit, & de cætero ſanctè & iuſtè viuere docuit, vt † quod origo non cuſtodierat, reparatio conſeruaret; hoc aliquo modo ſecundum hiſtoriam explicat, ſed ſtatum ſanctæ eccleſiæ apertè manifeſtat.

† quem

B

C

† anguſtiauerit.

b *Diſtinxit partes illorum.* Singularũ gentium originem per diuerſas partes mundi diſcreuit, vt quæque gens parentis ſui vocabulo denominata proprias ſedes poſſideret. Myſticè autem diuina ſapientia eccleſiam inſtituens, per totius orbis partes dilatauit, & in ſingulis gentibus collocauit: vt in diuerſis locis diuerſa nomina vendicaret ſibi, vnde Ioannes in Apocalypſi, *Angelo Smyrnæ eccleſiæ ſcribe*, & Pergami & Thyatiræ & cæteris.

D

a ¶ Quod ſcilicet impune poſſit peccare. ¶ Fidei veritatem.

& errãs cogitat ſtulta. Audi me fili, & diſce diſciplinam ſen- 1
a ſus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicam in æqui- 2
tate diſciplinam, & ſcrutabor enarrare ſapientiam: & in ver- 3 4
bis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus 5 6
a ¶ Mirabiliter. 7
virtutes quas poſuit Deus in opera ſua ab initiõ: & in veri- 8 9
tate enuntio ſcientiam eius: in iudicio Dei opera ipſius ab ini- 10
b tio, & ab inſtitutione hominum ipſorum diſtinxit partes il- 11 12
a ¶ Præparauit enim Deus opera eccleſiæ ſuæ, & charitatis ſplendore illuſtrauit: ideo nullam virtutum patiuntur penuriam, ſed bonis operibus ſemper inſtant. 13 14
lorum, & initia ipſorum in gentibus ſuis. † Ornãuit in æter- 15 16
num opera illorum, nec eſurierunt nec laborauerunt, & non 17
a ¶ Charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum. Vbi eſt charitas, non eſt anguſtia: vnde, cor noſtrum dilatatum eſt, non anguſtiatum in nobis. 18 19
deſtiterunt ab operibus ſuis. Vnuſquiſque proximum ſibi
c non † anguſtiabit vſque in † æternum. Non ſis incredibilis
a ¶ Humanæ naturæ, quam miſericorditer voluit reſtaurare.
verbo illius. Poſt hæc Deus in terram reſpexit, & impleuit 20
a ¶ Fide & opere & alijs virtutibus: vnde, Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.
d illam bonis ſuis. Anima autem omnis vitalis denuntiauit ante 21
a ¶ Quia ſapientia Dei continet omnia, & adipſam refertur omnis creatura a qua eſt condita. 22
faciem ipſius, & ipſa iterum reuerſio illorum. 23

Apoc. 2. b

c *Non ſis incredibilis verbo illius.* Dixit ſuperius, quomodo ab initio Deus in ſcientia & iudicio ordinauit opera ſua: nunc interpoſita ſententia auditorem hortatur, ne incredibilis verbo illius à ſtatu rectitudinis flectatur, & ad narrationem redit, oſtendens quomodo clementia Dei genus humanum reparauit ſic. *Poſt hæc Deus in ter. reſp.* &c.

E

† Ordinauit.

F

† æuum

d *Denuntiauit*, cogitationis arcana: vnde *Intellexiſti cogitationes meas de longe.* Et, *Dominus nouit cogitationes hominum.*

Pſ. 138. a.

Pſ. 93. b.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et errans. *in ſpeculabilibus,*

2 Cogitat ſtulta, *à ſapientia vera oberrans quantum ad diuinorum cognitionem.*

3 Audi me. *Hic conſequenter diſcipulus inducitur ad contrariam veritatem, quæ ex hoc apparet maximè, quod Deus eſt creator omniũ, & ſic omnia perfectè cognoſcit, vſque ad minima quęque agit pręcognoſcẽs. Sic ergo proceditur, quia primò ponitur excitatio diſcipuli: Secundo doctrina magiſtri, ibi,* Et dico in æquitate. *Circa primum dicitur,* Audi me fili, *aure corporis & aure mentis.*

4 Et diſce diſcipli. *& non verba ad mulcendum aures compoſita:*

5 Et dicam in æquit. *abſque perſonarum acceptione,*

6 Diſciplinam, *circa mores,*

7 Et ſcrutabor enarrare, *quantum ad diuinorum cognitionem,*

8 Et in verbis, *Pluries repetit excitationem diſcipuli ad maiorem impreſſionem.*

9 Et dico in æquitate ſpiritus. *Hic conſequenter ponitur doctrina magiſtri, & primo de productione creaturarum in generali; Secundo de productione hominis in ſpeciali, in principio ſequentis capi. Circa primũ dicitur,* Et dico in ęquitate, *id eſt abſque depreſſione aliqua veritatis,*

10 Virtutes quas poſuit Deus.: *nam omnibus creaturis dedit virtutes, per quas aſſequuntur ſuos fines; vt igni leuitatem, terrę grauitatem, per quas feruntur naturaliter ad ſua loca, & ſic de alijs.*

11 Et in iudicio Dei, *recto, licet nobis oculto.*

12 Opera ipſins ab initio, *Nam omnia diſpoſuit in* pondere, numero, & menſura, *Sapien. xj. d.*

13 Et ab inſtitutione. *ſicut patet Gen. j. a. quia primo die diuiſit lucem à tenebris. Secundo verò die, aquas, quæ ſunt ſuper firmamentum, ſcilicet cælum cryſtallinum; ab aquis quæ ſunt ſub firmamento, ſcilicet à materia quatuor elementorum, per cælum ſydereum inter mediũ. Tertio die diſtinxit elementa ab inuicem per congregationem aquarum in locum vnum, & ſic apparuit arida & aëris elementum, ſicut fuit plenius ibi dictum.*

14 Et initia ipſorum, *ſupple diſtinxit; nã initiales poſſeſſiones partium terrę per tres filios Noe diſtinctè ſeminauit. Sic exponunt aliqui: ſed quia poſtea ſubditur,* Poſt hæc Deus in terram reſpexit: &c. *videtur mihi, quod iſtud ſit intelligendum de angelis, per quos adminiſtratur tota corporalis creatura, ſicut dicit Auguſti. ſuper Gen. & ſecundum philoſophos, intelligentiæ mouent orbes. Eſt igitur ſenſus,* Et initia ipſorum in gen. *quia corpora ſuperiora & inferiora aſſignauit Deus diſtinctis angelis per eos regenda. Nec obſtat quod dicitur,* Gentibus ſuis! *nam angeli dicuntur in ſcriptura filij Dei Iob. j. b.* Quadam autem die cum veniſſent filij Dei, vt aſsiſterent coram domino, &c. *Dicuntur autem eius milites Iob. xxv. a.* Nunquid eſt numerus militum eius? *& Luc. ij. b.* Facta eſt cum angelo multitudo cæleſtis militiæ, &c. *Milites autem & filij alicuius ſunt propriè gentes eius.*

15 Ornauit in æternum, *nam cælos ornauit ſtellis & luminaribus, aerem auibus, aquam piſcibus, et terram animalibus. Et dicũtur cæli & elementa, angelorum opera: non quia ſint eorũ factores, ſed adminiſtratores, eo modo loquendi quo vinea dicitur opus vinitoris, & domus gubernanda, opus diſpenſatoris. Et ponitur hic* æternum *propriè quãtum ad cælos, quorum ornamenta permanebunt; quantum autem ad generabilia & corruptibilia, quę ceſſabunt in fine mundi, accipitur pro tempore longo, ſicut dicuntur* montes æterni, *Pſal. lxxv.* Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.

16 Nec eſurierunt, *nam angeli non ſunt cibo corporali indigentes.*

17 Nec laborauerunt, *quia ſine fatigatione adminiſtrant corporalem creaturam, & etiam continuè ideo ſubditur,*

18 Et non deſti. *ſiue moleſtia ſiue diſcordia conturbati. Et ſubditur:*

19 Vnuſquiſque proximum ſibi. *vnde dicitur Iob. xxv. a.* Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.

20 Poſt hæc Deus in terra reſpexit & impleuit illam bonis ſuis *multiplicando homines in ea, & ex ea fructus producendo ad ſuſtentationem hominum & animalium, ideo ſubditur,* Gen. 1. d.

21 Anima autem omnis, *tam rationalis quàm ſenſibilis,*

22 Denuntiauit ante faciem, *id eſt, facto oſtendit, quod propter eam erant illa bona à Deo producta, quia vſa eſt ipſis.*

23 Et ipſa iterum reuerſio illorum, *nam per animam rationalem illa reducuntur in Deum ipſum de bonis ſuis laudando, & per animam ſenſitiuam ſuo modo, quia eſt materia diuinæ laudis.*

## CAPVT XVII.

CAP. XVII.

a *Deus creauit* RA. Vt ſic viuat, ſapiat, & memoriam habeat, & intellectum & voluntatẽ: vnde, *Diliges dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua,* id eſt, et

Deut. 6. a.

¶ Poſtquam de anima dixit, de corpore addit. ¶ Qui excellit inter creaturas.

a DEus creauit de terra hominem, & ſecundum ima- 1 2
ginem ſuam fecit illum. Et iterum conuertit illum 3 4

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. XVII.

DEus creauit. *Hic conſequenter agitur de formatione hominis ſpecialiter. Et primò quantũ ad perfectionẽ naturæ: ſecundò quantũ ad perfectionẽ legis ſuperaddita, ibi,* Addidit illis. *Circa primũ dicitur,* Deus

1 Deus creauit. *i. formauit, nam creatio propriè dicta eſt de nihilo.*

2 De terra hominem, *quantum ad corpus, Gen. j. c.*

3 Et ſecundum ima. *quantum ad animam intellectiuam, per quam homo capax eſt ipſius Dei per cognitionem & amorem.*

4 Et iterum &c. *ſcilicet imaginem, dando ei cognitionem Dei actualem,*

a ¶ Terram, vnde: Terra es & in terram ibis. b ¶ Quia creauit illum ſenſu & ratione pollente. 1
c ¶ Quia per inobedientiam longæuę vitæ gloriam perdidit. 2

a in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute. Numerum 3
b dierum & tempus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorum 4 5
quæ ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnem 6 7

¶ De coſta Adæ. 8

c carnem, & dominatus eſt beſtiarum & volatilium. † Creauit 9

¶ Euam. 10

ex ipſo adiutorium ſimile ſibi: conſilium, & linguam, & ocu- 11
los, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & diſciplina intel- 12 13
lectus repleuit illos. Creauit & illis ſcientiam ſpiritus: & ſen- 14

a ¶ Vim ſcilicet diſcernendi bonum & malum tribuit eis. 15

ſu impleuit cor illorum, & mala & bona oſtendit illis. Poſuit 16

a ¶ Rationem intelligendi, vnde poſſunt magnalia operum Dei cognoſcere, & nomen eius, & opera laudare & glorificare. 17

oculum ipſorum ſuper corda illorum: oſtendere illis magna- 18 19
lia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent; & 20 21
gloriari in mirabilibus illius: vt magnalia enarrent operum
d eius. Addidit illis diſciplinā, & legem vitæ hæreditauit illos. 22 23
Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam & 24
iudicia ſua oſtendit illis. Et magnalia honoris eius vidit ocu- 25 26
lus eorum, et honorē vocis audierunt aures illorum, et dixit 27 28
illis: Attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuique 29 30

☞ A ex toto intellectu, voluntate, & memoria. Sicut autem ex patre filius, ex vtroq; ſpiritus: ita ex intellectu voluntas, & ex vtroq; memoria; nec ſine his tribus poteſt eſſe anima perfecta, nec vnum quantum ad beatitudinem pertinet, ſine alijs integrum conſtat. Et ſicut Deus pater, Deus filius, Deus ſpiritusſanctus: & tamen non tres dij, ſed vnus Deus, tres habēs perſonas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ, ſed vna anima tres habens poteſtates vel dignitates; in quibus imaginē Dei mirabiliter gerit, qui B bus quaſi excellentioribus iubemur diligere cōditorem, vt quātum intelligatur, & diligatur, ſemper in memoria habeatur. Nec Deo ſufficit intellectus, niſi voluntas ſit in amore eius. Nec iſta duo, ni ſi addatur memoria: qua ſemper in mente intelligentis & diligētis maneat Deus; quia ſicut nullū momentum eſt, quo nō vtatur homo vel frua C tur Dei bonitate: ita ſemper in memoria debet præſens eſſe. Ad *ſimilitudinem* quoque Dei factus eſt homo, vt ſicut Deus charitas eſt, bonus, iuſtus, mitis, miſericors: ita homo charitatem habeat, & ſit bonus & iuſtus, &c.

Aug de Geneſi cōtra Manichæos lib. 1. ca. 17

✠ AVGVST. Iſtam maximè quæſtionem ſolent Manichæi loquaciter agitare, & inſultare nobis, quòd hominem credamus factum ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Attendunt enim figuram corporis noſtri, & infeliciter quærunt, vtrum habeat Deus nares & dentes & barbam, & membra etiam interiora, & cætera quæ in nobis ſunt neceſſaria. In Deo autem talia ridiculum eſt, imò impium credere: & ideo negant hominem factum eſſe ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Quibus reſpondemus membra quidem iſta in ſcripturis plerumque nominari, cùm Deus inſinuatur audientibus paruulis, & hoc non ſolum in veteris teſtamenti libris, ſed etiam in Noui. Nam & oculi Dei commemorantur, & aures, & labia, & dentes, & D pedes, & ad dexterā Dei patris ſedere euangelizabitur filius. Et ipſe dominus dicit, *Nolite per cęlum iurare, quia ſedes Dei eſt: neque per terram quia ſcabellum pedum eius eſt.* Item ipſe dicit, *quod in digito Dei eijciebat dęmonia.* Sed omnes qui ſpiritualiter intelligunt ſcripturas, nō mēbra corporea per iſta nomina, ſed ſpiritales potētias accipere didicerunt: ſicut galeas & ſcutum & gladiū & alia multa. Primò ergo iſtis hæreticis dicendum eſt, qua impudentia de talibus verbis veteri teſtamento calumnientur, cùm etiā in nouo hæc poſita videant, aut fortaſſe non videant, ſed cum litigant excæcantur. Sed tamen nouerint in catholica diſciplina ſpiritales fideles non credere Deū forma corporea definitum, Et quod homo ad imaginem Dei factus dicitur, ſecundùm interiorem hominem dici, vbi eſt ratio & intellectus: vnde etiā habet poteſtatē piſ F cium maris, & volatilium cæli, & omnium pecorum, & ferarum & omnis terræ, & omnium repentium quę repunt ſuper terram.

Matt. 5. Luc. 11. Gen. 1. E

a *Et ſecundum ſe veſtiuit illum virtute.* vnde, *Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & veritatis ſanctitate.* Ephe. 4. E.
b *Et dedit illi poteſtatem,* quia in hoc quoque factus eſt homo ad imaginem Dei, quo irrationabilibus ratione antecellit, & ea regit & dominatur in eis, & omnium creatorem agnoſcit. Sed quia honorem ſuum non intellexit, *comparatus eſt iumentis inſipientibus.* Pſal 48. 3.
c *Creauit ex ipſo.* Sicut de latere Adæ dormientis formata eſt Eua; ſic de latere Chriſti in cruce morientis exiuit ſanguis & aqua, de quibus formatur eccleſia. Gen. 1. Ioan. 19.
d *Et legem vitæ.* naturalem, quam dedit omni homini, vt ſubijceretur ſuo creatori, & bonorum operum in ſe honorificētiam ☞ cuſto-

## NICOLAVS DE LIRA.

☞ *lem, nam imago perfectius attenditur ſecundum actum, quàm ſecundum potentiam.*

1 Et ſecundum. *ſcilicet id eſt, ſecundum decentiam humanæ naturæ.*

2 Veſtiuit illum, *ad quam humana natura habet aptitudinem. Sicut enim Deus formauit hominem perfectum, quantum ad corpus, vt in quantitate debita & huiuſmodi, ſic quantum ad animam ſcientijs & virtutibus perficiendo illam: vnde & Adam ſtatim impoſuit nomina animalibus ſecundum naturæ ſuę proprietatem, Gen. ij. d. quod non feciſſet niſi habuiſſet eorum cognitionem.*

3 Numerū dierum & tēpus, *quo viueret in paradiſo terreſtri, & inde transferretur ad gloriam ſuam ſine morte, ſi ſtetiſſet in ſtatu innocentię.*

4 Et dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper ter. *Gen* j.

5 Creauit ex ipſo. *de coſta eius mulierem formando: quę mulier eſt in adiutorium viri in procreatione prolis & eius nutritione, & etiam in cohabitatione, nam aliqua opera ſtatim apparent per viros fienda, & aliqua per mulieres.* 6 Conſilium, *id eſt potentiam deliberandi.*

7 Et lin. *ad conceptum mentis ſignificandum alteri.*

8 Et oculos, *id eſt potentiam videndi & audiendi. Hos autem ſenſus præ cæteris exprimit, quia maximè deſeruiunt doctrinæ, vt habetur.* j. *Metaph.* 9 Et cor, *id eſt, intellectum.*

10 Dedit illis. *ea quæ ſunt neceſſaria, & expedientia ſibi.*

11 Et diſciplina int. repleuit eos. *ſcilicet. virum & mulierem, dando eis notitiam omnium, quæ competit eis ſcire per naturam. Et ad idem facit quod ſubditur,*

12 Creauit illis ſcien. *ſcilicet intellectus, qui tamen propriè refertur ad notitiam principiorum: ſcientia verò ad notitiam concluſionum.*

13 Senſu. *quantum ad certitudinem vtriuſque notitiæ, vnde & clare cognoſcens aliquid, dicitur illud bene ſentire.*

14 Et mala & bona o. *bona ad proſequendum, mala ad vitandum.*

15 Poſuit oculum ipſorum ſuper corda, *nam dedit intellectui virtutem ſuper ſe reflectendi.*

16 Oſtendere illis, *id eſt ad oſtendendum illis,*

17 Magnalia operum ſuorum, *Per hoc enim quod anima intellectiua eſt ſuper ſe reflexiua, maxime proficit in ſcientia.*

18 Vt nomen ſanctificationis, *id eſt, nomen domini, in quo benedicuntur & ſanctificantur omnia,*

19 Collaudent, *Ex notitia nanque operum Dei debet homo aſſurgere in laudem conditoris, & alios ad hoc inducere; ideo ſubditur,*

20 Vt magnalia enarrent operum eius.

21 Addidit illis diſciplinam, *Hic conſequenter agitur de perfectione hominis, quantùm ad additionem legis, dicens,* Addidit illis diſciplinam, *id eſt, legem diuinitus datam.*

22 Et legem vi. *id eſt ad vitam ducentem, Matt. xix. c.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua manda: *tamen hic ingreſſus retardabatur tempore legis Moſaicæ, quouſque per Chriſtum amoueretur impedimentum naturæ.*

23 Hæreditauit illos, *ſcilicet filios Iſrael ſpecialiter, & omnes generaliter: quia nulli denegatur illa lex, quantum ad ea, quę pertinent ad ſalutem, & multi Gentiles receperunt illam.*

24 Teſtamentum æternum conſtituit illis, *quantum ad præcepta moralia: quę manent in lege noua:*

25 Et iuſtitiam, *quantum ad præcepta iudicialia,*

26 Et magnalia honoris, *in ceremonijs & cultu Dei,*

27 Et honoris vocis, *ſcilicet diuinę,*

28 Audierunt aures. *in datione decem preceptorum, Exod. xx.*

29 Et dixit illis. Attendite ab omni iniquo, *ſcilicet in preceptis negatiuis, dicens,* Non habebis deos alienos.

30 Et mandauit illis, *vt viuat iuſte cum illo: & hoc in preceptis* ☞ *ſecun-*

☞ cuſtodiret. Vel, legē
A literæ, quam ad correctionem morum,& reparationem naturalis legis, ſcribi voluit; hoc enim naturalis lex & literalis inſinuat, vt Deū toto corde, tota anima, tota virtute diligamus:& mandata eius in Dei & proximi dilectione cuſtodiam⁹.
a *Corā ill.* RAB. vnde:
B *Nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.* Pſal. 1. b. †Infr. 19. c.
b *Rectorem.* angelos, quibus commiſit Deus cuſtodiam ſingularū gentiū! vnde, *Statuit terminos gentium iuxta numerū angelorum Dei.* Deut 32. a. ſecundū aliam literā. Vel, doctores quos ad prædicandum miſit.
† Dei. c *Conuertere.* Oſtenſa conditione hominis,
C quomodo ſcilicet ad imaginem Dei creatus ſit,& cæteris prælatus creaturis: hortatur vt poſt lapſum peccati reuertatur ad factorē ſuum, relinquens errorem, quo ſemetipſum decepit, & deprecetur Deum pro offēſionibus ſuis, & tota mente refugiat ad diuinam miſericordiam, ſpernens idololatriam, & diabolicæ ſeruitutis fallaciam. Diſcat & mandatorum Dei regulam, vt in ſorte ſanctitatis

a ¶ Voluntates & actiones. b ¶ Quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.
a de proximo ſuo. Viæ illorum corām ipſo ſunt ſemper, non 1
a ¶ Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.
ſunt abſconſæ ab oculis ipſius. In vnamquanq; gentem prę- 2
b poſuit rectorem, & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta. Et o- 3
a ¶ Doctrina & operatio. ¶ Oculi domini ſuper iuſtos, &c. 4
mnia opēra illorum velut ſol in conſpectu Dei, & oculi eius 5
a ¶ Verbum Dei non eſt alligatum. 6
ſine intermiſſione inſpicientes in vijs eorū. Non ſunt abſcō- 7
a ¶ Qui reſiſtunt verbo Dei. ¶ Voluntates & actiones.
ſa teſtamenta per iniquitatem eorūm: & omnes iniquitates 8
a ¶ Vultus autem domini ſuper facientes mala.
b ¶ Miſericordiæ opera mercedem habent conſignatam in cælis: vnde, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. ¶ Virtutum.
eorum in cōnſpectu Dei. † Eleemoſyna viri quaſi ſacculus 9
cum ipſo,& gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & 10
11
a ¶ Quia in iudicio ad retribuendum præparabit ſe Deus.
poſtea reſurget, & retribūet illis retributionem, vnicuiq; in 12
a ¶ Id eſt, iudicabit ſecreta internę voluntatis.
caput ipſorum:& cōnuertet in inferiores partes terræ. † Pœ- 13
nitentibus autem dedit viam iuſtitiæ, & confirmauit defi- 14
15
¶ Labores. ¶ Præmia veracium. 16
c cientes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis. Conuer- 17
tere ad dominum & relinque peccata tua: precare ante fa- 18
ciem † domini, & minue offendicula. Reuertere ad domi- 19
20
num, & auertere ab iniuſtitia tua: & nimis odito execratio- 21
nem, & cognoſce iuſtitias & iudicia Dei: & ſta in ſorte pro- 22
23
a ¶ Æternæ quietis: quę alibi dicitur ſeculum ęternum, vel ſeculum ſeculi, vel ſecula ſeculorum.
poſitionis, & orationis altiſſimi Dei. In pārtes vade ſeculi 24
ſancti cum viuis & dantibus confeſſionem Deo. Non de- 25
26
a ¶ Cito conuertere ad dominum. Nemo eſt enim qui ſemper viuat. b ¶ Nec opus nec ratio, nec ſapientia erunt apud inferos. 27
d mōreris in errore impiorum. Antē mortem confitere. † A 28
a ¶ In præſenti vita. 29
e mortuo, quaſi nihil perit confeſſio. Confiteberis viūens: vi- 30
uus & ſanus confiteberis & laudabis Deum, † gloriaberis in 31
32

ctitatis, qua electus D eſt, permaneat, & in laudib⁹ altiſſimi perſeueret.
d *A mortuo quaſi nihil perit confeſſio.*
✠ AVG. Confitemur *ſiue Deū laudātes* ſiue accuſātes noſipſos. Pia eſt vtraque confeſſio, ſiue cū te reprehēdis, qui non es ſine peccato, ſiue cū illum laudas, qui non poteſt habere peccatum. Si E autem bene cogitemus, reprehenſio tua laus ipſius eſt. Quare enim iam confiteris in accuſatione peccati tui? In accuſatione tui ipſius quare cōfiteris? niſi quia ex mortuo viuus factus es? Scriptura quippe ait, *A mortuo, quaſi qui non ſit, perit confeſſio.* Si perit à mortuo cōfeſſio, qui confitetur viuit: Et ſi peccatum F confitetur, vtique à morte reuixit. Si peccati confeſſor reuixit à morte, quis eū ſuſcitauit? Nullus mortuus eſt ſui ipſius ſuſcitator, &c.
Aug de verbis domini ſermone 8. †Act. 3. d.
e *Confiteberis vi.* RAB. In prę́ſenti vita, poſtquam non eſt tempus operādi, ſed præmium recipiendi: vnde, *Currite dum lucem habetis, ne tenebrę vos comprehendant.*
†De pœn. diſ. 1. § hoc idē ver. itē à mortuo. &c. voluiſſent in fine †glorificaberis Ioan. 12. e.

☞ *Quid*

## NICOLAVS DE LIRA.

✠ *ſecunda tabulæ, quæ ordinant hominem ad proximum.*

1 Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper, *quia nihil latet eum.*

2 In vnamquanque gentem præpoſuit rectorem. *id eſt angelum regentem: Vnde ſupremus ordo inferioris hierarchiæ dicitur ordo principatuum, id eſt angelorum, qui præſunt diuerſis regnis gentibus, & prouincijs. Poteſt etiam hoc intelligi de regibus & principibus terrenis, quorum poteſtas eſt à Deo.*

3 Et pars Dei Iſrael. *nā regimen illius populi attribuebatur à principio ipſi Deo modo ſpeciali: propter quod cum petiuiſſet regē, dixit dominus Sam. j. Reg. viij. b.* Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

4 Et omnia opera illorum, *ſcilicet Hebrẹorum,*

5 Velut ſol in conſpectu Dei, *nam in illo populo vigebat cultus Dei, cæteris ad idololatriam declinantibus.*

6 Et oculi eius ſine. *nam populo Iſrael dedit prophetas & alia beneficia multa, Pſal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni na. &c.

7 Nō ſunt ab. *licet enim in populo Iſrael fuerint plures reges idololatræ conantes legem deſtruere, tamen in bonis fuit lex & latria reſeruata.*

8 Et omnes ini. *ad puniendum eas, quia decem tribus captiuauit per reges Aſſyriorum, & reſiduas per regem Babylonis, vt patet iiij. Reg.*

9 Eleemoſyna. *Superius actum eſt de cauſa peccati, ſiue principio: hic conſequenter agitur de eius remedio, quod potiſſimè eſt eleemoſyna, & pœnitentia: propter quod primo agitur de eleemoſyna: ſecundò de pœnitentia ibi,* Pœnitentibus. *Quòd autem eleemoſyna ſit remedium contra peccatum, patet Dan. iiij. vbi Daniel dixit Nabuchodonoſor,* Peccata tua eleemoſynis redime. *Ideo dicitur,* Eleemoſyna viri, *id eſt, opera, nam in pera ipſa viaticum homo reponit ad quod in neceſſitate recurrit, ſic eleemoſyna in morte homini ſubuenit. Aug.* Sola miſericordia comes eſt defunctorum.

10 Et gratiam ho. *id eſt homini à Deo datam.*

11 Quaſi pupilla conſeruab. *in præſenti: nam recipientes eleemoſynam orant pro dantibus, vt in gratia conſeruentur.*

12 Et poſtea re. *nam in reſurrectione generali dicet ſaluator:* Venite benedicti patris mei, percipite vobis paratum regnū à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c.

13 Et

13 Et conuer. *nam eleemoſyna valet exiſtentibus in purgatorio, quod à ſanctis etiam doctoribus eſt idem cum inferno, qui eſt ſub terra. Dicit enim Greg. quod ſicut in eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ſic idem eſt ignis qui cruciat reprobos, & purgat electos.*

14 Pœniten. au. *Hic conſequenter agitur de pœnitentia, quæ eſt ſummum remedium contra peccatum. Et quia datur ex Dei miſericordia: propter hoc ex conſequenti agitur de ipſa, ibi,* Quàm magna miſericordia. *Circa primum ſciendum, quòd eleemoſyna ad pœnitentiam diſponit, ideo quaſi continuando pręcedentibus dicitur,* Pœnitentibus au. dedit, *eleemoſynam,*

15 Viam iuſtitię. *ad eam diſponendo.*

16 Et confir. deficiētes. *id eſt debiles ad ſuſtinendū laborē pœnitentiæ.*

17 Et deſtinauit ill. ſortem veritatis. *quæ conſiſtit in clara Dei viſione. Et quia verè pœnitentibus conferuntur iſta, ſubditur exhortando ad pœnitentiam:* Conuertere ad dominum. *& patet.*

18 Et minue offendicula. *Non ſolum cauendo à peccatis, ſed etiam ab occaſionibus peccatorum.*

19 Et nimis, *id eſt valde.*

20 Odito execrationem, *id eſt culpam execrabilem.*

21 Et cognoſce, *non ſolùm ſpeculatiuè, ſed etiam practicè,*

22 Iuſtitias & iudicia. *contenta in ſcriptura veteris ac noui teſtamenti.*

23 Et ſta in ſorte, *id eſt propoſito bono,*

24 Et orationis altiſſimi. *Vt teneat in firmitate propoſiti.*

25 In partes ſæculi ſancti. *id eſt cum viris iuſtis, qui dicuntur ſeculum ſanctum.*

26 Cum viuis, *vita gratiæ.*

27 Et dantibus confeſſionem Deo, *ipſum deuote laudando,*

28 Non demoreris in errore, *id eſt cum eis, ne ab eis inficiaris.*

29 Ante morte confi. *Et ſubditur cauſa:*

30 A mortuo quaſi nihil perit, *ſcilicet,*

31 Confeſſio, *quia inutilis eſt ſibi, ſicut dicitur Sap. v. b. in perſona exiſtentium in inferno:* Quid nobis profuit ſuperbia & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis, *ideo ſubdicur,*

32 Confi. vi. *Tunc enim melius poteſt homo conſcientiam ſuam purgare, quia non impeditur infirmitatis grauitate.*

✠ 1 Quam

A miſerationibus illius. Quàm magna miſeri- 1
a ¶ Qui ſoli nouerunt dulcedinem miſericordię Dei: vnde, Bonus eſt dominus ſperantibus in eum.
2
† Dei. cordia † domini, & propitiatio illius cõuer- 3
tentibus ad ſe. Nec enim omnia poſſunt eſſe 4
a ¶ Vnde: Diuidens ſingulis prout vult.
5
† omnibus in † hõminibus: quoniam non eſt immorta- 6
a ¶ Senſus humani cordis ad malitiam pronus eſt ab adoleſcentia.
7
† vanitatẽ. lis filius hominis, et in † vanitatẽ malitiæ pla- 8
cuerunt. Quid lucidius ſole? 9
10
& hic deficiet. Aut quid nequius, quam quod excogita-
11 uit caro & ſanguis? ex hoc
a ¶ Perfectionem ſanctorum.
12 arguetur. Virtutem altitudi-
13
a ¶ Cęleſtis creaturæ. b ¶ Probando dinumerat.
14
nis cæli ipſe cõnſpicit, &
a ¶ Terreſtris creatura. Quaſi ęque omnia eius ſunt.
¶ Vita peccatorum.
¶ Quia in iudicio ad nihilum redigentur.
õmnes homines terra & cinis.

a *Quid lucidius ſo.* Rab. Oſtendit mundi machinam transitoriam eſſe, nec lux corporalis perpetuo eadem manet: Quanto minus vana cogitatio humanæ fragilitatis. D

### NICOLAVS DE LIRA.

1 Quàm magna. *Hic conſequenter agitur de miſericordię Dei magnitudine. Et primo ſpecialiter erga pœnitentes: ſecundo generaliter erga omnes, ſequenti ca. Circa primum oſtenditur primo propoſitum, ſecundo declaratur quoddã dictum, ibi,* Quid lucidius. *Circa primum dicitur:* Quàm magna mi. *id eſt, valde magna eſt.*

2 Et propitiatio illius conuer. *id eſt vere pœnitentibus: nam de filijs diaboli fiunt filij Dei, & cohæredes regni, eo quod condonantur eis ſimul omnia peccata: & cum hoc aliquando tota pœna debita, ſicut tenetur de Maria Magdalena, & ſemper virtute ſacramenti pœnitentiæ remittitur aliqua pars pœnæ, ideo ſubditur.* B

3 Nec enim omnia poſſunt eſſe in ho. *id eſt non ſemper poteſt homo de omnibus peccatis ſuis ſatisfacere.*

4 Quoniam nõ eſt immor. *propter quod ex carne corruptibili fragilis eſt et pronus ad peccata.*

5 Et in vanitate. *vitæ præſentis.*

6 Malitiæ. *id eſt peccata.*

7 Placuerunt. *ſcilicet homini, propter quod indiget magna miſericordia Dei.*

8 Quid lucidius ſole? *Hic conſequenter declarat fragilitatem hominis, et hoc per mutabilitatem magis ſtabilium, dicens,* Quid lucid. ſole? *Q. diceret: Nihil inter viſibilia.*

9 Et hic deficiet. *non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum apparẽtiam, quando patitur eclypſim.*

10 Aut quid nequius, quã quod excogitauit caro & ſãguis. *id eſt homo. Eſt enim homo peccator peſſimũ animaliũ, vt dicit Philo. j. Polit* E

11 Ex hoc arguetur. *à Deo, & acriter punietur.*

12 Virtutem altitudinis cæli. *id eſt virtutem angelorum in cælo empyreo exiſtentium.*

13 Ipſe. *ſcilicet Deus.*

14 Conſpicit. *tanquam nullam reſpectu ſuæ virtutis, et multo fragilior eſt homo, ideo ſubditur,* Et omnis homo terra & cinis, &c.

### CAP. XVIII.

a Qvi viuit in æter. Rab. Rerum ſubſtantia ſimul creata eſt, ſed non ſimul per ſpecies formata eſt: & ſimul exſtitit per ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſpeciem formæ. Cúmque factum cælũ terráque deſcribitur, *ſimul*, ſpiritualia & corporalia, & quicquid de cælo vel de terra producitur, indicatur. Nemo per ſeipſum idoneus eſt conſilium Dei, vel magnitudinem virtutis ſcire vel enarrare: vnde, *Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, et cui voluerit filius reuelare.* C (Matt. 11. d.)

✠ Avgvs. Sicut in ipſo grano inuiſibiliter erant omnia ſimul, quæ per tempora in arborem ſurgerent: ita & ipſe mũdus cogitãdus eſt, cum Deus ſimul omnia creauit, habuiſſe ſimul omnia, quæ in illo, & cum illo facta ſunt, quando factus eſt dies, non ſolùm cælum cum ſole & luna & ſyderibus quorum ſpecies manet motu rotabili, & terra & abyſſus, quæ velut inconſtantes motus patiuntur, atque inferius adiuncta partem aliquam mundo conferunt: ſed etiam illa quæ aqua & terra produxit potentialiter atque cauſaliter, priuſquam per temporum moras ita exorirentur, quomodo nobis iam nota ſunt in eis operibus, quæ Deus vſque nunc operatur. (Aug. de geneſi ad literam lib. 5. cap. 23.)

## CAP. XVIII.

a QVI viuit in æternum, creauit omnia 1
a ¶ Vnde: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Et alibi, Nunquid iuſtificabitur homo comparatus Deo?
ſimul. Deus ſolus iuſtificabitur, & ma- 2
a ¶ Omnia vincit, omnia ſuperat. Et alibi: Nemo bonus, niſi ſolus Deus.
net inuictus rex in æternum. Quis ſuffi- 3
ciet enarrare opera illius? Quis enim 4
inueſtigabit magnalia eius? Virtutẽ au- 5
tem magnitudinis eius, quis enuntiabit? Aut quis adijciet 6
b enarrare miſericordiã eius? Non eſt minuere neque adijcere, 7
a ¶ Ad plenum. b ¶ In ſcripturis. c ¶ Mandata Dei pia operatione.
8
nec eſt inuenire magnalia Dei. Cum conſummauerit homo, 9
¶ Intelligere myſteria. a ¶ A mundanis curis. b ¶ Opus Dei, vnde, Operamini non cibum qui perit. 10
† incipit. tunc † incipiet: & cum quieuerit, operabitur. Quid eſt homo, 11

✠ Idem. De quo creatore ſcriptura iſta narrauit quod ſex diebus conſummauerit omnia opera ſua: de illo alibi, nõ vtiq; diſſonanter, ſcriptum eſt, quod *creauerit omnia ſimul*. Ac per hoc & iſtos dies ſex vel ſeptẽ, vel potius vnum ſexies ſeptiéſue repetitũ ſimul fecit, qui fecit omnia ſimul. Quid ergo opus erat ſex dies tam diſtinctè diſpoſitéque narrari? Quia ſcilicet, ij, qui non poſſunt videre, quod dictũ eſt, *Creauit omnia ſimul*: niſi cum eis ſermo tardius incedat, ad id quo eos ducit, peruenire non poſſunt. (Gen. 2. Aug. de geneſi ad literam lib. 4. cap. 33.) F

b *Nõ eſt mi.* Rab. Nihil de ſcripturis sãctis eſt minuendũ, nihil addendum: vnde, *Si quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper illum Deus plagas* (Apoc. 22. d.)

### NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XVIII.

QVi viuit in æter. *Hic conſequenter agitur de magnitudine diuinæ miſericordię erga omnes, de qua primò tractatur, ſecundo de operibus, per quę impetratur & conſeruatur, ibi,* Fili in bonis, *Prima in duas, quia primò tractatur de magnitudine miſericordiæ Dei abſolute: ſecundo comparatiuè, ibi,* Miſeratio hominis. *Prima adhuc in duas, quia primò propoſitum oſtenditur ex parte Dei miſerantis: ſecundo ex parte hominis ea indigentis, ibi,* Quid eſt homo. *Circa primũ dicitur.*

1 Qui viuit in æternum. *Et ex hoc apparet infinitas ſuæ potentiæ, quia creare eſt de nihilo aliquid facere. Intelliguntur autẽ omnia creata ſimul dupliciter: Vno modo, quod cælũ empyreũ angelis repletum creatum ſit cum informi materia corporalium, quæ poſt formata eſt per diſtinctiones formarũ ſubſtantialium in opere ſex dierũ, Alio modo, quod omnes partes principales mundi ſimul productæ fuerint in ſuis formis ſubſtantialibus, et formatio ſequens intelligatur quantum ad formas accidentales, prout in principio Gen. plenius explicaui.* (Quomodo omnia dicũtur ſimul creata.)

2 Deus ſolus iuſtificabitur. *quia ſolus iuſtus eſt per eſſentiam, ſicut & bonus.*

3 Quis ſufficit enarr. opera illius. *ſcilicet creationis, gubernationis, recreationis, & glorificationis: quaſi diceret, nullus, & eodem modo de ſequentibus, cum dicitur.*

4 Quis enim inue. *Et quoniam omnia iſta ſunt ad bonum humanę naturę, ſequitur.*

5 Aut quis ad. enar. miſericordiam. *erga humanam naturam: quaſi diceret, nullus, niſi ipſe.*

6 Non eſt minuere nec adiicere, *nam in eius operibus nihil eſt ſuperfluum nec diminutum.*

7 Nec eſt inuenire magnalia. *nam ad eorum cognitionem non aſcenditur niſi per creaturas, quæ in infinitum deficiunt à perfectione creatoris: ideo ſubditur,*

8 Cum conſum. ho. *inueſtigationem de Deo.*

9 Tunc inci. *id eſt, percipiet quod eſt in principio.*

10 Et cum quie. *id eſt cũ erit in ſenectute, quę tẽpus eſt quieſcendi, ad bonũ opus magis animabitur: vnde beatus Franciſcus iam ſenex dicebat ſuis fratribus. Fratres incipiamus ſeruire domino, nã vſq; nũc parũ profecimus, & hæc eſt monitio ſaluatoris. Luc. xvij. c.* Cum omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus.

11 Quid eſt ho. *Hic conſequenter oſtenditur magnitudo miſericordia diuinę ex parte hominis, qui ſecundũ ſe nihil eſt in cõſpectu Dei, nec habet à ſe aliquid boni: propter quod quicquid à Deo ſibi fit, debet magnum reputari, ideo dicitur,* Quid eſt homo: *q. d. nihil.*

☞ *plagas ſcriptas in libro iſto, &c.*

A a *Centum anni.* RAB. Paucitatem dierum noſtrorum comparat guttæ maris, & calculo arenæ: quia ad comparationem æternæ felicitatis nimia eſt breuitas, & miſeria maxima, vnde, *Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miſeriis.* Iob.14.a.

a ¶ Omnia mutabilia eſſe oſtendit.
& quę eſt grâtia illius? & quid eſt bonum, aut quid nequam
¶ Alias momentum.
a illius? Numerus dierum hominum, vt multum † centũ anni:
¶ Alias aqua.
quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. Et ſicut calculus are-
a ¶ Fragilitatem ſcilicet humanam.
næ, ſic exigui anni in die æui. Prôpter hoc patiens eſt Deus
a ¶ Vultus domini ſuper facientes mala.
in illis, & effundet ſuper eos miſericordiam ſuam. Vidit prę-
ſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt: & cognouit
¶ Mentis. a ¶ Recordatus eſt quia caro ſunt, ſpiritus vadens & non rediens.
ſubuerſionem illorum, quoniam nequã eſt: ideo adimple-
uit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit illis viam æqui-
b tatis. Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericor-
dia autem † Dei ſuper omnem carnem. Qui miſericordiam
a ¶ Bonus. b ¶ Eccleſiam.
habet † docet, & erudit quaſi paſtôr grẽgem ſuum: † miſe-
c reatur excipiens doctrinam miſerationis, & qui † feſtinant
¶ Si quid boni feceris. a ¶ Id eſt non admiſceas amara verba.
in iudicijs eius. Fili in bonis non des querelâm, & in omni
¶ Tuo. a ¶ Ex conuitio vendas, quod opere donas.
d dato ne dês triſtitiam verbi mali. Nónne ardorem refrige-
e f rabit ros? Sic & verbum melius quàm datum. Nónne ecce
¶ Id eſt iuſtus præbet vtrunque.
verbum ſuper datum bonum? Sed † vtrunque cum homine
iuſtificato. Stultus acriter improperabit, & datus indiſcipli-
¶ Accipientis.
g nati tabeſcere facit oculos. Ante iudicium para iuſtitiã tibi:
h a ¶ Reddens Deo rationem. b ¶ Quomodo reſpondeas. c ¶ Iudicij quando non licebit operari. d ¶ Pœnitentiam iuſtitiæ.
† & antequâm loquaris, diſce. Ante lãnguore adhibe medi-

b *Miſeratio hominis.* Pauci ſunt, qui miſereantur proximo: cum miſericordia Dei redundat per vniuerſum mundum, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Matt 5.g.

c *Excipiens do.* Hortatur eos, qui doctri- B nam euangelij accipiunt, vt miſericordiam proximis impendant: & feſtinent diem iudicij miſericordiæ operibus prævenire, vnde, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequentur.* Matt 5. a. † domiui. † doctè.

d *Verbi ma.* Lingua eucharis gratioſum hominem facit, vnde, *Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt.* Prou.17. d.

C e *Nonne ardo. re. ros.* Segetes defendit ros ab ardore ſolis: & verbum bonum largientem à nequitia iraſcentis, vnde, *Sermo durus ſuſcitat rixas, lenis mitigat ſuſcitatas.* Prou.15. a † 16. q. 1. c ſic viue & c. ſequenti

f *Nonne ecce verbum.* ✠ GREGOR. Sunt nonnulli qui mox, vt ab egenis fratribus fuerint neceſſaria D poſtulati, poſt dona largituri, in eos prius contumelioſa verba iaculantur. Qui etſi rebus miniſterium pietatis perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt: ita vt plerunque videatur, quia illatæ iam iniuriæ ſatisfactionem ſoluunt, cum poſt contumelias dona largiũtur. Nec magni eſt operis quod poſtulata tribuunt: quia ipſo donationis ſuæ munere vix eundem exceſſum ſermonis tegunt. Quibus bene per Eccleſiaſticum verbum dicitur, *Omni dato non des triſtitiam verbi mali:* & rurſum, *Adde verbum ſuper datum bonum, & vtraque cum homine iuſtificato:* videlicet vt datum exhiberi debeat per pietatem, & bonum verbum tribui per humilitatem. Grego. lib 21. Mora. cap. 14. † Gen. 6. a. Eccle. 10. E

g *Stultus acriter improperabit, & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos.* RAB. In ore ſtulti iurgia, cõtumeliæ, ideo datum eius ingratum. Myſticè, Hæretici quicquid F proferunt ſub ſpecie virtutis, polluũt verbo mendacij. † miſereatur † feſtinat.

h *Para iuſtitiam tibi & antequam loquaris.* vt videas, quid in te Deo placeat vel diſpliceat, & delicta corrigas. † vtraque.

☞ *Ante*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quæ eſt. *q. d. à ſe non habet aliquod bonum gratię vel naturæ.*

2 Aut quid nequam. *q. d. quicquid nequitiæ eſt in eo, totum eſt ab ipſo, Oſee. xiij. c.* Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me axilium tuum.

3 Numerus dierum ho. *q. d. Si viueret centum annis, hoc nihil eſt reſpectu ęternitatis, pro qua hic accipitur* æuum, *cum dicitur.*

4 In die æui. *id eſt in duratione ęternitatis: & hoc etiam verum eſt: ſi accipiatur æuum proprie quod eſt menſura eſſe incorruptibilium, & ideo ſi tota vita ſua eſſet in bonis operibus occupata, tamen nihil eſſet, niſi ex Dei gratia, ideo ſubditur.*

5 Propter hoc Patiẽs eſt Deus in illis, *expectãdo eorũ emẽdationẽ.*

6 Et effun. *dando largiter gratiam ſuam, hoc enim importat effuſionis verbum.*

7 Vidit præſumptionẽ cordis. *in turris Babel ædificatione.*

8 Et cogno. ſubuerſionẽ. *nã omnes fere declinauerũt ad idololatriã.*

9 Ideo adimp. *eos ab idololatria retrahendo.*

10 Et oſtendit eis viam. *videlicet directionem legis, quam dedit lege naturali iam obſcurata per peccandi conſuetudinem, quę quidem lex inducit ad cultum & amorem vnius veri Dei, & conſeruandam æquitatem cum proximo. Licet autem illa lex fuerit data populo Iſrael ſpecialiter, tamen data fuit omnibus, inquantum admittebatur ad eam in his, quę ſunt neceſſaria ad ſalutem.*

11 Miſeratio ho. *Hic conſequenter agit de magnitudine miſericordię Dei comparatiue, cum dicitur,* Miſeratio hominis circa prox. *q. d. parua eſt, quia ſe extendit ad hominem tantum.*

12 Miſe. autem Dei ſuper. *Pſal. cxxxv.* Qui dat eſcam omni carni, *propter quod incomparabiliter maior eſt Dei miſericordia: & quia miſereri magis tenentur illi, qui ſunt in ſtatu regendi, ſubditur.*

13 Qui miſe. pa. *id eſt, miſericordiæ ſtatum.*

14 Docet & erudit, *id eſt habens docendi officium.*

15 Miſereatur. *in effectu.*

16 Excipiens do. *id eſt confirmans doctrinam ſuam per exercitium operis, nam in moralibus magis mouent facta quam verba.*

17 Et qui ſe. in iudi. *ſcilicet miſericordiæ deſiderans audire illã ſententiã in finali iudicio.* Venite benedicti patris mei. *Sequitur.* Eſuriui enim, & dediſtis mihi mauducare, & c. *Matth. xxv. c.*

18 Fili in bonis. *Poſtquam actum eſt de magnitudine miſericordiæ, hic conſequenter agitur de illis, per quæ impetratur et conſeruatur. Et diuiditur in duas partes quia primo fit propoſitum, ſecundo tollitur impedimentum,* Poſt concupiſcentias tuas. *Circa primũ ponuntur quatuor impetratiua et conſeruatiua miſericordię diuinæ. Primum eſt proximi vera compaſſio, cùm dicitur:* Fili in bonis ne des. *plangendo quod dediſti ad releuandum proximi miſeriam.*

19 Et in omni. *increpando vel pungendo pauperem, cui das eleemoſynam, ſicut faciunt multi per hoc perdentes. ſaltem in parte bonũ meriti.*

20 Nonne ar. re. ros. *quaſi dicat. Sic, vt manifeſte apparet in ęſtate.*

21 Sic & verbum melius, quam datum. *Dupliciter enim aliquis petit eleemoſynam: Vno modo magis ex cupiditate, quam neceſſitate: & tunc non expedit dare quod petit, ſed magis rationabiliter ipſum inſtruere, quod ceſſari debeat à tali petitione, & ſic dicit Aug. de ſermone domini in monte, Aliquando aliquid melius dabis cùm iniuſtè petentem correxeris, et ſecundum hoc dicitur,* Nónne ardorem refrigerabit ros? *quaſi dicat ſicut ros refrigerat ardorem temporis, ſic verbũ bonum refrigerat concupiſcentiam inordinatam petentis. Alio modo ex neceſſitate, quam tamen petens fert moleſte, & ſic dandum eſt quod petit ad releuandum indigentiam corporis. Et capitur hoc verbum conſolationis pro conſolatione mentis, & quantum ad hoc ſubditur.*

22 Nónne verbum. *conſolatiuum.*

23 Super da. *quaſi dicat, Sic: quia melior eſt eleemoſyna ſpiritualis, quam corporalis, quanto ſpiritualia temporalibus præferuntur.*

24 Sed vtrũ. cũ hom. iuſtific. *quia cum dono dat etiã verbũ dulce.*

25 Stultus acriter improperabit. *pauperi donum ſuum.*

26 Et datus iudiſ. &c. oculos. *recipientis, qui verecundatur ex opprobrijs ſibi illatis.*

27 Ante iu. *Hic ponitur ſecundum, quod eſt innocentiæ conſeruatio, cum dicitur.* Ante iud. *id eſt antequam iudices alium de defectu aliquo, videas quod ſis immunis ab illo, alias te cõdemnares, Rom. ij. a.* In quo enim iudicas aliũ, teipſum condẽnas, eadẽ enim agis quæ iudicas.

28 Et antequam loquar. *alios docendo.* 29 Diſce. *à magiſtro.*

30 Ante lang. *Sicut enim infirmitas corporalis redditur incurabilis per diuturnitatem: ſic ſpiritualis per cõſuetudinem, qua quidem eſt alter natura.*

☞ Et

a *Ante iu.* RAB. Hæc monent vt ſemper parati ſimus, nec ſtulta ſecuritate nobis blandiamur: ſed in Dei ſeruitute laboremus vſque ad finem vitæ.
b *Ante orat.* Cum ſtabis ad orandum, dimitte ſi quid habeas aduerſus aliquem.
Pſal. 10. b. c *Memen.* Vnde: *Iuſtus dominus, et iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.*
d *Paupertatis.* Futuræ poſt hãc vitã, vt facias amicos qui recipiant te in æterna tabernacula.
e *Hæc omnia.* Ver, æſtas, autumnus, hyems, dies & nox, nũquam omnia requieſcunt; & tamen omnia æternitati cõparata citò tranſeunt: & omnia coram oculis domini certo fine clauduntur. Ipſe autẽ ſemper idem eſt, & anni eius nõ deficient. Pſal 111. d.
f *Homo, etc.* Beatus eſt homo, qui ſẽper eſt pauidus vt à peccatis ſuis caueat, & præcepta domini impleat: Quia *initium ſapientiæ timor domini. Intellectus bo. omnibus fa. eum.* Prou. 28. c. Pſal. 110. b.
g *Inuenienti.* Id eſt, cũ inuenerit, & agnitionem eius perceperit, ipſa dabit confeſſionem rectæ prædicationis, & ſtudium bonæ operationis.
h *Senſati.* Quaſi aſtuti agnoſcunt ſapientiam, & ſenſati in verbis opere demõſtrant prudentiam.

¶ Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur.
a cinam, & ante iudicium interrôga teipſum: & in conſpectu
Dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te,
& in tempore infirmitatis oſtende † conuerſationem tuam.
a ¶ Curis ſeculi. b ¶ Sine intermiſſione orate.
Non impediaris orare ſemper, & non † veteris vſque ad
a ¶ Quia in multis offendimus omnes. b ¶ Vita ęterna.
mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternũ.
a ¶ Qui orat vt docuit, ſed non facit quod iuſſit.
b Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quâſi
a ¶ Vindictæ peccatorum. b ¶ Iudicij ſcilicet.
c homo qui tentat Deum. Memento iræ in die † cõnſummationis, & tempus rêtributionis in † conuerſatione facies,
a ¶ Quoniam retribuetur vnicuique ſecundum opera ſua.
a ¶ Temporalis. b ¶ Idem.
d Memento paupertatis in tempore abũndãtiæ, & neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum. A mâne vſque ad veſperam immutâbitur tẽpus: & hæc omnia citata in oculis Dei.
a ¶ Ab initio ſcilicet creationis. ¶ Natiuitatis. ¶ Senectutis. b ¶ Seculi.
a ¶ Quia homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis.
e
a ¶ Scilicet præſentis vitæ.
f Homo ſapiens in omnibus metuet, & in diêbus delictorũ
a ¶ Quia omnis piger in egeſtate. b ¶ Diligens in lege domini. c ¶ Chriſtum.
g attendet ab inêrtia. Omnis aſtûtus agnoſcit ſapiẽntiã, & in-
a ¶ Eloquentes, id eſt, prędicatores.
h uenienti eam dabit cõfeſſionem. Sênſati in verbis & ipſi ſapienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iuſtitiam, & † implorauerũt prôuerbia et iudicia. † Poſt concupîſcẽtias tuas nõ eas, et à † voluptâte tua auertere. Si prę̄ſtes animę tuę cõcupiſcẽtias eius, faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Ne oblectêris in tûrbis, nec in modicis. Aſſidûa enim eſt cõmiſſio il-
¶ Vt exemplis alios inſtruant.
a ¶ Carnales.
a ¶ Carnali. b ¶ Animalitati.
¶ Dęmonibus.
a ¶ Quarum conſortio & imitatione cogaris peccare. b ¶ Id eſt, frequenter peccant populari leuitatę.

Marginal notes: † ſtillauerunt. † voluntate. † infirmitatem. † vereatis † conſumptionis. † concuſſione.

✠ AVGVST. Nunquid conſequens eſt, vt ſi habet aliquis cordis deſideria mala, iam etiam conſentiat eis ad committenda eadem mala? Ac per hoc aliud eſt habere mala deſideria cordis, aliud tradi eis, vtique vt conſentiendo eis poſſideatur ab eis, quod fit cùm diuino iudicio traditur eis. Alioquin fruſtra dictum eſt, *Poſt concupiſcentias tuas non eas*, ſi iã quiſque reus eſt, quod tumultuantes & ad mala trahere nitẽtes ſentit eas; nec eas ſequitur ſi non eis traditur, exercens aduerſus eas glorioſa certamina, ſi viuit in gratia. Quid tibi enim videtur, quod ſcriptũ eſt, *ſi præſtes animę tuę concupiſcentias eius* (quod quid eſt aliud quàm deſideria eius mala?) *faciet te gaudium inimicis et inuidis tuis?* Nũquid iam iſte reus eſt, habendo tales animæ concupiſcentias, quas ei præſtare non debet, ne in gaudium veniat diabolo & angelis eius, qui ſunt inimici ac inuidi noſtri? Cum ergo dicitur homo tradi deſideriis ſuis, inde fit reus, quia deſertus à Deo, cedit eis atque conſentit, vincitur, capitur, traditur, poſſidetur. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Et fit ei peccatum conſequens, præcedentis pœna peccati. ✠ AVG.

Aug. cõtra Iulianũ Pelagium lib. 5. cap. 3. † 47. diſt. c. virum. 2. Pet. 2.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ante iudicium *i. horam mortis, quia talis quiſque in iudicio præſentabitur, qualis in morte reperietur.*
Confeſſio ſacramentalis. 2 Interroga teipſum, *per diligentem conſcientiæ diſcuſſionem.*
3 Humilia te, *coram ſacerdote.*
4 Et in tempore infirmitatis. *ſpiritualis,*
5 Oſtende conuerſationem tuã. *per nudam et apertam cõfeſſionem.*
6 Non im. *Hic ponitur tertium quod eſt deuota oratio, cum dicitur,* Non impediaris. *temporalibus curis.*
7 Orare ſem. *id eſt, temporibus ad hoc inſtitutis.*
8 Et non veteris. *id eſt, prohibearis,*
9 Iuſtificari. *ſemper. Apoc. vl. c.* Et qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, &c. *procedendo de virtute in virtutem.*
10 Ante orationem præ. ani. tuam, *videndo quod nihil omittas in periculis pręcauendis, pro quibus vis orare: de his quæ ſaltem fieri poſsũt per humanam prouidentiam.*
11 Et noli eſſe quaſi, &c. *Deum enim tentare, eſt periculo ſe committere, quod agere poteſt per prouiſionem omittendo, expectans liberari à Deo.* 12 Memento. *Hic conſequenter ponitur quartũ diuinæ miſericordiæ impetratiuum, quod eſt extremi iudicij trepidatio, cum dicitur,* Memento iræ, *id eſt, vindicta Dei.*
13 In die conſummationis, &c. *mundi, quę erit tempore iudicij.*
14 Et tempus retributionis, *ęternę.*
15 In conuer. *Conſideratio enim finalis iudicij inducit ad bene conſeruandum pro retributione pręmij quę tunc fiet, Et quia ad hoc multum facit opus miſericordię, vt prædictum eſt, ſubditur,*
16 Memento paupertatis. *releuandæ in aliis.*
17 In tempore abundantiæ. *tuę, qua potes eam releuare.*
18 Et neceſſitatem paupertatis in die diuitia. *quaſi dicat, magis in indigentibus debes prius ſuccurrere.*
19 A mane vſque ad veſ. immutab. temp. *i. aliquando inter mane, & veſperam mutatur de diuitiis in paupertatem.*
20 Et hęc omnia citata. *i. cito trãſeuntia, quaſi dicat, dum habes eleemoſynam, facere non tardes.*
21 Homo ſapiens in om. metuet. *iudicia diuina.*
22 Et in dieb. delictorũ. *i. huius vitæ tempore, quod eſt delictis plenũ.*
23 Attendet ab inertia. *id eſt, à pigritia bene faciendi. Et quia timor Dei eſt initium ſapientiæ, ſubditur.*
24 Omnis aſtu. *i. ex timore Dei ad cauendum mala intentus.*
25 Agnoſcit ſa. *i. acquirit et diligit eam.*
26 Et inuenienti, &c. confeſſionem, *ſcilicet laudis.*
27 Senſati in verbis, *id eſt, percipientes ſenſum verborum.*
28 Et ipſi ſapienter egerunt. *extendendo ad opus ſuam notitiam.*
29 Et intellexerunt verit. *de præmiatione boni.*
30 Et iuſtitiam, *de punitione mali.*
31 Et implorauerunt. *id eſt, implorando cognouerunt.*
32 Prouerbia, &c. *i. intelligentiam occultorum.*
33 Poſt concupiſcentias. *Hic conſequenter remouetur primum impedimentum impetrationis miſericordiæ diuinæ, cum dicitur,* Poſt concupiſcentias, &c. *Secutor enim concupiſcentiæ auertitur à regula legis diuinæ: & per conſequens non poteſt à Deo miſericordiam impetrare, ideo ſequitur,*
34 Faciet te in gaudium inimicis tuis, *ſpiritualibus, qui ſunt ſpiritus maligni.*
35 Ne oblecteris in tur. *i. in multitudine familię.*
36 Nec in modicis. *i. in minori familia. Et ſubditur cauſa,*
37 Aſſidua enim eſt commiſſio illorum. *i. frequenter peccant: & ſic turbant dominum ſi bonus fuerit, & impediunt à bono: & ſi non turbatur, fouet eos in malo, et ſic auertitur à Deo. Secundum quod impedit dictam impetrationem miſericordiæ eſt duritia erga proximum quam remouet, dicens.*

a *Ne fue. me.* Prouocat nos ad opera miſericordiæ. Si enim pigri fuerimus, non modo deerunt nobis ſolatia temporalia, imò animæ noſtræ bona futura: quando temporalis eleemoſyna remunerabitur mercede æterna.

A

lorum, ne fueris mediocris in contentionẽ ex fœnore: et nõ 1 2
eſt tibi nihil in ſeculo: eris enim inuidus animæ tuæ. 3 4 5

D

NCOLAVS DE LIRA.

1 Ne fue. medio. *i. negligens et remiſſus, ſed magis diligẽs, & viuidus.*
2 In contentione ex fœnore. *i. vt contendas ſuperare alios in datione eleemoſynæ, quam dans domino fœneratur. Prouerb. xix.* Fœneratur domino qui miſeretur pauperis, &c.
3 Et non eſt tibi ni. *ſed aliquid, quia duæ negationes æquipollent vni affirmationi.*
4 In ſeculo. *Alia litera: In ſacculo. & in idem redit. Et eſt ſenſus: Ex quo habes bona huius ſeculi, vel bona repoſita in ſacculo, vnde potes cõuenienter viuere, non debes eſſe negligens in eleemoſynarum datione.*
5 Eris enim inuidus animæ tuæ, *ſubtrahendo ſibi bonum miſericordiæ, ſi negligens fueris in eleemoſynæ datione, ſic exponitur communiter paſſus iſte. Sed quoniam hæc expoſitio accipit contentionem extraneè, & fœnus nõ literaliter, ſed myſticè, videtur mihi aliter dicẽdum. Et ſic,* Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore. *i. non ſolum multum, ſed nec etiam parum contendas durè repetendo debitum, quod commodaſti proximo indigenti, Exod. xxij. d.* Si pecuniam mutuò dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum quaſi exactor, &c. *Quod autem accommodatio* fœnus *dicatur in ſcriptura patet Deuter. xxviij. b.* Fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies: *& in multis alijs locis*, Et non eſt tibi nihil, &c. *id eſt, dum habes vnde poſſis aliunde viuere, non debes durè debitum repetere.* Eris enim inuidus animæ tuæ, *ſubtrahendo ſibi bonum miſericordiæ, ſi debitum repetas nimis durè contra præceptum allegatum Exo. xxij.*

B

CAP. XIX.

Suprà 18. d.

a OPerarius. RAB. Ad ſuperiora reſpicit vbi ait, *Non oblecteris in turbis*, quibus ſcilicet ebrietatis vitium leue eſſe putatur, cum ſit detrimentum bonarum rerum, & multiplicatio ſcelerum.

b *Modica.* Verbum otioſum, riſum, comeſſationes, potationes, & huiuſmodi.

Gregor. li. 10. Moral. cap. 9.

GREGOR. Si vanitatis culpa nequaquam cautè compeſcitur, ab iniquitate protinus mens incauta deuoratur; Salomone atteſtãte, qui ait, *Qui modica ſpernit paulatim decidit.* Si enim curare parua negligimus inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus, &c. Deus itaque hominum vanitatem nouit, iniquitatem cõſiderat: quia nec minora delicta inulta deſerit, & ad maiora ferienda ſeſe intentius accingit. Quia igitur à leuioribus malis incipitur, & ad grauiora peruenitur: vanitas mẽtem obnubilat, iniquitas cæcat. quæ nimirum mens amiſſo mox lumine, tantò ſe altius per tumorem erigit, quantò & iniquitatis capta laqueis à veritate longius recedit.

C

CHROMATIVS. Cum mandata minima ſoluere impium ſit, multò magis magna & maxima. Vnde per Salomonem idipſum Spiritus ſanctus conteſtatur dicens, *Qui modica ſpernit paulatim decidet.* Et idcirco nihil eſt de præceptis diuinis ſoluendum, nihil mutilandum, ſed totum fideli ac deuota mente ſeruandum atque docendum, ne cœleſtis regni gloria amittatur. Quia quæ iudicio infidelium, vel hominum ſæculi minima putantur, & parua; hæc apud Deum non ſunt parua, ſed neceſſaria. Qui autem docuerit & fecerit, hunc magnum futurum, &c.

Chromatius in 5 caput Matth.

E



CAP. XIX.

a Perarius ebrioſus nõ locupletabitur: 1
b & qui ſpernit modica, paulatim deci 2 3
a ¶ Hæreticorum, de quo dicitur: Fel draconum vinum eorum.
¶ Ebrietas fornicatio ſcilicet. b ¶ A vera ſapientia. 4
c dit. Vinũ & mulieres apoſtatare faciũt 5 6
a ¶ Sicut Salomonem.
d ſapiẽtes, & arguũt ſẽſatos: & qui ſe iũ- 7 8
a ¶ Futuræ ſcilicet pœnæ.
b ¶ Ignis eorum non exting. & ver. non mo. 9
git fornicariis, erit nequam. Putredo & vermes hæredita- 10
a ¶ Alijs. b ¶ Ne. ſ. ſit de numero ſanctorum. 11
bunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur 12
e de numero anima eius. Qui credit citò, leuis corde eſt, 13 14
a ¶ Senſu & virtute. b ¶ Inter ſtultos reputabitur.
& minorabitur, & qui delinquit animam ſuam, inſuper 15 16
¶ Reprehenſibilis.
habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui 17 18
a ¶ Id eſt, vita æterna carebit.
odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquaci- 19 20
a ¶ Vir linguoſus non dirigetur in terra. b ¶ Superbiæ & iniquitatis.
c ¶ Polluendo eam prauis operibus.
tatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam ſuam, 21
a ¶ In iudicio. b ¶ Qui lætatur cum maleſe.
c ¶ Quando dicetur: Diſcedite à me mal. in ignem æternum.
pœnitebit: et qui iucundatur in malitia, denotabitur.

c *Et mu.* RAB. Fornicatio, qua derelicta veritate fidei, iunguntur dæmoniis.

d *Iungit for.* Reprehenſibiles oſtendit; quia relicta vera ſapientia ſtulti facti ſunt, & fornicariis ſe iungunt.

F

e *Qui cre.* Leuitas animi deſcribitur, quæ infirma & mutabilis eſt: vnde, *Stultus vt luna mutatur.*

Infrà 27. d.

*Qui credit*, &c. De charitate dicit Apoſtolus, *Omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Sed ibi perfectio bonæ volũtatis, quæ ſemper prõpta eſt ad omne opus bonũ. Hic autem leuitas animi deſcribitur, quæ ſtatum firmitatis non habet.

1. Cor. 13. c

CHRO- . Ne

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIX.

OPerarius. *Superius ab illo loco*, Non dixeris per Deum abeſt, *xv. ca. induxit autor ad peccati deteſtationem ex cauſa peccati, quæ eſt liberum arbitrium hominis: hic conſequenter ad idem inducit ex actu peccãdi. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit hoc in peccatis commiſſionis, ſecundò in peccatis omiſſionis cap. xxij. Et quoniam peccata carnalia ſunt magis turpia, & maioris infamiæ, ideo ab illis incipit, dicens,*

1 Opera. ebrio. *nam per ebrietatem lucrum conſumit, & ab opere impeditur.* 2 Et qui ſpernit modica. *id eſt, peccata leuia,*
3 Paulatim de. *in grauiora. Nam abyſſus abyſſum inuocat.*
4 Vinum & mu. apo. *De vino habetur exemplum Geneſ. xix. in Lot, qui inebriatus ſuas filias ſtuprauit, De mulieribus autem. iij. Reg. xj. a. vbi dicitur de Salomone,* Cum eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres. 5 Et ar. ſen. *i. faciunt eos arguendos.*
6 Et qui ſe iun. fornicariis. *Nã per fornicationẽ trahitur ad alia nequiora, ſicut Salomon fuit tractus per mulieres ad ſequendum idola. iij. Reg. xj.* 7 Putredo & ver. hæ. *poſt mortem.*
8 Et extolletur. *i. extra conſortium bonorum tolletur.*
9 In exem. *i. ad terrendum non ſolum minores, ſed etiam maiores.*
10 Et tol. de nu. *electorum,* 11 Anima eius, *rapta à dæmonibus.*
12 Qui credit. *Hic conſequenter accedit ad deteſtationem peccatorum ſpiritualium. Circa quod primò deteſtatur eorum originem, ſecundo multitudinem, ca. xxj. Eſt autem duplex origo peccati. ſ. leuitas cordis, et loquacitas oris: de qua loquitur ibi,* Ne iteres. *Circa primum dicit,* Qui cre. *malum de proximo,*
13 Leuis eſt cor. *i. inſtabilis. ſ. in bono, & labilis ad malum, nam de quolibet tenendum eſt & præſumendum, quod ſit bonus, niſi appareat cõtrarium.* 14 Et mi. *in vita & fama.*
15 Et qui delin. ani. *peccatis occultis inficiens eam.*
16 Inſuper ha. *i. extra manifeſtabitur, ſicut quod eſt in corporis ſuperficie.* 17 Qui gau. *habituatus in malo ex peccandi conſuetudine. Signum enim habitus generati eſt delectatio in opere. j. Ethicorum.*
18 Denota. *i. de malo notabitur, oſtenſus ab aliis cum digito.*
19 Et qui odit corr. minuetur vi. *per ſuſpendium vel aliam mortis pœnam.* 20 Qui odit lo. *Hic conſequenter deteſtatur ſecundam peccatorum originem, quæ eſt loquacitas. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideò primò reprobat locutionem indiſcretam, ſecundò commendat diſcretam, ibi,* Corripe amicum. *Circa primum dicit,* Qui odit lo. exting. malitiam. *quam loquacitas accendebat.*
21 Qui pec. in ani. ſuam pœni. & qui iucun. *exponatur vt ſuprà.*

a ¶ Quia poſt commiſſum emendaberis.
a Ne iteres verbum durum & nequam, non minôraberis. A-
b mico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi deli-
ctum, noli denudare: audiet enim te, & cuſtodiet te: & quaſi
c defendēs peccatum odiet te, & ſic aderit tibi ſemper. Audi-
ſti verbum aduerſus proximum tuum? commoriatur in te,
fidens quoniam non te dirumpet: A facie verbi parturit fa-
a ¶ Concupiſcentia, diabolica ſuggeſtione cordi peccatoris immiſſa.
tuus, tanquam gemitus partus infantis. Sâgitta infixa femo-
a ¶ Qui quaſi bos trahitur ad victimam, & non preuidet ſibi.
d ri † canis, ſic verbum in corde ſtûlti. Corripe amicum, ne
fortè non intellexerit, & dicat: Non feci: aut ſi fecerit, ne
iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixe-
rit: & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum, ſæpe enim
e fit commiſſio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur lin-
¶ Perfectus eſt, qui in verbo non offendit.
gua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim, qui non delique-
a ¶ Quaſi patientia & manſuetudo magis valeat in correctione fratrum: quia ſic datur locus timori altiſſimi, & fit conuerſio à peccatis.
rit in lingua ſua? Corripe proximum antêquam commine-
ris, & da locum timori altiſſimi: quia omnis ſapientia timor
a ¶ Dignoſcitur vel diſcitur. b ¶ Quia lex diuina ordinata eſt ſine omni nequitia, ſyncera & veriſſima.
Dei. Et in illa timêre Deum, & in ômni ſapientia diſpoſitio
a ¶ Hæreticorum.
legis. Et non eſt ſapientia nequîtiæ diſciplina, & non eſt co-
gitatus bonus peccatorum prudentia. Eſt prudentiæ ne-
a ¶ Aſtutia hæreticorum omnibus bonis execrabilis eſt. ¶ Simplex. Vel deficit.
f quitia, & in ipſa exêcratio, & eſt inſipiens qui minuitur
a ¶ Subtilitate myſteriorum.
g ſapientia. Melior eſt homo qui minuitur ſapiêntia, & de-
a ¶ Spirituali. b ¶ Potentes potenter tormenta patientur.
ficiens ſenſu in timôre, quàm qui abûndat ſenſu, & tranſ-
a ¶ Maleoperando. b ¶ Hæreticorum verſutia arte diabolica inſtructa.
h grêditur legem altiſsimi. Eſt ſolêrtia certa, & ipſa iniqua:

† carnis.

A a *Ne iteres verbū durū & nequā, &c.* RABA. Id eſt, poſt fletum nō committas, quod iterum neceſſe ſit flere. Ne defendas quod malè locutus es. Et quod malitioſa mente concepiſti, facto ne replices peſſimo.
b *Amico & inimico.* Hortatur vt cautelā & diſcretionem habeamus: ne amico & inimico .i. catholico & hæretico noſtra pandamus occulta: quia inimicus licet blandiatur, decipere tentat.
B c *Audiſti verbū aduerſus proximum, &c.* Non æqualiter ſtultum & ſapientē cōmouet ſtultum verbum. Stultus enim perturbat ſenſum, vt gemitum doloris exprimat per actum nefandum: ſed non conturbat ictū quicquid acciderit. Sed cauendum eſt illi, qui de firmitate cordis confidit, ne memoriam retineat verbi duri.
C d *Corripe amicum, ne fortè, &c.* Corripere debemus amicos delinquentes cum omni patientia, quia aliquando per ignorantiam,
D tiā, aliquādo per negligentiam, aliquando per inobedientiam & contemptum peccant, ſi fortè cum diſcretione correpti agant pœnitentiam, & in futuro habeāt diligentiam & cautelam, vnde, *Inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis.* (Gal. 6.)
e *Eſt qui labitur lingua ſua.* Magna differentia eſt inter eum, qui peccat per ſimplicitatem vel ignorantiam, & eum qui peccat per malitiam. Poteſt enim fieri, vt quis offendat in verbo; quod tamen non putat eſſe malū: ſed magis peccat qui plenus eſt dolo & nequitia. (Peccatū per ignorantiā. & peccatū per malitiā differunt.)
E f *Minuitur ſa.* Miſteriorum intelligentia, non tamen à mandatorum Dei cuſtodia. Vnde ſequitur,
F g *Melior eſt qui minuitur ſapientia, &c.* Qui .ſ. timore Dei implet quod nouit: vnde, *Qui enim ſcit voluntatem domini & non facit, vapulabit paucis:* exiguo enim conceditur miſericordia. (Luc. 12. f)
h *Eſt ſolertia certa & ipſa iniqua, &c.* Incipit dare differentiam inter ſanctos & hypocritas

Eſt

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne iteres verbum, *id eſt detractionis.*
2 Durum & nequam, *id eſt, obiurgationis, ſiue fuerit à te dictum illud reiterando, ſiue ab alio illud referendo & propalando: nam hæc eſt malorum multiplicatio.*
3 Et non mi. *in fama & virtute. Conſequenter reprobat indiſcretam locutionem de ſeipſo, dicens,*
4 Amico, & inimico, *indifferenter,*
5 Noli narrare ſenſum tuum *id eſt, ſecretum tuum:*
6 Et ſi eſt tibi delictum, *occultum,*
7 Noli denudare, *coram inimico maximè,*
8 Audiet enim te, *libenter,*
9 Et cuſtodiet te. *i. obſeruabit verba tua ad capiendum te;*
10 Et quaſi defendēs pec. *ſ. tuū. fraudulenter corā te excuſans ipſum.*
11 Odiet te, *hoc enim non facit ex amore, ſed odio.*
12 Et ſic aderit ti. *vt magis poſſit mala tua cognoſcere, & te per hoc ſubuertere. Conſequenter reprobat indiſcretam locutionem de alio, dicens,*
13 Audiſti ver. aduerſus pro. tuum? com. *i. nunquam reueles, ſed ſit ſepultum apud te.*
14 Fidēs quoniā in te non di. *i. quod talis celatio tibi malū non faciet.*
15 A facie ver. par. fa. *quia non poteſt illud celare, & ſi ad horam celet, hoc eſt cum dolore, ideo ſubditur,*
16 Sagitta infixa femori canis, *quam nititur extrahere.*
17 Sic verbum in corde ſtu. *quia non quieſcit donec propalauerit.*
18 Corripe amicum. *Hic conſequenter commendat locutionem diſcretam. Et diuiditur in duas partes, quia primò inducit ad diſcreta locutionis actum, ſecundo oſtendit eius fructum ſequenti ca. Prima adhuc in duas partes, ſcilicet in principalem & incidentalem, quæ incipit ibi* Et non eſt ſapientia. *Circa primum ſciendum, quòd locutio bona maximè locum habet in correctione fraterna: ideo dicit,* Corripe ami. ne for. *cum fecerit iniuriam,*
19 Non intellexerit. *id eſt, non cognouerit ſe malum feciſſe. Et per tuam correctionem cognoſcet & cauebit.*
20 Aut ſi fecerit, *ſcienter iniuriam, ſupple corripe eum, ne iterum addat facere, quia fortè per te retraheretur.*
21 Corripe proximum, ne fortè *cùm iniuriam fecerit te ſciente.*
22 Non dixerit, *i. negauerit pertinaciter peccatum augmentando:*
23 Et ſi dixerit, *peccatum confitendo.*
24 Ne forte iteret, *A qua iteratione retrahetur tua correctione.*
25 Corripe amicum, *Non ſolùm ſemel, ſed pluries. Et ſubditur ratio.*
26 Sæpe enim fit comiſ. *ſ. peccati ex fragilitate humana.*
27 Et non omni verbo credas. *quod in malum dicitur de proximo, quia frequenter defectus contingit in loquendo.*
28 Et qui labi. *i. peccat.* 29 Lingua ſua. *eò quòd ſituatur in lubrico.*
30 Sed non ex animo. *id eſt, ſcienter & à propoſito.*
31 Quis eſt enim qui non de. &c. *q. d. pauci ſunt valde. conſequenter tangit ordinem fraternæ correctionis, dicens.*
32 Corripe proxi. *inter te & ipſum.*
33 Antequam commine. *i. iudici denunties ad puniendum.*
34 Et da locum, timori altiſſimi. *qui ſic præcipit correctionem fieri, vt ſaluetur, ſi fieri poteſt bono modo, fama fratris.*
35 Quia om. ſa. ti. &c. *i. à timore Dei procedit: nam eſt initium ſapientiæ, ſuprà j. ca.* 36 Et in illa, *ſcilicet ſapientia,*
37 Timere Deum, *Quia ſicut ſapientia oritur à timore, ita docet amplius Deum timere.* 38 Et in omni ſapi. deſ. leg. *i. lex diuina diſpoſita eſt à Deo, in quo eſt omnis ſapientia.*
39 Et non eſt ſapi. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponit tria incidentia. Primum eſt de ſapientia ficta & falſa, eò quòd partem immediatè præcedentē in vera ſapientia terminauit. Dicit igitur,* Et non eſt ſa. *vera.*
40 Nequitiæ diſci. *quia quis cautè ſcit facere malum: hoc enim modo bonum ad mala transferimus, vt dicitur v. Metaphy. Sicut dicitur bonus latro, vel ſapiens, qui cautè facit latrocinium. Et eodem modo exponitur quod ſubditur.* Et non eſt cogita. bo. pecca. &c. *vſque ibi.*
41 Et eſt inſipiens, *id eſt, ſimplex & parum ſciens.*
42 Qui minuitur ſapien. *modicum ſciens de ſubtilibus: ſcit tamen ſufficienter de pertinentibus ad ſalutem, ideo ſubditur de ipſo,*
43 Melior eſt homo qui minuitur ſapien. *i. ſubtilium cogitatione.*
44 Et deficiens ſenſu. *id eſt occultorum intellectu.*
45 In timore Dei. *i. timens Deum timore filiali:*
46 Quàm qui abundat ſenſu. *id eſt, ſcripturarum intellectu.*
47 Et tranſgreditur le. al. *Et hic grauius punietur, Luc. xij f.* Seruus qui cognouit voluntatē domini ſui, & nō fecit, vapulabit multis, *ſcilicet plagis.* 48 Eſt ſolertia certa, &c. *Eſt autem ſolertia ſecundum Philoſophum ſubtilitas inueniendi medium in non perfecto tempore. Et ſi ordinetur ad concluſionem malam, eſt iniqua: Si autem ad bonam, ſic eſt ſolertia, de qua ſubditur.*

24 Ne

Et

a ¶ Prædicator verus. b ¶ Euangelij.
& eſt qui emittit verbum certum, enarrans 1
¶ Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſte ouium.
veritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & in- 2 3
teriora eius plena ſunt do- 4
a ¶ De quibus dicitur, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.
lo, & eſt iuſtus qui ſe nimiū 5
ſubmittit à multa humili- 6
tate: & eſt iuſtus qui incli- 7 8
nat faciem, & fingit ſe non 9
videre, quod ignoratū eſt.
Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, 10
11 ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. D
12 Ex viſu cognoſcitur vir, & b
ab occurſu faciei cognoſci-
13 tur ſenſatus. Amictus cor-
14 poris, & riſus dentium, &
15 ingreſſus hominis enun-
16
a ¶ Hæreticorum, hypocritarum.
tiant de illo. Eſt correctio mendax in ira con-
17 a ¶ Hæreticorum, qui errant in fide & in religione.
18 tumelioſi: & eſt iudicium, quod non pro-
19 batur eſſe bonum, & eſt tacens, & ipſe eſt
20 prudens.

A a *Eſt & in.* Rab. Sic hæretici & hypocritę oſtendunt virtutum ſpeciem, ſed veritatē eius non habent: & vt peccandi locū inuenerint, oſtendunt quod in corde habebant.

b *Ex viſu.* Raba. Exterioribꝰ indicijs cognoſcitur affectus animi, vnde: *Nō eſt arbor bona, quę fructus malos facit, &c. Et ex abundantia cordis os lo.* Luc. 6. f. Matth. 12.

E

## Nicolavs de Lira.

1 Et eſt qui emittit, *ſolerter & promptè,*
2 Verbum certum, *ad concluſionem bonam, ideo ſubditur,*
3 Enarrans verita. *iuſtitiæ, vitæ, & doctrinæ.*
4 Eſt qui nequiter. *Hic ponitur ſecundum incidens de humilitate, quæ connectitur ſapientię. Prouer. xj. a.* Vbi humilitas, ibi ſapientia. *Et quia immediatè locutus fuerat autor de ſapientia vera & falſa, hic conſequenter idem facit de humilitate, dicens,* Eſt qui nequiter hu. ſe. *vt homines magis decipiat.* B
5 Et eſt iuſtus qui ſe nimium. *id eſt, valde,*
6 Submittit à multa, *id eſt, abundanti,*
7 Humilitate, *qualis eſt iſte, qui non ſolum ſubmittit ſe ſuperioribus & æqualibus, ſed etiam inferioribus, ſicut Chriſtus ſubmiſit ſe Mariæ & Ioſeph, Luc. ij. g.* Deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. 8 Et eſt iuſtus, *fictè,*
9 Qui inclinat fa. &c. *quaſi auertens oculos à muliere pulchra, quam tamen ardenter concupiſcit, ſed hoc ab alijs ignoratur: & de ipſo ſubditur,*
10 Et ſi ab imbecil. viriū vete. pec. *quia non habet opportunitatem,*
11 Si inue. tem. malefa. *ſicut patet Daniel. xiij. de duobus ſenibus qui voluerunt cum Suſanna concūbere, qua recuſante conati ſunt eam interficere.*
12 Ex viſu cogno. vir, &c. *Hic ponitur tertium incidens, quia locutus eſt autor de hominibus veris & fictis, quoad euidentiam & apparentiam virtutum: ideo conſequenter ponit ſigna, quibus frequenter cognoſcitur conditio hominis intrinſeca: dicens,* Ex viſu cogno. vir, &c. *Cordis enim diſpoſitio magis apparet in facie, in qua magis vigent omnes ſenſus, quam in alijs partibus: & potiſsimè in oculis, qui citius immutantur à corde propter humiditatem complexionis, ideo ſi in iſtis appareat magna maturitas & honeſtas, iudicatur homo ſenſatus, & econtrario,*
13 Amictus corporis, *id eſt, diſſoluta veſtis,*
14 Et riſus dentium, *id eſt, in quo apparent dentes, quod eſt leuitatis & fatuitatis ſignum.*
15 Et ingreſſus hominis, *laſciuus & leuis,*
16 Enuntiant de illo, *fatuitatem eius oſtendendo. Conſequenter ponuntur ſigna veri zeli & falſi, cum dicitur,*
17 Eſt correptio mendax in ira contumelioſi, *qua aliquis dicit alteri vituperia ſub ſpecie zeli ipſum corrigendi.*
18 Et eſt iudicium, *quod non probatur eſſe bonum, imò malum. ſ. cum aliquis ex leuibus ſignis iudicat & dicit, proximum ſuum eſſe malū, quaſi ſub ſpecie zeli iuſtitiæ. Iudiciū enim tale eſt cōtra proximi charitatem.*
19 Et eſt tacens. *i. non ſic iudicans, nec dicens malum de proximo, donec habeatur certitudo.*
20 Et ipſe eſt prudens, *tempus loquendi debitum expectans, &c.*

C F

## Cap. XX.

a Qvā bonū eſt. Rab. Prohibuit iracundiam in iudicio, nunc hortatur vt correctionem magiſtri ſequatur pœnitentia diſcipuli. Sic enim opprimitur voluntas peccandi, & impetratur venia delicti: vnde, *Qui acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.* Prou. 15. c

Agenda ſunt omnia patienter & diſcretè, quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur, & doctrina omnis per patientiam dignoſcitur. Iaco. 1.

b *Concupiſcentia.* Probat exēplo, quod bonū ſit non iraſci: quia ſicut concupiſcentia ſpadonis maculat virginem, nec generat ſobolem: ita violentia iniqui ſimulat iudiciū, ſed non ſeruat ęquitatis modum.

## Capvt XX.

a ¶ Modeſtè, patienter.
a Q Vàm bonum eſt arguere quàm iraſci, & 1
a ¶ Inſtruendus eſt, non prohibendus, qui confitetur in oratione, & laudat Deum in opere. 2
confitentem in oratione non prohibe- 3 4
b re. Concupiſcentia ſpadonis deuirgina- 5
uit iuuenculam, ſic qui facit per vim iu- 6
dicium iniquum. Quàm bonum eſt cor- 7 8
reptum manifeſtare pœnitentiam: ſic 9
¶ Modeſtus & catholicus. 10
c enim effugies voluntarium peccatum. Eſt tacens qui inueni- 11
a ¶ Deo & hominibus. b ¶ Hæreticus. 12
tur ſapiens, & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum. 13
d Eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt ta- 14 15
a ¶ Frenanda eſt lingua, non inſolubiliter liganda. 16
e cens ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens tace- 17
bit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non 18

c *Eſt tacēs.* Hic laudatur modeſtus, & culpatur temerari*
d *Eſt autē.* Exponit quā taciturnitatē laudet. Alij enim tacent, quia neſciūt loqui: alij autē quia ſciunt eſſe tēpus tacendi, & tēpus loquendi.
e *Homo ſapiens tacebit vſq; ad tēpus, &c.* Prudentes moderantur ſermones ſuos, & tempus ſeruant: ſtultus verò totum ſpiritum ſuum profert.

Eſt

## Nicolavs de Lira. Cap. XX.

1 Qvàm bonum eſt arguere. *Poſtquam autor induxit ad diſcretæ locutionis actum, hic conſequenter oſtendit ipſius fructum. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: ideo primò oſtendit fructum locutionis diſcretæ, & damnum oppoſitum indiſcretæ coniunctim: Secundo ſeparatim, ibi,* Homo acharis. *Prima in tres, quia primo propoſitum oſtendit in verbo correctionis: ſecundo in verbo eruditionis, ibi* Et tacens, *tertio in verbo humanæ communicationis, ibi,* Sapiens in verbis. *Circa primum dicit,* Quàm bonum eſt arguere, *dulciter & charitatiuè delinquentem,*
2 Quā iraſci, *ipſum arguendo indiſcrete: nam per hoc impeditur fructus correctionis.*
3 Et confitentem, *humiliter peccata ſua.*
4 In oratione, *vt ſibi dimittantur à Deo.*
5 Non prohibere, *id eſt, ipſum ad hoc inducere: minus enim dicit, & plus ſignat.*
6 Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuen. *polluens ipſam abſque fructu prolis:*
7 Sic qui facit per vim iudicium iniquum, *id eſt, indiſcretam correctionem & indebitam; quia maculat iuſtitiam abſque fructu emendationis. Et quoniam nō ſolum corripiens debet ſe diſcrete habere, ſed etiam correptus, ſubditur,*
8 Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiā, *id eſt, oſtendere, quod ſit verè pœnitens verbo & facto.*
9 Sic enim, *id eſt, ſi ſic feceris,*
10 Effugies voluntarium peccatum: *id eſt, quodlibet actuale peccatum: originale nāque eſt voluntarium, niſi voluntate primorū parentum.*
11 Eſt tacens. *Hic conſequenter oſtendit propoſitum in verbo doctrinæ, dicens,* Eſt tacens, *à doctrina vſque ad tempus conueniens,*
12 Qui inuenitur ſapiens: *nam dicitur Eccl. iij. a.* Tempus tacendi, & tempus loquendi.
13 Et eſt odibilis, *Deo & hominibus,*
14 Qui procax eſt ad lo. *præueniens tēpus debitū, & ſic facit ſcādalū.*
15 Eſt autem tacens, & non habens ſenſus loquelæ, *& talis licet ex defectu ſenſus non ſit commendabilis, tamen ex hoc quod tacet, ne loquendo deficiat, eſt laudabilis.* 16 Et eſt tacens. *ad horam,*
17 Sciēs tēpus apti tempo. *i. tempus aptū ad docendum, ideo ſubditur,*
18 Homo ſapiens tace. vſque, &c. *vt patet ex dictis.*

Qui

A a *Eſt qui multa redimat, modico pretio* RA. Qui ſcilicet per confeſſionem humilitatis ab omni reatu ſoluitur.
† ſeruabit
b *Et reſtituens ea in ſeptuplum.* Quando in locum vitiorum ſurrogat multiplicẽ numerum virtutum: Vt *vbi abũdauit delictum, ſuperabundet gratia.* Rom. 5. d

B c *Oculi enim illius ſeptemplices ſunt, &c.* Id eſt, intentio, ſcilicet variis nequitiis maculata, ſemper ad nocendum parata. Septenarius enim vniuerſitatem ſignificat.

d *Hodie fœneratur quis, et cras expetit, etc.* Inſtabilitatem hæreticorum oſtẽdit: quia ſenſum ſui erroris C violenter ab auditoribus extorquent, & ideo odibiles ſunt Deo & hominibus. Vel, qui de eleemoſyna in præſenti retributionem quærit, odibilem ſe facit, vnde, *Voca pauperes & debiles, cęcos, claudos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur autem tibi in*
† retributio
Luc. 14 c

a ¶ Hæreticus, qui doloſis verbis velat malitiam ſuam.
† ſeruabunt tempus. Qui multis vtitur verbis lædet animam
a ¶ Magiſterij dignitatem. b ¶ A Deo & ab hominibus.
ſuam: & qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſtè, odietur. Eſt pro-
a ¶ Sub cuius lingua labor & dolor.
ceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detri-
a ¶ Quod fit pro humana laude. ſ.
b ¶ Eleemoſyna ſcilicet pro Dei amore, & deſiderio ęternæ patrię, cui hic meritorum tribuitur honor. & in futuro gloria ſempiterna
mentum. Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum cuius
a ¶ Qui ſe exaltat, humiliabitur.
retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui
a ¶ Et qui ſe humiliat, exaltabitur.
a ab humilitate, leuabit caput. Eſt qui multa redimat modico
a ¶ Doctor catholicus. b ¶ Doctrinæ ſcilicet.
b pretio, & reſtituens ea in ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeip-
a ¶ Quia in ſcripturis veritatem ſequitur.
b ¶ Dogmata. c ¶ Hæreticorum. d ¶ Sicut aqua inutilis.
ſum amabilem facit: gratiæ autem † fatuorum effundentur.
a ¶ Doctrina hęreticorum. Alias datum.
c Datus inſipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſe-
a ¶ Iudicia veritatis. b ¶ Hæreticus.
c ¶ Quia plurima erroris improperia effundet
ptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit: &
d apertio oris illius inflammatio eſt. Hodie † fœneratur quis, &
e cras expetit: & odibilis eſt homo huiuſmodi. Fatuo non erit
a ¶ Verus qui ſecundum Deum. b ¶ Qui communicant ſcilicet doctrinæ hęreticorum.
amicus, & non erit † gratia in bonis illius. Qui enim edunt
a ¶ Mendaces. Doctrina hæreticorum.
f panem illius, falſæ linguæ ſunt. Quoties & quanti irride-
bunt eum? Neque enim quod habendum erat, directo
ſenſu diſtribuit: ſimiliter & quod non erat habendum.
g Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens,
h ſic caſus malorum feſtinanter venient. Homo † acharis

*in reſurrectione iuſtorum.* D

e *Fatuo non erit amicus, & nõ erit gratia in bonis illius, &c.* Qui laboris pręmium in vita hac quærit, vel hęreticus qui gloriam humanam appetit.

f *Quoties & quanti irridebunt eum? Neque enim quod habendum, &c.* Deteſtabilis eſt E cœtus hæreticorum, quia ſcripturam Dei prauo ſenſu interpretantur, & expoſitionẽ ſuam iniquè prædicant.
† impiorũ

g *Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens, &c.* Sicut in planicie pauimenti, vbi offendicula non ſunt, fruſtra F quis cadit: ſic hæreticorum ſenſus propria nequitia excæcatus, in ſemita veritatis quæ aperta eſt, caſum inuenit
† fœneratur

h *Homo acharis quaſi fabula, &c.* Sine gratia ſpiritusſancti; vel amarus, quia amarum & noxium ſenſum ingerit auditoribus.
† ſine gratia

*Fatui*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui multis vtitur verbis, *id eſt, ſuperfluis & inanibus,*
2 Lædet animam ſuam, &c. *nam in multiloquio non deerit peccatum, Prouerb. x. c.*
3 Et qui poteſtatem, *docendi vel corrigendi,*
4 Si aſſumit, *iniuſtè,*
5 Odietur, *à Deo & hominibus.*
6 Eſt proceſſio in malis, *quoniam immediatè mentionem fecit de aſſumente ſibi poteſtatem iniuſtè, in quo malè procedit: ideo huius occaſione tractat de proceſſu in malis dicens,* Eſt proceſſio in malis, *de malo in peius; ſicut in bonis de virtute in virtutem ſit proceſſus.*
7 Viro indiſciplinato, &c. *Hic enim prius vult eſſe magiſter quàm diſcipulus.*
8 Et eſt inuentio, *quia talis nititur inuenire noua,*
9 In detrimentum, *ſui & aliorum, quia communiter ſunt erronea quæ inuenit. Et ſicut malè proceſſit docendo, ſic & ſua diſpenſando: ideo ſubditur,*
10 Eſt datum, quod non eſt vtile, *quia caret debitis circunſtantijs, & repletur malis, vt quia fit propter vanam gloriam, vel aliam prauam intentionem, & huiuſmodi.*
11 Et eſt datum, *ſapientis per oppoſitum:*
12 Cuius retributio eſt duplex, *ſcilicet augmentum gratiæ in præſenti, & donum gloriæ in futuro.*
13 Eſt propter gloriam, *aſſumentis ſibi indebitè poteſtatem,*
14 Minoratio, *quia communiter deijcitur à ſtatu ſuo:*
15 Et eſt, *ſapiens,*
16 Qui ab humilitate leuabit caput, *meritoriè, & ab alijs ſublimatur effectiuè, quia ſicut dicitur Hebr. v.* Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo.
17 Eſt qui multa redimat, *ſcilicet peccata,*
18 Modico pretio, *id eſt, parua pœnitentia reſpectu peccatorum, quæ merebantur pœnam æternam: ſed pœnitentia commutat eam in temporalem.*
19 Et reſtituens ea in ſeptuplum, *id eſt, multipliciter, vel ſeptuplũ, id eſt, in ſeptenarium gratiarum ſpiritusſancti: nam vbi abundauit delictum aliquando ſuperabundat gratia.*
20 Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, *Hic ponitur fructus locutionis diſcretæ, & damnũ indiſcretæ in verbo communicationis humanæ, cùm dicitur* Sapiens in verbis ſeipſum amabilẽ facit, *quia cauet dicere odioſa, & ſtudet proferre Deo & hominibus gratioſa.*
21 Gratiæ autem fatuorum effundentur, *per indiſcretam locutionem: per quam Deo & hominibus odioſi redduntur, licet aliquas gratias gratis datas habeant, vt robur corporis, decorem, & nobilitatem generis, & huiuſmodi.*
22 Datus inſipientis nõ erit vtilis tibi, *recipienti. Et ſubditur ratio,*
23 Oculi enim illius ſeptemplices ſunt, *id eſt, eius intentio eſt multiplex & varia: propter quod ex paruo dono ad vanitates & alia mala, vult habere plura obſequia. Vel, dicet recipienti improperia, ideo ſubditur,*
24 Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio, &c. *Eo ſicut malè dat, ita malè accommodat: ideo ſubditur,*
25 Hodie feneratur quis, *accommodando proximo,*
26 Et cras expetit debitum, &c. *& cũ iurgio: ideo ſubditur,* Et odibilis, &c.
27 Et non erit gratia in bonis illius, *quia non communicat ea gratioſè, ſed magis odioſè modo dicto.*
28 Qui enim edunt panem illius *conſumendo bona eius,*
29 Falſæ linguæ ſunt, *id eſt, homines adulatores eius ſtultitiam commendantes.*
30 Quoties & quanti irridebunt, &c. *quaſi dicat, omnes ſapientes & boni.*
31 Neque enim habendum quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit, &c. *id eſt, ſua malè diſtribuit, et aliena, quæ rapit. Et quia tales adulatores puniuntur ideo ſubditur,*
32 Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens. *Grauius enim lęditur propter pauimenti duritiam: quàm ſi caderet ſuper mollem terram.*
33 Sic caſus malorum feſtinanter venient, *id eſt, ex improuiſo, ſicut lubricans cadit in pauimento.*
34 Homo acharis. *Hic ponitur fructus locutionis diſcretæ, et damnũ indiſcretę, ſeparatim. Et primò damnum indiſcretę, ſecundò fructus diſcretę, ibi:* Sapiens in verbis *Prima in duas, nam primò ponitur damnum indiſcretę locutionis in docendo: ſecundò fatuè promittẽdo, ibi,* Eſt qui præ confuſione. *Prima in duas: quia primò facit propoſitum, ſecundò remouet quoddam erroneum dictum ibi,* Eſt qui vetatur. *Circa primum:* Homo acharis. *i. ſine gratia Dei & hominis.*

Quaſi

A a *Fatui reprobabitur parabola, &c.* RAB. Iudæi, qui adhuc putant eſſe neceſſarias legis obſeruantias: Vel, philoſophi, qui humana ratione æſtimant ſe omnia poſſe comprehendere. Vel, hęretici, qui ſophiſticis argumẽtis nituntur euertere veritatem euangelij.

B b *Eſt qui vetatur.* Reprehenſa falſitate hæreticorum, intentionem prauæ voluntatis vituperat. Sunt enim, qui cum non poſſunt actu peccare, nolunt in voluntate quieſcere.

C c *Eſt qui perdet animam ſuam.* Quia timens huius mundi poteſtatem, non audet profiteri euangelij veritatem: vnde, *Qui erubuerit me & meos ſermones, hũc erubeſcet fili⁹ hominis.*

d *Eſt qui præ confuſione, & ab imprudentia, &c.* Sunt qui plura promittunt, & pauca reddunt, & eos quibus mentiendo promittunt, inimicos ſibi faciunt.

† imprudẽti perſona

† Pro. 12. b & 28. c.

† Exo. 23. a. Deut. 16. d. Luc. 9. d.

a ¶ Doctrina hæreticorum. vnde: Ineptas & aniles fabulas deuita.
quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorũ aſſidua erit. Ex
a ¶ Argumentatio falſa.
a ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illã in tem-
b pore ſuo. Eſt qui vetatur præ inopia peccare, & in requie ſua
a ¶ Nolite timere eos, qui occiduut corpus, animam autem non poſſunt occidere.
c ſtimulabitur. Eſt qui perdet animam ſuam prę cõfuſione, &
d ab † imprudentia perſonæ perdet eam: perſonæ autem acceptione perdet ſe. Eſt qui præ confuſione promittit amico, &
a ¶ Inter maxima vitia mendacium numeratur: vnde, Os quod mentitur, occidit animam.
lucratus eſt eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in
homine mendacium, & in ore indiſciplinatorũ aſſiduè erit.
a ¶ Non laudat furem.
e Potior fur, quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionẽ autem
ambo hęreditabunt. Mores hominum mendacium ſine ho-
¶ Cæleſti. a ¶ Perpetuo in æternum confundentur.
f nore, & confuſio illorum cũ ipſis ſine intermiſſione. Sapiẽs
¶ Alias cit. a ¶ Diſcipulus obediens.
in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit ma-
a ¶ Sanctis doctoribus. b ¶ Euangelico vomere. c ¶ Carnem ſcilicet. d ¶ Fructus iuſtitiæ. e ¶ Virtutum.
gnatis. † Qui operatur terram ſuam inaltabit aceruũ frugũ:
¶ Opera iuſta a ¶ Bonus diſcipulus.
& qui operatur iuſtitiã, ipſe exaltabitur: qui verò placet ma-
a ¶ Doctoribus. b ¶ Admonitione correptus. c ¶ Ne veritatem videant.
gnatis, effugiet iniquitatem. † Xenia et dona excæcant ocu-
a ¶ Amator ſcilicet pecuniæ qui dicenda quaſi mutus tacet.
los iudicum: et quaſi mutus in ore auertit † correptiones eo-
rum. Sapientia abſconſa, et theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in
g a ¶ Ne proferens eam peccet. ¶ Qui prædicando poteſt prodeſſe.
vtriſque? Melior eſt qui celat inſipientiam ſuã, quàm homo
qui abſcondit ſapientiam ſuam.

D e *Potior eſt fur.* Nõ excuſat furem, ſed eius comparatione ingrauat mentiendi aſſiduitatem. Myſticè autem fures, ſunt Iudæi, quibus dicitur, *Qui prædicas non furãdum, furaris.* Hęretici verò mendaces qui peiores ſunt, quia poſt perceptam baptiſmi gratiam ad vomitum redierunt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerunt. Rom. 2.

E f *Sapiens in verbis, &c.* Quia ſapientiam mentis demonſtrat in bene dictis: vnde, *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum.* Matth 12 c

F g *Sapientia abſconſa.* Nulla eſt vtilitas theſauri, qui abſconditus eſt & non ſcitur, & ſapientiæ ſine diſcretione abſconſæ.

† correctiones

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Quaſi fabula vanã in ore indiſciplinatorum aſſidua, &c. *nam indiſciplinati in fabulis vanis ſunt aſſueti.*

2 Erit, &c. *ſ. homo acharis, nam de ipſo fit deriſio, & fabulatio communis, etiamſi aliquando dicat bona: ideo ſubditur,*

3 Ex ore fatui reprobabitur parabola, &c. *id eſt, ſententia vera & magna. Et ſubditur ratio.*

4 Non enim dicit illam in tempore ſuo, &c. *id eſt, tempore congruo, ſed inepto.*

An actus interiores cordis ſint peccatum

5 Eſt qui vetatur, &c. *Quia locutus fuit autor de peccato oris, hic conſequenter remouet errorem circa peccatum cordis. Dixerũt enim aliqui (quorum Ioſephus fuit vnus, vt patet .xij. libro antiquitatis Iudaicę) quòd actus interior cordis non eſt peccatum, niſi exeat aliqualiter in opere. Quod manifeſtè patet falſum: quia actus exterior nõ habet rationem peccati, niſi quia procedit ab actu interiori, Peccatum enim ſic eſt voluntarium, quòd ſi non eſt voluntarium non eſt peccatum, propter quod hũc errorem remouet dicens,* Eſt qui vetatur, *id eſt, prohibetur peccare.*

6 Præ inopia, *ſicut pauper, qui non poteſt exercere vſuram, licet velit propter inopiam rerum. Similiter debilis & infirmus non poteſt exercere rapinas & homicidia propter inopiam virium, quamuis faceret hoc libenter.*

7 Et in requie ſua, *id eſt, in ceſſatione à malo,*

8 Stimulabitur, *id eſt, amaricabitur, eò quòd malitiam ſuam ducere non præualet ad effectum, propter quod talis voluntas mala pro facto malo reputatur. Et quia talis exit in opus malum, quando poteſt, ſubditur,*

9 Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, *id eſt præ timore confuſionis, ſi appareat pauper, propter quod ad latrocinia conuertitur,*

10 Et ab imprudentia perſonæ perdet eam, *id eſt, à perſuaſione mali hominis, cui de facili aſſentit in latrocinijs: ideo ſubditur,*

11 Perſonæ autem acceptione, *id eſt acceptando perſuaſionem iniquę perſonæ,*

12 Perdet ſe, *quantum ad animam per peccatum mortale, et quantum ad corpus frequenter ſuſpenſione vel decapitatione.*

13 Eſt qui præ confuſione, *Hic ponitur damnum indiſcretæ locutionis in promittendo, cum dicitur,* Eſt qui præ confuſione, *id eſt, timens verecundia notari de impotentia vel auaritia,*

14 Promittit amico, *quod non poteſt ſoluere:*

15 Et lucratus eſt eum inimicum gratis, *id eſt, ſine cauſa rationabili promittendo. Dicitur enim vulgariter: Qui promittit, et non ſoluit, cor amici ſui ſibi tollit. Et quoniã in promittẽdo commiſit mendacium, ſciens quod ſoluere non poterat, ſubditur.*

16 Opprobrium nequam in ho. men. *quando procedit ex libidine mentiendi, quod proprium eſt hominis indiſciplinati: ideo ſubditur,*

17 Et in ore indiſciplinatorũ aſſiduè erit. Potior fur, &c. *id eſt, minus malus.*

18 Quàm aſſiduitas viri mendacis, &c. *id eſt, quam homo aſſuetus mẽdacijs. Talis enim frequenter dicit mendacium pernitioſum, quod eſt aliquando grauius quàm furtum: vt quãdo per mendacium alterius denigratur fama, quantò melius eſt nomen bonum, quàm res poſſeſſa, quæ tollitur per furtum.*

19 Mores homi. men. ſine ho. *quia magis digni ſunt confuſione: ideo ſubditur,* Et confuſio illorum.

20 Sapiens in ver. produ. ſeipſum. *Hic conſequenter ponitur fructus locutionis diſcretæ, cùm dicitur,* Sapiens in ver. produ. &c. *id eſt, manifeſtabit ſapientiam ſuam.*

21 Et homo pru. pla. *ſicut patet de Ioſeph Gen. xlj. qui propter prudentiam ſuã placuit Pharaoni. Et de Daniele, Danie. ij. qui propter ſapientiam ſuam placuit Nabuchodonoſor regi. Et quia tales propter ſuã iuſtitiam exultantur, ſubditur,*

22 Qui operatur terram ſuam inalta. aceruum frugum, &c. *Sicut enim talis augmentat fruges, ſic operanti iuſtitiam creſcunt honores: & hoc patet de Ioſeph & Daniele, qui fuerunt valde exaltati, vnus in Aegipto, alter in Babylone.*

23 Qui verò placet magnatis. *dicto modo. ſ. propter ſuam iuſtitiam & ſapientiam,*

24 Effugiet iniquita. *quia non accipiet dona ad ſubuertendum iuſtitiam, de quibus ſubditur:* xenia & dona, *&c.*

Mutus

25 Et quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum. *Eſt autem mutus quædam ſpecies ranæ, quæ proiecta in os canis facit eum tacẽtem, & non potentem latrare, ſic xenium datum pro ſubuerſione iuſtitiæ facit iudicem tacere: et à punitione mali ceſſare. Et quia dictum eſt, quod ſapiens in verbis manifeſtat ſapientiam ſuam, ideo ſubditur:*

26 Sapientia abſcõſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? *q. d. nulla, & hoc eſt verum quantũ ad vtilitatẽ aliorum, ſed non quantùm ad propriã. Theſaurus enim inuiſus nec ſibi nec alijs valet: ſed ſapientia abſconſa valet habẽti quantùm ad actus vitæ contemplatiuę: licet non habeat alijs per opera vitę actiuæ.*

27 Melior eſt qui ce. inſi. ſu. *quia pręcauet ſibi à confuſione.*

28 Quàm homo qui abſcon. ſa. ſu. *tempore quo manifeſtanda eſt per doctrinam, vel per iuſtitiam. Talis enim abſcõdit in terra talentum domini ſui, quod per ipſum debebat multiplicari, ſecundum quod dicitur Mat. xxv. propter quod ibidem dicitur ſeruus piger & malus.*

CAP.

CAP. XXI.

A a *Fili peccaſti, non adijcias iterum: ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.* RABAN. Conſilium dat, cum peccamus, (Eccleſ. 7. c) *( Non eſt enim qui faciat bonum, & nō peccet)* ne iterum peccemus: ſed de præteritis pœnitentiam agamus deprecantes, vt nobis dimittantur.

## CAP. XXI.

a Fili peccaſti, non adiicias iterum: ſed &
a ¶ Dei miſericordiam.
de priſtinis deprecare, vt tibi dimittan-
tur. Quaſi à facie colubri fuge peccata:
a ¶ Conſentiendo ſuggeſtionibus diaboli. b ¶ In infernum.
b & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Den-
a ¶ Suggeſtionis. b ¶ Peccare facientes.
c tes leonis dentes eius, interficientes
a ¶ Qui corpori & animæ nocet, vtrunque etenim pro iniquitate damnabitur.
animas hominum. Quaſi rhomphæa bis acuta † omnis ini-
a ¶ Quia ſupplicium æternum. b ¶ Alia tranſlatio: Cataplectatio, id eſt, conuitium.
quitas, plagæ illius non eſt ſanitas. Obiurgatio & iniuriæ
d † annullabunt ſubſtantiam, & domus quæ nimis locuples
eſt † annullabitur ſuperbia, ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabi-
a ¶ Deſiderium pauperis exaudiuit dominus. ¶ Iudicis. b ¶ Pauperis.
e tur. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures perueniet.
a ¶ Pro peccatis.
f & iudicium feſtinatò adueniet illi. Qui odit correptio-
nem, veſtigium eſt peccatoris: et qui timet Deum, com-
a ¶ Id eſt, cor ſuum conuertit ad intelligenda præcepta Dei.
g uertetur ad cor ſuum. Notus à longè potens lingua audaci,
a ¶ Id eſt, fidelis diligenter obſeruat, ne cadat in errorem eius.
h et ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo. Qui ædificat domum ſuam
impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hye-
a ¶ Vtilitatem peccatorum, & velocem ſignat interitum.
me. Stupa collecta ſynagoga peccantium, et conſumma-
i tio illorum flamma ignis. Via peccantium complantata

(Aug. de nuptijs & cōcupiſ. lib. 1. cap. 56.) ✻ AVGVSTINVS. In eis, qui regenerantur in Chriſto, cum remiſſionem accipiunt prorſus omnium peccatorum, vtique neceſſe eſt vt reatus etiam huius, licet adhuc manentis concupiſcentiæ, remittatur, vt in peccatum non imputetur. B Nam ſicut eorum peccatorum, quę manere non poſſunt, quoniam cum fiunt, prætereunt, reatus tamen manet, & niſi remittatur, in æternum manebit, ſic illius concupiſcentiæ, quando remittitur, reatus aufertur. Hoc eſt enim non habere peccatum, reum non eſſe peccati. C Nam ſi quiſquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiam ſi nunquam deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius indulgentia remittatur: Habet ergo peccatum, quamuis illud quod amiſit iam non ſit, quia cum tēpore quo factum eſt præteriit. Nā ſi à peccando deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret, vt hoc nos moneret ſcriptura, *Fili peccaſti, non adiicias iterum*: non autem ſufficit, ſed addidit, *et de priſtinis deprecare, vt tibi remittantur*. Manent ergo, niſi remittantur. Sed quomodo manent, ſi præterita ſunt, niſi quia præterierunt actu, manent reatu? D

(Marginal: † annihilabunt; † annihilabitur)

b *Colubri* RABA. Diaboli qui ſemper colit vmbras peccati, & regnat in filiis tenebrarum.

c *Dentes leonis dentes eius, &c. Aduerſarius noſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuo.* (1. Pet. 5. c)

d *Obiurgatio & iniuria annullabunt, &c.* RABBANVS. Concordia minimæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. (Salluſtius) Allegoricè verò: Hæreticorum cōſtructio variis argumentis innitens annullabitur, quia veritatem fidei & vnitatē pacis abominatur. E

e *Deprecatio pauperis, &c.* Quia iudicabit Deus impios, qui affligunt ſanctos. († hominis)

f *Correptionē.* Id eſt, iudicium ſui peccati, quia mentem ſuam indurauit, ne obediret veritati.

g *Notus à longè.* Manifeſtatur præſumptio hæretica in lingua temeraria, quę loquitur aduerſus Deū iniquitatem. F

h *Qui ædificat domū ſuam impendijs alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos, &c.* Hæreticū ſignificat, qui ſcripturę teſtimonia à prauo ſenſu aliena, ad confirmationem ſui erroris congregat. Sed vindicta vltionis iuſtæ diſſoluetur duritia nefandæ actionis; vel tropologicè, Auarum raptorem, qui ex alienis rebus auget diuitias, & vacuus omnibus bonis in die iudicij pro iniquitate ſua punietur.

i *Via pec.* Ideo velox malorum interitus, quia via. i. vita illorum plena eſt doloribus: & duris peccatorum operibus.

☞ Non

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XXI.

Fili peccaſti. *Suprà deteſtatus eſt autor peccatorum originem, hic conſequenter deteſtatur eorum multitudinem. Nam humanum eſt peccare, ſed diabolicum eſt in peccato perſeuerare. Primò igitur deteſtatur hoc de omnibus peccatis in generali: Secundò de aliquibus in ſpeciali, ibi,* Obiurgatio *Circa primum dicitur,*

1 Fili peccaſti, *humana fragilitate:*
2 Non adiicias iterum, *addendo peccatum peccato.*
3 Sed & de priſtinis depreca. &c. *per te & per alios.*
4 Quaſi à facie colubri fuge peccata, *quæ ſtatim intoxicant animam, ſicut coluber ſibi appropinquantem.*
5 Et ſi acceſſeris ad illa, *per conſenſum,*
6 Suſcipient te, *inuoluendo & ligando per actum & conſuetudinem.*
7 Dentes leonis dentes eius, *nam deuorat totaliter bonum gratiæ, & diminuit bonum naturæ.*
8 Quaſi romphæa bis acuta, *quia lædit animam, & corpus; & lædit etiam in præſenti ſubtrahendo gratiam, & in futuro per gehennæ pœnam, quæ eſt interminabilis: propter quod ſubditur,* Plagæ illius non eſt ſanitas.
9 Obiurgatio. *Hic conſequenter deteſtatur peccata in ſpeciali, & primò peccatum ſuperbiæ, quod eſt aliorum initium, vt dictum eſt ſuprà x. ca. Dicit igitur.* Obiurgatio, *in verbis,*
10 Et iniuriæ, *in factis,*
11 Annullabunt ſubſtan. *id eſt, diuitias temporales: nam iſta frequēter puniuntur pœna pecuniaria, & etiam ſpirituales, quæ annihilantur per vitia. Et quoniam iniuriæ procedunt ex ſuperbia, ſequitur,*
12 Et domus quæ ni. locu. eſt. *Et patet ex dictis ſententia: & ſubditur dictorum cauſa, cùm dicitur,*
13 Deprecatio au. *iniuriati verbis, & factis ſuperbi,*
14 Ex ore, *ſuo.*
15 Vſque ad aures, *Dei,*
16 Perueniet, *id eſt, exaudietur:*
27 Et iudicium, *id eſt, vindicatio.*
18 Feſtinato adueniet illi, *per deiectionem ſuperbi.*
19 Qui odit correptionem, *qualis eſt ſuperbus.*
20 Veſtigium eſt peccatoris. *i. imitator diaboli, qui dicitur peccator antonomaſticè, tū quia peccauit primò; tum quia obſtinatus eſt in peccato.*
21 Et qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum, *correptionem recipiendo, à peccatis cauendo.*
22 Notus à longè potens lingua audaci. Potens. *hic accipitur pro ſuperbo, qui magna æſtimat de ſeipſo. Et iſte cognoſcitur à longè per linguam audacem, nam altè loquitur & ſuperbè.*
23 Et ſenſa. ſcit la. *prudenter eius conſortium euitando.*
24 Qui ædificat. *Hic in ſpeciali deteſtatur vitium auaritiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit propoſitum. Secundò declarat quoddam dictum, ibi,* Non erudietur. *Circa primum dicitur,* Qui ædifi. do. ſuam impen. ali. *i. expenſis per rapinam collectis.*
25 Quaſi qui col. la ſuos, *in ædificio, adinuicem componendo,*
26 In hyeme, *nam ædificium tale non eſt ſtabile, ſimiliter domus per rapinam ædificata. Et quia pœna correſpondet peccato, ſubditur,*
27 Stupa collecta, *ad incendium apta,*
28 Synagoga peccantium, *i. raptorum:*
29 Et conſummatio illorum, *id eſt, conſummata, & vltima illorum pœna,*
30 Flamma ignis, *infernalis ſicut in præſenti arſerunt flamma cupiditatis; propter quod ſubditur,*
31 Via peccantium complātata lapidibus, *nam etiam in præſenti affliguntur malis pluribus: propter quod in eorum perſona dicitur, Sapien. v. b.* Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis: ambulauimus vias difficiles, &c.

15 Vſ-

Et

a *Non erudietur, qui nō eſt ſapiens bono.* RA. His ſententiis confundit errorem hereticorum, quia ſenſus, quem habent in ſcripturis, non eſt dicēdus, vbi abundat nequitia & dol s: quia Deus creauit hominem rectum, & ipſe immiſcuit ſe infinitis quæſtionibus. A

Infra 33.a. b *Diſplicebit illi, & proijciet illud poſt dorſum ſuum. &c.* Vnde: Luc. 16 b *Filij huius ſeculi prudentiores* († verſutus) *filiis lucis in generatione ſua ſunt.* B

c *Narratio fatui quaſi ſarcina in via, &c.* Ambroſ. de interpellatione Iob lib. 1. c. 3. ✠ AMBROSIVS. Perit in vacua ſpe, qui putat quod ſuum crimen abſcondat: fabula eſt iſtud, non veritas. Denique fabula peccantium otioſa, non habens fructum ſed gemitum. *Narratio enim fatui, ſarcina in via.* C Quid enim aliud eſt peccatum niſi ſarcina? quæ huius ſeculi onerat viatorem graui depreſſum faſce delicti, qui ſi nollet oneri ſubiacere, debuit audire dicentem, Matt. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam.* Quid autem ærumnoſius, cum ipſe lectus ad communem quietem datus, graue vulnus infligat? Tunc enim ſolemus, quæ fecimus recordari, tunc factorum ſuorum ſtimulis compungitur interior conſcientia, &c. D

c *Compedes in pedibus ſtulto doctrina, etc.* RA. Quia greſſibus eorum, quibus incedūt, ruina iniquitatis contradicit, actiones eorum damnando reprehendit. E

d *Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem etc.* Cœtus hæreticorum plauſibili operatione per rhetoricam artem docendo quærit auditorum fauorem. Sancti verò doctores iucunditatem locutione ſic intermiſcent prædicationi, vt non recedant à tramite veritatis.

e *Pes fatui facilis in domum, &c.* Quia hæretici autorum ſuorum ſectam in domicilio ſcriptorum ſuorum latitantem ſtudent imitari. F

¶ Ideo.
lapidibus, & in † finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. 1
a ¶ Econtra. b ¶ Reſeruabitur ab illa. 2
Qui cuſtodierit iuſtitiam, continebit ſenſum eius: conſum- 3
a ¶ Voluntas ſcilicet, quam in timore Dei habuit. b ¶ Agnitione deitatis remunerabitur. 4
mātio timoris Dei, ſapientiā & ſenſus. Non erudietur, qui 5 6
a non eſt ſapiens in bono. Eſt autem inſipientia quæ abundat 7
a ¶ Alias abundat. 8
in malo: & non eſt ſenſus, vbi eſt amaritudo. Scientia ſapien- 9
a ¶ Doctrina & virtutibus: vnde, Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſa. in viæ. 10
tis tanquam inundatio abundabit, & conſilium illius ſicut 11
a ¶ Hæretici. b ¶ Malitiç ſtimulis vndique perforatum. 12
fons vitæ permanet. † Cor fatui quaſi vas confractum, & 13
a ¶ Spirituſſanctus diſciplinç effugiet fictum. 14
omnem ſapientiam non tenebit. Verbum ſapiens quodcun- 15 16
a ¶ Humilis qui ſapientiam amat.
que audierit † ſcius laudabit, & ad ſe adiiciet: † audiuit lu- 17 18
a ¶ Voluptatis amator. b ¶ Contemnet implere. 16
b xurioſus, & diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt † dorſum 20
a ¶ Prędicatio. b ¶ Hæretici. c ¶ Onerosa tranſeuntibus ſcilicet viam huius ſeculi. d ¶ Verbis. 21
ſuum. Narratio fatui quaſi ſarcina in via. Nam in labiis ſen 22
a ¶ Chatholici. b ¶ Sana prædicatio. c ¶ Doctrina. d ¶ Catholici prædicatoris. e ¶ Populo Dei. 23 24
ſati inuenietur gratia. Os prudentis quæritur in eccleſia; & 25
a ¶ Deuoti auditores, vt intelligant ſcilicet & impleant. b ¶ Hæreticorum ſynagoga, vbi catholici ſenſus ſpernitur ſapientia. 26
verba illius cogitabunt in cordibus ſuis. Tanquam domus
a ¶ Quia multiplici errore inuoluta.
exterminata, ſic fatuo ſapientia & ſcientia: inſenſati inenarra- 27
bilia verba. Compedes in pedibus, ſtulto doctrina, & quaſi 28
a ¶ Modeſtia in omnibus ſeruanda.
c vincula manuum, ſuper manum † dexteram. Fatuus in ri- 29
d ſu † exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ride-
a ¶ Cum prædicatio diuina illuſtratur ſapientia. 30
bit. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi bra- 31
a ¶ Cum totam vitam circundat diſciplina.
chiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum pro- 32
e a ¶ Catholicus. b ¶ Sequi ſcilicet errorem ſuperbientis. 33
ximi, & homo peritus confundetur à perſona potentis. 34

† fine † audiet in ſcius † tergum † inaltat † dextræ

Stul.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in finem il. in. *Dicitur in plurali, eò quòd plura loca ſunt ibi.*
2 Et tenebræ, *interiores & exteriores.*
3 Et pœnæ, &c. *ſ. pœna ſenſus & pœna damni. Et quia rapinç, de qua dictum eſt, opponitur iuſtitia ad proximum, & timor ad Deum, ideo de ipſis ſubdit, vt magis propoſitum eluceſcat.*
4 Qui cuſto. iu. &c. *ad proximum,*
5 Continebit ſenſum eius, &c. *id eſt, firmiter tenebit iuſtitiæ dictamen in ſuis operibus.*
6 Conſummatio ti. Dei. *id eſt, perfectio, cuius initiū eſt Dei timor.*
7 Sapientia, &c. *per quam homo bene diſponitur ad Deum,*
8 Et ſenſus, *per quem bene diſponitur ad proxmum modo dicto. Rabanus autem hic incipit verſum.* Senſus eius non erudietur, &c. *Et planior eſt litera.*
9 Non erudietur. *Hic declarat quoddam dictum. Dixit enim antè immediate, quòd ſapientia eſt conſūmatio timoris Dei: ideo declarat de qua ſapientia intelligit: Nam quędam eſt ſapientia terrena, animalis & diabolica, Iaco. iij. d. & de illa non intelligit. ideo dicit,* Non erudie. qui non eſt ſa. in bo. *ſed in malo: De qua ſapientia ſubditur,*
10 Eſt au. inſipien. quæ abun. in ma. *quæ magis proprie aſtutia ſerpentina dicitur: quę media repetit ad malam concluſionem, qualis ea ſapiētia iudicum & aduocatorum iniquorum. Et tales homines non recipiunt eruditionem, quia reputant prędicatores idiotas & ſimplices, & ſic eorum monita vilipendunt.*
11 Et non eſt ſen. *bonus.*
12 Vbi eſt amaritu. *conſcientię remordentis, ſicut in prædictis. Nam ſindereſis, quæ non totaliter extinguitur in præſenti, remurmurat malo, ſaltem aliquando.*
13 Scien. Sapien. *i. ſapientia, quæ de ſurſum eſt, Iaco. iij. d. de qua intellexit quod ſit conſummatio timoris Dei.*
14 Tanquam inun. abun. *quia perficit proprium ſubiectum per verā notitiam, & redundat ad alios per ſanam doctrinam.*
15 Et conſilium illius, *in agendis bonis,*
16 Sicut fons vi. per. *i. ſicut fons viuus qui nō deſiccatur ardore temporis; ſic nec conſilium bonum ſapientis propter ardorem cupiditatis.*
17 Cor. fa. *Hic deteſtatur vitium incontinentiæ, di.* Cor. fa. *hic non accipitur fatuitas ex defectu naturalis induſtriæ, ſed morum & vitæ bonæ.*
18 Quaſi vas confractūm, *fractura vitiorum,*
19 Et omnem ſapientiam non tenebit, *id eſt, nullam: nam* omnis non, *et* nullus *æquipollent. Et accipitur hic* ſapientia *pro bono gratiæ et moris.*
20 Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius, &c. *ad bonum pronus.*
21 Laudabit, & ad ſe adiiciet. *i. corde retinens & opere implens.*
22 Audiuit luxurioſus & diſplicebit illi, *nam contrariatur ſuç inclinationi:*
23 Et proijciet illud poſt dorſum ſuum, *renuens facere & etiam audire.*
24 Narratio fatui. *Hæc eſt quarta pars principalis huius cap. in qua teſtatur temeræ præſumptionis vitium, et approbat oppoſitum bonum, vt oppoſita iuxta ſe magis eluceſcant: & primò in verbo cum dicitur,* Narratio fa. qua. ſar. in. vi. *quia moleſtat audientes, ſicut ſarcina gradientes.*
25 Nam in labijs ſenſati inuenietur gratia, *quia ſtudet dicere Deo et hominibus gratioſa.*
26 Os pruden. quæ. in. ec. *ad docendum vtilia.*
27 Tanquam do. exter. ſic fa. ſa. ſcien. *Nam ſi habet aliquam veritatis notitiam, propter indebitum modum docendi ex defectu bonarum circunſtantiarum perdet eam.*
28 Inſenſati inenarrabilia ver. *quia confusè & inintelligibiliter profert ea.*
29 Compe. in pedi. *nam ſic eſt intricatus, quòd neſcit exire de ipſa.*
30 Fatuus. *Hic conſequenter approbat ſapientem, et improbat inſipiētem quantum ad ſigna di.* Fatuus in riſu exal. vo. ſuam, *pro riſu cachinum emittendo, in quo apparet cordis diſſolutio.*
31 Vir au. ſap. vix taci. ri. *& ſic maturitas faciei ſignum eſt ordinationis cordis.*
32 Orna. au. pru. do. *nam optimè ſedet in eo.*
33 Pes fatui facilis in do. pro. *quod eſt ſignum cordis vagi.*
34 Et ho. peri. confun. à per. poten. *i. erubeſcet coram eo loqui, niſi neceſſitas aut euidens vtilitas hoc requirat.*

Stul.

A a *Stul à fe.re.* RAB. Notat hæreticorum calliditatem, & catholicorum ſimplicitatem.

a ¶ Hæreticus. b ¶ Quia foramina ſubtilitatis quærit.
a Stultus à feneſtra reſpicit 1
a ¶ Scripturæ. b ¶ Catholicus.
in domum: vir autem erudi- 2
a ¶ quia ſcripturam aperte exponere quærit.
b ¶ Ab ore, ſcilicet, hæreticorum prædicationis verbum.
tus foris ſtabit. Stultitia hominis auſcultare per 3
a ¶ Prædicator. b ¶ Quia non vult recedere à veritate.
c ¶ Malorum. d ¶ Verba.
oſtium: & prudens grauabitur cōtumelia. La- 4 5
a ¶ Quando electorum verba veræ ſapientiæ exprimunt ſenſum. 6
bia imprudentium ſtulta narrabunt: verbâ au-
a ¶ Regula fidei.
tem prudentium ſtatera ponderabuntur. In 7

D

a ¶ Quando hæreticorum ſtulta intentio nititur ad ornamentum verborum.
8 ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapien-
9 tum os illorum. Dum male- b
10 dicit impius diabolum, male-
a ¶ Flagitijs.
11 dicit ipſe animam ſuam. Su-
a ¶ Hæreticus qui occulte errores ad decipiendum ponit.
12 ſurrô coinquinabit animam
a ¶ Verbis.
13 ſuam, & in omnibus odietur,
14
15 & qui permanſerit, odio-
16
a ¶ Moderatus in verbo.
17 ſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur.

b *Dū maled.* Non quia maledictum dicit diabolū, ſed quia quem maledictū nouit, non ceſſat imitari. Dū enim mauult diabolum imitari, quàm Chriſtum, iure damnatur.

NICOLAVS DE LIRA.

B 1 Stul. à fe. reſpicit in do *ſi inueniat oſtium clauſum.*
2 Vir au. er. fo. *patienter donec aperiatur oſtium: nam intra frequenter abſconduntur aliqua, quæ non expedit alijs videri.*
3 Stul. ho. au. per. *nam malum eſt ſic inueſtigare alterius ſecretum.*
4 Et prudens. *interius exiſtens,*
5 Grauabitur cont. *i. ſi auſcultans audiat aliqua, quæ referat in cōtumeliam prudentis; ideo ſubditur,* 6 Labia impru. *& patet vſque ibi.*
7 In or. fatu. cor illo *quia ſtatim pronuntiant ſuum conceptum.*
8 Et in co. *quia nihil pronuntiant, niſi præcedente bona deliberatione.*
9 Dum ma. im. diabo. *dicens ipſum iuſte damnatum & punitum.*
10 Maledicit anim. ſuam. *nam in factis eſt imitator diaboli: & ſic denuntiat ſe debere damnari.*
11 Suſurro, &c. *id eſt, detractor in ſilentio, &c. & dicitur à vocis ſono.* E
12 Coinquinabit animam ſuam, &c. *primo.*
13 Et in omnibus odietur &c. *& ſic Deo & hominibus odibilis redditur.*
14 Et qui permanſe. *cum ſuſurrone.*
15 Odioſus erit, &c. *eius vitio coinquinatus.*
16 Tacitus & ſen. *id est, tacens tempore debito, & loquens tantum tempore opportuno.*
17 Honorabi. *à Deo & hominibus. Ec. ix. d.* Verba ſapientum audiuntur in ſilentio, magis quam clamor principis inter ſtultos.

CAP. XXII.

† lapidabatur
† aſpernatione

a IN *lap.* RABA. Quando peccatorum duris ſcripturarū ſentētijs fœditas ſcelerū exprobratur. Qui in *lapide luteo* vel de *ſtercore boum* lapidatur, populum Iudæorū ſignificat, qui C ex fragili Gentilium turba (quæ legem ignorabat, quam lapis luteus figurat) exprobratur: quia pro prauitate ſenſus in Chriſtum credere noluit, qui in lege promiſſus & prophetis. De ſtercore boum, id eſt, de Iudæis credentibus, qui ex patriarchis, ſcilicet, & prophetis legis iugum portantibus editi ſunt, pro cęcitate cordis irridentur, quia ſaluatorem recipere noluerunt.

† In filia

# CAP. XXII.

a
IN lapide luteo † lapidatus eſt piger, 1 2
a ¶ Boni. b ¶ Deteſtantes ſcelera eius.
& omnes loquentur † aſpernationem
b
illius, De ſtercore boum lapidatus 3
a ¶ Communicando negligentiæ eius.
eſt piger, & omnis qui tetigerit 4
a ¶ A calore fœditatis. b ¶ Ne talia operetur.
c ¶ Doctoris.
eum, excutiet manus. Confuſio patris 5 6
a ¶ Diſcipulo. b ¶ Indiſciplinata. c ¶ Honoris.
eſt de filiô indiſciplinato. † Filia autem fatua in deminoratio- 7
a ¶ Anima quæ prudenter Deo ſeruit. b ¶ quia ad hæreditatem eius pertinebit.
ne fiet. Filia prudens hæreditas viro ſuo: nam quæ confundit, 8 9
a ¶ Spiritualis. ¶ Deum. ¶ Chriſtum. b ¶ Qui apoſtata fit, & hæreſim audacter defendit.
in contumeliam genitoris. Patrem & virum confundit audax, 10 11
a ¶ Stultitiæ ſuæ ſocijs. b ¶ Vituperabitur. c ¶ Tamen. d ¶ Patre, ſcilicet, & viro.
& ab impijs non minorabitur: ab vtriſque autem inhonorabi- 12 13 14
a ¶ Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
¶ Semper conuenit mundi deſpectum & æternum ſupplicium auditoribus intimare.
c
tur. Muſica in luctu importuna narratio, flagella & doctrina in 15 16
omni tempore ſapientia. Qui docet fatuum, quaſi qui conglu- 17 18
d
a ¶ Ille enim grauatur ſomno, hic ſenſu ſtulto.
tinat teſtam. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui exci- 19 20

b *De ſtercore.* Pigritia malorum in bono opere torpētium per apertam ſtultitiæ operationē, à prædicatoribus improperatur. F

Pigritia

c *Muſic.* Eos notat, qui in eccleſia plauſum populi & fauorem quærunt, nec magis compunctionem lachrymarum excitant

d *Qui doc. fa.* Teſta multo labore confecta fragilitatem ſuam non euadit. Fatuus quoque quamuis ſolicite erudiatur, vix ad perfectionem perducitur.

Supra

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXII.

IN lapi. lu. *Superius induxit autor ad deteſtationem peccatorum commiſſionis: hic conſequenter inducit ad deteſtationem peccatorum omiſſionis, quæ contingunt primo negligentia bonæ operationis; Secundo neceſſariæ eruditionis, ibi,* Confuſio patris; *Tertio charitatiuæ compaſſionis, ibi,* Super mortuum plora, *Quarto conſeruandæ dilectionis, ibi,* Pungens oculum, &c. *Circa primum dicitur,*
1 In la. lu. la. eſt pi. *id eſt, negligens & remiſſus in operatione boni ad quod tenetur. Per duritiam autem lapidis, & vilitatem luti, deſignatur quod debeat dure & confuſibiliter puniri.*
2 Et omnes loquentur, &c. *ipſum contemnendo.*
3 De ſte. bo. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ, quantum ad pœnæ confuſionem ad maiorem aſſertionem.*
4 Et omnis qui te. e. *id eſt, ſe aſſociauerit.*
5 Excutiet ma. *reputans ſe inquinatum ex ſocietate eius.*
6 Confu. patris. *Hic deteſtatur negligentiam eruditionis: & primò ex parte docentis; ſecundò ex parte doctrinam recipientis, ibi,* Muſica. *Circa primum dicitur,* Confuſio pa. eſt de fi. indi. &c. *Pater enim debet filio nutrimentum & documentum: ideo negligentia circa hoc, & defectus reuertitur in caput ſuum. Et idem intelligendum de patre ſpirituali, ſpecialiter quantum ad defectum documenti.*
7 Filia au. fatua. *id eſt, vaga, & diſſoluta.*
8 In deminoratione fiet, *ſcilicet, honoris parentum.*
9 Filia prudens hære. eſt viro ſuo. *id eſt, amabilis ſicut hæreditas ſua: imo amabilior, quanto vxor bona charior eſt re poſſeſſa; nam vir & vxor ſunt vna caro.*
10 Nam quæ confundit, &c. *virum ſuum.*
11 In contumeliam fit ge. &c. *propter defectum caſtigationis.*
12 Patrem & virum con. au. *id eſt, mulier quæ eſt effrons & inuerecunda.*
13 Et ab impijs non mino. &c. *Id eſt, non erit minor in vitijs, quam viri peſtiferi.*
14 Ab vtriſque autem inhonorabitur, &c. *nam pater & vir eam vilipendunt, & viri mali de eius corpore ſatiati eam contemnunt.*
15 Muſica. *Hic reprobatur negligentia diſciplinæ ex parte recipientis, cum dicitur,* Muſica in luctu, &c. *id eſt, melodia non eſt conueniens lugentibus, quia non ſunt diſpoſiti ad gaudendum.*
16 Importu. narra. &c. *id eſt, ſimilis narratio, licet de ſe ſit bona, tamen importuna redditur propter malitiam ipſius audientis. Propter quod dicitur Matth. ſeptimo. a.* Noliter ſanctū dare canibus, *id eſt doctrinam bonam ipſum contemnentibus, ideo ſubditur.*
17 Flagella & doctri. in omni tempo. ſa. &c. *Id eſt, caſtigatio per flagellum, vel per verbum, ſemper indiget vt ſapienter fiat, & cum debitis circunſtantijs, propter quod adhuc ſubditur,*
18 Qui docet fa. quaſi qui conglu. te. *Id eſt, perdit operam ſuam, quia fatuus doctrinam recipit, ſed contemnit.*
19 Qui nar. ver. non au. *id eſt, intelligere nolenti.*
20 Quaſi qui ex. dor. de gra. ſom. *id eſt nolentem excitari.*

A a *Supra mor.* RABAN. Altera eſt mors corporis, quæ omnibus communis; altera mors animæ, quæ peccatoribus ſpecialis; altera quæ in præſenti finitur, altera in æternum manet. Super mortuum ergo modicum plorandum, quoniam requieuit: mors enim, corporis, finis laboris mundani.

Ambroſ. de Tobia in c. 14. cap. 1.

AMB. Ego, inquit Iob, ſuper omnem infirmum fleui. Quis infirmior defuncto, de quo dicit ſcriptura alibi, *Super mortuū plora?* Eccleſiaſtes autem ait: *Cor ſapiētum in domo luctus, cor autē ſtultorum in domo epularū.* B Nihil hoc officio præſtantius, ei conferre, qui tibi iam non poſſit reddere, vindicare à volatilibus, vindicare à beſtiis conſortem naturæ. Feræ hanc humanitatē defunctis corporibus detuliſſe produntur, homines denegabūt?

Eccleſ. 7. † inf. 38. b. † deficit Luc. 14. † diebus † Su. 22. c.

b *Cum ſtul. ne.* RAB. C Docet cum ſtultis ſermonē nō eſſe protrahendum, & maxime cum hæreticis: quorum ſtultitia plena eſt blaſphemia, ne eorum, ſcilicet, ſocietate quietē pacis amittamus, eorum inquinati ſordibus: vnde, *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domū, nec aue dixeritis. Qui enim dixerit ei aue, communicat eius operibus malignis.* D

† Pro. 27. a † portare 2. Ioan. 1. c.

c *Super plumbum quid graua.* Hinc Salomon ait, *Graue eſt ſaxum & onerosa arena, ſed ira ſtulti vtroq; grauior.* Peius peccat hæreticus, quam catholicus, in multitudine multorum malorum; vel philoſophus qui humana nititur ſapientia; Vel Gentilis, qui non peruenit ad fidem, & ignoranter peccat: vnde, *Seruus enim qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit: vapulabit multis.* Qui autem neſcit, paucis.

Prou. 27. a. Luc. 12. f.

d *Sicut loramentum.* E Ligna iuſtos ſignant, qui fructum dant in tempore, quorum folia non decidunt: & omnia quæ faciunt proſperantur; Fundamentum autē ędificij, apoſtolos vel prophetas, quorum prædicatio eccleſiam ſuſtinet. *Loramentum ergo ligneum colligatum fundamento edificij non diſſoluitur*: quia fides paſſionis Chriſti in F cordibus hominum adiuncta doctrinæ apoſtolorum: indiſſolubile facit eccleſiæ ædificium.

e *Sicut palea in excelſis, & cæm.* vnde, Qui audit verba mea, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam.

tat dormientem de graui ſomno. Cum dormiente loquitur 1
a ¶ Quia ingratus docenti, & ideo flendus tanquam mortuus.
qui narrat ſtulto ſapientiam, & in fine narrationis dicit, Quis 2
a hic? † Supra mortuum plora, † defecit enim lux eius: & ſupra 3
fatuum plora, deficit enim ſenſu. Modicum plora ſupra mor- 4 5
tuum, quoniam requieuit. Nequiſſimi enim nequiſſima vita 6
a ¶ In præſentis vitæ, ſcilicet, ſpatio eſt mors eius quod ſeptenario numero decurrit. 7 8
ſuper mortem fatui. Luctus mortui ſeptem † dies: fatui au- 9 10
a ¶ In ſeculum ſeculi, quia animæ eorum ſine fine cruciabuntur.
b tem, & impij omnes dies vitæ illorum. Cum ſtulto ne mul- 11 12
tùm loquaris, & cum inſenſato ne abieris. † Serua te ab illo vt 13
non moleſtiam habeas, non coinquinaberis in peccato illius. 14 15
Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in 16 17
a ¶ Q. huiuſmodi hominum mores & verba difficile portantur. 18
c ſtultitia illius. Super plumbum quid grauabitur? Et quod illi 19 20
a ¶ Multitudinem inimicorum peccatorum. b ¶ Philoſophorum ſapientiam.
c ¶ Duritiam perſecutionis Gentilium. 21
aliud nomē quā fatuus? † Arenā & ſalē & maſſam ferri faci- 22 23
¶ Hæreticum. a ¶ Doctrina. b ¶ Vita.
lius eſt † ferre, quā hominē imprudentē & fatuū & impium.
d Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento ædificij 24
non diſſoluetur, ſic & cor confirmatum in cogitatione con- 25
¶ quia. a ¶ Perſecutionis cuiuſlibet.
ſilij. Cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non depra- 26
e uabitur. Sicut paleæ in excelſis, & cæmenta ſine im- 27 28
a ¶ Quia cito corruent.
b ¶ Non fundatum in charitate & veritate.
pēnſa poſita contra faciem venti non permanebunt: ſic & 29 30

☞ Sicut

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Cum dormiente loquitur, qui narr. *id eſt, fruſtra, quia neuter intelligit.*

2 Et in fin. nat. di. Quis eſt hic? *Id eſt, ad Deum non pertinet me corripere. Ita dixit Hebræus Moyſi ipſū corripienti,* Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? *Exo. ij. c.*

3 Supra mor. plo. *Hic remouet negligentiam circa actum compaſſionis. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit propoſitum, ſecūdo infert corollarium, ibi,* Cum ſtulto. *Circa primum ſciendum, quod maxime compatiendum eſt mortuis, quoniam nō poſſunt amplius ſe iuuare. ideo dicit:* Supra mor. plo. *ei miſericorditer exequias impendendo, & pro ipſo orando.*

Cōpatiendū mortuis

4 Defecit enim lux e. *id eſt, merendi tempus, quod ſignificatur per diem, Ioh. ix. a.* Venit nox, in quia nemo poteſt operari: *ſcilicet, meritorie, vt diffuſius dictum fuit ibi. Et per noctem intelligitur tempus poſt mortem.*

5 Et ſupra fa. plo. *Defecit enim ſenſu bono, qui eſt maximus defectus, ideo ſubditur,*

6 Modi. plo ſup. mor. *reſpectu fatui. Magis enim plangendus eſt defectus hominis in moribus, qui eſt mors ſpiritualis: quam mors iuſti corporalis, de quo ſubditur,*

7 Quoniam requieuit, *à laboribus, vitæ præſentis in ſpe retributionis æternæ.*

8 Nequiſſimi enim ne. vi. ſu. *id eſt, vita nequam fatui peior eſt & magis plangenda quam mors ipſius. Et eſt hic comparatio abuſiua, nam de morte ipſius non eſt lugēdum, ſed magis gaudēdum, eo quod vita eius erat impedimentum bonorum, ideo ſubditur,*

9 Luctus mortui. *iuſti,*

10 Septem dies, *ſupple durat: ſic enim temporibus ſcriptoris huius libri erat conſuetum.*

11 Fatui autem & impij, *Fatuus autem hic dicitur, qui non eſt* fatuus *ex defectu naturali induſtriæ, ſed ex defectu bonæ vitæ per abundantiam malitiæ. Et ſimiliter impius, qui eſt idololatra, quia pietas eſt cultus diuinus.*

12 Omnes dies vitæ illius, &c. *ſupple ſunt lamentabiles ratione prædicta.*

13 Cum ſtulto. *Hic ex dictis cōcludit corollarium. Ex hoc quod dixit.* Omnes dies vitæ fatui lamentabiles, *concludit quod eius ſocietas ſit fugienda.* Cum ſtul. ne mul. lo. &c. *Nam ex tali colloquio familiaritas contrahitur.*

14 Et cum inſen. ne abi. &c. *& ſubditur ratio:*

15 Vt non mole. ha. *ex eius ſocietate ſicut illi qui cum latronibus inueniuntur, aliquando ſine culpa ſua moleſtantur.*

16 Et non coinq. in pec. il. *nam ex ſocietate malorum frequēter corrumpitur bonus, ſicut pomum bonum ex contactu putrefactorū tabeſit.*

17 Deflecte ab il. *eius ſocietatem declinando.*

18 Et inue. re. *ſupple à dictis periculis.*

19 Et non ac. *id eſt, tepidus & remiſſus fies in bono.*

20 In ſtult. il. *i. per eius ſtultitiam quæ eſt impeditiua boni.*

21 Sup. plum. quid gra. *id eſt, grauius iudicabitur.*

22 Et qu. il. *id eſt, ſtulto.*

23 Aliud nomen quam fatuus. Aren. & ſal. &c *quaſi. di. nullum. Nominatur enim aliquis ab opere, ſicut aliquis dicitur faber vel latomus & huiuſmodi. In operibus autem talis, non apparet niſi fatuitas: & ſic nō poteſt proprie niſi fatuus nominari: & per conſequēs eius ſocietas eſt mirabiliter onerosa, ideo ſubditur,* Arenam & ſalem & maſſam, &c.

24 Sicut loramentum li. *Eſt autem* loramentum *congeries lignorū adinuicem conglutinatorū. Et ponitur in fūdamēto domus eo quod eſt de difficili ſolubilis.*

25 Sic & cor confir. in co. conſi. *id eſt, prudentia, & boni ſupple nō diſſoluitur faciliter à bono: ideo ſubditur,*

26 Cog. ſen. in om. tem. vel me. &c. *nec per conſequens alia tentatione: quia ſicut dicit Augu. Non eſt conſentaneum rationi, eum cupiditate frangi, qui metu nō frangitur. Et quia contrarium eſt de ſtulto, qui nullatenus ſtabilis eſt in bono, ideo ſubditur,*

27 Sicut paleæ in ex. *quæ ſtatim tolluntur à vento.*

28 Et cæmenta ſine impen. *id eſt, ſabulum ſine admiſtione calcis.*

29 Poſita contra fa. ven. non per. *ſed ſtatim diſperguntur.*

30 Sic cor timidum. *timore mundano.*

12 Om-

In

A a *Sicut or.* RABAN. Sicut limpidus paries propter lenitatem, ſcilicet, non recipit puluerem arenæ: ſic cor fatui ſpernit ſcelerum recordationem nec pœnas timet æternas.

b *Mit. lapi.* Oſtẽdit quid amicum bonum conſeruet, vel potius alienet. *Mit. la.* Sicut lapidis ictu volatus auium deijcitur ita cõuitij verbo vis amicitiæ diſſoluitur.

B c *Non d. ſpe.* De amicitia eius, quia agnita correctionis vtilitate regreditur ad ius priſtinæ amicitiæ.

d *Effugiet ami.* Non rediturus, nec poſt reconciliationẽ: vnde, Amico reconciliatione credas in æternũ. (Supra. 19. b)

C e *In tem. tri.* In aduerſitate magis probatur amicus. Multi enim amici menſæ, & non permanent in die neceſſitatis. (Supra. 6. b.)

f *Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſãguinẽ maledicta & contumeliæ & minæ.* Sicut fumus præcedit ignis incendium, ſic dura verba homicidium: vnde,

Marginal notes: † ſtulti; † ſic; † producet; † recordatio.; † cõfundar; † te abſcondas & ſi mala tibi euenerunt, per illum ſuſtine; † Pſ. 140. a.

a ¶ Non fundatum in charitate & veritate. b ¶ Cuiuslibet perſecutionis.

cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtit. a Sicut ornatus arenoſus in pariete lympido, ſic & cor trepidum in cogitatione † fatui: omni tempore non metuet, † ſed & qui in præceptis Dei permanet ſemper. Pun-

a ¶ Stimulo timoris. b ¶ Cordis. ¶ Compunctionis. ¶ Aliis.

gens oculum, † deducit lachrymas: & qui pungit cor profert

a ¶ Rectam intelligentiam ſcripturarum.

b ſenſum. Mittens lapidẽ in volatilia, deijciet illa: ſic & qui conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam. Ad amicũ, & ſi produxe-

a ¶ Charitatis affectu. b ¶ Correctionis.

c ris gladium non deſperes: eſt enim regreſſus ad amicum. Si a-

a ¶ Aliquid amarum reſpondendo, vel durè corrigendo. b ¶ Priſtinæ amicitiæ.

peruerit os triſte, non timeas. Eſt enim † concordatio exce-

a ¶ Quibus penitus fugatur amicus. b ¶ quia priſtina ſecreta amicitiæ per iram reuelantur.

pto cõnuitio, & improperio & ſuperbia, & myſterij reuela-

d tione, & plaga doloſa. In his omnibus effugiet amicus. Fi-

a ¶ Præſentis vitæ. ¶ Æternis.

dem poſſide cum amico in paupertate illius: vt & in bonis il-

a ¶ quis infirmatur, & ego non infirmor?

e lius læteris. In tẽpore tribulationis illius permane illi fidelis,

¶ Terrena vel æterna.

f vt & in hæreditate illius cohæres ſis. Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem male-

g dicta & contumeliæ & minæ. Amicum ſalutare non † confondaris. A facie illius non † me abſcondam: & ſi mala mihi

h euenerint, per illum ſuſtinebo. Omnis qui audiet, cauebit ſe

a ¶ Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delin. &c.

i ab eo. † Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea

a ¶ Lingua ignis vniuerſitas iniquitatis.

ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & linguã mea perdat me.

D vnde, *Sermo durus ſuſcitat rixas.* Et alibi, *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* (Prou. 15 a. Matth 5. c.)

g *Amicum ſa.* Multa bona ſunt in amicitia vera: Congaudent enim verus amicus in bonis tuis, & contriſtatur in malis.

h *Omnis qui au.* id eſt, qui cognoſcit quanta bona ſint in amicitia vera, cauebit ne iniuria, vel conuitio amicum lædat.

E i *Quis dabit ori meo cuſtodiam, &c.* ✠ AMBROSIVS. Si tot mala homini à lingua immineant, quis illam moderatione nõ indigere dicere audebit? Ideo ſapiens id præcipit, dum dicit, *Circumualla poſſeſſionem tuam ſpinis, & ori tuo fac ianuas & ſeras: argentum tuum & aurum tuum confla & ſermonis tui fac ſtateram, & ori tuo fac portam & ſeram.* Verum cum ſtatera, porta & ſera pro lingua non facile ei occurreret, dicebat idem Sapiens, *Quis dabit mihi ſuper os meum cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum.* (Amb. de 42 filiorum Iſrael manſio.) (Eccleſ. 26.)

F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 In cogitatione ſtul. *id eſt, quale eſt cor ſtulti: qui cogitat tantum de vanis.*

2 Contra impe. timo. non reſi. *malo, ſed ſtatim acquieſcit per conſenſum. Sequens autem litera per tranſlatores, ſiue ſcriptores videtur vitiata. Poteſt tamen ſic exponi,*

3 Sicut or. are. *id eſt, linitio arenoſa.*

4 In pariete lympido, *eò quòd eſt de lapidibus duris & politis, talis linitio ſibi non adhæret. Et.*

5 Sic & cor. tre. *timore mundano.*

6 In cogitatione fa. *qui tantum cogitat de vanis.*

7 Omni tempo. non metuet, *ſcilicet, timore diuino.*

8 Sed & qui in præce. Dei perma. ſemper, *ſupple timet timore diuino: ſic habent libri correcti. Aliqui tamen habent ſic,* Et qui in præceptis Dei, &c. *& eſt comparatio per oppoſitum, quia ſicut fatuus nullo tempore ſtat in timore diuino, ſic per oppoſitum ſtabilis in præceptis Dei ſemper manet in eius timore filiali.*

9 Pungens ocu. *Hic conſequenter reprobat negligentiam amicitiæ conſeruandæ dicens,* Pungens ocu. dedu. la. *id eſt, facit exire.*

10 Et qui pun. cor. *amici ſui verbo iniurioſo.*

11 Profert ſen. *id eſt, facit manifeſtare eius offenſam, & amicitiæ læſionem: & ad idem ſubditur,*

12 Mit. lap. in volatilia, *ſimul congregata.*

13 Deijciet illa, *id eſt, diſperget.*

14 Sic & qui conui. ami. diſſo. ami. *quod eſt magnum malum, nam amicitia multò pretioſior eſt quam pecunia. Veruntamen, quia reparabilis eſt, ſubditur.*

15 Ad ami. & ſi produ. gla. *volens eum percutere.*

16 Non deſperes, *de amicitiæ recuperatione.*

17 Eſt enim regreſ. ad ami. *ſcilicet, verum.*

18 Si aperuerit os. *ſuum.*

19 Triſte, &c. *conquerens de te.*

20 Non timeas, *& ſubditur ratio:*

21 Eſt enim con. *facilis ad amicum verum. Excipit tamen aliquos caſus in quibus non eſt facilis concordatio, dicens.*

22 Excep. conui. & impro. *Et differũt iſta duo. Nam conuitiari eſt imponere, vel irrogare alicui crimen vitioſum, vt quod ſit latro vel ribaldus; Improperare vero eſt aliquid turpe irrogare, quod tamen non eſt vitium. vt quod aliquis ſit ſpurius, vel conditionis ſeruilis;*

23 Et ſuperbia, *in amici conculcatione.*

24 Et miſterij. *id eſt, ſecreti amico commiſſi reuelatione,*

25 Et plaga doloſa, *id eſt, proditoriè inflicta.*

26 In his omnibus effu. ami. *id eſt, non reconciliabitur de facili: propter quod conſequenter inducit ad fidelitatem amicitiæ conſeruandam, dicens,*

27 Fi. poſ. cum ami. in pau. il. *Prouer. xvij. c.* Omni tempore diligit qui amicus eſt: *& frater in anguſtijs comprobatur.*

28 Vt & in hæ. il. cohæ. ſis. *Fidelium enim amicorum bona ſunt adinuicem communia. Et quia amicitiæ diſſoluuntur per lites & bella, ideo ſubditur,*

29 Ante ignem camini, &c. *& patet. Et quia per oppoſitum amicitiæ reformantur, & conſeruantur per dulcia verba ſubditur.*

30 Amicum ſalutare non con. *etiam ſi inter te & ipſum fuerint aliqua verba diſſenſionis.*

21 A fac. illius non me abſcond. *ſic habent libri correcti, id eſt, ſocietatem illius non effugiam, vt dem exemplum tibi ſimile faciendi.*

32 Et ſi male mihi eue. per il. *id eſt, propter illum,*

33 Suſtinebo, *patienter propter amicitiæ bonum.*

34 Omnis qui au. cau. ſe ab eo, &c. *id eſt, ab offenſione amici caſtigatus mei exemplo: ideo ſubdit optando,*

35 Quis dabit ori meo cu. *vt amicum non offendam.*

36 Et ſuper labia mea ſignaculum certum, *vt non aperiantur niſi debito modo ad loquendum.*

37 Vt non cadam in ipſis, &c. *id eſt, labiorum meorum peccatis.*

38 Et lingua mea perdat me, &c. *id eſt, dignum faciat perditione.*

CAP. XXIII.

A a *Domine pater.* RAB. Q. tuo munere defendar à voragine vitiorum.

b *Quis ſuper.* Deſiderat in cogitatu ſuo B flagella diſciplinæ, & in corde doctrinam ſapiẽtiæ: ne fortè per ignorantiam non agnoſcat delictorũ pericula, & multiplicẽtur ei crimina, pro quibus cadat in manus aduerſariorum.

† accreſcát

# CAP. XXIII.

a Domine pater et do- 1
minator vitæ meæ, 2
ne derelinquas me 3
in cogitatu et cõſilio illorum, nec ſinas me ca- 4
dere in illa exprobratione.
b Quis ſuperponit in cogitatu 5
meo flagella, et in corde meo 6 7
doctrinam ſapiẽtiæ, & igno- 8
rationibus eorum nõ parcat 9
mihi, & non appareãt deli- 10
cta illorum, & ne† adincreſ- 11
cát ignorantiæ meæ & multiplicentur delicta mea, &
peccata mea abundent, & incidam in conſpe- 12
a ¶ qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero.
C ctu aduerſariorum meorum, & gaudeat inimi- 13
cus meus. Domine pater & Deus vitæ meæ, ne 14
a ¶ Dæmonum.
derelinquas me in cogitatu illorum. † Extol- 15
a ¶ Mentis elationem.
lẽtiam oculorum meorum ne dederis mihi, & 16
¶ Prauum.
c omne deſideriũ auerte à me.
Aufer à me ventris cõcupiſ- 17

† Excellentiam

1. Ioh. 2. b. c *Et om. deſid.* Nolite diligere mũdum, neque

a ¶ Gaſtrimargiam. b ¶ Fornicationis ſcilicet.
centias, & cõncubitus cõcu-
18 piſcentiæ ne apprehendant me, & † animæ ir-
a ¶ Ne capiar huiuſmodi vitiis. ¶ Inſipienti. b ¶ Tradi permittas. c ¶ Diſciplinam verborum.
19 reuerẽnti, & † infrunito ne trãdas me. Doctri-
a ¶ Diſcite, ſeruate.
20 nam oris audite filij, & qui cuſtodierit illam,
a ¶ Falſitate, ſcilicet, maledictione, periurio, detractione.
21 22 non periet labijs ſuis: nec ſcandalizabitur in o- E
a ¶ Voluptatis, ſcilicet, deſiderijs.
23 peribus nequiſſimis. In vã- d
nitate ſua apprehenditur
24 peccator, & ſuperbus & ma-
25 26 ledictus ſcandalizabitur in
27 † illis. Iurationi non aſſueſ- e
cat os tuum: multi enim
28 caſus in illa. Nominatio vero
Dei nõ ſit aſſidua in ore tuo,
29 et nominibus ſanctorum
30 non admiſcearis, quoniam
non eris immunis ab eis.
a ¶ Caſtigatus tormentis.
31 32 Sicut enim ſeruus interrõgatus aſſiduè à li-

† animo

† infrunitæ

† illo

D que ea quæ in mundo ſunt.

d *In vanitate.* RABANVS. Quia illam præponit amori Dei & deſiderio æternæ beatitudinis.

e *Iurationi nõ aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo & nominibus, &c.* Vetat iura- F mentum ne fiat periurium: vnde: *Nolite iurare, neque per cœlum neque per terram.* Iaco. 5. e.

☞ *Dupli-*

## NICOLAVS DE LIRA.
## CAP. XXIII.

DOmine, *Superius ab illo loco. Non dixeris. xv. ca. autor induxit ad deteſtationem peccati ratiocinando hic conſequenter idem facit deprecando, vt peccata quæ deteſtatus eſt in alijs, non reperiantur in ipſo, & vt exemplo ſui alij ſtudeant Deum exorare pro euitatione & deteſtatione peccati. Sic igitur procedit, quia primo ponit ſuam orationem, ſecundo ſe conuertit ad aliorum informationem. ibi,* Doctrinam oris. *Circa primum dicit deprecando,*

1 Domi. pa. *omnium per creationem.*

2 Et domina. vitæ m. *per ſpecialem condeſcenſionem.*

3 Ne derelinquas me in cogit. & conſilio illor. *ſcilicet, fatuorum & impiorum de quibus locutus eſt c. præcedenti.*

4 Nec ſinas me ca. in il. expro. &c. *in quam ceciderunt.*

5 Quis ſuperponit in co. m. *Q. diceret, vtinam aliquis ſuperponat.*

6 Flagella. *diuina, quorum cogitatio retrahit à malo.*

7 Et in corde meo doctrinam ſapientiæ *quæ firmat in bono.*

8 Et igno. eo. *id eſt, delictis cogitationum.*

9 Non par. mi *ſed ſtatim timore vel pœna reprimat.*

10 Et non appareant delicta illorum, &c. *id eſt, cogitatuum per exitum in opus malum.*

11 Et ne adincre. igno. meæ. *Id eſt, ne peccatis cogitationis addantur peccata oris, operis, & conſuetudinis.*

12 Et incidam in conſpe. aduer. meo. *id eſt, dæmonum.*

13 Et gau. in. meus. *ſcilicet, diabolus, qui gaudet de peccatis hominum, & maxime doctorum.*

14 Do pater. *exponatur vt prius.*

15 Extollentiam ocu. me ne de. m. &c. *id eſt, ſuperbiam non permittas mihi dominari.*

16 Et omne deſide. pra. auer. à me, *prohibens me tali deſiderio conſentire.*

17 Aufer à me ven. con, *id eſt, gulam. Et quia miniſtrat luxuriæ materiam, ſubditur,* Et concu. con. &c. *ſequitur.*

18 Et animæ irre. & infru. ne tra. me. *Id eſt, inſipido vel indiſcreto qui caret ſapientia, à ſapore dicta. Et dicitur infrunitus ab in, quod eſt ſine, & frumẽ. nis quod eſt pars gutturis qua ſapor ſentitur. Eſt igitur ſenſus:* Et animæ irreuerenti, &c. *id eſt, ne permittas animum meum incidere in irreuerentiam & inſipientiam.*

19 Doctrinam oris. *Hic ſe conuertit ad aliorum informationem, & primo ad fugiendũ peccatum oris: ſecundo operis, ibi,* Duo genera. *Prima in duas, quia primo docet vitare iurationem: Secundo aliam malam locutionem, ibi,* Eſt & alia loquela. *Circa primum excitat primo attentionem audientium, dicens,* Doctrinam oris audite filij. *aure corporis & cordis.*

20 Et qui cuſtodierit illam, &c. *corde retinendo, & opere implendo,*

21 Non pariet la. ſu. *male loquendo.*

22 Nec ſcandalizabitur. *id eſt, ruet;* in operibus nequiſ. *Et contrarium eſt de malis, ideo ſubditur,*

23 In vanitate ſua apprehenditur peccator, *à diabolo ſibi laqueũ tendente.*

24 Et ſuperbus, *corde,*

25 Et maledictus, &c. *ore.*

26 Scandalizabitur in il. *id eſt, cadet in diaboli laqueis.*

27 Iurationi. *Poſtquam excitauit audientium attentionem, hic conſequenter ponit ſuam monitionem. Tamen ad maiorem ſequentiũ intelligentiam quæritur: Vtrum aſſuefactio iuramẽti ſit bona? Et videtur quod ſic, quia iuramentum ad reuerentiã nominis Dei introductum eſt, quod inuocatur tanquam infallibile teſtimoniũ veritatis, ergo. &c. Hoc confirmatur dicto Hieronym. ſuper Matth.* Qui iurat veneratur, aut diligit eum per quẽ iurat: *ſed aſſuefactio vtriuſque actus, ſcilicet, venerãdi & diligendi eſt bona, ergo. &c. Ad contrarium arguitur, quod nulla iuratio ſit bona, Matt. v. f. dicit ſaluator,* Ego autem dico vobis non iurare omnino, &c. *Ad hoc dicendum, quod aliquid eſt bonum ſecundum ſe quod tamen eſt nociuum, eo quod quis vtitur eo male: ſicut ſumere euchariſtiam bonum eſt, tamen qui* ſumit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. *j. Cor xj. g. Sic eſt in propoſito. Iuramentum enim ſecundum ſe eſt licitum & honeſtum, quod patet ex eius origine: Nam ex hoc introductum eſt, quod homines credunt Deum habere infallibilem veritatem, & omnium certam cognitionem, & prouidentiam: ſimiliter patet ex fine. Ad hoc enim iuramentum inducitur, quod lites & cõtrouerſiæ inter homines terminẽtur, vt dicitur Heb. vj.* Omnis cõtrouerſiæ eorum. *ſ. hominum* finis ad confirmationẽ eſt iuramẽtũ. *Cedit tamẽ ad malum illius, qui eo indebite vtitur, ſcilicet, quando ſine neceſſitate, & cautela debita hoc facit. Videtur tamen paruam reuerentiã habere ad Deum, qui ipſum in leui aut nulla rationabili cauſa vocat in teſtem, quod fieri non debet etiã de aliquo viro honeſto, eo ꝙ videtur in hoc eius irreuerentia: hoc autem fit in aſſuefactione iuramenti, ergo, &c. Item quia per aſſuefactionẽ iuramenti imminet periculum periurij. Nã homo de facili delinquit in verbo, eo ꝙ lingua ſita eſt in lubrico: iurare tamen ad declarationem veritatis occultæ ne pereat iuſtitia bonũ eſt & ſanctum, Sicut ſumere medicinam in caſu neceſſitatis bonũ eſt, quod tamen extra caſum illum non expedit. Per dicta patent argumenta. Nam aſſuefactio magis cedit in irreuerentiã nominis Dei rationibus dictis, & ſic patet primum. Ad ſecũdum dicendũ, ꝙ Hier. loquitur in caſu, in quo cum cautela debita iuratur. Ad verbum domini Mat. v. dicendũ ꝙ* nõ omne, & quoddã nõ, *æquipollent. Per hoc autẽ quod dicitur:* Ego autẽ dico vobis, nõ iurare omnino: *non prohibetur iuramentũ ſed iuramentũ carens neceſſitate & cautela debita rationibus prædictis.* Iu. *Hic igitur ponit ſuam monitionem dicens:* Iurat. *& patet ex dictis ſententia.*

28 Nominatio vero Dei, &c. *ſcilicet, ad iurandum, vt prædictum eſt; Debet tamen eſſe frequens in ore ad deprecandum, & prædicandum.*

29 Et nominibus ſanctorum non ad. *iurando frequenter in ipſis.*

30 Quoniam non eris immunis ab eis, *Id eſt, ab offenſa eorum.*

31 Sicut enim ſeruus interro. aſſi. *Id eſt, quæſtionatus per flagella.*

32 A liuore non mi. *Id eſt, non carebit liuore cutis propter flagella-*

tionem

a ¶ Crimine liuoris. b ¶ Sed magis ad odium prouocatur. c ¶ Nomen Dei & ſanctorum iuramentum.

A uorē non minuitūr, ſic omnis iurans & nōmi- 1
a ¶ Sed polluetur.
nās in toto à peccato nōn purgabitur. Vir mul- 2 3
a ¶ Mendaciter vel inutiliter.
tum iurāns implebitur iniquitate, & non diſ- 4 5
¶ Corpore. ¶ Vindictæ.
cedet à domo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit fra-
tré, delictum illius ſuper ipſum erit, & ſi diſſi- 6 7
a ¶ Manifeſtare veritatem iurando. 8
a mulāuerit, delinquet dupli- 9
¶ Ocioſe.
citer, & ſi in vacuū iurauerit, nō, iuſtificabitur. Reple- 10 11 12
a ¶ Inferni ſupplicio, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur.
bitur enim rētributione do- 13
mus illius. Eſt & alia loquela 14
b † econtrario in mortem: nō 15 16
inueniatur in hæreditate Ia-
¶ Electis.
cob. Etenim à miſericordibus 17
omnia hæc auferentur, & in 18
a ¶ Inquinabuntur.
c delictis nō voluptābunt. In- 19
diſciplinoſæ loquelæ nō aſ- 20
ſueſcat os tuum: eſt enim in
a ¶ Doli, detractionis, erorris, blaſphemiæ. ¶ Dei. ¶ Eccleſiæ.
illa vērbum peccati. Memento patris & matris 21

B a *Dupliciter.* RABAN. Quia per ſimulationem celat veritatem, & alios per falſitatem mittit in errorem.

b *Eſt alia loqu.* Blaſphemia, quæ ſupra dictis peior eſt: vnde oportet, vt non inueniatur *in hæreditate Iacob*, id eſt, populo

C eccleſiæ, qui ſupplantat vitia, & in virtutibus ſeruit Deo.

c *Indiſ.* Q. Diſciplinā ne deſeras, & indiſciplinato ore ſermones tuos ne proferas.

† contrario morti.

a ¶ Doctrina eorum & exemplo vndique vallatus.
b ¶ Patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum.
22 tuæ. In medio enim māgnatorum conſiſtis, ne D
¶ Pro iniquitatibus.
23 forte obliuiſcatur te Deus in conſpectu illo-
24 rum, & aſſiduitate tua infatuatus improperiū
a ¶ Tempus, ſcilicet, mortalitatis & culpam præuaricationis
25 26 patiaris, & maluiſſes non naſci, & diēm natiui-
a ¶ Hæreticus, cuius os maledictione & amaritudine plenum eſt.
tatis tuæ maledicas. Hōmo aſſuetus in verbis
27
a ¶ Catholica doctrina.
28 im properij, in omnibus diebus ſuis nō erudiē- E
29 tur. Duo genera abundāt in
30 peccatis: & tertium adducit
a ¶ Mens ſcilicet auari, quæ ardet concupiſcentia terrenorum, nec mitigatur, donec terreno lucro compeſcatur. ¶ Alias callida.
31 iram et perditionem. Animā d
32 calida, quaſi ignis ardens nō
extinguetur, donec aliquid
a ¶ Superbus elatione cordis carnalis intumeſcens.
33 † glutiat, & homo nēquā in
a ¶ Inferre contumeliam.
34 ore carnis ſuę, nō deſinet, do F
a ¶ Odij, inimicitiæ.
35 nec incendat ignēm. Homi-
a ¶ Voluptas fornicationis.
36 ni fornicario omnis pānis
37 dulcis, non fatigabitur
38 tranſgrediens vſque ad fi-

d *Anim. cals.* RAB. Hæretici & ſchiſmatici ardenté animā habent, dum ambitioſè quærunt humanam laudem, qui peruerſæ mentis more, carnis incendunt ignem, dum prauæ doctrinæ auditoribus immittunt errorē. Ipſi ſunt fornicarij, qui pactū, quod cū Deo in baptiſmate pepigerunt, non ſeruauerunt: ſed virum priorem relinquentes, cum idolis fornicati ſunt.

† deglutiat

☞ *Omnis.*

## NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tionem corporis ſui.* 1 Sic omnis iurans, *per Deum,*

2 Et nominans, *id eſt, iurans per nomina ſanctorum, & hoc aſſiduè.*

3 In toto à peccato non pur. *quia per talem conſuetudinem malam in iuramentum illicitum labitur; ideo ſubditur,*

4 Vir multum iurans reple. ini, *nam ex hoc incurrit periurium per iuramētum falſum, quod eſt contra veritatē, & iuramentū iniquum, quod eſt contra iuſtitiam.*

5 Et non diſcedet à domo illius plaga, *Id eſt, diuina vindicta ſaltem in futuro, & etiā aliquando in præſenti grauiter puniuntur pro notorio homines periurio.*

6 Et ſi fruſtra. fra. &c. *ex periurio ſibi damnum inferendo.*

7 Delictum illius ſuper ipſum erit, &c. *quia tenetur ad reſtituendum, & debet ad hoc cogi, ſi probatum fuerit contra.*

8 Et ſi diſſimu. *tacendo veritatem, pro cuius declaratione adducitur in teſtem, iurans ſe neſcire.*

9 Delinquet dupliciter, *ſcilicet, contra ſe falſum iurando, & contra proximum damnificando retinentem alienum in conſcientia, alium in burſa, ſcilicet, illum cuius pecunia retinetur.*

10 Et ſi in vacu. iurauerit, *iurando ſine cauſa, vel ex leui cauſa,*

11 Non iuſtificabitur, *Nam in hoc irreuerenter vtitur iuramento, vt dictum eſt ſuprà.*

12 Replebitur enim retributione peſſima, *id eſt, pœna debita,*

13 Domus illius, *Nam filij aliquando puniuntur pœna temporali pro parentibus, & maximè quando ſunt imitatores delicti patrū. Frequenter enim hoc fit. Nam filius audiens patrem frequenter vanè iurantem, ex hoc accepit modum conſimilem.*

14 Eſt & alia. *Hic conſequenter deteſtatur quædam alia peccata locutionis. Et primò peccatum blaſphemiæ, cum dicitur,* Eſt & alia loquela contraria, *ſcilicet, præcedenti. Nam in iuramēto inuocatur Deus vt teſtis infallibilis veritatis: in blaſphemia verò ſibi magis imponitur crimen falſitatis.*

15 In mortem. *Blaſphemia enim meretur mortem gehennæ, & etiam mortem naturę. Nā blaſphemus in lege præcipitur lapidari. Leu. xxiiij. Aliqui libri habent:* Morti, *& ſubintelligitur obligata: & ſic eſt eadem ſententia.*

16 Non inuenia. in hæreditat. Iacob. *Quia ſicut dictum eſt, blaſphemus præcipitur auferri de hæreditate Iacob per mortem.*

17 Etenim à miſericordibus hæc om. aufe. *ſcilicet, falſa & indiſcreta iuratio, & blaſphemia.*

18 Et in delictis non voluptabunt, *id eſt, non delectabuntur, ſed magis in operibus virtuoſis. Signum enim habitus generati, eſt delectatio in opere. ij. Ethicorum. Conſequenter deteſtatur peccatum locutionis irreuerentis, dicens.*

19 Indiſciplinoſæ loquelæ, *quæ eſt propriè loquela irreuerentiæ.*

20 Non aſſueſcat os tuum, *nam actus talis eſt malus, & conſuetudo peior. Et quoniam parentibus maximè debetur reuerentia, & per conſequens irreuerentia ad ipſos eſt peſſima, ſubditur,*

21 Memento patris & matris, *exhibendo eis debitam reuerentiam, & omnem irreuerentiam præcauendo,*

22 In medio enim magna. con. *q. d. licet ad maiorem ſtatū fueris eleuatus, quàm parentes tui, non tamen debes eorum reuerētiæ obliuiſci.*

23 Ne fo. ob. *gratiam ſuam tibi ſubtrahendo, & te confuſibiliter deijciendo.* 24 Et aſſiduitate tua. *circa parentum irreuerentiam.*

25 Infatuatus improperium patiaris. *à Deo & hominibus.*

26 Et maluiſſes non naſci. *ex impatientia tuæ detectionis, ſicut faciunt multi. Conſequenter deteſtatur peccatū locutionis iniurioſæ dicēs,*

27 Homo aſſuetus in verbis improperij, *ſicut fuit Semei, vt habetur. ij. Regum. xvj.*

28 In omnibus diebus ſuis non erudie. *quia contemnit monita aliorum.*

29 Duo genera. *Poſito peccato locutionis, hic conſequenter deteſtatur triplex peccatum operis. Et primo ponit duo breuiter ſe expediendo, ſecundo tertium magis immorando, ibi:* Hom. fornic. *Circa primum dicit:* Duo genera abundant in peccatis, *quia ſunt cauſa plurium ſequentium, ſcilicet, cupiditas, quæ eſt radix omnium malorum. j. Timo. vj. b. & guloſitas, quæ eſt occaſio multorum malorum, & ſpecialiter per ebrietatem.*

30 Et tertium adducit iram, &c. *vindicta diuinæ, & perditionem gehennæ. Et iſtud eſt adulterium, de quo poſtea magis proſequetur, & de primo ſubdit:*

31 Anima calida quaſi ignis ardens, *ardore cupiditatis, de quo dicit Boetius libro. ij. de conſolatione, metr. v. ſæuior ignibus Ætnæ ardet amor habendi.*

32 Non extinguetur donec aliquid glutiat, *aliorum bona male acquirendo. Et ſubditur de ſecundo,*

33 Et homo nequam in ore carnis ſuæ, *id eſt, guloſus, qui ſibi nequam eſt per os ſuum, quia guloſitas non ſolum nocet animæ propriæ, ſed etiam corpori generans multas paſſiones & infirmitates.*

34 Non deſi. donec incen. ignem, *ſcilicet, luxuriæ. Nam virtus nutritiua materiam miniſtrat generatiuæ: vnde dicit Hieron.* Venter mero æſtuans ſtatim ſpumat in libidinem.

35 Homini fornicario. *Hic ponitur tertium: & primo quantum ad virum, ſecundo quantum ad mulierem, ibi* Sic & mulier. *Circa primū dicitur.* Homini fornicario, *id eſt, luxurioſo,*

36 Omnis panis dul. *id eſt, omnis aliena mulier appetibilis.*

37 Non fatigabitur tranſgrediens. *id eſt, non ceſſabit tranſgredi mandatum Dei, Exodi. xx. b.* Non mœchaberis.

38 Vſque ad fin. &c. *vitæ ſuæ. Et quia peccatū luxuriæ hebetat mentem, eo quod reddit hominem beſtialem, ſubditur.*

A a *Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum, &c.* ✠ AMBROSIVS. Quàm miſera hominis conditio, quæ quaſi mercenaria
Amb. de interpellatione Iob lib. 1. cap 3. alijs laborat, ſibi indiget, & niſi aliena miſericordia ſuſtentare ſe nequit? Quotidie ſub formidine, ſub timore grauem tolerans ſeruitutem, & ne deprehendatur à Domino erratica atque fugitiua, ſub vmbra quadam ſæculi huius putat ſe poſſe deliteſcere. Conſidera illum, de quo ait
† Eſa.29.c. in Eccleſiaſtico Syrach, *Homo tranſgrediens in lecto ſuo, dicēs*
Ioan 1.
† intelligit *in anima ſua, Quis me videt? Tenebræ circūdant me, & parietes*
B *cooperiunt me, quem vereor?* Nonne tibi videtur iſte verè eſſe mercenarius qui ſua prodegerit, vt ille adoleſcens in Euangelio, qui legitur accepiſſe à patre ſubſtantiæ portionem, atque egēs & inops, quò famem leuaret, paſcere greges cepit alienos, vt mercede ſumptum exerceret ſuum? Sed ille tādem aliquando conuerſus eſt, quia reuertit ad patrem, & peccata ſua non repreſſit, ſed prodidit. Hic autem, qui ſe exiſtimat ab eo, qui omnia videt, non videri; & tenebris putat cōmiſſa ſua poſſe celari, vmbram prætendit: ſed fruſtra latere ſe credit, cum oculus Domini lucidior ſole occulta omnia deprehendat, tenebroſa illuminet, & intimi cordis penetret conſcientiam, atque in alta & profunda deſcendat. Vanus ergo qui putat
Luc.15.
putat tenebris eſſe ſe tutum, cùm lucem vitare non poſſit, quæ D *lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt.* Quaſi fugitiuus itaque & malus mercenarius deprehenditur, & antequam ſe occultet agnoſcitur, quia Domino omnia *antequam erant cognita ſunt*, non ſolùm quæ facta, ſed etiam quæ futura ſunt.

a ¶ Donec moriatur in lecto ſuo, id eſt, mortale peccatum actualis libidinis perficiat.

a nēm. Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum contēnens
b in animam ſuam, & dicens: † Quis me videt? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me: quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur altiſſimus: & non † intellexit quoniam omnia videt oculus illius: quoniam expellit à ſe timorem Dei huiuſmodi hominis timor,
c & oculi hominum timentes illum, & non cognouit, quoniam oculi domini multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, cir-

a ¶ Cogitationes, actiones

cumſpicientes omnes viâs hominum, & profundum abyſſi &

a ¶ Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.

hominū cordâ intuentes in abſconditas partes. Domino enim

a ¶ Ante omnia præſciebat, quæ facit peremptoria.

Deo antequâm crearentur, omnia ſunt agnita: ſic et poſt per-
† iudicabitur
d fectum reſpicit omnia. Hic in plateis ciuitatis † vindicabitur,
† ſperabit. quaſi pullus equinus fugabitur, et vbi non † ſperauit appre-

a ¶ Laqueo perditionis. b ¶ In iudicio. c ¶ Sordibus vitiorum pollutus. d ¶ Sanctis.

hēndetur. Et erit dedecus, omnibus, eò quòd non intellexerit ti-
e morem domini. Sic et mulier omnis relinquens virum ſuum,
C
† peccabit † & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primò enim

a ¶ quia fidem patrum & traditionem ſcripturarum ſequi noluit. b ¶ Deum.

in lege altiſſimi incredibilis fuit, & ſecundò virum ſuum dere-

¶ Diabolo ſociata. a ¶ Praua dogmata & peruerſa opera, quæ inſtinctu diaboli generauit.

liquit, tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſta-
f tuit ſibi. Hæc in eccleſiam adducetur, et in filios eius reſpicie-
g tur. Non tradent filij eius radices. & rami eius non dabunt fructum. Derelinquent in maledictum memoriam illius, & dedecus illius non delebitur. Et agnoſcent qui derelicti ſunt, quo-

a ¶ Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c.

niā nihil melius quā timor Dei, & nihil dulcius quam reſpice-

b *Tenebræ circū.* RA. Qui caſtitatis virtutē perdit, vt faciat opera tenebrarū, nemīnē putat ſcire quod agit, & Deum omniū conditorem fallere ſe credit, cum vultus domini ſit ſuper facientes mala. E

c *Oculi dom.* Quia illi nihil præteritum, & nihil futurum eſt omnia præſentia ſunt.

d *Hic in plat.* Adulter libidinoſus, de quo ſuperius dictum eſt, qui quaſi equus & mulus laſciuiēdo diſcurrit per latam & ſpacioſam viam, quę ducit ad mortem.

e *Sic & mu.* Æqualiter & in viro & in fœmina damnatur adulterium, & germē F huius copulæ abominabile eſt Deo.

MYSTIC. autē hæreticorum ſynagoga, vel anima hæretica prauitate decepta, abominabilis eſt Deo, quia relinquit virum priorem, qui ſibi eam in baptiſmate copulauit, & ornamento virtutum decorauit.

f *Hæc in eccle.* Quia eius peruerſitas in cōuentu fidelium, per ſolertiam doctorum declaratur.

g *Et rami.* Quia ſecta illius fundamentum veritatis. non habet

fru-

---

1 Omnis homo, qui tranſgreditur lectum ſuum, *per adulterium,*

2 Contemnens in animam ſuam, *id eſt, contemptum animæ ſuæ inferens propter carnis ſuæ voluptatem.*

3 Et dicens &c. *excæcatus voluptate,*

4 Quis me videt, &c. *quaſi dicat nullus, nec homo, nec Deus: & patet litera. Et ſubditur erroris cauſa, cum dicitur,*

5 Quoni. exp. à ſe ti. Dei hui. homi. tim. *id eſt, timor adulteri, quo timet voluptate priuari, expellit à ſe timorem Dei. Motus enim maiores depellunt minores ſecundum Philoſophum. Adulter vero nimis fortiter trahitur à voluptate, & ſic retrahitur à Dei timore.*

6 Et ocu. ho. tim. illum. *id eſt, homines conſcij ſui adulterij: qui in hoc ſibi ſeruiunt timore ducti, ne eius offenſam incurrant, & adulādo de facinoribus ſuis eum commendant, & ſic in ipſis eum nutriunt, & per conſequens timorem Dei ab ipſo expellunt, propter quod non conſiderat quod Deus ipſum videat ad puniendum, ideo ſequitur,*

7 Et non cogno. *id eſt, cognoſcere neglexit.*

8 Quoniam ocu. do. mult. pl. lu. ſunt ſu. ſo. *Claritas enim ſolis, non eſt niſi quidam effectus & modica ſcintilla diuinæ claritatis.*

9 Circumſpicientes omnes vi. homi. *quantumcunque occultas.*

10 Et profun. abyſ. *ad quod non pertingit lux ſolis,*

11 Et homi. cor. *quæ ſoli Deo ſunt nota.*

12 Do. e. de ant. *nam eſt agens per intellectum, & ſic præcognoſcens.*

13 Sic & poſt perfectum, *id eſt, poſt creationem rerum.*

14 Reſpicit omn. *Ex quo enim præcognouit, antequam eſſent in effectu, ſequitur, & quod poſtea ſubditur autem adulteri pœna, cum dicitur.*

15 Hic in plateis ci. vindi. *id eſt punietur: quia in palam lapidari præcipitur, vt prædictum eſt.*

16 Et quaſi pullus equinus. *id eſt, indomitus & voluptati deditus.*

17 Fugabitur, *vt ſic captus puniatur.*

18 Et erit dedec. om. *amicis ſuis ex vilitate criminis & punitionis.*

Sic

16 Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum. *Hic conſequenter deteſtatur peccatum adulterij quantum ad mulierem, dicens,* Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, *peccabit, quia tenetur ei obedire & debitum reddere.*

20 Et ſtatuens hæreditatem, *id eſt, hæredem viri ſui,*

21 Ex alieno matrimonio, *quando adulter eius eſt vxori alligatus, & ſic filium, quem ex eo concipit, priuat hæreditate paterna & ipſum inſtituit in aliena.* 22 Primo enim in lege al. incredi. fu. *quæ dicit Exod. xx. b. Non mœchaberis.* 23 Secun. vi. ſuum de. *abutēs corpore ſuo proprio, cum non habeat eius poteſtatem, ſed vir. j. Cor. vij.*

24 Tertio in adulte. fornicata eſt &c. *Id eſt, polluta.*

25 Et ex alio viro fi. ſta. ſi. &c. *ſcilicet, marito ſuo. Et quia ſecundum legem debet publice puniri, ſubditur,*

26 Hæc in eccleſiam adduce. &c. *Id eſt, in conſilio coram iudicibus.*

27 Et in fi. eius reſpicietur, &c. *vtrum ſint legitimi vel illegitimi, & ſi probentur illegitimi, eijcientur de domo mariti: ideo ſubditur,*

28 Non tradent filij eius, &c. *ſic dictum fuit Iephte Iudicum vndecimo,*

29 Radices, &c. *quia non ſtabilientur in hæreditate mariti.*

30 Et rami eius, &c. *id eſt, filiorum.*

31 Non dabunt fructum. *Id eſt, non proſperabuntur: ideo ſubditur,*

32 Derelinquent in maledi. memoriam eius. *ſcilicet, matris adulteræ. cui maledicēt homines, miſeriam filiorum adulterinorum videntes.*

33 Et dedecus il. non dele. *coram Deo, ſi perſeueret in malo: Nec etiam coram hominibus vſque ad magnum tempus. Conſequenter ex dictis de adultero & adultera concludit intentum, dicens,*

34 Et agnoſcent qui dereli. ſunt. *ſcilicet, cæteri viri & mulieres.*

35 Quon. nih. me qu. ti. Dei. *ſcilicet filialis qui cauet offenſam Dei.*

36 Et nihil dul. *animæ palatum bene diſpoſitum habenti,*

37 Quam reſpi. in manda. Dei, *non ſolum ſpeculatiue cognoſcendo, ſed etiam practicè opere adimplendo.*

Glo.

☞ fructum bonorum
A operum gignere non
poteſt.
a *Longitu. &c.* Quia
in æter-

a ¶ Qui in luce ambulat, non offendit.
re in mandatis domini. Glōria magna eſt ſequi dominum, 1
a longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. 2 3

in æterna beatitu-
dine in æternum per-
manebunt qui ſe-
quuntur Deum. D

NICOLAVS DE LIRA.

1 Gloria magna eſt ſequi dominum. *per viam iuſtitiæ.*

Longitu-

2 Longitudo enim dic. *Id eſt, æterna vita.*

3 Aſſumetur ab eo, *id eſt, à Deo, qui dat illam ſequentibus ipſum, per viam mandatorum ſuorum.*

B Cap. xxiiii.
a SApientia, *&c.* b *Et in medio populi, &c.* Raba Quia in oſtenſione miraculorum ad laudem Dei prouocabat populum: Vnde *Omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.*
c *Virtutis illius, &c.* Angelorum, religioſorum: vnde *Gloria in excel. Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* C
d *Ego ex ore.* Quia verbum conſubſtantiale, coæternū. Quia non ſum creatura; Dicitur tamen primogenitus omnis creaturæ, non tempore, ſcilicet, ſed honore, ſecundum illud: *Filius meus primogenitus Iſrael.*

✝ Deo
Luc. 15. g.
✝ prodii
Exod. 4. f.

# CAPVT XXIIII.

a ¶ Chriſtus. b ¶ Laudabilem oſtendit. c ¶ Vitam.
a SApientiā laudābit animām ſuam, & in 1
a ¶ In cælis cum patre & ſpiritu eſt, & in terra adoratur.
b ✝ domino honorabitur, & in medio po- 2 3
a ¶ Chriſtiani. a ¶ Conuentibus fidelium. ¶ Dei.
pŭli ſui gloriabitur, & in eccleſijs altiſſi- 4
a ¶ Vnde, Aperuit os ſuum dicens, Beati pauperes ſpiritu.
mi aperiēt os ſuum, & in conſpectu vir- 5
¶ Chriſtiani. a ¶ Exaltate dominum Deum noſtrum.
c tutis illius gloriabitur, & in medio populi ſui exāltabitur, & 6 7
a ¶ De plenitudine eius omnes accepimus. b ¶ Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.
c ¶ Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.
in plēnitudine ſancta admirābitur, & in mūltitudine electorū 8
a ¶ Sanctos. b ¶ Qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.
c ¶ Verba ſapientiæ. ¶ Sapientia.
d hābebit laudem, & inter benedictōs benedicetūr. Egō ex ore 9 10
¶ Secundum deitatem.
e altiſſimi ✝ prodiui, primogenita ante omnem creaturā. Ego fe- 11 12 13

Qui genitum inficiatur proprium negat: Qui propriū abnuit, communem cæteris arbitratur. Sin verò generationis ipſius proprietatem requirimus, ex Deo exiuit. Nam cum in vſu noſtro id ſit exire, quod iam ſit, & ex interioribus ſecretis prodire videatur, quod exire perhibetur anguſtis licet ſermonibus proprietatem diuinæ generationis aduertamus, vt non ex loco aliquo videatur exiſſe, ſed vt Deus ex Deo, filius ex patre. Nec videatur cæpiſſe ex tempore, qui ex patre naſcendo prodiit, vt dixit ipſe, qui natus eſt *Ex ore altiſſimi prodij,* E F

Ambr. lib. 1. de fide, c. 7.
✠ Ambr. Si naturalem maieſtatem quærimus, genitus eſt; Qui

e *Ego feci in cęlis.* Rab. In cęlis oritur lumen, nebula tegitur caro, ☞ qua,

NICOLAVS DE LIRA.
Cap. xxiiii.

☙ SApientia. *Superius à tertio capitulo & citrà, actum de exercitio virtutum: hic cōſequenter agitur de ſtatibus eccleſiæ, in quibus fit hoc exercitium. Et quia huiuſmodi ſtatus ſecundum ordinem diuinæ ſapiētię diſtinguūtur, ideo primò ponitur ſapientiæ commendatio; Secundo ſubditur huiuſmodi ſtatuum diſtinctio, ca. ſequenti. Ad euidentiam autem dicendorum ſciendum, quòd aliqui exponunt hoc capitulum de lege veteri & noua quæ dicitur ſapiētia diuina, quia non eſt humanitus iuncta, ſed diuinitus reuelata, ad hoc autē allegant quod dicitur infrà eodē ca.* Hæc omnia liber vitæ & teſtamētū altiſſimi. *Sed ſaluo meliori iudicio, hoc non videtur rationabiliter dictum: Nam in perſona ſapientię, de qua fit hic ſermo, dicitur in hoc ca.* Ego feci in cælis vt oriretur lumē indeficiens. *Quod factum fuit à principio creationis mundi. Lex autē vetus poſtea fuit data. Exod. xx. quaſi per duo milia annorum, & noua poſtea per tantum tempus & amplius. Præterea de eadem ſapientia, de qua fit hic mentio, dicitur,* Ab initio & ante ſecula creata ſum. *Quod nō poteſt dici de lege veteri vel noua. Item hęc expoſitio fauere videtur errori Iudæorum, qui fingunt legem veterem creatam fuiſſe ante mundū vt infrà plenius dicetur. Propter quod dicendum, quod hic agitur de ſapientia diuina perſonaliter dicta, quæ eſt ſapientia genita. Vnde in eius perſona dicitur hic,* Ego ex ore altiſſimi prodij. *Et fuit plenius dictum in principio huius libri. Sic ergo proceditur, quia primo ponitur huius ſapiētiæ commēdatio: ſecūdò deſcribitur eius generatio, ibi,* Ego ex ore, &c. *tertio ſoluitur tacita quæſtio ibi,* Adhuc doctrinā. *Circa primū dicitur:*

1. Sap. laud. anim. ſuam, &c. *Id eſt, ſeipſam, eo modo loquendi, quo dicitur. Hie. 1. b.* Iurauit dominus exercituum per animam, ſuam, *id eſt, per ſeipſum, Gene. xxij. e.* Per memetipſum iuraui dicit dominus. *Laudauit enim ſapientia genita (quæ eſt idem quod verbum diuinum) ſeipſam, per angelos, & prophetas, & alios ſanctos, & etiam per ſeipſam in humanitate aſſumpta, exprimens excellentiam quam habebat à patre, Iohannis decimo. f.* Ego & pater vnum ſumus.

2 Et in domi. honorabitur, &c. *Id eſt, in Deo patre venerabitur: quia ſicut pater eſt in filio, & econuerſo, vt dicitur Iohannis decimoquarto, ſic filius honoratur in patre, & pater, in filio.*

3 Et in medio po. ſui glo. *Id eſt, in medio ſanctorum angelorum, & etiam hominum, qui ſunt eius populus.*

4 Et in. &c. *in eccleſia triumphāte illuminando angelos, & docēdo; & militāte in humanitate aſſumpta prædicādo in tēplo, & apoſtolos docēdo.*

5 Et in con. &c. *Id eſt, in operibus miraculoſis virtute altiſſimi factis, quia fiebant ad declarationē ſuæ deitatis.* 6 Et in me. po. *Nā de medio apoſtolorū, & ipſis vidētibus eleuatus fuit in calū. Ma. vl. & Act. j.*

7 Et in ple. ſanc. admi. *de qua dicitur Ioh. j. d.* Vidimus eum quaſi vnigenitum à patre plenum gratiæ & veritatis. *Et ibidem ſubditur,* Et de plenitudine eius omnes nos accepimus.

8 Et in mul. el. *Nam à ſanctis angelis & electis laudabitur in cœlis.*

9 Et in be. be. *Id eſt, bona dicetur, dicendo illud quod ſequitur de ſua emanatione æterna, per quam habet bonitatem infinitam à patre ſicut & deitatem: non tamen aliam numero, ſed eandem.*

10 Ego ex ore. *Hic conſequenter deſcribitur ſapientia genitæ generatio. Et primò generatio æternalis ex patre; ſecundò temporalis ex virgine ibi:* Poſuit Dauid. *Prima in duas, quia primò deſcribitur generatio verbi, ſecundo per verbum creatio mundi, ibi:* Ego feci. *Et ſimilem proceſſum tenet beatus Iohannes in principio euangelij ſui, vbi verbi diuini primo ponit emanationem, dicens, Ioan. j. a.* In principio erat verbum, &c. *Secundo, mundi creationem, dicens,* Omnia per ipſum facta ſunt; *Tertio verbi incarnationem, cùm ſubditur,* Et verbum caro factum eſt, &c. *Circa primum in perſona verbi vel ſapientiæ genitæ dicitur,* Ego ex ore al. *Id eſt, Dei patris,*

11 Prodij, *Et dicitur hic* os altiſſimi *potentia generatiua patris, qua producitur verbum incarnatum ſpirituale, quod eſt filius Dei: ſicut ore carnali producitur verbum ſenſibile, nam intelligibilia ſignificantur per ſimilitudines ſenſibilium.*

12 Primogenita ante omnem creaturam. *Ex hoc patet, quòd ſcriptura non loquitur hic de ſapientia diuina eſſentialiter dicta. quia hęc nō eſt generans nec genita; Nec etiam de ſapientia quacunque creata, per hoc quod dicitur* ante omnem creaturā. *Sciendū tamen, quòd Iudæi moderni in ſuo errore obſtinati negando diuinitatem Chriſti habent per conſequens negare diſtinctionem perſonalem in Deo genitoris, & geniti, quæ tamen hic exprimitur, ſed de hoc libro non curant, quia ipſum non recipiūt. Librum autē Prouerbiorum Salomonis inter ſanctos libros recipiunt, vbi octauo capitulo de ſapientia diuina ponitur eadem ſententia:* Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. *Et ibidem.* Ante omnes colles ego parturiebar, *vbi verò eſt conceptus & partus, ibi eſt generans & genitus. Ratio verò, & natura non patiuntur, quòd eadē ſimplex perſona reſpectu ſuiipſius ſit generās & genita, nulla enim res ſeipſam gignit, vel ad eſſe producit. Ad euitandum igitur in Deo diſtinctionem, & genitoris, & geniti; finxerunt, quòd lex fuit creata ante mundum per duo milia annorum, vt ſic de ipſa dicatur:* Ante omnes colles ego parturiebar, *id eſt, creabar. Sed hoc patet manifeſtè falſum, quia lex non potuit per ſe creari, ſed in mente aliqua angelica, vel humana, vel in ſcripto, vt in lapidibus ſcripta fuit lex Moyſi, vel in aliqua alia materia. Et vterque modus prę ſupponit alterius creationem. Hoc etiam dictum eſt ita irrationabile, quòd non eſt contra ipſum diſputandum.*

Iudæorum ficta euaſio de cōfeſſione diſtinctionis perſonalis in Deo

13 Ego fe. &c. *Hic conſequenter deſcribitur proceſſus creaturarum per ſapientiam genitam ſiue verbum. Et primò proceſſus iſte declaratur, ſecundò per ſcripturam confirmatur, ibi,* Hæc omnia liber, *Prima ad-*

☞ qa ſicut claritate ſua
A præcellit obſcuritatē
nebulę, ſic ſpiritualis
✝ carnem creatura corporalem
✝ altis præcellit dignitatem.
a Thro. meus. RABA. Humanum corpus nullo pōdere peccati prægrauatū, ſed Dei virtute ſublimatum, in quo potentia diuinitatis iudicia ſua exercuit: vnde, Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem, &c. (Eſa. 9 a.) (✝ eius)
b Creauit me, requieuit in tabernaculo, &c. Secundum hu-
B manitatem ſingulari puritate de ſpirituſancto conceptam, de

a ¶ Spirituali creatura, angelis, ſcilicet. b ¶ Rationis & intelligentiæ. c ¶ Corporalem creaturam. 1
ci in cælis, vt oriretur lūmē indeficiēs, ſicut nebula texi ōmnē 2
¶ Omnem naturam. a ¶ Supra omnem creaturam cum patre & ſpiritu. ¶ Significat diuinam naturam. 3
a ✝ terram. Ego in ✝ altiſſimis habitaui, & thronus meus in co- 4
a ¶ Cæleſtia. ¶ Omnipotentiam ſapientiæ & fortitudinem ſignificat. b ¶ Omnia. ſ. quæ ſub terra. 5
lumnâ nubis. Gyrum cęli circūiui ſola, & profundū abyſſi pe- 6
a ¶ Omnibus quæ in mari ſunt & in terra. b ¶ Vnde: Laudent illum cæli & 7
terra, mare & omnia quæ in eis ſunt. 8
netraui, & in fluctib⁹ maris ambulaui, & in omni terra ſteti. Et 9
a ¶ Rationali creaturæ. b ¶ Vnde, dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &c. 10
in omni populo, & in omni gentē primatū habui, & omnium 11 12
a ¶ Gentibus, ex quibus congregatur eccleſia, quia eius eſt hæreditas. Vnde: Hæreditas mea præclara eſt mihi. 13
excellētiū & humiliū corda virtute calcaui. Et in his omnibus 14
requiem quæſiui & in hæreditate ✝ domini morabor. 15 16
a ¶ Filius ſecundum humanitatem intelligit patrem maiorem. 17
b Tunc præcēpit & dixit mihi creator omnium, & qui crea- 18
a ¶ Humanæ naturę, in qua habitauit plenitudo diuinitatis. 19
c uit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: 20
In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditate: & in ele- 22
21
ctis meis mitte radices. Ab initio & ante ſecula creata ſum, 23

de virgine editam.
c In Iacob. Incarnatione ſaluatoris ſpecialiter Iudæis vti cō- D
ceſſum eſt, & ſpecialiter ad Iudęos venit: vnde, Non ſū miſſus, niſi ad oues quæ perierāt domus Iſrael. (Matt. 15. c.) Vnde per Iacob figurantur Iudæi, per Iſrael verò Gentiles.
d Ab initio. Sacramentum incarnationis ante ſecula præſcitum & prædeſtina-
E tum, permanet in ſeculū ſeculi. Et inhabitationes eccleſiæ, id eſt, ritum: verę religionis diſpoſuit.

☞ Et

## NICOLAVS DE LIRA.

hue in duas, quia primò declaratur proceſſus creaturarum quantùm ad eſſe naturæ; ſecundò quantùm ad eſſe gratiæ, ibi, Et in his omnibus. Circa primum dicitur in perſona ſapientiæ genitæ ſiue verbi, Ego feci in cæ. vt ori. lu. in. & de lumine corporali patet Gen. j. a. Dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux, ſicut ibidem plenius explicaui.

1 Et ſicut ne. te. om. Duobus enim primis diebus formationis rerum,
C elementa quatuor non fuerunt ab inuicem plenè diſtincta: nam aquæ tūc non habuit completam denſitatem, ſed quaſi vaporaliter erat eleuata per totū aerē. Et ſic per modū nebulæ tegebat totā terram. Tertio verò die, qua diſtincta fuerunt elementa, accepit à Deo debitam dēſitatem, qui & fecit in terra concauitates ad recipiendum aquæ partem, & ſic apparuit arida, & elementa diſtincta, prout dictum fuit plenius Gene. j.

2 Eg. in al. diſponendo cælum empyreum, quod ſtatim factū fuit angelis repletum. 3 Et thronus meus, id eſt, poteſtas mea,

4 In columna. per ipſam enim diſponitur generatio nubium in aere.

5 Gyrum cæli. id eſt, cęlum ſydereum luminaribus, & ſtellis ornatū.

6 Circumiui ſola, diſponendo motum orbium. Sciendum tamen quòd per ly ſola, nō excluditur pater, & ſpirituſſanctus: nam ſecundū Philoſophum. ij Elenchorum, ſolus idem eſt quod non cum alio. Et ideo quando determinat aliquod ſubiectum in ordine ad prædicatum, non excludit à conſortio prædicati illud, quod habet identitatem cum ſubiecto, ſed quod habet alietatem, Pater autē, & filius, & ſpirituſſanctus ſunt vnum ſimpliciter in eſſentia, & diſtinguūtur in perſona: propter quod dictio excluſiua addita vni perſonæ in ordine ad prædicatū perſonale, facit excluſionem aliarum perſonarum, vt cū dicitur: Solus pater generat: filius enim & ſpirituſſanctus non generant. Si autem prædicatum ſit eſſentiale: tunc non excluduntur aliæ perſonæ, ſed magis includuntur, eo quod ſunt vnū in eſſentia: ſic eſt in propoſito, quia circumire cœlum per diſpoſitionem motus orbiū eſt commune toti trinitati, ſicut & creare; & ideo cum dicitur in perſona ſapientiæ genitæ, Gyrum cæli circumiui ſola, per li ſola, non excluduntur pater, & ſpirituſſanctus, ſed magis includuntur.

7 Et profundum abyſſi penetraui, &c. Præparando concauitates in terra, vt ibi congregatis aquis appareret arida, quæ cōgregatio vocatur oceanus vel abyſſus. 8 Et in flu. ma. am. ſaluando Noe, & qui cum eo erant in arca inter aquas & fluctus diluuij. 9 Et in om. ter. ſtabilitatem ei dando vndiq; circa centrum mūdi. 10 Et in om. po. & in om. nam omnis poteſtas hominum à Deo eſt. 11 Et om. ex. & hu. ſic habēt libri correcti, & patet ſenſus: Nam omnes tā magni quàm parui Dei filio ſunt ſubiecti, quia toti trinitati. 12 Et in his o. Hic conſequenter ponitur effectus ſapientiæ in creaturis, quantū ad eſſe gratiæ: hic autem effectus habēt locū in angelis & hominibus; & de angelis hic tacetur, ad quorum confirmationē in bonum parū loquitur ſcriptura. Iuſtificatio verò hominum per gratiā facta eſt à tota trinitate per cognitionem Dei amorē & ſupernaturalem, ad quā eleuati ſunt patres ſancti ex electione diuina. Et ideò primò ponitur hæc electio: ſecundò electionis confirmatio, ibi, Ab initio; tertiò confirmationis fructificatio, ibi, Quaſi cedrus, Circa primū, quòd nulli homini gratia Dei denegatur, cū velit omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire, vt dicitur j. Tim. ij. b. Sed aliqui ea carent, quia non ſequuntur diuinum inſtinctum ad ſupernaturale bonum, & ſic non datur eis gratia habitualis, quæ datur ſequentibus ipſum, ſicut aliàs diffuſiùs declaraui in pluribus locis. Dicit igitur Dei ſapientia, Et in his omnibus, ſcilicet, hominibus,

13 Requiem quæ. in ipſis habitando per gratiam: Vnde Prouerb. 8 d. dicit hæc Sapientia, Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Veruntamen quia multiplicatis hominibus poſt diluuium declinauerunt communiter ad idololatriā: Abraham tamen, & qui ab eo deſcenderūt per Iacob nepotem ſuū, in fide vnius veri Dei ſteterunt: propter quod hæreditas domini vocati ſunt. Deute. xxxij. a. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius; ideo ſubditur,

14 Et in hær. dom. morabor, per gratiam patres illos ſanctificando.

15 Tunc præ. & di. &c. ſcilicet, illud, quod poſtea ſubditur. Vel aliter, Tūc præcipit & dixit mihi, id eſt figura mea, ſicut imago Herculis dici-
F tur Hercules. Creator omniū, ſcilicet, illud quod poſt, poſtea ſubditur: In Iacob inhabita. &c. & interponitur, Et qui creauit me, &c. Ad intellectum huius ſciendū, quòd licet tota trinitas iuſtificet homines per gratiam, tamen ad faciendū hanc iuſtificationem non dicitur pater miſſus ſed tantū filius, & ſpirituſſāctus; quia inuiſibilis miſſio perſonæ diuinæ duo includit. ſ. quod perſona illa nouo modo inhabitet mentem rationalē per gratiam, & quod iſta perſona procedat ab alia. Iſtud ſecundum non conuenit patri, propter quod non conuenit ſibi mitti, Vnde dicit Aug. ij. de trinitate. Pater nuſquàm legitur miſſus, ſed filio. & ſpirituſancto conuenit mitti, non ſolùm viſibiliter ſicut filius apparuit in carne, & ſpirituſſanctus in columbæ ſpecie, ſed etiam inuiſibiliter per dona quibus inhabitant mentem, ſcilicet, ſpirituſſanctus per donum charitatis, & alia quę perficiunt voluntatem; Filius autem per donum ſapientiæ, & alia quæ perficiunt intellectum, eò quòd ſpirituſſanctus procedit per modum voluntatis, & filius per modū intellectus. Hæc igitur miſſio ſapientiæ genitæ à patre poteſt dici præceptū, loquendo largè, & ſic dicit, Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium. id eſt, Deus pater emittens dicto modo filium. Et quia poſſet aliquis credere, quod per talem miſſionem filius ſepararetur à patre, propter hoc, antequàm vltrà procedatur, iſtud remouetur cùm dicitur, (An pater dicatur miſſus ad iuſtificationem hominis)

16 Et qui creauit me, id eſt, æternaliter generando dedit eſſe quod largè quidem poteſt dici creatio, vt diffuſius dictum fuit ſuprà, j. ca. exponendo illud, Prior omnium creata eſt ſapientia,

10 Requieuit in tabernaculo meo, in meipſa: quia propter dictam miſſionem filius, qui eſt ſapientia genita, non deſinit eſſe in patre, nec pater in filio. Conſequenter reſumit propoſitum dicens,

18 Et dixit mihi, Deus pater, 19 In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditate, &c. id eſt, in populo deſcendente à Iacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael, Geneſ. xxxij. In hoc enim populo remanſit fides & cultus vnius veri Dei, cæteris communiter ad idololatriam declinantibus. Sciendum tamen, quòd iſte populus magis denominatur à Iacob qui & Iſrael, quā ab Abraham & Iſaac; quia non omnes eorū filij fuerunt fideles, vt patet de Iſmaele & Eſau, ſed omnes filij Iacob fuerunt Dei cultores: propter quod & tribus illius populi denominatur ab eis.

20 Et in electis meis mitte radices, id eſt, præcepta decalogi, & alia ceremonialia, & iudicialia, quæ fuerunt illi populo data, vt per eorū obſeruantiam radicaretur in ſapientia diuina. 21 Ab init. Hic conſequenter ponitur electionis prædictę confirmatio, quæ fuit facta per ſtabilitatem regni & ædificationem templi temporibus Dauid & Salomonis. Pręmittitur tamen hic ſapientiæ genitæ æternitas, vt per hoc oſtendatur cauſa ſufficiens ſtabilitatis in alijs: Dicit igitur. Ab initio, per hoc non poteſt intelligi initium temporis, quia ſubditur,

22 Et ante ſecula, ſed intelligitur ipſe pater, qui eſt principium emanationis perſonarum. Et ante ſecula, id eſt, æternaliter, quia filius ęternaliter procedit à patre,

23 Crea. ſum, id eſt, ab eo accipiens eſſe per generationem, quę largè loquendo poteſt dici creatio vt plenius eſt dictum ſuprà j. capit. Aliter exponunt aliqui, Creata ſum &c. id eſt, præuiſa creari ſecundum humanam naturam in vnitate perſonæ aſſumendam. Licet autem hęc expoſitio contineat veritatem, non tamen videtur eſſe ſecundum autoris libri huius intentionem, vt dictum eſt ſuprà, primo capite. Hoc etiā videtur ex proceſſu huius capituli, in quo à principio vſque ad finem ponuntur prærogatiuæ ſapientiæ genitæ, ſic autem præuideri non

eſt

A a *Et ſic in Si.* RAB. Sion eccleſia, quæ & Ieruſalem, quæ à primo iuſto vſque ad nouiſſimum ædificatur, & in qua ſapientia quotidie fructificat.

b *In Libano* RABAN. *Libanus* mons eſt Pœnicis, dictus à thure, quod ibi colligitur. *Sion* collis eſt vrbi ſupereminens, & interpretatur ſpeculum. Hæc ergo nomina arborum & montium eminentioribus Chriſti membris conueniunt, quæ dicere poſſunt, *Chriſti bonus odor ſumus Deo.* Et, *quorum conuerſatio in cælis eſt.*

2. Cor. 2. d. Philip. 3. d. Virgilius 3. geor.

B Odor quoque cedri ſerpentes interimit & fugat: vnde, *Diſce & odoratam tabulis accendere cedrum.* Et ſancti doctores virtute verbi repellunt hæreticos. *Reſinâ* quoque eius, quæ cedrina dicitur liniti libri nec tinea nec ſenectute deficiunt: & doctorũ ſpirituali ſenſu ſcriptura confecta, nulla hæreticorum aſtutia corrumpitur, vel vetuſtate conſumitur. C Cypreſſus medendis apta corporibus venuſtatem comę ſuę nullo deponit impulſu, conſtantiam & actionem eorum exprimens, qui altioribus eccleſiam ornant virtutibus.

c *Quaſi pal.* Arbor diuturus folijs, & ſuauibus pomis; palma dicta quia victricis manus eſt ornatus: vel quia in modum humanæ palmæ ramus expandit, hanc Græci φοίνικον dicunt, quia Phœnix auis multo tempore viuit. Huic comparatur eccleſia, quæ incuruari ad terrena deſpiciens, ad cæleſtia ſe ſuſtollit: D vt finito agone cæleſtem palmam ſuſcipiat, & quaſi folia diuturna, verba rectæ confeſſionis perpetuo conſeruat.

d *Quaſi oliua.* Græce ἐλαίονμ fructus ſcilicet; ἐλαία enim arbor dicitur, ſuccus oleum. Eſt autem arbor pacis inſignis: per hanc
1 eccleſia ſignatur, quæ
2 campos totius mun-
3 di decore illuſtrat, &
4 ſpeciali gratia per vn-
5 ctionem chriſmatis
6 ſanctificat.
7 e *Quaſi pla.* Plata-
8 nus ab altitudine di-
9 cta, vel quia patula &
10 ampla. Nam πλατός E
11 Græci amplum vo-
12 cant. Nomen ergo, & † cupreſſus vel cypariſſus.
13 formam arboris ex-
14 preſſit dicens, quaſi
15 platanus dilatata ſum
16 in plateis. Eſt autem
17 tenerrima, & mollis
folijs, & vitibus ſimilis, & Chriſtum ſignificat, qui per membra ſua in orbe dilatatur mitis & manſuetus.

f *Sicut cinnamomũ.*
18 Cinnamomũ & balſamum aromaticę arbores ſunt. † De ſacra vn. c. vnicó Cinnamomum. Cinnamomum dictum, quia cortex eius in modum cannæ rotundus & gracilis. Gignitur in India & Aethiopia, frutice breui duorum tantum cubitorum colore ſubnigro vel cinereo, tenuiſſimarum virgarum. Nam quod craſſum eſt deſpicitur, Gracilius vero charius: Quod cum frangitur, viſibile ſpiramentum emittit in modum nebulæ vel pulueris.

g *Balſ.* Aſpaltũ dicit. Plin. in eodẽ curriculo cæli naſcitur ſpina can-

a & vſque ad futurum ſeculũ non deſinam, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, &

a ¶ Super quem requieſcit ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quietum. b ¶ Manifeſta ſcilicet, quia ibi voluntas eius adimpletur.

in ciuiatte ſanctificata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes

a ¶ Chriſtiano, qui nomine Chriſti honoratur, qui pars eius & hæreditas eſt. a ¶ Quia illi membra ſunt corporis eius, cum ſit ipſe omnia in omnibus.

Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea. b Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, et quaſi † cypreſſus in monte Sion. c Quaſi palmâ exaltata ſũ in Cades, et

a ¶ Arbores ſunt altitudinis & odoris præcipui. a ¶ Palma aurea coronantur victores. b ¶ Quæ mutata, vel tranſlata interpretatur, quia eccleſia ab idolorum cultura ad verum Deum tranſlata eſt.

quaſi plantatio roſæ in Iericho. d Quaſi obliua ſpecioſa in campis, e & quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam in

a ¶ Roſa dicta, quod rutilo calore rubeat, & martyrium ſignificat. b ¶ Iericho interpretatur odor eius; vel luna: & eſt quaſi plantatio roſæ in Iericho, cum odor virtutum in paſſione martyrij redolet in ſanctis. a ¶ Quia redemptionis noſtræ ſacramentum cunctis innotuit nationibus.

f plateis. † Sicut cinnamomum & g balſamum aromati-

a ¶ Doctrinæ ſpiritualis gratiæ. b ¶ Loquar ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis. ¶ Vel aſpaltum.

## NICOLAVS DE LIRA.

*eſt aliqua eius prærogatiua, quia conuenit omni creaturæ quantumcunque minimæ. Nã ab æterno præuiſũ eſt quodcũque producitur in tẽpore.*

1 Et vſque ad fu. ſe. non deſi. *i. æternaliter perſiſtam.*

2 Et in habitatione ſancta. *i. in mentibus ſanctorum,*

3 Coram ipſo. *Deo patre,*

4 Miniſtra. *i. miſſionem meam inuiſibilem per earum ſanctificationẽ impleui, modo ſupra dicto. Vel aliter,* Et in habitatione ſancta, *id eſt, in congregatione iuſtorum,* Coram ipſo miniſtraui, *id eſt, miniſtrare feci per Aaron & alios ſacerdotes bonos, ſicut dicitur Gen. xxij. c. in perſona domini,* Nunc cognoui, quod timeas dominum, *id eſt, alios cognoſcere feci.*

5 Et ſic in Sion firmata ſum. *Hic conſequenter ponitur electionis dictæ confirmatio, ſcilicet, per ædificationem templi & confirmationem regni tempore Dauid & Salomonis, & ſic dicit ſapientia Dei,* Et ſic in Sion firmata. *Iſta tamen firmatio non dicit aliquam mutationem in Deo, ſed in creatura, in qua firmius ſtabiliuntur dona diuina. Dicitur autem Dei ſapientia firmata in monte Sion, eo quod ibi fuit ædificatum templũ iij. Regum. vj. in quo arca & propitiatoriũ, (quæ repręſẽtabant ſedem Dei, vt dictum fuit Exo. xxv.) habuerũt ſtabilem manſionem nec vltra fuerunt portata de loco ad locum, ſicut ante fuerant per deſertũ, & poſtea in terra promiſſionis. vt patet in pluribus locis. j. Reg.*

6 Et in ciui. *ſ. Ieruſalem diuinum cultum electa. iij. Regum. viij.*

7 Similit. *per ſpecialem habitationem, eo quod vigebat ibi cultus Dei.*

8 Et in Ieruſalem poteſtas mea, *quia facta fuit ciuitas metropolis & regia, & hoc ex ordinatione ſpeciali diuina.*

9 Et radicaui, *id eſt dona mea firmius ſtabiliui,*

10 In populo honorifica. *id eſt in populo Iſrael, qui fuit honorificatus à Deo præ cæteris populis, eo quod diſpoſuerat ab æterno ex illo carnem aſſumere; propter quod dedit ei legem & prophetas, ſacerdotium, & regnum: propter quod dicitur Deut. iiij. b.* Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, *& Pſal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, &c.

11 Et in partes Dei mei. *ſ. populi honorificati. Ad cuius intellectum ſciendum, quod ly* mei *poteſt eſſe genitiuus pronominis ego, & ſic eſt ſenſus,* Et in partes Dei mei. *i. in partes Dei, qui Deus ſum ego.*

12 Hæredi. il. *q. d. vita beata, quæ eſt electorum hæreditas vera, eſt in partes meas, id eſt, apud me; Alio modo poteſt eſſe genitiuus pronominis meus, & ſic eſt ſenſus,* In partes Dei mei. *i. apud patrẽ qui eſt Deus meus.* Hæreditas illius *i. beatitudo populi honorificati, & vtroque modo continet veritatẽ. Nã electorũ beatitudo conſiſtit obiectiuè in patre, & filio. Iohan. xvij. a.* Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, *Per hoc tamen non excluditur ſpiritusſãctus, ſed magis includitur vt patet ex ſupradictis. Sed remanet quæſtio, quomodo pater dicitur Deus filij? Ad quod dicẽdũ, quod habendo reſpectum ad humanitatem eſt manifeſte verũ: Vnde dicitur Iohan. xx. e.* Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. *Habendo vero reſpectum ad naturã diuinam poteſt etiam verificari: Dicitur enim filius ſecundum diuinam naturam Deus de Deo, ſicut dicitur in ſymbolo de ipſo,* Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, *& ſic vt videtur, in perſona filij de patre poteſt dici,* In partes Dei mei, *id eſt patris, qui eſt Deus à quo ſum, idem tamen Deus cum ipſo in eſſentia, diſtinctus tantũ in perſona.*

13 Et in plenitudine ſanctorum, *id eſt in congregatione eorum.*

14 Detentio mea, *id eſt manſio mea per gratiã, Matth. xviij.* Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, in medio eorum ſum.

15 Quaſi cedrus. *Hic conſequenter ponitur dicta confirmationis fructificatio. Et primo quantum ad fructum vitæ actiuæ: ſecundo, cõtemplatiuæ, ibi,* Ego mater. *Prima in duas quia primo ponitur dicta fructificatio: ſecundo, famæ diffuſio, ibi,* Sicut cinnamomum. *Circa primum ſciẽdum quod terranaſcentia diuerſarum ſpecierum magis fructificãt in vna terra, quã in alia. Et ſic ponuntur hic exempla plurium arborum vel terranaſcẽtium in diuerſis locis notabiliter fructificantium, cum dicitur,* Quaſi ced. *Id eſt ſicut cedrus notabiliter creſcit in monte Libani, ſic exaltata ſum in populo Iſrael per augmentationẽ cultus diuini, per quam diuina ſapiẽtia dicitur, exaltari, non in ſe, quia non poteſt augeri vel minui, cũ ſit infinita: ſed in donis & effectibus ſuis. Sicut dicitur Deus magnificari, cum deuote laudatur à nobis. Pſalmo. xxxiij. a.* Magnificate dominum mecum. *Hæc autẽ diuini cultus augmẽtatio facta fuit maxime tempore Dauid & Salomonis, Ezechiæ & Ioſiæ, vt patet ex libris Regũ, & Paralipomenõ, & eodẽ modo exponuntur exẽpla quę ſequũtur.*

16 Et quaſi cy. *Id eſt, ſicut iſta fructificant notabiliter in locis hic expreſſis, ſic ſapientia diuina exaltata eſt modo prædicto, Sciendum tamẽ, quod cum dicitur hic,*

17 Quaſi pal. Cades *non eſt hic locus deſerti vbi manſerunt filij Iſrael per aliquod tempus. dicitur Deuteronomi. j. g.* Et ſediſti in Cadesbarne, &c. *ſed eſt alia, ſita in ſorte Iudæ, & ad diſtinctionem alterius dicitur* Cades *abſolute, Ioſuæ. xv. Alia vero Cadeſbarne. Sciẽdum autem, quod hic ponuntur plura exempla corporalia ad exprimendum augmentum donorum ſpiritualium, quod eſt excellentius augmento corporali: ſicut mater ad exprimendum excellentem amorem quem habet ad filium, vtitur pluribus nominibus vocans eũ aliquãdo filium ſuum aliquando cor ſuum, aliquando dominũ ſuum, & ſic de pluribus alijs.*

18 Sicut cin. & balſa. aro. odo. dedi. Qua. myr. ele.

dedi

a ¶ Sanctorum continentia. Myrrha enim peruncta corpora, non putreſcunt, ſic continentia membra noſtra ſeruat incorrupta.

zans odorem dedi. Quaſi myrrhã electa dedi ſuauitatẽ odoris, & quaſi ſtorax & galbanus & vngula & gutta, & quaſi libanus non inciſus euaporaui habitatione meã & quaſi bal-

a ¶ Quia nullam habet in ſe erroris maculam, ſed puram & ſynceram doctrinam, quæ profert odorem virtutum, & ſpiritualem gratiam infundit mentibus fidelium.

ſãmũ non mitũ odor meus. Et quaſi terebinthus extẽdi ra-

a ¶ Ego ſum vitis vera & vos palmites.
b ¶ Cuius vinum lætificat cor hominis, qui bibens ſanguinem eius gaudet, & redemptionis laudat ſacramentum.

mos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Egô quaſi vitis fru

a ¶ Per orbem ſpargendo euangelij prædicationem. b ¶ Quia iucunditas & decor virtutum quotidie dono eius floreſcit, & clareſcit in fidelibus.
¶ Vel doloris. ¶ Sapientiæ.

ctificâui ſuauitatẽ odoris, & flores mei fructꝰ honoris et hone

A candida, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, radix eius vnguentis expetitur. Tradunt in quocunque frutice curuetur, arcus cæleſtis, eandem, quæcunque ſit, aſpalti ſuauitatem odoris exire. Quidam Eliſei ſceptrum vocant. Probatur in colore ruffo vel igneo, tactu ſpiſſo, & odore caſtorei. Hæc pro ſui breuitate à quibuſdã inter herbas odoriferas reputantur, Et ſignificant humiles ſpiritu, qui quaſi purpureo colore veſtiti, memores dominicæ paſſionis pro domino parati ſunt pati.

a *Quaſi myrrha.* Myrrha eſt in Arabia arbor quinque cubitis alta, ſpinæ ſimilis, quã ἀκανθον vocãt Græci, cuius gutta viridis

B & amara, vnde & nomẽ accepit: quæ omnia conueniunt mortificationi carnis, quæ amara ad tẽpus ſentitur, ſed in ſpe ſemper virentis patriæ libenter ſuſcipitur, vnde,

1. Pe. 1. a. *Regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti, &c.* Spinæ autem comparatur, quia vt mentem ſaluet, corpus affligit Gutta ſponte manans pretioſior eſt; Elicita corticis vulnere vilior, quia maioris eſt virtutis corpus ſanum (cui arridet copia rerum) mortificare, quam egrotum, vel paupertate afflictum.

b *Quaſi ſtorax.* Storax, galbanus, vngula, & gutta: pigmenta ſunt pretioſa apud medicos, & ſignificant virtutum ſpecies, quas ad curationem hominum adhibent medici virtutes ſpirituales. Storax enim arbor Arabiæ ſimilis malo citonij, cuius virgulæ inter caniculæ ortum cauernatim lachrymam fluunt, Quæ in terram cadit immunda eſt, ſed cum proprij corticis ſcrobæ foſſa ſeruatur. Quæ virgis & calamis inhæſerit, munda eſt, & albida. Dehinc fulua fit ſolis cauſa, & ipſa ſtorax calamitates, pinguis reſina, odoris iucundi, & quaſi melloſum liquorem emittens. Storax dicta, quia eſt gutta arboris profluens & congelata, nam Græci ϛακτήμ guttam dicunt.

c *Et galbanus.* Galbanum ſecundum Plin. dat Syria in Amano

C monte e ferula quam eiuſdem nominis, reſinę modo ſtagoniſim appellant. quod maxime laudant cartilaginoſum, purum, ad ſimilitudinem ammoniaci minimeque lignoſum.

Exod. 30. d. d *Vngula.* Vngula eſt quæ in Exodo onycha dicitur Gręce enim ὄνυξ Latinè vngula, quia humano vngui aſſimilatur.

e *Gutta.* Gutta quæ & ammoniaca dicitur, lachryma ſtillata in arenis. Cuius duo genera ſunt ϛερὰκα vel ϛεργγα *ſtracon* quod maſculi thuris ſimilitudinem habet, & maxime probatur, yrrhama quod pingue & arenoſum. Adulteratur enim arenis velut naſcẽdo apprehenſis glebis, tamen minimis & puriſſimis probatur. Gutta vero curat quaſlibet duritias. Hæ ergo ſpecies domini præceptoad thymiama conficiendũ deputatę ſunt. Vbicunque.n. thymiama habemus. in Hebræo קטרת *Ketoreth* legitur, quod Aquila ſtoracem tranſtulit. Et ſignificat orationis incenſum cum odore virtutum: thymiama ex aromatibus compoſitum facimus, cum in altari boni odoris virtutum multiplicitatem fouemus, quia miſtum & purum ſit, quia quanto virtus virtuti iungitur, tanto incenſum ſyncerius exhibetur.

f *Libanus.* Libanus (vt aiunt) arbor eſt in Arabia, cortice & folio lauro ſimilis, ſuccum amygdali modo emittens, quę bis in anno colligitur, autumno ſcilicet, & vere, ſed autumnali collectioni præparatur, inciſo cortice in æſtatis feruore, & profiliente ſpuma pingui, quæ concreta denſatur, vbi loci natura poſcat, tegete palmea excipiente, quod in arbore hæſit, ferro † depectitur, ideo corticoſum videtur puriſſimum, hoc eſt thus candi- † putatur

didum. Secunda vindemia præparatur hyeme, inciſis corticibus, ruffum hoc exit, nec comparandum priori. Nouellæ arboris candidius, ſed veteris eſt odoratius, quod ex eo pependit rotunditate guttæ maſculum vocatur. Regio thurifera, nuncupatur Saruia, vndique rupibus inuia, & à dextera ſcopulis maris inacceſſa. Saruia quidem myſterium interpretatur, Arbores ſponte naſcuntur, & ſignificant eos, qui ex voluntate, non ex legis neceſſitate operantur, Inciſis arboribus lachryma fluit, quia compuncta humilium corda puram Deo orationem emittunt. Libanus in Hebræo candorem ſignificat: in Græco, θους D

E Vnde in canticis vbi legimus, *ad collem thuris,* quidam codices habet *ad collem libani.* Can. 4. b.

g *Balſamum.* Balſami arbor in Iudæa tantum intra viginti iugera erat. Sed poſtquam Iudæa Romani potiti ſunt lacis collibus propagata eſt. Stirpe ſimilis viti, folijs rutæ, ſed albioribus, ſẽperque † manentibus. Arbor, balſamum: lignum, xylobalſamum dicitur: Fructus vel ſemen carpobalſamum: ſuccus, opobalſamum, quia percuſſus ferreis † vinculis cortex, per cauernas, eximij odoris guttas diſtillat. Cauerna enim Græce, ὀπὴ dicitur. Cuius gutta admiſta cyprino oleo vel melle adulteratur. Sed probatur eſſe ſine melle, ſi cum lacte coagulauerit: Sine oleo ſi inſtillata aqua vel admiſta facile reſoluantur, & ſi laneæ veſtes ex ipſo pollutæ non maculentur. Adulteratum quidem ſi cum lacte non coagulat, & ſicut oleum in aqua ſupernatat, & veſtem laneam maculat. Balſama pura ardente ſole in manu ſuſtineri non poſſunt. Arbores balſami more vinearum coluntur, & adminiculis ſuſtinentur. Viti enim ſimiliores ſunt, quam myrto, perpetua coma inſignes; duobus cubitis eminentes. Semen vero habet vini guſtum, colore ruffum. Ramis graſſior quam myrti, qui & certo anni tempore balſamum ſudant. Agricolæ quoque acutis lapidibus vel oſ- F ſeis cultellis ſolent incidere, nam ferri tactus noxius eſt, Per inciſiones manat ſuccus odoris eximij, & lachrymis pulchre rorantibus lanis exceptus, parua colligitur in cornua. Gratia præcipua debetur lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Chriſtus quoque humilis in carne, ſed plenus gratia & virtute, vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: & nobis vitæ, & ſalutis ſacramenta profudit. vnde, *Et quaſi balſamum non miſtum odor meus.* Balſamum † mananti- bus † virgulis

h *Terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ.* Arbor eſt, cuius reſina cariſſima, & naſcitur in Syria: maſculæ infructuoſæ, Fœminarum duo genera ſunt, Alterius fructus rubet lentis magnitudine, alterius pallet, nec faba grandior odore iucundo, fructu ſinuoſus. Idem terebinthus, in Macedonia, breuis arbor, & fructuoſa. Introadis Damaſco Syriæ magna maceries, flos racemoſus ſicut oliuæ, ſed rubens, folia habet denſa, & folliculos, emittentes quædam animalia quaſi culices. Pleniorque reſina quæ de cortice erumpit. Per terebinthum ſignatur eccleſia quæ per totum orbem ramos prædicationis & fidei extendit, cuius reſina pręcipua, id eſt animarum medicina. Maſculi huius arboris ſine fructu ſunt, quia qui in ſe confidũt, fructũ virtutis non faciunt. Fœminarum autem duo genera ſunt, alterius fructus rubeus, alterius pallidus, cum vite matureſcunt. Qui enim infirmitatem ſuam agnoſcunt, & ſpem ſuam in domino ponunt, fructum martirij ſibi exquirunt, aut per continentiam, & mundi- Eſa. 53. b. Terebinthus.

tiam

## NICOLAVS DE LIRA.

dedi ſuauitatem odoris, & quaſi ſtorax, & galbanus vngula. *Hic conſequenter ponitur dilatatio famæ diuini cultus in Ieruſalem augmẽtati, propter quod multi nõ ſolum de Iudæis, ſed etiam de Gentilibus veniebant adorare Deum in Ieruſalem, vt habetur. iij. Regum viij. & Ioha. Quæ quidem famæ diffuſio ſignificatur hic per bonum odorem, ſecũdum quod dicitur Cantico. j a.* Curremus in odorem vnguentorum tuorum. *Et ſecunda Corin. ij. d.* Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, &c. *Exponuntur hic plures arbores & ſpecies aromaticæ quarũ proprietates explicare non eſt ad propoſitum. Nam hic ſolum introducũtur ad deſignandum diffuſionem bonæ famæ per ſuauitatem ſui odoris, ſicut & arbores expreſſæ in parte præcedenti, ad exprimendum augmentum cultus diuini. Et ſimiliter ponuntur hic plura aromatica & odorifera ad maiorem expreſſionem diffuſionis bonæ famæ. Vnum tamen vocabulum eſt hic exponendum cum dicitur,* Et vngula *quæ eſt ſpecies aromatica, humano vngui ſimilis, propter quod Latine nominata eſt* vngula. *Exod. vero, xxx. nominata* onycha, *ὄνυξ enim Græce vnguis eſt Latine, & eſt vna de quatuor ſpeciebus ex quibus conficiebatur thymiama boni odoris ad cremandum coram domino in altari thymiamatis, vt dicitur ibidem.*

Ego

tiam cordis & corporis, ſpirituale præmium poſſidebunt. Quia
A cum mulieribus non ſunt coinquinati, & ſine macula ſunt ante
thronum Dei.

a *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me nō peccabunt, qui elucidant me, vitam.*

quæritur vt inueniatur dulcius, & inuenitur vt quæratur auidius. Secundum hoc accipi poteſt quod dictum eſt in libro Eccleſiaſtico dicere ſapientiam, *Qui me manducant, adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient.* Manducant enim & bibunt, quia inueniunt; & quia eſuriunt ac ſitiunt adhuc, quærunt. Fides quærit, D

Apo 14 a. Rab. Edimus ſapiētiā & bibimus, quia plena & perfecta eſt refectio, & tanto plus à comedēte eſuriuntur, quanto ab eſuriēte amplius comeduntur. In corporalibus appetitus placet, experiētia diſplicet: vnde, *Guſtate & videte, quoniā ſuauis eſt dominus, &c.* B

✝adimplemini Pſal. 33. b.

Aug. de Trinitate lib. 15. ca. 2 ✠ Avgvst. Si quæſitus inueniri poteſt, cur dictū eſt, *Quærite faciē eius ſemper?* An & inuentus fortè quærendus eſt? Sic enim ſunt incōprehenſibilia requirēda, ne ſe exiſtimet nihil inueniſſe, qui quàm ſit incomprehenſibile, quod quærebat, potuerit inuenire. Cur ergo ſic quærit, ſi incōprehēſibile cōprehēdit eſſe quod quærit: niſi quia ceſſandum non eſt, quandiu in ipſa incomprehenſibiliū rerum inquiſitione proficitur, & melior, meliórque fit quærens tam magnum bonum, quod & inueniendo quæritur, & quærendo inuenitur? Nam & quæ- C

¶ Sapientia. a ¶ Veræ charitatis. ¶ Omne datum optimum deſurſum eſt. b ¶ Salutaris. c ¶ Spiritualis.

ſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis,

a ¶ Præſentis & futuræ, per ipſam enim viuimus, mouemur & ſumus, & per ipſam vitam æternam habemus.

et ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ et veritatis, in me om-

a ¶ Filios affectuoſe monet. ¶ Venite ad me omnes qui la. & on. e. eſtis. & ego re. vos.

nis ſpes vitæ et virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupi-

a ¶ Sanctus, qui communis patri & filio.

ſcitis me, et à generationibus meis ✝ implemini. Spiritus enim

a ¶ Quia charitas Dei, quæ per ſpiritum infunditur cordibus electorum, incomparabiliter eſt dulcis.
b ¶ Quæ erit in viſione Dei. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.

meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum.

a ¶ Spirituales deliciæ cum habentur, deſiderium accendunt.
b ¶ quia ſapientia Dei & homines & angeli ſine fine collaudant.

a Memoria mea in generatione ſeculorū. Qui edunt me, adhuc

a ¶ Obediendo, vnde, Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruat.
b ¶ Quia æterna mercede coronabitur.

eſurient, & qui bibūt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non con-

a ¶ qui manet in Deo, non peccat. b ¶ Plene ſcilicet perfectè & percipiunt.

fundetur, & qui operātur in me non peccabunt. Qui elucidant

a ¶ Quæ eſt viſio Dei. b ¶ Continet. ¶ Hic liber eſt nouum & vetus teſtamentum in quo eſt agnitio veritatis.

me, vitam æternam habebunt. Hæc omnia, liber vitæ, & teſta-

a ¶ Vt peccatum ſcilicet cauerent, & in virtutibus Deo ſeruirent.

mentum altiſſimi, & agnitio veritatis. Legem mandauit Moy-

a ¶ Promiſit.

ſes in præceptis iuſtitiarum, & hæreditatem domui Ia-

a ¶ De aduentu Chriſti, vel redemptione humani generis.

b cob & Iſrael promiſſiones. Poſuit Dauid puero ſuo

intellectus inuenit:
propter quod ait
1 Propheta, *Niſi credi-*
2 *deris, non intelliges.*
3 Et rurſus intellectus
4 eum, quem inuenit,
5 adhuc quærit, *Deus*
6 *enim reſpexit ſuper*
7 *filios hominum, &c.* E
8
9
10 b *Poſuit Da.* Raba.
11 Quatuor paradiſi flu
12 mina ex vno fonte
13 procedentia aſſimi-
14 lat regi, qui ortus eſt
15 de Dauid, quia de
16 Chriſto quatuor e-
17 uangelia procedunt,
18 quæ totam terram
19 prædicatione infun-
20 dūt, & germinare fa-
21 ciunt. Ab eo Iorda-
22 nis procedit, id eſt,
23 baptiſmi ſacramen- F
24 tum ad abluendum
25 genus humanum.
26 Qui mittit diſcipli-
27 nam ſicut lucē, quia
28 præcepta eius vi-
29 tam æternā tribuūt,
30 vnde, *Docete omnes* Mat. 27.
31 *gentes baptizantes eos*
32 *in nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti, docentes ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.*

Qua-

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego mater. *Hic conſequenter ponitur fructificationis vita contemplatiua. Tēpore namque ve. te. fuerunt aliqui in contemplatione diuinorum notabiliter eleuati ſicut patet de Moyſe, qui loquebatur cū domino ſicut homo amico ſuo, Exod. xxxiij. & de alijs prophetis, & hoc erat per ſapientia donum: ideo dicit ſapientia diuina,* Ego mater pulchræ dilectionis. *Contemplatiua namque vita mundior, & pulchrior eſt quàm vita actiua propter quod ſignificantur per Rachel, qua erat decora facie, & venuſto aſpectu. Actiua vero per Liā, qua lippis erat oculis. Ge. xxix.*

2 Et timoris, *filialis,*

3 Et agnitionis. *ſupernaturalis.*

4 Et ſanctæ ſpei, *per expectationem futura beatitudinis. Iſta namque dona & alia intellectum perficientia attribuuntur filio, qui eſt ſapientia genita. In cuius etiam perſona adhuc ſubditur,*

5 In me omnis gratia vitæ, *id eſt, à me procedit vita gratioſa, & notitia luminoſa: ideo ſubditur.*

6 Et veritatis. In me omnis ſpes vitæ, *glorioſa.*

7 Et virtutis, *qua poſſum ea dare.*

8 Tranſite ad me, *per cognitionem, & amorem.*

9 Omnes qui concupiſcitis me, *nam omnibus poſſum ſatisfacere: ideo ſubditur,*

10 Et à generationibus meis implemini, *id eſt, illuminationibus diuinis.*

11 Spiritus enim meus. *i. deguſtatio mea bonitatis.*

12 Super mel d. *Ipſam enim nō adaquat aliqua delectatio corporalis.*

13 Et hæreditas mea, *qua eſt vita beata,*

14 Super mel & fauum, *quia quietat totaliter appetitum.*

15 Memor. *quia nunquam delebitur de mentibus ſanctorum.*

16 Qui edunt me, *in præſenti ſibi ſpiritualiter incorporando,*

17 Adhuc eſurient, *vt plenius habeant in calo.*

18 Et qui bibunt me adhuc ſitient. *Exponatur eodem modo. Refectio enim ſpiritualis & caleſtis exprimitur per cibum & potum, eo quod in corporalibus faciant vnam refectionem perfectam.*

19 Quia audit me, *aure mentis,*

20 Non confundetur, *in conſpectu ſummi iudicis.*

Et

21 Et qui operant. in. *id eſt ſecundum regulam doctrina mea,*

22 Non peccabunt, *nam eſt regula infallibilis.*

23 Qui elucidant me. *occulta ſapientia myſteria in lege, & prophetis contenta fideliter exponendo,*

23 Vitam æternam habebunt, *in præmium.*

25 Hæc omnia liber vitæ. *Hic ponitur confirmatio prædictorum per ſacram ſcripturam, cum dicitur,* Hæc omnia liber vitæ, *ſuple continet expreſſe. Et dicitur hic ſacra ſcriptura* liber vitæ, *eo quod eſt inſtrumentum veniendi ad vitam veram vel beatā. Illa vero, qua dicta ſunt de proceſſu creaturarum à verbo, quantum ad eſſe natura, & quantum ad eſſe gratia, & catera dona hic dicta, exprimuntur in Geneſi & alijs libris legalibus, & prophetalibus, & hagiographis, vt patet intuenti.*

26 Et teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis. *Hac omnia cōpetunt ſacra ſcriptura, ſcilicet quod eſt liber vita, & teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis, id eſt contentiua huius agnitionis.*

27 Legem man. Moy. *non autoritate propria, ſed diuina.*

28 In præ. iu. *Nam aliqua pracepta continent iuſtitiam in ordine hominis ad Deum, alia vero iuſtitiam in ordine hominis ad proximum.*

29 Et hære. do. I. *Pracepit enim filijs Iſrael intrare terram promiſſionis ſub Ioſue duce.*

30 Et. Iſ. pro. *quia non ſolum promiſit Deus illam terram filijs Iſrael, ſed etiam multa alia bona, ſi fideliter ei ſeruirent, & ſub promiſſione illius terra principaliter intelligebatur promiſſio terra viuentium, quia ſicut dixi frequenter in ſuperioribus libris, bona temporalia non promittuntur principaliter in pramium pro operibus virtutum, qua ſunt meliora quam temporalia bona: pramium autem diuinum maius eſt merito hominum. & ideo ſub promiſſione bonorum temporalium ſemper intelliguntur ſpiritualia bona principaliter promiſſa, qua ſunt temporalibus meliora.*

31 Poſuit. *Poſtquam actum eſt de ſapientia aternali generatione à patre; hic conſequenter agitur de temporali generatione ex virgine Et primò ponitur huius ſapientia dignitas; Secundò, ſuę doctrinę praclaritas, ibi,* Qui implet. *Circa primum dicitur.* Poſuit, *id eſt, ſtatuit, vel promiſit ipſe Deus.*

32 Dauid puero ſuo. *Id eſt, ſibi ſeruienti humiliter & deuotè.*

Exci-

à ¶ Chriſtum de Dauid ſecundum carnem.
¶ Non Salomonem,qui per peccatum perdidit regnum, ſed Chriſtum verum pacificum, qui fortior fortem armatum ſuperauit,& ſpolia eius diſtribuit,cuius regni non erit finis.

excitare regem ex ipſo fortiſſimum,& in throno honoris ſe-
a dentem in ſempiternum.Qui implet quaſi Phiſon ſapiẽtiam,
b & ſicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quaſi Eu-
c phrates ſenſum. Qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore
d meſſis.Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi
e Geon in die vindemiæ.Qui perficit primus ſcire ipſam, & in-
f firmior non inueſtigabit eam. A mari enim abundabit cogi-

¶ Chriſtus. a ¶ Per mundum.

g tatio eius,& conſiliũ illius in abyſſo magna. Ego ſapientia ef-

a ¶ Euangelii. b ¶ Chriſtus. c ¶ quo inebriantur mentes fidelium.

h fudi flumina. Ego quaſi trames aquæ immẽſæ † de fluuio. Ego
i quaſi fluuius † Dorix,& ſicut aquæductus exiui de paradiſo.Di-
k

a ¶ Eccleſiam,quam ipſa veritas doctrina ſua rigat,& inebriat,vt fructum ſpiritualis partus quotidie proferat.

xi,Rigabo † hortũ plantationũ,& inebriabo † partus mei fru-

† meum † defluo † vorax † prati.

A a *Quaſi Phiſon.* RABA. Phiſon qui & Ganges, qui de paradiſo exiens vadit ad Indiam,& interpretatur caterua,quia ſcilicet magis fluminibus impletur. Ganges autem dicitur à Gangaro rege Indiæ,& fertur ſicut Nilus ſuper orientis terras exundare.

b *Sicut Tigris in diebus nouorum.* Tigris fluuius Meſopotamiæ, qui pergit contra Aſſyrios, & poſt multos circumitus in mare mortuum fluit.Et Tigris vocatur, quia ſicut Trigris beſtia velociter fertur.

B c *Quaſi Euphrates.* Euphrates fluuius Meſopotamiæ gemmarum fertilis. Euphrata enim Hebraice, fertilitas Latine. Meſopotamiam namque per loca irrigat, ſicut Nilus Alexandriam.Salluſtius aſſerit Tigrim & Euphratem vno fonte in Armenia manare, ſed poſtea diuidũtur maximo inter ſe ſpatio.
C Terraque quæ ab ipſis ambitur,Meſopotamia dicitur.

d *Quaſi Ior.* Iordanis fluuius Iudææ, à duobus fontibus nominatur.Ior.ſ.& Dan: quibus fœderatis colligitur. Oritur ſub Libano monte, & diuidit Iudæam & Arabiam,& iuxta Iericho influit mari mortuo.

e *Quaſi Geon.* Geon hic Aethiopiam cingit,ſic vocatus,quia irrigat terram Ægypti. *Ge* enim Græce terram ſignificat. qui apud Aegyptios Nilus vocatur propter limum quem trahit, qui fœcunditatem efficit,vnde & Nilus dictus eſt.

f *Non inueſtig.* Chriſtus autor eſt ſapientiæ ſpiritualis, qui per Moyſen primum condidit legem, inſpirauit prophetas, docuit apoſtolos & euangeliſtas; nec alius plenus & perfectus eſt inueſtigator

D ueſtigator ſapientiæ Dei, niſi ipſe qui cum patre & ſpirituſancto vnus eſt Deus: Vnde, *Nemo nouit filium niſi pater, nec patrem quis nouit, niſi filius,&c.* Matt 11.d.

g *Ama. enim.* Mare ſignificat profunditatem ſapientiæ ineſtimabilem, & incomprehenſibilem eſſe: quoniam nemo penetrare poteſt niſi vnus & ſolus Deus pater & filius & ſpirituſſanctus, qui ſeipſum vere nouit, & conſilium ſuum, & dat tantũ noſſe creaturæ ſuæ, quantum expedit.

E h *Quaſi tram.* Quia Deus de Deo, lumen de lumine. Tropice dicitur pater origo diuinitatis: quia de patre gignitur filius & procedit ſpirituſſanctus, qui per aquam ſignificatur: vnde, *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Aqua ſapientiæ ſalu. potauit illum.* Iohan.7.f. pſ 15 a.

F i *Ego qua.flu.* Sapientia comparatur fluuio rapidiſſimo;& aquæ egredienti de paradiſo; quia doctrina Chriſti prodiens de cæleſti theſauro,omnia obſtacula reorum, & perſecutionũ, fortitudine ſua dirumpit, vt per ora prædicatorum per totum orbem largiſſime fluat. vnde, In omnem terram exiuit ſonus eorũ,&c. Pſal.18.a.

k *Dorix.* Arazes (vt putant) fluuius Armeniæ, qui ab eodem monte cum Eufrate diuerſa ſpecie oritur, ſic dictus, quia de rapacitate ſua cuncta proſternit; vnde cum Alexander tranſgreſſurus pontẽ ſuper eũ fabricaſſet, concitatus pontẽ diruit:& breui interuallo ab Eufratis ortu, tollens caput in mare Caſpiũ fertur. Doricus autẽ à Græcis dici putatur.Pars enim Græcæ gentis Doris nũcupatur, vnde tertia lingua Græcorum Dorica dicitur.

☞ Ad-

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Excitare.*Id eſt producere.*

2 Regem ex ipſo fortiſſimum.*Quod intelligitur de Chriſto, qui deſcendit de ſemine Dauid ſecundum carnem per virginem Mariam, Mat.j.Et ipſe eſt rex fortiſſimus.Pſ.xxiij.b.* Quis eſt iſte rex gloriæ, Dominus fortis & potens,dominus potens in prælio.

3 In throno hono.ſedentem in ſempiternum. *ſicut prædixit Eſa.ix.b.* Paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis,& factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis,cõſiliarius,Deus fortis.*&c.Sequitur,* Super ſoliũ Dauid & ſuper regnum eius ſedebit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio,& iuſtitia, amodo vſque in ſempiternum. *Et Gabriel loquens Mariæ.Lucæ.j.c.oſtendit hoc in eius filio eſſe complendum,dicẽs,* Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis.

4 Qui implet. *Hic conſequenter deſcribitur doctrinę Chriſti præclaritas, & primò ad viuentes; ſecundò ad dormientes; ibi* Penetrabo. *Prima adhuc in duas, Nam primò ponitur doctrinæ Chriſti eminentia, Secundò eminentiæ cauſa, ibi,* Qui perficit. *Circa primum ſciendum, quòd ad oſtendendum affluentiam doctrinæ Chriſti ponitur exemplum de quatuor fluminibus paradiſi, quæ in aquis valde abundant. Et per hæc quatuor flumina intelligitur fœcunda Chriſti doctrina, in quatuor euangeliis deſcripta. Per cætera verò flumina & aquęductus hic poſita,intelliguntur doctrinæ apoſtolorũ & aliorum ſanctorum, à Chriſto tamẽ ſicut à fonte,deriuata.Sic ergo dicitur de Chriſto,* Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam,*eam multiplicãdo per doctrinam,ſicut Phiſon effundit aquam.*

5 Et ſicut Tigris in diebus nouorum,*licet enim ſit magnus fluuius, tamen in vere,quod eſt tempus renouationis terræ naſcentium,magis abundat aquis.*

6 Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum. *ſ. ſacræ ſcripturæ, nam ante doctrinam Chriſti Iudæi ſolùm vtebantur ſenſu literali;ſed per doctrinam Chriſti aperti ſenſus myſtici: ſcilicet moralis, allegoricus, & anagogicus. Iſti tres fluuij dicti ſunt de fluminibus paradiſi, vt patet Gene.ij.*

7 Qui multiplicabit,*doctrinam euangelicam.*

8 Quaſi Iordanis in tempore meſ. *Tunc enim ex reſolutione niuium inundat ſuper ripas aluei ſui,vt habetur Ioſue.iij.*

9 Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, *Id eſt claram & abundantem,ſicut lux clara eſt & ſe diffundens per totum aerem.*

10 Et aſſiſtens.*omnibus indifferenter ſine perſonarum acceptione.*

11 Quaſi Geon in die.*Hic eſt quartus paradiſi fluuius,qui licet ſit aquis abundans valde, tamen magis abundat aquis vindemiarum tempore.*

12 Qui perficit.*Hic conſequenter deſcribitur abundantiæ dictę cauſa; quæ eſt ex hoc,quod patris & filij vna eſt ſapientia, propter quod ſapiẽtia filij eſt infinita in ſe:idcirco poteſt abundáter doctrinam influere: Sic ergo dicitur,* Qui perficit,*Id eſt,perfectè facit.*

13 Primus ſcire illam.*ſcilicet ſapientiam. Nam ante Chriſtũ ſapientia fuit hominibus communicata ſub velaminibus, & figuris in lege & prophetis,ſed ipſe per doctrinam ſuam abundanter,& lucide declarauit veritatem.*

14 Et infirmior non inueſtig.eam. *Homo enim purus & infirmus non potuit hoc facere. Mat.xj.d.* Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

15 A mari enim abundabit cogitatio eius,*id eſt eius notitia eſt abũdantior mari,quia notitia Chriſti diuina eſt ſimpliciter infinita. Notitia vero eius humana eſt etiam ſecundum quid infinita, inquantum ſe extendit ad omnia,quæ cognoſcit Deus notitia viſionis,ideo ſubditur,*

16 Et conſilium illius in abyſſo magna.*quia non eſt comprehenſibile à pura creatura. Ex quo ſequitur,quod abũdanter effundere poteſt ſapientiæ dona,propter quod ſubditur in eius perſona.*

17 Ego ſapientia effudi flumina.*ſapientiæ.*

18 Ego quaſi trames aquæ,*id eſt curſus fortis. Et eſt eadem ſententia replicata pluribus exemplis ad maiorem aſſertionem.*

19 Et ſi aquæ.exi.de pa.*i.à patre,in quo eſt omne donum, & omnis dulcedo,Io.xvj.f.* Exiui à patre,& veni in mundum.

20 Dixi,ri.hor plan.*i. hortum militantis eccleſiæ,in quo apoſtoli fuerunt plantulæ primæ,prout eccleſia diuiditur contra ſynagogam,has vero plantulas rigauit Chriſtus frequenter ſua doctrina,vt patet in euangelijs.*

21 Et ine.par.mei.fru.*i cœtum apoſtolorum, & aliorum credentium in die pentecoſtes abundanter mittendo ſpirituſſancti donum,quæ abundantia ebrietatis nomine aliquãdo deſignatur in ſcriptura.Can.v.a.* Inebriamini chariſſimi, *vnde & tunc reputati fuerunt ebrij, vt patet Act.ij.b.*

Et fa-

a ¶ Per totum orbem. b ¶ Affluens ſcilicet doctrinā.
A ctum. Et *factus eſt mihi trâmes âbundans, & 1
*ecce. †appropinquabit
a ¶ Vſque ad finem terræ ſcilicet. 2
fluuius meus † apprôpinquauit ad mare. Quo- 3
a ¶ quia oritur à ſole iuſtitiæ, de quo dicitur, Viſitauit nos oriens ex alto. 4
niam doctrinam quaſi antelucanûm illumino 5
6
omnibus, & enarrabo illam vſque in longin- 7
a ¶ Id eſt carnalia corda perſcrutabor. 8
quum. Pênetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dor-
a ¶ Somno ignorantiæ. 9
miêntes, & illuminabo omnes ſperâtes in domino. Ad 10
11 huc doctrinã quaſi prophe-
a ¶ Quia non ceſſat ſcriptura ſacra docere genus humanum, vt ſint omnes inexcuſabiles.
12 tiam effundâm, & relinquá
13 illam quærentibus ſapien-
14 tiam, & non deſinam in
15 progenies illorum vſque in
16 æuum ſanctum. † Videte,
17 quoniam non † ſoli mihi lá-
boraui, ſed omnibus exquirentibus veritatem.

a *Adhuc do.* RAB. Significat huius operis ſcriptor librum eſſe myſticum, & vtilem ad legendum. Hiſtorice enim moralitatẽ docet, & allegorice fidei ſacramentum. D

b *Vide. q.* Eccleſiaſticus doctor non ſolum ſibi, ſed & alijs ſcribendo & docendo proficit: vnde, *Qui docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiã erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Dan. 12. b. †infra. 32. e †ſolum

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fa. eſt mi. t. a. *i. diffuſio doctrinæ per prædicationem apoſtolorum & aliorum diſcipulorum.*

2 Et flu. me. *i. doctrina mea.*

3 Appro. ad ma. *i. ad multitudinem gẽtium & populorum, nam mare eſt congregatio aquarum, & Apoc. xvij. d. dicitur,* Aquæ multæ populi multi *Hanc autem prædicationẽ iniunxit Chriſtus apoſtolis. Act.* B *j. a. dicens,* Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa atque Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

4 Quo. do. qua. antelucanum. *i. auroram quæ lucet ante ſolem.*

5 Illumi. om. *ſine perſonarum acceptione.*

6 Ea enar. il. *per apoſtolos aliosque diſcipulos.*

7 Vſque in lon. *i. vſque ad vltimum terræ, vt dictum eſt.*

Deſcenſus Chriſti ad inferos

8 Penetra. om. in par. ter. *Hic ponitur doctrinæ Chriſti claritas ad defunctos. Nam anima Chriſti à corpore ſeparata diuinitati tamen coniuncta, deſcendit ad inferos, & illuminauit patres illic detentos: & quantum ad hoc dixit,* Penetrabo omnes inferio. partes terræ. *Et in fine mundi omnes mortuos ſuſcitabit ad iudiciũ; & quantum ad hoc ſubdit.*

9 Et inſpiciam omnes dormientes, *& quia ſoli iuſti tunc illuminabuntur lumine gloriæ, ſubditur,* Et illuminabo omnes ſperantes in domino, *iniuſti vero in inferni tenebris retrudentur.*

10 Ad. do. *Hic ſoluitur tacita quæſtio, quia ſcriptor huius libri immediate locutus eſt de iudicio finali. Poſſet aliquis dubitans quærere, Intẽdis tu hic librum tuũ finire? Ad quod reſpondet dicens,* Adhuc, *cũ prædictis.*

11 Doctri. qua. pro. ef. *i. doctrinam certam & veram, ſicut & prophetia vera eſt: cui nulla ſubeſt falſitas, cũ ſit à Deo reuelata, & ſic pars iſta continuat præcedentibus ſequentia.* E

12 Et relin. il. *in ſcripto.*

13 Quæren. ſa. *Iſtis enim & non alijs proficiunt libri ſapientales.*

14 Et non de. *eos inſtruere per ſcripturam.*

15 Vſque in æ. ſan. *i. ſeculum futurũ: tunc enim ceſſabit omnis humana doctrina, ſecundum quod ſcribitur Iere. xxxj. f.* Et nõ docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum dicens, Cognoſcite dominum, omnes enim cognoſcẽt me à minimo eorũ vſque ad maximum, ait dominus.

16 Vide. *i. conſiderate vos ſtudioſi.*

17 Quo. non ſo. *q. d. in hoc vos hortor ad conſimilia facienda.*

## CAPVT XXV.

a IN *tri.* Sequitur.

b *Vir & mu.* RABA. vnde Paulus, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiam.* Poſſumus in viro ſpiritũ, in muliere animã accipere, qui ſi in timore & dilectione Dei cõſenſerint, quicquid petierint fiet eis: vnde, *Si duo cõſenſerint ex vobis, fiet illis.*

Eph. 5. c. Matt. 18. c. C Serm. 169. de tẽpore.

✻ AVGVST. Filium ſe Dei & cohæredem denegat Chriſti, qui recuſauerit patris regimine gubernari. Pax, concordia fratrũ, ſicut ſcriptum eſt, *In tribus placuit ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrũ & amor proximorum, & vir & mulier conſentientes ſibi.* Concordia ergo fratrum voluntas Dei eſt, iucunditas Chriſti, perfectio ſanctitatis, iuſtitiæ regula, materia doctrinæ, morum cuſtodia, atque in rebus omnibus laudabilis diſciplina, Pax ſuffragium precum, &c.

c *Tres ſpeci.* RABAN. Poſſunt hæc ad diabolum transferri, qui pauper & ſuperbus eſt. Cum enim per ſuperbiam perdiderit gloriam, ſuperbire non ceſſat. Diues & mendax eſt, Vnde, *Cum loquitur mendacium, de proprio loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.* Senex & fatuus eſt, vnde, *Melior eſt puer pauper & ſapiẽs, quam rex ſenex & ſtultus, qui neſcit prouidere in poſterũ, &c.* Sapientiã enim ſibi datam inter angelos nõ ſeruauit, quia conditori ſuo ſubijci noluit.

Iohan. 8. f. Eccle. 4. F.

d *Quæ in iu.* Qui in iuuentute non diſcit ſapientiam, in ſenectute fructum eius non habet, Vnde, *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortiũ diuitias parat: Qui autem meditatur in lege domini, dabit fructum in tempore ſuo.*

Prou. 10. a. Pſal. 1. a.

## CAP. XXV.

a I N tribus placitum eſt ſpiritui, quæ ſunt 1
2
probata coram Deo & hominibus. Cô- 3
a ¶ Vnde. Soliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis
b ¶ Qui diligit proximum legem impleuit. 4
côrdia fratrum, et amor proximôrum, & 5
b vir et mulier ſibi bene conſentientes. 6
c Tres ſpecies odiuit anima mea, et aggra- 7
a ¶ Quia mihi contraria ſentiunt. b ¶ Qui inops virtutibus.
c ¶ Quia contra conditionem paupertatis animoſæ extollitur. 8
d ¶ Hæreticum qui ſenſu abundat & eloquentia
uôr valde animę illorũ. Paûperem ſupêrbum, et diuitêm mé- 9
a ¶ qui conceſſis ſibi bonis in mendacio abutitur. b ¶ Qui longo tempore ſapientiam neglexit. 10
c ¶ Qui magis amat caduca quam æterna. 11
d dâcẽ, et ſênẽ fatuũ ẽt inſenſatũm. Quæ in iuuẽtute tua nõ cõ- 12

☞ Quam

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XXV.

IN tri. *Superius à principio tertij ca. actum eſt de exercitio virtutum, hic agitur de ſtatibus quibus competit hoc exercitium. Et diuiditur in tres partes ſecundũ tres ſtatus fidelium, nam primo agit de ſtatu actiuorum, ſecũdo de ſtatu prælatorum. xxxij, tertio de ſtatu contemplatiuorum ca. xxxix. Prima in duas. Nam autor primo præmittit quędam præambula ad propoſitum, ſecundo proſequitur intentum, ibi,* Omnia plaga *Prima adhuc in tres partes, quia primo ponit quædam ad ſtatum actiuorum expedientia; ſecundo quædam impedientia, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. ibi,* Tres ſpecies, *tertio quædam proſicientia, ibi,* Nouem inſuſpicabilia. *Circa primum ſciendum, quod actiuus habet agere cum conſanguineis ſpecialiter, & cum proximis generaliter, & cum vxore ſua ſingulariter, & ſic dicit,*

1 In tribus placitum eſt ſpiritui meo, *tanquam expedientibus ad ſtatum actiuorum.*

2 Quæ ſunt probata. *id eſt approbata,*

3 Coram Deo & hominibus, *tanquam bona.*

Con-

4 Concordia fratrum. *i. conſanguineorum, qui dicuntur fratres in ſcriptura, Gene. xij. b.* Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, fratres enim ſumus. *Hoc dicit Abraham ad Loth, qui tamen erat nepos ſuus.*

5 Et amor proximorum. *ſecundum domini præceptum,* Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

6 Et vir & mu. ſibi be. con. *in bona domus diſpoſitione.*

7 Tres ſpecies. *Hic conſequenter ponuntur tria impedĩetia, quia non euitatur malum niſi præcognitũ. Tres ſpecies odit anima mea, quamuis enim natura ſit diligenda, vitia tamen ſunt odienda.*

8 Et ag. val. *i. malitia eorum quæ grauiter eſt portanda.*

9 Pau. ſu. *quia non habet materiam ſuperbiendi, ſed magis ſe humiliandi.*

10 Et di. men. *qui promittit & non ſoluit, cùm tamen bene poſſit.*

11 Et ſe. fa. & in. *Et non loquitur de ſene propter naturæ defectum deſipiente, ſed propter defectum ſapientiæ, per negligentiam ignoratæ, quia neglexit addiſcere, ideo ſequitur,*

12 Quæ in iuuentute tua non congregaſti quomo. *ſ. ſapientiam addiſcendo,*

Quo-

A a *Quam ſpecio.* RABAN. Canum caput decet habere ſenſum, & longæuam ætatem cognoſcere conſilium, vt in timore Dei iudicet iudicium rectum, quod eſt valde glorioſum. Audiant presbyteri & eccleſiarum præpoſiti, quia non licet eis ignorare legis ſcientiam & ſapientiam.

a gregaſti, quo modo in ſenectute tua inueniens? Quam ſpecio- 1 2
a ¶ Quia in longo tempore debet eſſe ſapientia & prudentia.
ſum caniciei iudicium, & presbyteris cognoſcere conſilium. 3 4
a ¶ Intellectus bonus omnibus facientibus eum.
Quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus 5
& conſilium. Corona ſenum multa peritia, & gloria illorum 6 7
a ¶ Beatus vir qui timet dominum.
b timor Dei. Nouem inſuſpicabilia cordis magnificaui, & deci- 8 9
a ¶ Hoc eſt primum, vt homo iucundetur in filiis, id eſt operibus bonis, &c.
mum dicam in lingua hominibus. Homo qui iucundatur in 10 11
a ¶ Hoc eſt ſecundum. ¶ Dæmonum vel vitiorum.
filijs, viuens & videns ſubuerſionem inimicorum ſuorum. 12
¶ Hoc eſt tertium. a ¶ Sapientia ſcilicet, vnde, poſſide ſapientiam. b ¶ Qui in verbo non offendit perfectus eſt. ¶ Hoc eſt quartum.
Beatus qui habitat cum muliere ſenſata, & qui lingua ſua non 13 14
a ¶ Hoc eſt quintum. b ¶ Demonibus vel vitiis: à quo enim quis ſuperatur, huius & ſeruus eſt. c ¶ Hoc eſt ſextum.
eſt lapſus, & qui non ſeruiuit indignis ſe. Beatus qui inuenit 15
a ¶ qui ait. Vos autem dixi ami. &c. b ¶ Hoc eſt ſeptimum. ¶ Prædicat ſcilicet verbum Dei rectum & iuſtum. c ¶ Qui habet aures audiendi audiat. &c. 16
amicum verum, & qui enarrat iuſtitiam auri audienti. Quam 17
a ¶ Hoc eſt octauum. b ¶ quæ eſt bonum facere. c ¶ Hoc eſt nonum.
c magnus qui inuenit ſapientiam & ſcientiam, ſed non eſt ſuper 18 19
¶ Hoc eſt decimum.
d timentem dominum. Timor Dei ſuper omnia ſe ſuppoſuit. 20 21
Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Dei. Qui tenet il- 22 23
lum, cui aſſimilabitur? Timor Dei initium dilectionis eius, fidei 24
e autem initium agglutinandum eſt ei. Omnis plaga triſtitia cor- 25
¶ Perfecta. 26
dis eſt, & omnis malitia nequitia mulieris. Et omnem pla- 27 28
a ¶ Intelligens errorem ſuum, ſed tamen pœnam non cauebit. 29
f gam & non plagam videbit cordis, & omnem nequitiam 30

Rom.10.c. b *Nouem inſuſpicabilia. Corde creditur ad iuſtitiã, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ.* Nouem ergo ſunt inſuſpicabilia, id eſt ab omni ſuſpicione falſitatis aliena, quæ parit homini fides recta.

B c *Sapientiam.* Quæ eſt malum cauere, Iob.28.d. Vnde, *Et ecce timor domini ipſe eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia.* Hinc eſt quod vnum ſpeciebus virtutum ſuperadditur.

d *Timor Dei.* quia ſicut nouenarius imperfectus eſt, niſi denario ſuppleatur, ſic omnis operatio virtutum ſine timore Dei: vnde, *Timor enim domini ſanctus permanẽs in ſeculũ ſeculi.* Pſal.18.c. C Ipſe eſt fidei fundamentum, & charitatis origo, per ipſum fit bonum, & peruenitur ad præmium. Sed quia ſcriptum eſt, *Initium ſapientia timor domini,* Eccle.1.b. Et alibi, *Timor nõ eſt in charitate, &c.* 1 Iob.4.d. Et iterũ, *Timete dominum omnes ſancti eius, &c.* Pſal.33.b. Quæritur, quomodo timor (ſi eſt initium ſapientiæ & dilectionis) non ſit in charitate? Et quomodo omnes ſancti diligant dominum, & nihil deſit timentibus eum? Et qualiter intelligatur illud, *Timor domini ſanctus permanens* Pſal.18.c. *in ſe. ſe.* D Sed illum timorem domini, quod timet quis incipiens opera iuſtitiæ, ne diſtrictus iudex ſe minus caſtigatum inueniens damnet, charitas pellit foras, quæ ex ſuo merito fiduciam habet in die iudicij. Præſentium quoque aduerſitatum timorem perfecta charitas eijcit, quam deſiderabat, qui dicebat, *A timore inimici eripe animam meam.* Pſal.63.a. Hãc habebat qui dixit, *Quis nos ſepa. à charitate Chriſti, Tribulatio, an anguſtia? &c.* Roma.8.g. Nec eſt cõtrarius Iohanni Pſalmiſta qui ait, *Timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.* Pſal.18.c. Duplex timor E Duo enim ſunt timores. Vnus quo timent Deũ homines, ne mittantur in gehennam, qui ſcilicet introducit charitatem, & ſic venit, vt exeat: Si enim adhuc propter pœnas times Deum, nondum amas quem ſic times: Non bona deſideras, ſed mala † caues, ſic tamen corrigis te, & incipis bona deſiderare. Cum vero bona deſiderare cœperis, erit in te F timor ſanctus, ne amittas bona, non timor gehennæ, ſed ne te deſerat præſentia Dei, quam amplecteris, & in æternum frui deſideras.

† times. ‑homo.

e *Omnis pla.* Non eſt maior gratia quam vera lætitia mentis, nec maior plaga quam triſtitia fraudulenti cordis in idololatria vel in hæreſi, quia in eius nequitia omnis malitia eſt.

f *Et omnem plagam.* Videt plagam cordis qui intelligit iniuriam ſuæ prauitatis, ſed non videt, qui per pœnitentiam non corrigit.

Non

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Quo. in ſe. tua inue. *q. d. nullo modo, quia tunc ſenſus interior, & exterior hebetatur. Et per oppoſitum de ſene ſapiente dicitur.*

2 Quam ſpecioſum caniciei iudicium, *id eſt, iudicium diſcretionis eſt valde ſpecioſum in canicie i. in cano capite.*

3 Et presbyteris. *qui legem debent ſcire.*

4 Cogno. con. *i. habere conſilium certum & bonum.*

5 Quam ſp. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem.*

6 Coro. ſen. mul. pe. *i. abundans ſcientia.*

7 Et glo. il. ti. Dei. *ſine quo ſcientia inflat: & per quem ædificat quia timor filialis eſt annexus charitati.*

8 Nouem in. cor. *Hic breuiter per modum præfationis ponuntur decem ſtatum actiuorum perficientia, quæ plenius in ſequentibus explicantur. Dicit igitur,* Nouem in. cordis magni. *id eſt de quorum bonitate nullum cor debet dubitare.* 9 Magnifi. *Id eſt magna bona reputaui.*

10 Et deci. *id eſt intelligibiliter & aperte hominibus ratione vtentibus.*

11 Homo qui iucun. in fi. vi *quia videt eos bene morigeratos per doctrinam ſuam; hoc eſt primum.*

12 Et videns ſubuer. ini. *reipublicæ, nam per hoc boni remanent in quiete, hoc eſt ſecundum.*

13 Beatus qui habitat cum muliere ſen. *nam per hoc delectabiliter & ſancte viuit in domo propria, hoc eſt tertium.*

14 Et qui lingua ſua non eſt lapſus, *nam hoc eſt valde perfectum, Iacob.iij.a.* Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir, *hoc eſt quartum.*

15 Et qui non ſerui. indignis. ſe. *Id eſt peccatoribus, eis in aliquo malo conſentiendo: hoc eſt quintum.*

16 Beatus qui inuenit ami. ver. *Nam amicitia vera eſt precioſior quacunque re poſſeſſa; hoc eſt ſextum.* 17 Et qui e. *tanquam doctor.*

18 Auri audienti. *Id eſt homini corde retinenti & opere adimplenti, hoc enim totum redundat in bonum magiſtri, hoc eſt ſeptimum.*

19 Quam ma. qui in. *i. ſapidam notitiã de diuinis; hoc eſt octauum.*

20 Et ſcien. *i. notitiam inferiorum, per quam recte dirigitur in humanis; hoc eſt nonum.*

21 Sed non eſt ſuper timen. do. *q. di. timor Dei filialis eſt maius bonum, ideo ſubditur,*

22 Timor Dei ſuper omnia ſe ſup. *quia alia prædicta excellit, & hoc eſt decimum. De quo adhuc ſubditur,*

23 Beatus homo, &c. *in ſpe, & ſi non adhuc in re.*

24 Qui tenet illum, *firmiter vſque in finem:*

25 Cui aſſi. *quaſi diceret, ſimilis ei raro inuenitur.*

26 Timor Dei initium dilectionis eius: *nam timor filialis refugit ſeparationem à Deo, & per conſequens eſt initium maioris vnionis cum ipſo per augmentum charitatis.*

27 Fidei autem initium a. *ſ. timor, quia timor ſubijcit hominem & ſimiliter fides, quia captiuat intellectum in Dei obſequium.*

28 Om. pla. *Præmiſſis præambulis, hic conſequenter autor proſequitur intẽtum de ſtatu actiuorum, ad quem ſicut dictum eſt, ſpectat communicatio cum vxore, proximis, & conſanguineis, inter quos proles tenet primum locum, ideo primo agitur de vxore, ſecundo de proximis capitulo xxvij. tertio de filijs cap. xxx. quarto de perſona ſua proprijs. xxx. capitulo, ibi,* Melior eſt pauper. *Prima in duas. Nã primo tractat de vxore mala; ſecundo de bona, capitulo ſequenti. Prima in duas, quia primo agitur de mulieris malignitate; ſecundo de eius præſumptuoſa temeritate, ibi,* Aſcenſus arenoſus. *Circa primum primo proponit intentum, dicens,* Omnis plag. tri. *Id eſt ſicut triſtitia cordis, ſiue dolor eius excedit omnem plagam corporis ſiue dolorẽ, ſic malitia mulieris excedit omnem malitiam hominis. Quod autẽ dolor cordis excedat omnem dolorẽ corporis, patet ex hoc quod homines boni ſuſtinent magnas plagas, & dolores corporis, ne incurrant dolorẽ mentis per offenſi ſui creatoris, vt de martyribus patet.* 29 Et omnem plagam. *Hic conſequenter declarat propoſitum ſcilicet quod malitia mulieris excedit malitiã aliorũ. Quod primo declarat ex eius latentia, nam malitia aperta poteſt caueri, non ſic autem latens, & ſic eſt peior: malitia autem mulieris cæteris eſt latentior communiter, & hoc eſt quod dicitur,* Et omnẽ plag. &c. *Iungatur ſic litera,* Et omnem plagam, *ſcilicet corporis.* Videbit, *ſupple medicus, quia poteſt illam videre.* Et non plagam cordis, *quæ eſt triſtitia, quia non eſt ſic viſibilis.* 30 Et om. ne. *quaſi diceret, ſimiliter omnem nequitiam poteſt homo percipere præter nequitiam mulieris, quia magis ipſam palliat apparenti amicitia ad virum ſuum, ideo ſubditur,*

Et om.

a ¶ Vindictam iudicis qui odientes ſe delebit.
& non nequitiam mulieris, & omnem obductum & non obductum
a ¶ Quia non cauet. b ¶ Q. cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.
odientium, & omnem vindictam non vindictam inimicorum. Non
eſt caput nequius ſuper caput colubri, & nõ eſt ira ſuper iram mulie-
a ¶ quia duritia cordis excæcat viſum mentis, nec futurum proſpicit iudicium.
ris: Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum mulie-
a ¶ Peruerſitas hæretici. b ¶ Quia decipit ſub ſpecie virtutum.
c ¶ Quia ineptas nouitates prædicat, & tegit nefando verborum velamento.
re nequam. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & † obcæcabit
vultum ſuum tanquam vrſus, et quaſi ſaccũ oſtendet *in medio pro-
a ¶ Quia difficile ad pœnitentiam flectitur, & ſi aliquando ſe pœnitere mentietur.
ximorum. Ingemuit vir eius: et audiens ſuſpirauit modicum. Breuis
omnis malitia ſuper malitiam mulieris, † ſors peccatorum † cadat
a ¶ Arena fluida & inſtabilis infirmos pedes retardat veterani, ſic oneroſa eſt modeſtiæ catholici viri loquacitas.
ſuper illam. Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier
a ¶ Communicando. b ¶ Hæretici.
linguata homini quieto. Ne reſpicias in ſpeciẽ mulieris, et non con-
a ¶ Prauam doctrinam fuco verborum adornatam. b ¶ Enim. c ¶ Iudicij. d ¶ Offenſio Dei. ¶ Pœna æterna.
cupiſcas mulierem in ſpecie. Mulieris ira et irreuerentia confuſio ma-
a ¶ Cogitatio vilis.
gna. Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. Cor humile, et
a ¶ Quia lætitiam ſpirituſſancti non habet. b ¶ Æternæ. c ¶ Opera.
facies triſtis, et plaga mortis mulier nequam. Manus debiles et ge-
a ¶ Greſſus inſtabiles. b ¶ Chriſtum, vel prædicatorem ſuum, quia non obediuit, nec fidem ſeruauit.
c ¶ Quia ſuperbia elationis, qua viam veritatis deſeruit, & in errorem declinauit, origo eſt perditionis ipſi & alijs.
nua diſſoluta, mulier quæ non beatificat virum ſuum. A muliere ini-
tium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Non des aquę
a ¶ Extra limitem rectitudinis. b ¶ Hæretico. c ¶ Libertatem docendi.
tuæ exitum nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi.
a ¶ Id eſt ſi tibi ſubdi noluerit, ſed potius contentioſa fuerit. b ¶ Infidelium.
Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conſpectu ini-
a ¶ A commotione infirmorum, ſed ſepara illam. b ¶ Ad luxum ſuæ prauitatis.
micorum. A carnibus tuis abſcinde illam, ne ſemper te abutatur.

† mora. † obcæcauit. * de. † cadet.

A a *Non eſt cap. nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mu.* RABANVS. Nequitia hæreticorum comparata ſerpentibus, & feris animantibus terræ, crudelior inuenitur; quia illa lædunt corpus; hæc animam, ideo eius B cohabitatio omnibus noxia eſt.

b *Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris, ſors peccatorum cadat ſuper illam. Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani: ſic mulier.* Parua eſt omnis malitia ad C comparationem idololatriæ & prauitatis hæreticæ, quia peccant, non per fragilitatem carnis, ſed per ſuperbiam mentis.

c *Mulier ſi primatũ habeat, contrar.* Hiſtorice oſtendit, quam noxius ſit primatus mulieris, quæ ſubijci D debet, non præponi: Cui dictum eſt, *Multiplicabo ęrũnas tuas, & ſub viri poteſtate eris, &c.* (Gene.3.c.) Vnde Paulus, *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione etc.* (1.Tim.2.c.) Myſtice. Hãc mulierem, ſynagogam hæreticorum accipimus, quæ relinquit ducem E pubertatis ſuæ. Hæc ſi primatũ habeat, contraria erit viro, i. doctori catholico peruerſa ſentiẽdo & praua docendo.

d *A muliere initium.* AVG. (Aug. de peccatorũ meritis & remiſſione. lib.1.ca.16) Siue à muliere, ſiue ab Adam dicatur; vtrumque ad primum ho- F minem pertinet: quoniam ſicut nouimus, mulier ex viro eſt, & vtriuſque caro vna eſt. Vnde & ſcriptum eſt, *Et erunt duo in carne vna. Igitur iam non duo:* inquit Dominus, *ſed vna caro.* (Matt.19.)

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et omnem obdu. & non obdu, *Id eſt omnem palliationem malitiæ poteſt homo percipere. præter palliationẽ proditoriam odientium, ſicut Amaſa nõ percepit odium Ioab, qui ſub ſigno ſalutationis & oſculi interfecit eum, ij. Reg. xx. quaſi dicat, Sic eſt de muliere mala, quæ ſignis fictis amicitiæ operit odium quod habet ad virum.*

2 Et omnem vindi. *id eſt omnem vindictam poteſt homo aut percipere præter vindictam inimicorum latentium: ſicut Amon non percipiẽs odium Abſalon contra ipſum latens, fuit occiſus in conuiuio in vindictá ſtupri, cum Thamar ſorore ſua commiſſi. ij. Reg. xiij. q. d. ſic mulier quaſi amicabiliter cum viro ſuo comedens & bibẽs, in eius mortem aliquando machinatur; ideo ſubditur,*

3 Non eſt ca. ne. ſu. ca. colu. *qui venenum congregat in capite, vt mordendo magis noceat.*

4 Et non eſt ira, *ſupple periculoſior.*

5 Super iram mu. *Coluber enim mordendo ſibilat, præoſtẽdens iram ſuam, ſed mulier mala intoxicat virum ſuum prætendens amicitiam; propter quod ſubditur.*

6 Commo. leo. & draconi pla. *ſ. magis.*

7 Quàm habi. cum mu. nequam, *quia leo & draco antequam noceant, præoſtendunt iram ſuam; ipſa verò præoſtendit amicitiam: ideo ſubditur.*

8 Nequi. mu. im. fa. eius. *Nam pro inimicitia prætendit amicitiam, & vnde procedat hoc, ſubditur,*

9 Et obcæ. vul. ſuum tan. vrſus, *qui obcæcatur per patellam accenſam coram oculis eius poſitam, ſic mulier excæcatur à cognitione boni, & eius operatione per libidinis ardorem.*

10 Et qua. ſac. oſten. *ſ. vultum ſuum.*

11 In me. pro. *i. in aſpectu viri ſui & domeſticorum. Saccus enim ſic oſtenditur, quod illud quod eſt interius non videtur, ſic in facie mulieris nequam, amicitia prætenditur ad virum, cum interius lateat contrarium; propter quod ſubditur adhuc.*

12 Inge. vir eius. *ex infirmitate ſuperueniente à caſu vel ex vxoris intoxicatione.*

13 Et audiens. *vxor eius nequam.*

14 Suſpi. *quaſi viro compatiens. Sed quoniam hoc ſuſpirium non eſt verum, ſed fictum, ſubditur,* Modicum, *& ideo concluditur.* Breuis omnis malitia, &c.

15 Sors pec. cadat ſu. il. *i. pœna gehennæ, quæ eſt ſors peccatorum: ſicut vita gloriæ ſors eſt iuſtorum.*

16 Aſcenſus. *Hic conſequenter deſcribitur mulieris malæ præſũptuoſa temeritas. Et primo ponitur hæc præſumptio: ſecundo eius repreſſio, ibi,* Non des aquæ. *Circa primum oſtenditur eius præſumptio, ex loquacitate, cum dicitur,* Aſcen. arenoſus in pe. vete. *cui graue eſt aſcendere montem propter corporis debilitatem, ſed quando mons eſt arenoſus, & per conſequens lubricus, grauior eſt ſibi aſcenſus.*

17 Sic mu lin. *grauis eſt viro quieto, quæ loquacitas prouenit ex præſumptione. Et quoniam ex pulchritudine corporali ſolẽt mulieres in præſumptionem eleuari, ſubditur,*

18 Ne re. in mu. ſpe. *Et quia mulier præſumptuoſa de facili contra virum iraſcitur, ſequitur,*

19 Mulie. ira. & ir. *ad virum ſuum.*

20 Confu. ma. *eſt ſupple viro ſuo cui debet ſubeſſe, Gen. iij. c.* Et ſub viri poteſtate eris

21 Mu. ſi. pri. ha. *in domo, ex ſua præſumptione,*

22 Contra. eſt vi. ſu. *in verbis & factis: ideo concluditur ex prædictis,*

23 Cor hu. *id eſt, deiectum interius.*

24 Et fa. tri. *exterius,*

25 Et pla. mor. eſt mu. ne. *viro ſuo.*

26 Manus debiles. *ad operandum bene.*

27 Et genua diſſoluta. *i. ad adulteri concubitum parata eſt ſupple.*

28 Mu. quæ n. *i. quæ ipſũ vilificat, nam minus dicendo plus ſignificat.*

29 A mulie. ini. fa. eſt pec. *vt patet Gen. iij.*

30 Et per il. o. *nam mors eſt pœna peccati primorũ parentũ, Gene. iij.*

31 Non des aquæ tuæ. exi. *Hic conſequenter ponitur præſumptuoſæ mulieris repreſſio, cum dicitur.* Non des aquæ tuæ exi. nec mulieri nequam veniam prode. *quaſi di. Sicut ſi aquæ in ciſterna collectæ vel in vaſe contentæ detur modicum foramen, per quod poſſit exire: euacuatur tota ſucceſſiue, ſic mulier mala à bono euacuatur tota, ſi laxentur ei habenæ.*

32 Si non am. ad ma. *i. ſecundum tuum regimen.*

33 Con. te in con. ini. *qui derident te, ideo ſubditur:*

34 A carni. tuis ab. *quod fiebat, per repudium tempore veteris teſtamenti, & per ſeparationem à thoro tempore noui, & loquitur de muliere incorrigibili; ideo ſubditur.*

35 Ne ſe. *ſupponendo ſe alteri, eã nãque retinere eſt peccato ſuo fauere.*

☞ CAP.

15 Sors

A

CAP. XXVI.

a M*Vlieris bo.* RAB. Sicut prius mulierem nequam vituperauit,ita nunc bonam laudare intendit. Quia hic viuit eccleſia ſub cuſtodia mandatorum Dei cum honeſtate virtutum;& in futuro gaudebit de perceptione præmiorum.

b *Diui.au.* Diues vel pauper ad gratiam Chriſti deuota mente perueniens, iucunditate viſionis Dei perpetuo fruetur, quia non eſt perſonarum acceptor Deus.

Act 10.c. c *Tribus.* His ſimilitudinibus vocat eos, qui ab vnitate veræ religionis ſeparati

B ſunt, id eſt Iudęos, paganos, hæreticos, & falſos Chriſtianos.

d *Delaturam ciuita.* Inſipiẽtia ſtultorum. Sicut enim bruta animalia neſciunt diſcernere inter amicũ & inimicum, & inter bonum & malum; ita inſipientes ignorant diſtantiam catholicæ doctrinæ & hæreticæ, ſed veris & falſis doctoribus obediunt æque. Contra quos

Prou.7.d. † infideli

dicitur alibi, *Statim*

C *eam ſequitur quaſi bos ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorat quod ad victimam pertrahatur.* Sed hæreticorum aſtutia non aperta frõte, ſed doloſe incautos decipit.

† cõtegetur

e *Mulier ebrioſa ira ma.* Habitum meretricis deſcribit, quæ motu corporis & motu oculorum oſtentat libidinem. Myſtice autem hæreticum ſignificat, qui in ſuperbia ſenſus & facundia verborum fornicationem ſuam iactat, vt nouitatum amatores facilius attrahat prurientes auribus, qui à veritate auditum auertunt & ad fabulas conuertuntur.

Author ſermonis de ſobrietate & virginitate, tractatus 17 de diuerſis in append c.3

*Inter opera.* ⁂ AVGVS. Ipſis virginibus ebrietas caſtitatis promiſſa implere non permittit, quia ſanctæ pollicitationi in vtroque ſexu inimica ſemper extitit; & ideo ebrietas pudori comes eſſe non poteſt, quia nec caſtitas fuit aliquando comes temulentiæ. Sobrietas in fæminis ad terram deponit aſpectum; ebrietas autem amiſſo pudore inuerecundos erigit vultus. Sobrietas enim cum ſumma trepidatione irreprehenſibile, & cum ſilentio propinquum emittit verbum: ebrietas impudoratum facit fœminæ & ſermonem & vultum. Elicit namque atque extorquet ebrietas infandam inuerecũdam de omnibus ſe habentibus vocem,

D

E

& cui ſubrepſerit per auiditatem nimietas vini, nullum poteſt habere tacendi pudorem, &c. Si ebrietatis cuncta vitia voluero enarrare, ante me tempus deficiet, cum potiora in Eccleſiaſtico Salomonis Spiritus ſanctus clamet, dicens, *Mulier ebria ira eſt magna, & contumelia & turpitudo eius non tegetur.* Eccle.26.a Eccl.31.d.8.

f *Fornicatio mulier.* RA. Per hęc tria curioſitatem humanæ mẽtis oſtendit, quæ ſemper prona eſt in malum: vnde, *Omne quod eſt in mundo, eſt concupiſcẽtia carnis, aut cõcupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* In his tribus omnia vitia concluduntur. Concupiſcientia enim carnis, eſt quicquid ad voluptatem corporis pertinet, vt cibus, potus, concubitus. Concupiſcentia oculorum eſt omnis curioſitas, ſicut in turpi ſpectaculo, in acquirendis ſuperfluis, & cognoſcendis & carpendis proximorum vitijs. Superbia vitæ eſt, cum quis honores iactat, & per elationem vanæ gloriæ & per arrogantiam deſeruit.

2.Tim.4.a. F

1.Ioha.2.c.

Omnia vitia in tribus

☞ Per

## CAP. XXVI.

a ¶ Animæ iuſtæ vel electorum eccleſiæ. b ¶ Magnificatus in mundo. c ¶ Chriſtus.

a MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim 1 2

a ¶ Delectatio Chriſti, fortitudo eccleſiæ.

annorum illorum duplex, mulier fortis 3

oblectat virum ſuum, & annos vitæ il- 4 5

a ¶ Eccleſia catholica, quæ in ſorte timentium Deum numeratur, quia pertinet ad hæreditatem eius. Vnde in Deuter. Pars domini populus eius, &c.

lius in pace implebit. Pars bona mulier 6 7

a ¶ Redemptione. ſ. humani generis: vnde Eſaias, Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.

bona, in parte bona timentium Deum, dabitur viro pro fa- 8 9

a ¶ Quid fides & baptiſmus conferant humano generi oſtendit. 10

b ctis bonis. Diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni 11 12

c tempore vultus illorum hilaris. A tribus timuit cor meum, 13

a ¶ Proditores, alias prædicatores eccleſiæ, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. 14

d & in quarto facies mea metuit. Delaturam ciuitatis, & col- 15 16

a ¶ Gentiles ad perſequendum electos. b ¶ Blaſphemiam Iudæorum.

c ¶ Tolerabilius eſt corporaliter mori, quam in æternum ſuſtinere pœnas inferni. 17

lectionem populi, & calumniam mendacem, ſuper mortem 18 19

a ¶ Hæretici, vel qui zelo & inuidia contra veritatem pugnant, dolorem & luctum eccleſiæ irrogant.

omnia grauia: Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In 20 21

a ¶ Anima. ſ. Gentili vel hæretica prauitate detenta, blaſphemiam ſpargit ſemper ad nocendum concupiſcentibus parata. 22

muliere † zelotypa flagellum linguæ, omnibus communi- 23

cans. Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier ne- 24 25

a ¶ Hæreſis ſcorpioni ſimilatur, qui cauda venenum infundit, non ore.

quam. Qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem. 26 27

a ¶ Hæreticorum ſynagoga dolo & nequitia plena.

b ¶ Quia iniquitati eius ſuccedet pœna & damnatio perpetua, vbi turpitudo erroris illius manifeſtabitur.

e Mulier ebrioſa ira magna: & cõtumelia & turpitudo illius nõ 28 29

f † tegetur Fornicatio mulieris in extollẽtia oculorũ, & in pal 30 31 32

## NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVI.

MVlie.bo.bea.vir. *Hic de muliere bona conſequenter agitur, & ſecundo, ad loquendum de mala ſermo conuertitur, ibi,* A tribus timuit cor meum. *Tertio, ad tractandum de bona reuertitur, ibi.* Gratia mulieris. *Circa primum dicitur,*

1 Mulie.bo.bea.vir. *in conuerſatione domeſtica.*

2 Nume.enim an.illo.du. *prolongatur enim annorum vita ex bonitate & dilectione mutua. Et ad idem facit quod ſubditur,*

3 Mulier fortis, *contra peccata,*

4 Oblectat virum *quia facit eum delectabiliter viuere.*

5 Et annos vitæ illius, *vſque in finem cum eo pacifice conuerſando.*

6 Pars b. *coniugij.* 7 Mulier bo. *ſupple eſt.*

8 In par.bo.ti. Deum. *i. pro bona parte inter timentes Deum.*

9 Dabitur viro. *à Deo.*

10 Pro fac. bo. *i. pro ſuis meritis, vnde dicitur communiter quod vxor bona eſt ſpeciale Dei donum.*

11 Diuitis au.& pauper.cor bo. *ſi habeat vxorem bonam, nam pauperi ſufficit quod habet in alijs, eo quod vxor bona eſt maius bonum; & diues perſuadente vxore bona bene vtitur diuitijs; ideo ſubditur,*

12 In omni tempore. &c. *proſperitatis & aduerſitatis.*

13 Vultus illorum hi. *Eo quod habent ſanctas vxores.*

14 A tribus. *Hic interponitur de muliere mala, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Sic enim communiter proceditur in hoc libro, prout ex præcedentibus & ſequentibus ſatis patet. Et diuiditur in duas partes. ſ. principalem & incidentalem. Secunda ibi,* In filia: *Dicit igitur,* A tribus timuit cor meum. *tanquam à periculoſis.*

15 Et in quarto facies mea metuit. *q.d. Tãtum eſt malum, quod timor de ipſo non poteſt latere in corde, quin appareat in facie. Subdit illa dicens,*

16 Delaturam ciuitatis. *i. eius proditionem.*

17 Et collectionem populi. *i. conſpirationem eius contra principem.*

18 Et calumniam mendacem. *falſam criminis impoſitionem.*

19 Super mortem omnia. *Iſta tria grauia. Et ponit conſequenter quartum quod eſt grauius,*

20 Dolor cordis & lu. *continuus,*

21 Mulier zelotypa. *Supple eſt viro ſuo, à quo fraudari ſuſpicatur, & ſic contra eum continue machinatur: ideo ſubditur,*

22 In muliere zelotypa flagellum linguæ, *contra virum ſuum,*

23 Omnibus communicans. *i. alijs viris ſe exponens.*

24 Sicut boum iug. *continue propter motum boum.*

25 Ita & mulier nequam, *continue mouetur ad malum.*

26 Qui tenet illam *ſecum in domo,*

27 Quaſi qui apprehendit ſcorpionẽ. *Qui facie blanditur, & cauda pungit, ſic & mulier nequam blandicijs allicit, & vſque ad mortem pungit, ſicut patet de Dalila Iudicum xvj. c. quæ Samſonem per blandicias in manus Philiſthinorum tradidit. Et quia talis mulier de communi curſugula & ebrietati ſe exponit, ſubditur,*

28 Mulier ebrioſa ira magn. *id eſt cauſa eſt iræ magnę viro ſuo, nam conſumit eius bona: & reuelat eius ſecreta.* Quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas, *Prouerbio. vlti. a. Et eſt etiam adultera,*

29 Et contumelia, *qua litigat cum viro ſuo.*

30 Et turpitudo illius non tegetur, *Id eſt omnibus apparebit. Et quia talis eſt inuerecunda, ſubditur,*

31 Fornicatio mulie.in extol. *Caſta namque habet oculos inclinatos ad terram.*

32 Et in palpebris illius agnoſcetur, *Nam inhoneſte circumſpicit & turpia loquitur.*

☞ In filia

RAB. Per concupiſcentiã carnis tẽtatus eſt Adã, cũ ei hoſtis de ligno comedere ſuaſit, Per concupiſcentiã oculorum cum diceret, *Scientes bonum & malũ*, Per ſuperbiã vitæ, cũ adderet, *Eritis ſicut dij.*

A †inf. 42.b. †aduertente. †oculis.

pebris illius agnoſcetur. †In 1
a ¶ q. d. ſi quis eſt tibi commendatus, diligentem curam adhibe.
filiã non † auertente ſe fir- 2
ma cuſtodiam, ne inuenta 3
a ¶ Opportuni temporis. b ¶ In aliquo ſcelere:
occaſione abutatur ſe. Ab 4
omni irreuerentia † oculo- 5
rum eius caue, & ne mire- 6
a ¶ Concupiſcentiam carnis.
B ris ſi te neglexerit. Sicut viator ſitiens ad fon- 7
tem os aperiet, & ab omni aqua proxima bi- 8
a ¶ Superbiam vitæ.
bet, & contra omnem palũ ſedebit, & contra 9
a ¶ Concupiſcentiam oculorum. 10
omnem ſagittam aperiet pharetram, donec 11
a ¶ Bonæ deuotionis & obedientię quam habet anima ſancta, vel eccleſia.
C deficiat. Gratia mulieris ſedulæ delectabit vi- 12
a ¶ Quemlibet doctorem, vel Chriſtum. 13
rũm ſuum, & oſſa illius im- 14
pinguabit. Diſciplina illius 15
a ¶ Omne bonum eccleſiæ donum Dei eſt.
† datum Dei eſt. Mulier ſẽ- 16
ſata & tacita, non eſt im- 17 18
mutatio eruditæ animæ. 19
a ¶ Euangelij. b ¶ Legis & ſynagogæ. c ¶ Eccleſia quę fidem ſaluatoris caſte cuſtodit.
Gratiã ſuper grãtiam mũ- 20

Ioh. 14. c †datus.

a *Oſſa illius impinguabit.* Charitate. ſ. vnde: *Qui ſeruat mandata mea, ille eſt qui diligit me, et diligetur à patre meo, & ego diligo eum.*
b *Mu. ſen. & taci. etc.* Quia ſapientia Dei animas electorũ imbuit, & tribuit eis cuſtodiam oris & efficaciam

21 lier pudorata. Omnis au-
a ¶ Opes, ſcilicet mundi, & ſapientię ſecularis.
tem ponderatio non eſt di-
a ¶ Quæ Chriſto fuerit deſponſata in ſpirituali ſcientia.
22 gna continentis animæ, ſi-
a ¶ Iuſtitiæ, quæ ſplendet in ſpecie huius mulieris.
cut ſol oriens in mundo
23 in altiſſimis Dei, mulieris bonæ ſpecies or-
a ¶ Eccleſię per totum orbem dilatatę. b ¶ Euangelicæ doctrinæ.
24 namentum domus eius. Lucerna ſplendens
¶ Eccleſiæ.
25 ſuper candelabrum ſanctum, & ſpecies fa-
a ¶ Virtutum, quæ ſcilicet in facie, id eſt in operibus eius elucet, in perpetuum ſtabilietur, & æterno præmio remunerabitur.
ciei ſuper æſtatem ſtabi-
26 lem. Columnę aureę ſuper
a ¶ Quia inceſſus prædicatorum ad prędicandum ſuper catholicę fidei ſtabilitatem firmatur.
baſes argenteas, & pedes fir-
mi ſuper plantas ſtabilis
a ¶ Prædicationis Apoſtolorum & Euangeliſtarum. ¶ Chriſtum.
mulieris. Fundamenta æterna ſupra petram
27 a ¶ Ideo. b ¶ Tranſplantantur, ſcilicet. b ¶ Eccleſiæ.
ſolidam, et mandata Dei in corde mulieris
ſanctæ.

ciã operis, nec eos à ſe declinare permittit, quia omnis qui natus eſt ex Deo, nõ peccat, fidem. ſ. violãdo, vel charitatem: *quia ſemen Dei.* i. verbũ, quo renatus eſt, *in ſe habet.*

D E

c *Columnæ aureæ.* Doctores ſapiẽtia fulgẽtes, ſuper baſes argẽteas locantur, cum in ſancta ſcriptura prædicatione ſua inſigniuntur.

F

## NICOLAVS DE LIRA.

1 In filia. *Hęc eſt pars incidentalis, in qua loquitur de filia, occaſione matris, cui communiter conformatur: ideo dicitur,* In filiã non auertente ſe, *A iuuenibus diſſolutis & à ſpectaculis inhoneſtis,*
2 Firma cuſtodiam. *Et ſubditur cauſa.*
3 Ne inuenta occaſione. *id eſt opportunitate.*
4 Abutatur ſe. *fornicatori conſentiendo.*
5 Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, *id eſt ne habeat oculos irreuerentes & vagos: nam hoc eſt peſſimum ſignum in puella.*
6 Et ne mireris ſi te neglexerit, *id eſt contempſerit, niſi refrenes eius irreuerentiam, et euagationem, ideo ſubditur.*
7 Et ab omni aqua proxima bibet, *id eſt, quam de proximo inueniet, & ſi ſit turbida, bibet eam ad ſitis refrigerationem.*
8 Et contra omnem palum, &c. *id eſt in quemlibet locum fornicationi aptum.*
9 Sedebit. *filia dicta, vt ſatisfaciat ſuę libidini, ſicut viator ſuæ ſiti.*
10 Et contra omnem ſagittam, &c. *id eſt reuelabit ſua pudenda omni petenti. Scriptor huius libri fuit Hebręus, apud quos virga virilis ſagitta communiter nominatur.*
11 Donec deficiat. *id eſt vſque ad mortem ſuam.*
12 Gratia mulieris. *Hic reuertitur autor ad loquendum de bona muliere,* Gratia mulieris ſe, &c. *id eſt diligentis erga domum, & deuotę circa Deum.*
13 Delecta. virum ſuum. *videntem eius bonum in quo delectatur ſicut in bono proprio, quia vir & vxor ſunt vna caro.*

14 Et ofſa illius impinguabit, &c. *Quia ſicut* ſpirit⁹ triſtis exiccat oſſa. *Prouer. 17. d. ſic ſpiritus lætus medullis impinguat ea.*
15 Diſciplina illius, &c. *in bonis moribus.*
16 Datum Dei eſt, &c. *id eſt donum Dei eſt ſpeciale.*
17 Mulier ſenſata. *corde.*
18 Et tacita. *ore.*
19 Non eſt immutatio eru. &c. *id eſt viri eruditi, qui pro nulla re vellet eam commutare.*
20 Gra. ſup. gra. &c. *i. verecunda: vnã verecundia decorat ſanctitatẽ.*
21 Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis, &c. *Hoc dicitur ad reddendum rationem de hoc, quod dictum fuerat, quod vir eruditus nollet vxorem ſanctam commutare, quia non poſſet pro ea rem æquiualentem habere. Et accipitur hic anima pro to coniuncto, totum à parte nobiliori denominando, ſicut Exo. i. a.* Omnes animæ, quæ egreſſæ ſunt de fœmore Iacob. &c.
22 Sicut ſol oritur mun. &c. *mundum illuminat.*
23 Sic mulier. *quia virum & familiam dirigit ad virtutem.*
24 Lucerna ſplen. ſuper can. ſan. *illuminat totam eccleſiam.*
25 Et ſpecies fa. ſu. æta. *i. perfectam & maturam ipſam valde decorat, ſic ſupple mulier bona domum ſuam.*
26 Columnæ au. *i. ſicut columnę aureæ ſituatæ ſuper baſes argẽteas ſunt pulchrę & firmæ, ſic pedes mulieris ſtabilis in virtute, & quæ non eſt diſcurſiua de domo in domum, eſt exemplum pulchritudinis ſpiritualis & exterioris honeſtatis.*
27 Fundat. *i. ſicut fundamenta ſituata per petram ſolidam immobilitantur, ſic mandata Dei in corde mulieris ſancta firmiter radicantur.*

14 Et

CAP. XXVII.

*N duobus.* RA. Notat ſapiẽtia ſtultitiã humani ſenſus, qui per fragilitatem carnis, per demen- dementiam cordis ignorant electionem rei melioris, vel deſerto tramite veritatis ſequitur deuia erroris.

## CAP. XXVII.

IN duobus contriſtatum eſt cor meum, & in ter- 1
a ¶ Primum. ¶ Qui multa ſuſtinuit pro Chriſto. b ¶ Fractus aduerſitate. 2
tio iracundia mihi aduenit. Vir bellator deficiens 3 4

Dif-

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XXVII.

IN duobus. *poſtquam actum eſt de ſtatu actiuorum, quantum ad vxorem, hic conſequenter agitur de ipſo in reſpectu ad proximum. Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtenditur, quomodo actiuus ſe habere debeat ad proximũ generaliter: ſecundo qualiter ad amicũ ſpecialiter ibi,* Qui denudat. *Prima in duas: nam primo oſtenditur quod proximo compatiendũ eſt in infortunijs, Secũdo quod cũ eo agendum eſt iuſte in negotijs, ibi,* Duæ ſpecies. *Circa primum dicitur.*
1 In duobus cont. *per compaſſionem.*
2 Et in ter. ira. mi. *per maiorẽ triſtitiã, eo quod eſt maius infortuniũ.*
3 Vir bellator. *qui fideliter pugnauit pro republica.*
4 Deficiẽs per inop. *victus & veſtitus, qui ſibi debentur à cõmunitate pro ſuis laborib⁹, propter quod cõpatiẽdũ eſt ſibi, ſi deficiat à talibus.*

A a *Difficile exuitur negotians à negligentia.* RAB. Actus peſſimus, non res honeſta damnatur. Ille negotiator abominandus, qui per immoderatã ambitionem merces ſuas plus periurio onerat quàm pretio.

† deceptione.

Anaſt. Epiſcop. Nicẽ. in quęſtionibus in ſcriptu. ex Conſtit. Apoſt. lib. 4. cap. 6.

b *Non iuſtificabitur caupo, etc.* ✠ ANASTA. Oportet Epiſcopum ſcire, quorumnam debeat ſuſcipere oblationes, & quorum non

B debeat. Ab eo enim ſunt cauendi, quod ad dandum attinet, Caupones. *Nõ iuſtificabitur* enim *caupo à peccato.* De ijs enim vtiq; dicit Iſaias, *Caupones tui vinũ miſcent aqua.*

† pertuſura.

c *Propter inopiã Multi dele.* RABANVS. Sicut in medio. Hic cõ-

C paratione exprimit anguſtiã auari, cui æque videtur deeſſe quod habet & quod nõ habet, dum timet amittere quod poſſidet, & aliena rapere inceſſanter ardet. Semper enim ſolicitudo torquet, & in futuro pœna æterna manet.

a ¶ Mentis. ¶ Secundum. b ¶ Doctor catholicus. c ¶ A Stultis. Tertium. d ¶ Qui ſcilicet fide catholica imbutus deſerit regulam fidei, & conuertitur ad prauam & hęreticam.

per inopiãm, & vir ſenſatus contemptus, & qui trãnſgredi-

a ¶ Reſeruat, ſcilicet, pœnis perpetuis.

tur à iuſtitia ad peccatũ, Deus parãuit eum ad rhompheam.

¶ Prima.

a Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt. Dif-

a ¶ Mendacij crimne. ¶ Secunda. b ¶ Qui factis verbis vel periurijs ſubuertit iuſtitiam proximorum.

b ficile exuitur negotians à † negligẽntia, & non iuſtificabi-

a ¶ Cordis, vel corporis, alias operis.

c tur caupo à peccatis labiorum. Propter inõpiam multi de-

a ¶ In mundo. b ¶ A timore Dei.

liquerunt, & qui quærit locupletãri, auertit oculum ſuum.
Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic inter
medium venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatis.

a ¶ Ibi auaritia ceſſabit, vbi auarus corpore & anima punietur. b ¶ Quia timor domini cuſtodia vitæ.

Contẽretur cum delinquente delictum. Si non in timõre do-

a ¶ De improuiſo. b ¶ Terrenum habitaculum, vel ſpes terrenorum.

d mini tenueris te inſtãter, citõ ſubuertetur dõmus tua: Sicut

a ¶ Fluxio, vel deriuatio, ſtimulus vel moleſtia, vulnus, vel aculeus.

in † percuſſura cribri remanebit puluis, ſic apõria hominis
in cogitatu illius. † Vaſa figuli probat fornax, & homines iu-

e ſtos tentatio tribulationis. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit

a ¶ Theſaurum. ſ. cordis & qualitatem.

f fructum illius, ſic vẽrbũ ex cogitatu † cordis hominis. Ante

a ¶ Quia procedit ex leuitate, non ex diſcretione.

ſermonem non † laudes virum, hæc enim tẽntatio eſt homi-

a ¶ Docendo, bene viuendo. b ¶ Æternam remunerationem eius. c ¶ Tunicam. ſ. talarem. i. conſummatam actionem, vnde cauda hoſtię præcipitur offerri.

nũ. Si ſequãris iuſtitiã, apprẽhẽdes illã, & indues quaſi põderem honoris,

a ¶ Perſeueranter.

& inhabĩtabis cum ea, & proteget te in ſem-

d *Sicut in percuſſura* D *cribri manet.* Sicut cribrum grana à paleis ſecernit: ita timor Dei ſordidas cogitationes à corde repellit. Poteſt quoque in *cribro* tẽtatio Sathanæ intelligi: vnde, *Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum.*

e *Sicut ruſticatio de ligno.* Vnaquæque arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. E *Et bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ, malus autem malum, Ex abundantia enim cordis os loquitur,* Cultura ergo ligni in fructu manifeſtat qualitatem eius.

Lucæ 22. c. Lucæ 6. f. Ibid. g.

f *Ante ſermo.* Quia ſermo indicat cogitationem. q. d. Nemo laudet eum, quem manifeſtis indiciis non cognouit laude dignum. F Poteſt autem ſermo pro bono opere accipi, vt neminem ante probationem bonorum operum laudemus, vnde, *Non laudes ante mortem quẽquam.*

† De pœni. diſt. 2 cap. ſi enim.

d *Sicut* ☞ a Sapiẽs

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vir ſenſatus, contemptus, *quia ſibi debetur honor, & ideo condolendum eſt ſibi, ſi contrarium ſibi fiat.*

2 Et qui tranſgreditur à iuſtitia, &c. *in qua diu vixit.*

3 Ad peccatum, Deus parauit eum ad rompheam, *Hoc eſt enim magis infortunium, quanto iuſtitia, à qua cadit eſt maius bonum, quam duo prędicta. Et quanto peccatum eſt maius malum, quam priuatio bonorum & neceſſariorum, & ideo eſt magis dolendum.*

4 Duæ ſpecies. *Hic conſequenter oſtenditur, quod cum proximo eſt iuſte agendum. Et diuiditur in duas partes, nam primo ponuntur quędam, per quę faciliter à iuſtitia declinantur, Secundo ſubduntur alia, per quæ conſeruatur, ibi,* Si non in timore domini. *Circa primum dicitur,* Duæ ſpecies, *id eſt, duo modi viuendi.*

5 Difficiles. *ad ſeruandum iuſtitiam:*

6 Et periculoſæ. *propter eius tranſgreſſionem. Et ſubdit quę ſunt illa, dicens.*

7 Difficile exui. negotians à neg. *ſuæ ſalutis: quia nimis inhiat terrenis lucris.*

8 Et non iuſtificabitur caupo. *id eſt, tabernarius.*

9 A pecca. la. *nam ex frequenti iuratione incurrit periurium.*

10 Propter inop. *quę frequenter portatur impatienter.*

11 Multi deliquerunt. *in anima conuertentes ſe ad latrocinia, rapinas, & ſimilia: & aliquando in corpore, nam aliquando capiuntur & ſuſpenduntur.*

12 Et qui quærit locup. *appetitu inordinato.*

13 Auertit oculos ſuos. *à iuſtitia.*

14 Sicut in me. *id eſt, ſicut Palus in medio congeriei lapidum fixus: hinc et inde pondere lapidum comprimitur.*

15 Sic & inter medium venditionis, *ſcilicet, vendens, qui nititur vendere vltra iuſtum pretium, et emens qui nititur diminuere de pretio iuſto.*

16 Conteretur cum delinquente delictum, *nam in morte peccator conteritur, & actus peccandi terminatur: quia tunc ceſſat tempus merendi et demerendi.*

17 Si non in te. *Hic conſequenter ponuntur aliqua, per quę iuſtitia conſeruatur & confirmatur. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur iuſtitiæ conſeruatio, ſecundò conſeruatę probatio,* Vaſa figuli, *tertio iuſti decoratio, ibi,* Si ſequaris. *Circa primum dicitur,* Si non in timore domini tenueris te inſtanter, *id eſt fortiter & diligenter.*

18 Cito ſubuertetur domus tua. *id eſt ædificium virtutum propter pronitatem ad malum, Gene. viij. d.* Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. *Eſt enim homo ſicut nauis in flumine currente, quæ niſi fortiter ſurſum impellatur, ſtatim deſcendit per impetum fluminis: ſic homo de facili labitur ad vitia niſi fortiter per timorem domini ſe teneat contra impulſum fomitis. Et ſic patet, quod timor iſte eſt conſeruatiuus iuſtitię. Sed quia poſſet aliquis dicere de peccato, non eſt multum curandum, quia ſtatim tranſit actus peccandi: Ideo ſubditur.*

19 Sicut in percuſſura cribri, &c. *id eſt in foraminibus eius.*

20 Remanebit pul. *id eſt res inutiles: & accipitur hic* ſi, *pro quia, nam ibi remanent lapides, feſtucæ, & ſimilia.*

21 Sic aporia hominis, *id eſt anguſtia peccatoris.*

22 In cogitatu il. *nã in eius conſcientia remanet remorſus peccati, qui dicitur vermis conſcientiæ, quamuis tranſierit peccati actus.*

23 Vaſa figuli. *Hic conſequenter deſcribitur iuſtitiæ probatio, cum dicitur:* Vaſa figuli probat fornax, &c. *nam illa quæ ſunt bona et probatæ, remanent, & non diſſoluuntur, ſed ibi ſolidantur, quæ vero reproba, crepant & diſſipantur.*

24 Et homines iuſtos tentatio tribu. *nam per eam electi in bono confirmantur, & reprobi per impatientiam franguntur. Et quia patiẽtia latens in corde, manifeſtatur in ſermone, ſubditur.*

25 Sicut ruſticatio de lig. *id eſt labor ruſtici circa lignum, ad cuius radicem fodit, & mittit fimum vt magis fructificet,*

26 Oſtenditur factum illius. *i. facit apparere in effectu:*

27 Sic verbum, *iuſtum procedit.*

28 Ex cogita. cor. ho. *ſ. iuſti. Sed quia intentio loquentis non apparet plane ante finem ſermonis, ſubditur.*

29 Ante ſermonem *ſ. completum.*

30 Non lau. virum: *Et ſubditur cauſa.* Hæc enim ten. eſt homi. *id eſt probatio eius, per hoc quod apparet ſua intentio.*

31 Si ſequaris. *Hic conſequenter ponitur iuſtitiæ decoratio, qua decoratur iuſtus, ſicut pretioſiſſimo ornamento cum dicitur,* Si ſequaris iuſti. *illam exercendo.*

32 Apprehen. il. *habitum conſequendo: nam habitus acquiritur per exercitium actus.*

33 Et indu. quaſi pode. hono. *& dicitur à* pos *quod eſt pes, nam eſt veſtis longa attingens vſque ad pedes.*

34 Et inhabita. cum ea. *i. ipſa tecum habitabit in corde, ore, & opere.*

35 Et proteget te in ſem. *i. à morte æterna.*

Et

a *Sapiens ſicut ſol permanet, ſtultus autem ſicut luna mutatur.*

A ✠ AVGVSTINVS. Et quis eſt ſapiens qui permanet, niſi ſol iuſtitiæ, de quo dicitur, *Ortus eſt mihi ſol iuſtitiæ*: & quem ſibi non fuiſſe ortum in nouiſſima plangentes impij dicturi ſunt, *Iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol iuſtitiæ non ortus eſt nobis?* Nam iſtam carnis oculis viſibilem ſolem oriri facit ſuper bonos, & malos Deus, qui etiam pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Ducũtur autem ſemper ex rebus viſibilibus ad inuiſibilia

Aug. Ianuario epi. 119 cap. 5. — Sap. 5. a. — Mat. 5. g. 45.

B congruæ ſimilitudines. Quis eſt ergo ille ſtultus, qui tanquam luna mutatur, niſi Adã in quo omnes peccauerunt: Anima quippe humana recedens à ſole iuſtitiæ, ab illa ſcilicet interna contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires ſuas in terrena conuertit, & eò magis magiſque obſcuratur in interioribus ac ſuperioribus ſuis, ſed

Lunæ allegoria.

C cum redire cœperit ad illam incommutabilem ſapientiã, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrũpitur, ſed interior renouatur de die in diem, omníſque lux illa ingenij quę ad inferiora vergebat, ad ſuperiora conuertitur, & à terrenis quodammodo aufertur, vt magis magiſque ſæculo moriatur, & vita eius abſcondatur cum Chriſto in Deo.

2. Co. 4. c. 16.

D b *In medio.* RAB. Temperantiam & cautelam loquendi docet, quia incõſiderata locutio ſæpe infirmis nocet: tutius eſt ergo audire, quàm loqui. *In medio*: vnde, *Qui ſoluerit vnum de mandatis & docuerit ſic homines, magnus vocabitur in regno cęlorum.*

ſup. 11. d. — 2. Cor. 3. a. — Matt. 5. c.

c *Loquela, &c.* Quia ſicut actio eorum bonis contraria: & loquela ad mala dicendum prona, ad audiendum grauis.

E d *Qui de nu.* Oſtendit in quo maximè læditur amicitia, in malo, ſcilicet, proditionis, quæ fidem, ſcilicet perdit, nec amicitiæ æquitatem cuſtodit, & ideo diſſipat charitatem.

Proditionis malum

F e *Quaſi ca.* Caprea, capra ſylueſtris, dicta quaſi capiens ardua. Capreæ autem ibices vel auices dicuntur, eò quod ad inſtar auium alta & excelſa teneãt: & in ſublimibus habitent, ita vt de ſublimitate vix humanis obtutibus pateant. Hæ ſi quando aduerſitatem ferarum, vel hominum præſenſerint de altis cacuminibus ſeſe præcipitantes, ſuis ſe cornibus in ramis arborum recipiunt illæſas.

a ¶ Iudicij. ſ. quando illuminabuntur abſcondita tenebrarum. b ¶ Firmum iuſtitię præmium. c ¶ Sanctorum animę virtutibus pennatæ.

piternum, in die agnitionis inuenies firmamentum. Vola-

a ¶ Angelos. ſ. quibus in futuro ſociabuntur. b ¶ Chriſtus.

tilia ad ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad eos qui opera-

a ¶ Vt remuneret eos in die iudicij. b ¶ Diabolus, qui ſemper homini inſidiatur.

tur illam, reuertetur. Leo venationi inſidiatur ſemper, ſic

a ¶ Vt in laqueum mortis ſemper præcipitent.
b ¶ Sapientia ſancti viri comparatur ſoli, quia fulgorem non amittit.

a peccata operantibus iniquitatẽ. Homo † ſẽſatus in ſapiẽ-

a ¶ Quia inconſtans & mutabilis: vnde, Cor ſtultorum diſſimile erit.

b tia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. In medio inſenſatorum ſerua verbum tempori: in medio autem

a ¶ Legem Dei.

cogitantium aſſiduus eſto. Narratio peccantium odioſa, &

a ¶ Luxus ſeculi peccatorum cumultum facit. b ¶ Frequens iuratio.

c riſus illorum in delictis peccati. † Loquela multum iurans

† ſanctus. — † ſup. 23.

a ¶ Errorem & tædium. b ¶ Menti.

horripilationem capiti ſtatuet, & irreuerentia ipſius obtu-

a ¶ Clauſio vel ſtipatio. b ¶ Inter ſuperbos iurgia: vnde, Effu. ſang.

ratio aurium. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum, & ma-

d ledictio illorum auditus grauis. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum ſuũ. Dilige proximum, & coniugere fide cum illo. Quod ſi

a ¶ Quia irreuocabilis eſt.

denudaueris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum.

¶ In morte. ¶ Omnino.

Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua, ſic qui reliquiſti proximum tuum, & non eũ capies.

a ¶ Non poteſt reuocari.

Non illum ſequeris quoniam longè abeſt. Effugit enim

e quaſi caprea de laqueo: quoniam vulnerata eſt anima eius.

a ¶ Id eſt, poſt maledictum fit reconciliatio amicorum.

Vltrà enim non poteris colligare, † & maledicti eſt concor-

☞ *Denu-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in die agni. *id eſt extremi iudicij: in quo manifeſtabuntur omnia occulta.*

2 Inuenies firmamentum, *id eſt firmum iuſtitiæ præmium.*

3 Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt, *Hęc eſt enim proprietas naturæ ipſorum,*

4 Et veritas, *vitę & iuſtitia.*

5 Ad eos qui operantur il. re. *Quia Chriſtus, qui eſt veritas & vita, eis in præmium dabitur, & econuerſo operantibus iniuſtitiam pœna reddetur æterna, ideo ſubditur,*

6 Leo venationi inſidiatur ſemper. *Qui viuit carnibus aliorum animalium:*

7 Sic peccata, *id eſt dæmones ad peccatum inducentes,*

8 Operantibus iniquitatem, *Inſidiantur, donec ducant ad gehennam. Sed quoniam homines ſancti firmiter ſtant contra tentationes diaboli, ſequitur,*

9 Homo ſenſatus in ſapientia m. ſicut ſol. *cuius lumen non minuitur.*

10 Nam ſtultus ſicut luna mutatur, *de volito in volitum, & de peccato in peccatum.*

11 In medio inſen. ſer. ver. tempori. *congruo ad docendum: nam inſenſati non ſunt doctrinæ bonæ receptiui,*

12 In medio cogitantium &c. *ſcilicet legem Dei, Hoc ſcilicet* legem Dei *in aliquibus libris ponitur. ſed non eſt de textu, ſubintelligitur tamen, & fuit primò quædam gloſſa interlinearis, & per ignorantiam ſcriptorum inſerta fuit textui.*

13 Narratio peccatorum odioſa, *Quia loquuntur de malis, eò quòd* ex abundantia cordis os loquitur. *Matth. xij. c.*

14 Et riſus illorum in delictis pec. *Quia lætantur de malis. Vnicuique enim delectabile eſt quod conſonat eius habitui.*

15 Loquela multum iurans horripilationem ca. ſtatu. *Incutit enim horrorem bonis audientibus, & per conſequens facit horripilationem.*

16 Et irreuerentia ipſius, *Nam ibi eſt nominis Dei abuſus.*

16 Obtura-

17 Obturatio aurium, *Boni enim horrent hoc audire, & ſic auertunt aures ſuas, vel obturant. Et quia ſic loquentes æſtimantes ſe contemni, inſurgunt contra bonos, ſubditur,*

18 Effuſio ſanguinis, &c. *In rixa namque ſua frequenter proferunt blaſphemias, quas audire pijs auribus eſt valdè graue.*

19 Qui denudat. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter actiuus ſe habeat ad amicos. Et diuiditur in duas partes, quia primo inducit autor ad conſeruationem amicitię: ſecundò ad opera miſericordię. 29. cap. Prima adhuc in duas, nam primo inducit ad amicitiam conſeruandam cap. ſeq. Prima adhuc in duas; quia primo oſtendit quod amicitia non eſt ſoluenda per verba: ſecundo, quod nec per alia ſigna, ibi,* Annuens oculo. *Circa primum dicitur,* Qui denudat arca. ami. fi. &c. *id eſt, fidelitatem cum amico.*

20 Et non inue. amicum ad ani. ſu. *Nam alij timentes ſic per eum ſcandalizari, merito refugiunt ipſum. Ex quo patet, quod fidelitas in ſecreti conſeruatione cuſtos eſt amicitiæ: ideo ſubditur,*

21 Dilige proxi. *veraciter,*

22 Et coniungere fi. cum il. *id eſt, fidelitate.*

23 Quod ſi de. abſcon. il. non perſe. poſt eum. *id eſt, non aſſequeris perfectè recuperationem amicitię, ideo ſubditur,*

24 Sicut enim homo qui per. amicum ſuum. &c. *In morte ipſius: quia non poteſt ipſum recuperare amplius,*

25 Sic & qui per. ami. pro. ſui. *per denudationem ſui ſecreti: quia non recuperatur perfectè. Et ſubditur exemplum de auicula de manu dimiſſa. & patet litera vſque ibi:*

26 Quoniam vulnera. eſt anima eius &c. *ſcilicet amici ex reuelatione ſui ſecreti.*

27 Vltra enim non poteris colligare, *ipſum tibi vinculo animæ perfectę.*

28 Et maledicti eſt concordatio. *Quia non ſolùm læſus maledicit ſibi ipſi, ſi perfectè reconcilietur ſuum ſecretum reuelanti, ſed etiam alij homines idem dicunt: Maledicatur talis, ſi vltra reuelanti ſuum ſecretum ſit familiaris, ideo ſubditur.*

a *Denudare autē &c.* A RA. Proditoris incōſtātiā morū oſtendit, qui doloſè & fictè agit & in malo perſeuerat: quia nemo eū abiicit. i. reprehēdit. Hæreticos quoq; notat, vel ſchiſmaticos, qui infidi & proditores ſunt: de quibus in Prouerbiis ſcriptū eſt, *Homo apoſtata, vir inutilis graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, &c.*

† Pro. 10 b

a datio. Denudare autē ami- 1
¶ Secreta.
ci myſteria, deſperatio eſt 2
animę infelicis. † Annuens; 3
oculo fabricat iniqua, & ne 4
mo eum abiiciet. In cōſpe- 5
ctu oculorum tuorū con-
¶ Comprimet.
culcabit os ſuum, & ſuper 6
¶ Quaſi laudans.
ſermones tuos admirabitur,
Nouiſſimè autem peruer- 7
a ¶ Maledicendum.
tet ōs ſuum, & in verbis 8
¶ Aliis.
† tuis dabit ſcandalū. Multa audiui, & non co- 9 10
a ¶ Blaſphemando Deum.
æquaui ei, & dominus odiet illū. Qui in altum 11
a ¶ Duræ. ſ. vindictæ ſententia, quæ mentem perpetuo dolore cruciat.
B mittit lapidē, ſuper caput eius cadet, & plaga 12 13
a ¶ Augebit. ſ. vulnera peccatorum. b ¶ Perditionis.
doloſa doloſi diuidet vulnera. † Et qui fouea 14 15

† ſuis. † Pro. 26. d. Eccl. 10. b.

¶ Scandalum.
fodit, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidē pro- D
a ¶ Reus æterni tormenti.. ¶ Vel alio.
ximo ſuo, offendet in eo, & qui laqueū alij po-
a ¶ Contra proximum.
nit, peribit in illo. Facienti b
b ¶ Id eſt, æternæ pœnę ſubiacebit.
nequiſſimum † conſiliū ſu-
16 per ipſum deuoluetur: &
17 non agnoſcet vnde adue-
18 niet illi. Illuſio & impropeperium ſuperborum, & vindi-
a ¶ De improuiſo ventura. b ¶ Qui circumit quærens quem deuoret. c ¶ Æternę perditionis d ¶ Perſecutores.
19 20 cta ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt
21 a ¶ Inuidię.
22 qui oblectantur caſu iuſtorum: dolor au-
a ¶ Etiam in hac vita.
tem conſumet illos, antequam moriantur.
a ¶ In conſpectu Dei.
23 Ira & furor vtraque execra- c
24 bilia ſunt, & vir peccator
25 26 continens erit illorum.

b *Facienti nequiſſimū cōſi.* Quia nō proſpicit quod veniat dies ei9. Æſtimat enim hęreticus vel ſchiſmaticus, quod melior ſit ei9 ſecta quam veritas catholica: vnde illudit ſeipſum.

c *Ira & fu* Incipit diſputare de his qui ira & furore exardeſcūt. E

† Prou. 6. b † conſiliū

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Denudare autem amici myſteria, *id eſt ſecreta conſilia,*
2 Deſperatio eſt animæ infelicis, *i. hominis ſecretum prodentis, quia non debet ſperare priſtinæ reformationem prefectam amicitię.*
3 Annuens oculo. *Hic conſequenter agitur de ſolutione amicitiæ per ſigna, dicens,* Annuens oculo. fa. iniqua. *Contra illum amicum verum, ideo ſubditur,*
4 Et nemo eum abiicit, &c. *Quia credens eum eſſe ſuum amicum, tenet eum ſecum.*
5 In conſpectu oculorum tuorum conculcabit os. *loquens tibi placentia.*
6 Et ſuper ſermones tuos admirabitur. *i. admirari ſe finget, tanquam dixeris verba ſapientię profundę vt ſic magis te decipiat.*
7 Nouiſſimè autem peruer. os. *ad contrarium.*
8 Et in ver. tu. da. ſcan. *vituperando ea tanquam ſtulta & mala, quę prius videbatur reputare ardua & bona.*
9 Multa audiui. *ſi mala, & in hoc loquitur autor.*
10 Et non coæqua. *id eſt, malitię iſtius. ſ. proditoris non reputaui aliam æquiualere. Et quia tales proditiones ſolent redire ſuper capita proditorum, ſubditur,*
11 Qui in altum mittit lapi. *directè ſuper ſe.*
12 Super caput eius cadet, *ſic enim aliquando contingit.*
13 Et plaga do. *id eſt, damnum quodcunque à doloſo procuratum alteri.*
14 Doloſi diui. vulnera. *i. multiplicabit ſuper eum mala.*
15 Et qui foueam fodit incidet in eam. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ per alia exempla, & patet ſententia vſque ibi.*
16 Et non agno. *ipſe doloſus.*
17 Vnde adue. il. *nam hoc fit communiter ex diuina prouidentia & prętet opinionem hominum.*
18 Illuſio & improperium ſuperborum, *id eſt. quæ à ſuperbis humilibus & pauperibus inferuntur in verbis, & vindicta in factis,*
19 Sicut leo inſidia. il. *ad pœnam gehennæ.*
20 Laqueo. *ſ. diaboli,*
21 Peribunt qui oblectantur caſu iuſto. *corporali ſiue ſpirituali: nam talis lætitia eſt directè contraria charitati proximi.*
22 Dolor autem conſumet illos antequam mo. *Hoc enim aliquando contingit, ſicut patet de Antiocho Epiphane. ij. Macha. ix. & de Herod, Act. xij.*
23 Ira. *quæ eſt per vitium,*
24 Et furor, *qui eſt exceſſus notabilis iræ:*
25 Vtraque execrabilia ſunt, *nam homo eſt animal manſuetum natura.*
26 Et vir pec. con. e. il. *i. continebit intra ſe vtrumque: nam vas eſt contentiuum malitia.*

C F

## CAP. XXVIII.

CAP. XXVIII.

Q*Vi vindi. &c.* Sequitur.

a *Homo homini reſeruat iram, & à Deo quęrit medelam.* ✠ HIERONYMVS. *Et donātes vobiſmetipſis.* Indulgentes

† Deo. Hieron. in epiſtolam ad Coloſſēces, in cap. 3.

a ¶ Quia mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus.
QVI vindicari vult à † domino, inueniet 1
vindictā, & peccata illius ſeruans ſer- 2
a ¶ Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater veſter cæleſtis debita veſtra. 3
uabit. † Relinque proximo tuo nocēti 4
te, & tunc deprecanti tibi peccata ſol-
a ¶ Indignum eſt Deū eſſe ei propitiū, qui crudelis eſt in proximū.
uentur. Homo homini reſeruat irā, & à
Deo quærit medelam. In hominem ſimilem ſibi non habet
miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe dum caro

gentes inuicem, ſicut Chriſtus omnibus indulſit, etiam pro perſecutoribus orans; vt & nobis à patre cœleſti debita remittantur: ne impleatur in vobis illa ſententia, *Homo homini reſeruat iram, & à Domino quærit medelam, &c.*

Memo.

† Deu. 32. e Rom. 12. d

## NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVIII.

QVi vindicari vult. &c. *Hic conſequenter autor inducit ad euitationem vindictæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò inducit ad vitandum vindictam; Secundò ad vitandum aliqua, quæ ſequuntur ad ipſam, ibi,* Abſtine te à lite. *Circa primum dicit,*
1 Qui vindica. vult. *de illatis ſibi iniuriis. Hoc enim malum eſt, ſi fiat zelo vindictæ. Si autem aliquis hoc velit zelo iuſtitiæ, & cum debitis circumſtantiis, non eſt malum: loquitur tamen hic ſcriptura de primo tantum, ideo ſubditur,*
2 A domino inueniet vindictam. *id eſt recipiet.*
3 Et peccata illius ſeruans ſeruabit, *per ſuam iuſtitiam grauius punienda.*
4 Relinque proximo tuo nocenti. *ſcilicet offenſam, quę ſemper eſt remittenda. Remittere verò iniuriam non eſt neceſſitatis, ſed ſupererogationis, & aliquando non expedit eam remittere, ſcilicet, quando iniurians accipit maiorem audaciam iniuriandi, & alij occaſionem ſimilia faciendi. Scriptura tamen hic loquitur de offenſa: & patet ſententia vſque ibi.*

Memento

☞ ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à
A a ¶ Fruſtra quis pro illo orat, qui fratri debitam charitatem negat.
Deo. Quis exorabit pro delictis illius? Memē- 1
a ¶ In omnibus memo.no.tua. b ¶ Vt ſalus obedientibus, mors contēptoribus. 2
† Beatitudo. tō nouiſſimorum, & deſine inimicari. † Tabi- 3
tudo enim & mors imminent in mādatis eius. 4

a *Memora.ti.Dei.* RAB. qui Deum timet, irā vel furorem compeſcit, & non obliuiſcitur teſtamenti Dei qui ait: *Dimittite, & dimittetur vobis.*

Lu. 9. f. † teſtamēti B

a Memorare timorē Dei, & 5 6
nō iraſcaris proximo. Me 7
morare † teſtamentū altiſ-
ſimi, & deſpice ignorātiā
a ¶ Non ſit inter vos zelus & contentio. 8
proximi: Abſtinē te à lite, 9
a ¶ Hæreticus. b ¶ Contentioſe diſputando. 10
& minues peccata. Homo enim iracundus in- 11
cēdit litē, & vir peccator turbabit amicos, & in 12
medio pacem habētium immittit inimiciam.
a ¶ Sicut ligna ignem nutriunt, ita & potentia iracundi facit augmentum ſcelerum. 13
† Pro. 6. c. † Secundum enim ligna ſyluę ſic ignis exarde- 14
ſcit: & ſecundum virtutem hominis, ſic iracū- 15 16
dia illius erit, & ſecundum ſubſtantiam ſuam 17

C b *Certamen fe.* Indiſcreta actio: vnde *Noli eſſe nimium iuſtus, neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.* Diſciplina ergo immoderata excitat furoris ardorē, & procax loquela effuſionē ſanguinis.

b exaltabit iram ſuam. Certa- 18
men feſtinatū incēdit ignē 19 20
& lis feſtinans effundit ſan- 21
guinem: & lingua teſtificās 22
a ¶ q d. intemperata locutio excitat iram moderata extinguit. 23 24
adducit mortem. Si ſufflā- 25
ueris quaſi ignis exardebit, 26
a ¶ Mors & vita in manibus linguæ. 27
& ſi expueris ſuper illā extinguetur. Vtrāque 28
a ¶ Hæreticus qui decipit inno. b ¶ Qui aliquando verum, aliquādo falſum dicit. 29
ex ore proficiſcuntur. Suſurrō & bilinguis ma- 30

31 ledictus, multos enim turbauit pacē habētes. D
a ¶ Catholicos in virtute fidei concordantes.
32 lingua tertia multōs com- c
33 mouit, & diſperſit illos de
34 a ¶ Conſcientias firmas, vel mentes virtutibus munitas.
gente in gentem. Ciuitātes
35 a ¶ In veritatibus.
murātas diuitum deſtruit,
a ¶ Mentes. b ¶ Secundum opinionem hominū c ¶ Vt euerteret fundamentū. d ¶ Robur. ſ. diſcentium & ſtudium.
36 & dōmos magnātorum effōdit. Virtūtes popu- E
37 a ¶ In operis vtilitate.
lorum cōncidit, & gentes fortes diſſoluit.
a ¶ Animas prauis operibus intentas.
38 Lingua tertia mūlieres † ve- d
39 a ¶ Ab vnitate fidei. b ¶ Quia fidem turbauit, ſine qua impoſſibile eſt pl. d.
40 ritas eiecit, & priuāuit illas
41 a ¶ Ne fructum percipiant in ęternum.
b ¶ Nunquam habet requiem, qui attendit hæreticorum prauitatem.

c *Lingua tertia.* Hæretica doctrina, quæ nec veteri nec nouo teſtamento concordat, & auditorū corda cōturbat, & de gēte in gentē pergens, ſeditionem excitat.

d *Plaga autē.* Peior eſt interitus animæ quā occidunt hæretici, quā quilibet cruciatus corporis.

† iuratas viratas.

42 lāboribus ſuis: Qui reſpicit illam, non hābebit
43 
44 requiem: nec habebit amicum in quo requie-
45 ſcat. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem F
46 a ¶ Hęreticę. b ¶ Conteret c ¶ Mentis fortitudinem
47 linguāæ comminūet ōſſa. Multi ceciderunt in
48 ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierunt
49 per linguam ſuam. Beatus e
50 qui tectus eſt à lingua ne-
51 quam, qui in iracundia il-
52 lius non tranſiuit, & qui
non attraxit iugum illius
a ¶ Qui conſentientem trahunt in mortem.
& in vincūlis eius non eſt

e *Beatus qui te.* Beatus, qui nō conſentit hęreticis, & cuius cor eorum eloquētia nō ſubuertit, quia ſicut alienus eſt ab eorum malitia, ita ſeparatur à pœna.

☞ Sepi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Memen. nouiſ. *i. mortis.* 2 Et de ſi. ini. *inimicitia enim ſemper eſt mala, quia charitati proximi contraria. Omnis enim proximus eſt ex charitate diligendus: Et ex hoc patet, quod dictum eſt, ſ. quod ſcriptura loquitur de remiſſione offenſæ, nam retinens offenſam retinet inimicitiam.*
3 Tabitud. enim. *i. defectio in bono.* 4 Et mors. *i. peccatū mortale.*
5 Imminent in man. *ſed magis contrarium, quia mandata affirmatiua inducunt ad profectum in bono: negatiua verò ad declinandum à malo.*
6 Memorare timo. do. & non iraſca. *ira quæ eſt per vitium. Timor enim Dei eſt quaſi quoddam frenum, ab ipſa retinens animum.*
7 Memorare teſtamentum altiſſimi & deſpice ignorantiam proximi: *id eſt offenſam tibi illatam à proximo imputabis eius ignorantię, ignoſcendo, & dando eam obliuioni, Leui. xix. d.* Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.
8 Abſtine te à lite & minues peccata. *Hic conſequenter inducit ad euitandum aliqua quæ ſequuntur ad appetitum vindictæ, quæ ſunt contētio in aperto, & detractio in occulto. Igitur primò inducit ad euitationem primi, ſecundo ſecundi, ibi,* Suſurro. *Circa primum dicitur:* Abſt. te à lite & mi. pec. *nam hoc eſt ſupererrogationis, vt dictum eſt ſuprà.*
9 Homo enim iracundus, *id eſt, ad iram pronus.*
10 Incendit. &c. *ipſam commouendo & commotam augmentendo.*
11 Et vir peccator, *id eſt, diſcordiarum ſeminator qui dicitur peccator abſolutè loquendo de peccatis, quę ſunt contra proximum, eò quòd amicitia eſt maximum bonum.*
12 Turbabit ami. &c. *quòd eſt deteſtabile apud Deum quia maximè contrariatur charitati proximi.*
13 Secundum lig. ſyl. ſic ignis exarde. *Pluralitas enim lignorum facit maius incendium.*
14 Et ſecun. virtu. homi. *id eſt excellentiam eius ab eo æſtimatam.*
15 Sic iracun. il. erit. *Dicit enim Philoſophus ij. Rhetoricæ, quod paruipenſio iniuſta ſecundum ęſtimationem paruipenſi eſt cauſa iræ, propter quod quilibet excellens in aliqua re ſecundum veritatem vel ſuam æſtimationem, magis iraſcitur ſi paruipendatur in illa, vt miles in militia, clericus in literatura, & ſic de alijs.*
16 Eſt ſecun. ſubſtan. ſuam, *id eſt quantitatem opulentiæ ſuę,*
17 Exaltabit iram ſuam, *deducendo eam ad effectum per vindictam, nam ira eſt appetitus vindictæ.*
18 Certamen fe. *i. contentio citò prorumpens ad opprobria & conuitia.*
19 Incen. ig. *iracundię & furoris.*
20 Et lis feſti. *i. prorumpens de verbis ad verbera.*
21 Et lingua teſtificans *dicens: Vindicta te, bene meruit.*
22 Addu. mor. *Ex talibus enim verbis aliquis procedit ad mortem alterius: qui verberatione fuiſſet contentus.*
23 Si ſufflaue. *i. verbum ad excitationem irati protuleris.*
24 Quaſi ign. ex. *i. iram magis inflammabit.*
25 Et ſi expue. ſu. il. *ſ. linguam conteſtantem vel excitantem oſtendendo quòd ſit mala.* 26 Extingue. *ſ. ignis iracundię & furoris.*
27 Vtraque ex ore. *ſ. verbum iram accendens, & verbum eam refrenans, ſicut venenum & tyriaca ex eodem procedunt.*
28 Suſurro. *Hic conſequenter inducit ad deteſtationem & fugam detractionis, oſtendendo malum ipſius. Et primò ex parte detrahentis, ſecundo ex parte audientis, ibi:* Sepi aures. *primam facit cum dicitur,* Suſurro. *qui detrahit alteri latenter.* 29 Et bilin. *qui dicit vnū in pręſentia, & contrariū in abſētia.* 30 Male. e. *à Deo & hominibus.* 31 Mul. enim. *Inter ipſos diſcordias ſeminando.* 32 Lin. ter. *Quæ ſeminat diſcordias. Eſt enim tertia ſeu media inter linguas illorum, quos diſcordat.*
33 Mul. cum. *ſ. ad diſſentionem, non ſolum duos vel tres, ſed aliquando totam ciuitatem, & aliquādo totum vnum populū ſiue gentē.* 34 Et diſ. il. de. *Nam per tales diſſentiones plures fugiunt de ciuitatibus & terris.*
35 Ciui. mu. di. *Sicut patet in Lombardia & pluribus alijs terris.*
36 Et do ma. ef. *Sicut patet in ciuitatibus Lombardiæ, vbi domus illorū, qui de ciuitatibus fugantur, à remanētibus deſtruūtur.* 37 Vir po. cō. *i. ad nihilum reducit.* 38 Lingua ter. *vetulæ mediatricis adulterorum.*
39 Mulie. ve. *i. honeſtas. Et dicitur veritus verita, veritum, à vereor vereris, quaſi timens verecundiam. Alij libri habent* viratas. *i. habentes viros.*
40 Eiecit, &c. *de domibus virorum ſuorū ſequendo adulterium.* 41 Et pri. illa. *i. bonis domeſticis, in quibus laborauerat.* 42 Qui re. il. *i. qui attēdit ad linguam tertiam.* 43 Non habe. re. *Nā lingua tertia diſſoluere nititur veram amicitiam: ideo ſubditur,* 44 Nec abe. ami. in. *i. in quo veraciter confidat: propter quod ſequitur,* 45 Fla. pla. *interius in cute.*
46 Plaga au. lin. con. *i. grauior eſt: quia vulnerat interius in corde.*
47 Mul. ce. *i. mortui ſunt per gladiū materialē.* 48 Sed. *quia iſti mortui ſunt morte culpæ, quæ peior eſt morte corporali: & cum hoc moriuntur ſi non pœniteant morte gehennæ, propter quod ſubditur,* 49 Bea. qui *clypeo prudentiæ.* 50 A lingua ne. *ipſam repellendo.* 51 Qui in. *i. in peccatum, quod dicitur etiam iracūdia linguæ nequā, inquantū ipſa ducit ad peccatum.* 52 Et qui non attraxit iu. *ſupponendo ſe eius perſuaſioni*

a *Sepi au. tu.* Poſtquam malum linguæ extirpauit, ad doctrinam
A auditoris ſe conuertit.

Inter epiſtolas Hieronymo falſo aſcriptas, epiſtola 1. ad Demetriadem de virginitate.

*Inter opera.* ✠ HIERONYMVS. Non minus auribus quàm lingua fugias detractionem. Scripturæ memor eſto quæ dicit, *Non eris conſentaneus derogantibus aduerſus proximum tuum, & non accipies ſuper illo peccatum.* & alibi, *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam.* Accuſator
B eſt enim auditor, qui facit detractorem: qui ſi auertat aures & vultum contrahat, ac oculos abnuendo contineat, male loquentem etiam tacens arguit, vt diſcat non libenter dicere, quod didicerit non libenter
C audiri.

Ambr. l. 1. Offi. cap. 3.

✠ AMBROSIVS. Cui niſi vnicuique noſtrum ſcriptum eſt: *Sepi poſſeſſionem tuam ſpinis, & aurum & argentum tuum alliga, & ori tuo fac oſtium & vectem & verbis tuis iugum & ſtateram?* Poſſeſſio tua mens tua eſt. Aurum tuum, cor tuum eſt. Argentum tuum eloquium tuum eſt. *Eloquia*
D *domini, eloquia caſta argentum igne examinatum.* Bona etiam poſſeſſio, mens bona. Denique poſſeſſio prætioſa, homo mundus. Sepi ergo hanc poſſeſſionem & circumuallato cogitationibus, munito ſpinis ſolicitudinem, ne in eam irruant, & captiuant irrationabiles corporis paſſiones ne incurſent motus graues, ne
E diripiant vindemiam eius tranſeuntes viam. Cuſtodi interiorem hominem tuum. Noli eum quaſi vitem negligere ac faſtidire, quia pretioſa poſſeſſio eſt, & merito pretioſa cuius fructus nõ caducus, & temporalis, ſed ſtabilis atque
F ęternę ſalutis eſt. Cole ergo poſſeſſionem tuam, vt ſint tibi agri. Alliga ſermonẽ tuum ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccata ſibi colligat. Sit reſtrictrior, & ripis ſuis coërceatur. &c.

ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum eſt, & vinculũ il- 1
a ¶ Leuius eſt temporalem potius perdere vitam, quàm pœnam pati perpetuam. 2
lius mors nequiſſima, & vtilis potius† inferus, quã illa. Per- 3
a ¶ Licet tentare præſumat, non peruertit corda electorum. b ¶ Actiones. 4
ſeuerantia illius nõ permanebit, ſed obtinebit vias iniuſto- 5
a ¶ Malitiæ. 6
rum. In flamma ſua non cõburet iuſtos. Qui† derelinquunt 7
a ¶ Qui hic ardent malitia, in æternum cruciabuntur inferni flamma. 8
dominum, incident in illam: & exardebit in illis, & non ex-
a ¶ Diabolus, qui & pardus propter diuerſa ſcelera.
tinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus
a ¶ Auditum tuum, ne audias iudicium ſanguinis.
¶ Acculeis timoris Dei.
a lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam ne- 9
a ¶ Poſuit ori meo cuſtodiam cum conſi pec. ad. me. b ¶ Senſum cordis.
quã, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurũ tuum 10
a ¶ Eloquentia oris. b ¶ Id eſt, igne ſpiritus ſancti examina.
c ¶ Vt nihil indiſcretum loquaris. 11
& argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & 12
a ¶ Ne derelinquas. 13
b ¶ Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. 14
frenos ori tuo rectos, & attẽde ne fortè labaris in lingua, & 15
a ¶ Dæmonum. 16
cadas in conſpectu inimicorum tibi, & ſit caſus tuus inſana- 17
¶ Æternam. 18
bilis in mortem.

† infernus
† relinquũt Deum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iugum enim il. iugum ferreum eſt, *id eſt durum: quia ducit ad infernum, ideo ſubditur,*
2 Mors illius mors nequiſſima, *Nam mors gehennę eſt peſſima.*
3 Et vti. potius inferus quàm il. *id eſt minus malus quàm illa. Nam nomine inferi ſignatur hic pœna tantùm, quę minus malum eſt quàm peccatum mortale hic ſignatum nomine linguę malę. Malum enim culpę mortalis eſt priuatio boni diuini, quod eſt infinitum. Malum autem pœnę ſenſibilis eſt priuatio boni creati propter quod minus habet de ratione mali.*
4 Perſeuerantia il. *id eſt linguę malę.*
5 Non permanebit. *ſ. diu in vita præſenti, quæ breuis eſt.*
6 Sed obtinebit vias iniuſtor. *deſcendendo ad tormentum æternum.*
7 In flamma ſua non combu. iu. *id eſt non inflammabit eos ad peccatum, ſed iniquos tantum, ideo ſubditur,*
8 Qui dere. dominum incident in il. Et exardebit in il. *id eſt perfectè ardebit in inferno: propter quod diues Epulo magis cruciabatur in lingua, Lucæ decimoſex. o. f. quia inter epulas procedebat ad verba detractionis & blaſphemię.*
9 Sepi aures tuas, &c. *Hic inducit ad euitandum detractionem ex parte auditoris, dicens,* Sepi aures tuas, &c. *detractiones declinando & detractores acriter arguendo.*
10 Et ori tuo facito oſtia, &c. *diſcreti ſilentij, vt loquaris & taceas tempore competenti.*
11 Et ſeras auribus tuis, *Ne intrent ibi verba mala.*
12 Aurum tuum, *id eſt aurum tuę ſapientię,*
13 Et argentum, *tuę eloquentiæ,*
14 Conſla, *id eſt ſic tempera & diſpone, quod taceas & loquaris ea, quę ſunt tacenda & dicenda, & cum debitis circunſtantijs,*
15 Et attende, *diligenter in verbis tuis,*
16 Ne forte labaris in lingua, &c. *Qua citò labitur & deficit in loquendo, eò quòd ſita eſt in lubrico.*
17 Et cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, *ſcilicet dæmonum, vnde ſubditur,*
18 Et ſit caſ. tuus inſana. in mor. *gehennæ à qua nulla eſt redemptio.*

## CAP. XXIX.

CAP. XXIX.

*Qvi facit miſericordiam fœneratur.*

a *Donec*

¶ Ad miſericordiam & largitatem inuitat.
QVi facit miſericor 1
a ¶ Mercedem in futuro recepturus.
diam, fœneratur
proximo ſuo: & 2
a ¶ Munificentia. b ¶ Dei qui ait: Date, & dabitur vobis.
qui præualet manu, mandata ſeruat. Fœnerare
proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & 3 4
a ¶ Sic fides & iuſtitia ab vtroque ſeruatur, nulla fraus interponitur.
iterum redde proximo in tempore ſuo. Con- 5
6 firma verbum, & fideliter age cum illo, & in
a ¶ Quia gratiam Dei habebis quę maximum emolumentum eſt, vnde, Primum quæ. re Dei, &c.
omni tẽpore inuenies quod tibi neceſſarium
7 eſt. Multi quaſi inuẽtionẽ ęſti
8 mauerũt fœnus, & præſtite-
9 rũt moleſtiã his qui ſe adiu-
10 uerũt. Donec accipiãt oſcu- a
lantur manus datis & in pro-
11 miſſionibus humiliant vocem ſuam. Et in tẽ-

a *Donec accipi.* RAB. Huiuſmodi morbũ melius curat timor Dei. Qui enim Deũ quaſi ſemper pręſẽtẽ pertimeſcit, neminẽ fraudare intendit.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXIX.

QVi fa. m. *Poſtquam autor induxit ad obſeruationem amicitię, hic conſequenter inducit ad opera miſericordiæ. Et diuiditur in duas partes: nam primò ponitur hæc inductio, ſecundò cautelę adhibitio, ibi.* Initium vitæ. *Prima in tres, nam primo inducit ad ſubueniendum proximo per accommodationem, ſecundò per eleemoſynę dationem. ibi,* Multi. *tertiò per fideiuſſionem, ibi,* Vir bonus. *Circa primum dicitur,*
1 Qui fa. fœ. proxi. *i. accommodat in ſua neceſſitate, frequenter enim in hoc libro & in prouerbijs Salomonis accipitur fœnerari pro accommodare, vt ſuprà dictum eſt. Quando namque proximus non eſt ſic depauperatus, quin probabiliter appareat quod poterit reſtituere, ſibi ſubueniri debet per accommodationem.*
2 Et qui præualet ma. *i. in poteſtate ad dandum largiter.*
3 Mandata ſer. *non ſolum accommodando, ſed etiam tribuendo.*
4 Et ite. red. pro. *tu qui accepiſti per accommodationem.*
5 Confirma ver. *quæ promiſiſti ſibi reddere per effectum.*
6 Et in omni tem. in. *nam homines libenter accommodant illis qui bene reddunt. Sed quia plurimi contrarium faciunt, ſubditur,*
7 Mul. quaſi inue. *rei vagæ quæ conceditur occupanti, in quam non cadit reſtitutio.*
8 Æſtimaue. fœ. *i. rem accommodatam, reſtituere nolentes ipſam.*
9 Et præſti. mo. his qui ſe adiu. *reddentes malum pro bono.*
10 Donec ac. oſcu. ma. *i. faciunt reuerentiam, & promiſſiones magnas illi, à quo volunt aliquid accipere mutuo, vt extorquere poſſint.*
11 Et in tem. red. *i. in quo ſic accipiens promiſit reddere.*

a *Mul. non cau.* RAB. Illos notat, qui neminem lędere volũt, ſed præ timore periturarũ rerũ prodeſſe nolunt. Contra quos dicitur: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* (Matt.6.c.)

b *Propter man. aſ.* Omnibus indigentibus miſericordia eſt facienda, nec pro auaritia charitas proximi amittenda.

c *Per. pecuniam propter fratrem et amicum.* (Autor lib. de amicitia cap 25.) Inter opera ✠ AVGVSTINVS. Hæc eſt lex in amicitia, vt ab amicis honeſta petamus & pro eis honeſta faciamus, nec expectemus vt rogemur. cunctatio ſemper abſit, ſtudium ſemper adſit. *Perde*, inquit Salomon, *pecuniam propter amicum.* († ſup.17.c.) Si enim pecunia perdenda eſt propter amicũ, multò magis amici vtilitatibus vel neceſſitatibus cõferenda. Sic igitur des amico, vt nõ improperes, non mercedem expectes, non frõtem obducas, non vultum auertas, non deponas oculos, ſed ſerena facie, hilari vultu, ſermone iucundo intercide verba petentis

d *Et nõ abſcõ. il.* (1.Iohã.3.c) Qui enim viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

pore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum, & tempus cauſabitur. Si autem potuerit reddere, aduerſabitur. Solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem. Sin autem fraudabit illum pecunia ſua, & poſſidebit illum inimicum gratis, & conuitia & maledicta reddet illi: & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt. Veruntamen ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non

¶ Date & dabitur vobis.

tradas illum. Propter mandatum aſſume pauperem, & pro-

a ¶ A munere tuo. b ¶ Temporaliter, pauperi tribuendo miſericorditer, vt recipias in æternum.

pter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abſcondas illam ſub

a ¶ Duro & auaro corde. b ¶ Quia ibunt auari in ſupplicium ęternum. c ¶ Qui præcipit fieri eleemoſynam.

lapide in perditionem. Pone theſaurum in præceptis altiſ-

a ¶ Abſconditum. b ¶ Corporalem vel ſpiritualem.

ſimi, et proderit tibi magis quàm aurum. Conclude eleemo-

a ¶ Bene monendo, conſulendo: in corde enim abſconditur eleemoſyna.

ſynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni

a ¶ Remouendo. b ¶ Diſperſit dedit pauperibus. c ¶ Quia merces iuſtitiæ in æternum. d ¶ Iuſtitiam, vel vitam æternam.

malo. † Elemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit, & poſtea reſurget &

¶ Mentem.

retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimi-

a ¶ Doctor. b ¶ Suſcipiendo curam proximi. c ¶ Quia fideiuſſore Deo.

cum tuum pugnabit. Vir bonus fidem facit proximo ſuo, &

a ¶ Fidem vel proximum ſibi commiſſum. b ¶ Dignus eſt operatius mercede ſua.

qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi. Gratiam fi-

¶ Doctoris. a ¶ Suſcipiendo te in curam ſuam.

deiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam.

¶ Prædicatorem. a ¶ Deſpiciendo. ¶ In anima.

Repromiſſorem fugit peccator & immundus. Bona * repromiſſoris ſibi aſcribit peccator, & ingratus ſenſu

(* verba)

e *Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuũ pugnabit. Vir bonus fidem facit proximo ſuo, &cę.* Magis valet eleemoſyna cõtra iacula inimici, quàm arma terrena: quia hæc dubiam, illa certiſſimam parit victoriam, vt abſorbeatur mors in victoria. (1.Cor. 15 g.)

f *Qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi.* id eſt, qui vnitatem fidei, & ſynceritatem legis non cuſtodit, ſed implicatur erroribus variis.

g *Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuã. Repromiſſorẽ fugit peccator & immũdus. Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator, &c.* Doctorem ſcilicet qui pro fide & bonis operibus promittit vitam æternam. Hæc ſententia Pelagium reprehendit (Contra Pelagium.) qui liberum arbitrium gratiæ præponit, cùm per ſolam gratiam liberentur electi.

☞ Recu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Poſtulabit tempus. *ſ. dilationis.*

2 Et loquetur verba tædij. *i. tædioſa accommodanti.*

3 Et murmurationum. *dicens quod nimis aſpere repetat debitum.*

4 Et tempus cauſabitur *dicens quod fuit nimis carum, vel aliquid huiuſmodi, ad retardandum ſolutionem debiti.*

5 Solidi vix reddet dimidium *prima vice, cum tamen receperit ſimul magnam ſummam.*

6 Et cõpu. ta. il. quaſi. inuẽ. i. *quaſi non teneretur ad reſtitutionem.*

7 Sin autem, *i. non poſſit ſic detinere, quod eſt ſibi accommodatum,*

8 Frauda. il. pec. ſua *falſam pecuniam pro vera ſibi reddendo, vel debitum negando.*

9 Et poſſidebit illum minime gratis. *i. accommodans habebit illum cui accommodauit inimicum ſine cauſa.*

10 Et conuitia & male. *i. reddet accommodanti mala pro bonis.*

11 Multi non cau. ne. *Hic conſequenter inducit ad ſubueniendũ proximo per elemoſynæ dationem, & continuando ſe ad prædicta dicit.* Multi non cau. ne. *i. duritiæ ad proximum.*

12 Non fœne. ſunt. *i. dimiſerunt accommodare proximo:*

13 Sed frauda. gra. ti. *ſicut dictum eſt in parte immediatè præcedenti.*

14 Veruntа. ſu. humilem animæ. *i. pauperiorem debitorem,*

15 Fortior eſto. *largitate.*

16 Et pro. ele. *i. pro debito, quod in tali caſu in elemoſynam eſt cõuertendum.*

17 Non tra. il *ad iudicium, vt compellatur reddere debitum.*

18 Propter man. *ſ. domini, qui mandauit vnicuique de proximo ſuo ſubleuando,*

19 Aſſume pauper. *ipſum adiuuando.*

20 Perde pecu. pro. fra. & ami. *conſumendo eam in neceſſitates eorũ. Licet enim in hoc conſummetur, tamen maius bonũ pro ea reddetur.*

21 Et non abſcon. il. ſub lapi. *theſaurizando in terra, ſed in cælo per eleemoſynę dationem: ideo ſubditur,* Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum. & *patet.*

22 Conclu. eleemo. in cor. pau. *ipſum deſolatum per eleemoſynam tuam conſolando.*

23 Et hęc pro te exor. ab om. ma. *ſ. te liberari à Deo.*

24 Eleemoſyna viri quaſi ſac. cum ipſo. *In ſacculo reponuntur ea, quę in tẽpore neceſſitatis reſumuntur: ſic in morte quando deficiunt bona præſentis vitæ, ſubuenit meritum eleemoſynæ; quia ſicut dicit Augu.* Sola miſericordia comes eſt defunctorum.

25 Et gratiam homi. *id eſt, gratiam Dei datam homini.*

26 Quaſi pupillam conſer, *in pręſenti vita.*

27 Et poſtea reſur. *per receptionem præmij in alia vita.*

28 Et retribuit il. retri. &c. *i. faciet à Deo retribui.*

29 Vnicuique in caput illo. *quia ſecundum maioritatem et minoritatem miſericordiæ in præmio retribuetur plus & minus vnicuique.*

30 Super ſcutum po. &c. *quod eſt armatura ad defendendum,*

31 Et ſuper lanceam, *quæ eſt armatura ad inuadendum,*

32 Aduerſus ini. tuum, *ſcilicet diabolum,*

33 Pugnabit: *te protegendo in eius tentationibus, & etiam ipſum per victoriam repellendo.*

34 Vir bonus. *Hic conſequenter oſtẽditur qualiter ſubueniendum ſit proximo per fideiuſſionem: nã per hoc aliquãdo proximus euadit damnum magnum, vel confuſionem.* Dicit igitur, Vir bonus facit fi. proxi. ſuo. *pro ipſo in neceſſitate fideiubendo.*

35 Et qui perdi. *ſ. fidem erga proximum diſcredens ei, quod non vult fideiubere pro ipſo.*

36 Confuſionem derelinquet ſi. *i. dimittet proximum ſuum confundi, Si autem li* ſibi, *referatur ad nolentem fideiubere, ſic eſt ſenſus:* Confuſionem derelin. ſibi. *i. peccatum incurret, per quod confundetur corã Deo, & etiam corã hominibus eſt ſibi confuſibile proximo in neceſſitate ſic diffidere. Cõſequẽter informat illũ, pro quo fideiubetur, dicẽs,*

37 Gratiam fide. ne ob. *ſed cogita de eius liberatione.*

38 De. e pro te. a. *ſ. obligãdo pro te illud, quod eſt ſibi neceſſarium ad vitam ſuſtentandam: quoniam ingrati faciunt contrarium, ſubditur,*

39 Repromiſſorem. *i. fideiuſſorem,*

40 Fugit pecca. immum. *nolens eum liberare.*

41 Bona repromiſſo. ſi. *dicens quod fideiuſſor tenebatur ei intantum vel huiuſmodi.*

42 Et ingratus ſen. *qui non recognoſcit bona fideiuſſoris.*

Et hæc

A a *Recupera proximum ſecundum virtutem.* Conſulit, vt † ſecundum vires proximo præbeas ſolatium, & ſic tibi præuideas, ne in laqueum cadas.

† ſeruias Ambroſius lib. de tobia cap. 22.

❊ AMBROSIVS. Si vis interuenire, moueris amici obſecratus oratis, erubeſces negare: ita interueni vt ſi debitor ſoluendo non fuerit, de tuo noueris eſſe ſoluēdum In hæc paratus accede. Legiſti enim, *Non ſpondeas ſuper virtutem tuam: ſi enim ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita.* Et infrà, *Recipe proximum tuū ſecundum virtutem tuam, et attende tibi ne cadas,* id eſt, ne B maiore te obliges numiſmatis quantitate quàm ferre poſſunt & exoluere tuarum copiæ facultatū. Si enim quod habes tradas, amiſiſti opes, non amiſiſti fidem. Famæ tuæ damna non ſentis, redemiſti amicum ſine tui fraude.

† inf. 39. d.

Hoſpitalitas cōmēdatur.

b *Initium vi.ho.aqua. etc.* RAB. Fragilitatem, & hoſpitalitatē & honeſtatem docet: & vt temperantes ſimus in victu & veſtitu, honeſti moribus, largi in C ſuſcipiendis fratribus. In principio enim non fuit tanta luxuria cibi & potus, vel tanta ambitio veſtium, curruum, & palatiorū vnde in principio pomis arborum, & oleribus herbarum viuebāt antiqui, & dominus primis parentibus pelliceas tunicas poſt peccatum fecit.

Hominū ante diluuiū ſobrietas in eſu & potu. Gene. 3. d

derelinquit liberantem ſe. Vir repromittit de proximo ſuo, & cùm perdiderit reuerentiam derelinquetur ab eo. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit † diligentes, & commouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. Peccator transgrediens mandatum domini, incidet in repromiſſionē ne-
a quam: qui conatur multa agere, incidet in iudicium. Recupera proximum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi
b ne incidas. † Initium vitæ hominis aqua & panis, & veſti-
c mentum, & domus protegens turpitudinem. Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ
d in peregre ſine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hoſpitanti de domo in domum: & vbi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hoſpitabitur, & paſcet,
e & portabit ingratos, et adhuc amara audiet. Tranſi hoſpes, et orna menſam, et quæ in manu habes, ciba cęteros. Exi à facie honoris amicornm meorum: neceſſitudine domus meæ, hoſpitio mihi factus es frater. Grauia hæc homini ha-
f benti ſeſum, correptio domus, et improperium fœneratoris.

a ¶ Scripturarum non obſeruando regulam. b ¶ Tanquam hæreticus. c ¶ Subdito, ſcilicet.
a ¶ Hæreticorum, ſcilicet, traditio. b ¶ Rectè ambulantes, ſcilicet, pro opinione ſua.
a ¶ Qui ædificauerant ſuper arenam. b ¶ Superbos. c ¶ In circuitu erroris.
a ¶ A ſtatu fidei. b ¶ Ab vnitate eccleſię.
a ¶ De qua dicitur: Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis.
a ¶ Sermonibus tantum, non factis. b ¶ Damnationem.
a ¶ Bonum eſt ſtabilem eſſe & conſtantem: vnde, Nolite tranſire de domo in domum.
a ¶ Difficile ſecuritatem inter ignotos inueniet.
a ¶ In domo aliena. b ¶ Familiam domus.
¶ Ad propria.

c *Melior eſt victus pau. &c.* Ad literam. Melius eſt tenuem victum ſub vili tugurio ſumere in ſecuritate, quàm ſplendidas epulas cum fatigatione in incertis locis quærere. D

Allego. Melior eſt victus, ſpiritualis ſenſus qui ſub vili tegmine literarum à paupere populo in eccleſiæ vnitate catholica habetur: quàm ambitioſæ deliciæ philoſophorum, quæ in diuerſis libris ſub incerta opinione continētur, vbi labor & ſuperflua cura.

d *Minimum.* Sufficiat † tibi quod habes, ne ſuperfluè quæras quod adipiſci nō vales: vnde quidā ſapientiū ait, E Melius eſt tibi non habere quod tribuas, quā imprudenter petere quod non habes. Et alibi: Melius eſt nomen bonum quàm deliciæ multę. Eccle. 7. a.

† diligentes

e *Tranſi.* Quaſi, Qui alieno delectaris hoſpitio, redi ad propria, & de labore tuo te & alios paſce. Noli de aliena domo paſtum tibi ſuperfluū quærere. Sufficit tibi ſuſceptio proximorum. F

f *Improperi.* Myſticè autē monetur vir eccleſiaſticus in domo eccleſię aſſiduè manere, vbi poteſt pabulū veræ ſapientiæ habere, ne inter philoſophos vel hæreticos periculoſe hoſpitādo ſecularis ſapientię doctrinā quærat & modo inueniat, in futuro *Melior* autem examine æternum confuſionis improperium ſuſtineat.

Myſticè

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Dere.li.ſe. *dimittens fideiuſſorē ſuū tractari durè ab ipſo creditore.*
2 Vir re.de proxi.*i. fideiubet pro eo.*
3 Et cum perdide.*ſ. proximus pro quo fideiuſſit.*
4 Reuerentiam.*i. verecundiam coram Deo & hominibus.*
5 Derelequintur ab. *fideiuſſor modo prædicto: ideo ſubditur,*
6 Repromi. *qua proximus promittebat fallaciter liberare fideiuſſorē.*
7 Multos perdidit di.*i. deſtruxit bona amicorum fideiubentium.*
8 Et commo.il. *nam per hoc incurrunt ſæpe fideiubentes tempeſtates tribulationis.*
9 Viros, &c. *na per hoc expelluntur aliquando de ſuis hæreditatibus.*
10 Et va. ſunt in. *nam aliquando fugiunt de terra ne capiantur, & incarcerentur pro debitis illorum, pro quibus fideiuſſerunt. Et quia Deus aliquando dimittit hominem talem incurrere tribulationem pro peccatis ſuis præteritis ſubditur,*
11 Peccator &c. *quod fit per fideiuſſionem in qua promittit ſe pro alio ſoluere ſi deficiat: & dicitur promiſſio nequam, inquantum ex ea contingunt ſibi mala.*
12 Et qui cona.*vltra poſſibilitatem ſuam.* 13 Inci.in iudicium *ad quod trahitur propter abligationem factam, ideo ſubditur.*
14 Recupera. *ſubueniendo ei per fideiuſſionem, ita tamen quod per hoc non incurras dictam tribulationem; ideo ſubditur.*
15 Et at.ti.ne inci. *in prædicta mala. Et ſic patet quod fideiuſſio non eſt leuiter, ſed cum magno pondere facienda.*
16 Initium.vi. *Hic conſequēter circa miſericordiæ opera ponitur cautela, & maximè circa hoſpitalitatē: nam per hoſpites fictos & malos, multi recipientes eos fuerunt defraudati; igitur primò inducit hominem ad ſic viuendum ſobriè, quod non incurrat neceſſitatem diſcurrendi, & apud extraneos hoſpitari, di.* Initium, vi. hom. aqua. *i. potus & cibus moderatus: nam frequenter in ſcriptura nomine panis & aquæ intelligitur cibus & potus & generaliter. vnde. iiij. Reg. vj. e.* Appone eis panē & aquam. *Et ſubditur,* Et appoſita eſt eis magna ciborum præparatio: *Loquitur tamen hic ſcriptura de cibo & potu ſimplici.*
17 Et veſti. *ſimplex ad neceſſitatem, & non ad curioſitatem.*
18 Et domus prote.tur.*i. illa quę turpe eſſet facere in palam, licet non ſint mala, vt reddere debitum vxori & huiuſmodi.*
19 Meli.eſt vic. pau.*i. victus tenuis.*
20 Sub teg.aſ.*i. in parua domo propria.*
21 Quàm epu.ſplen.in pere.*i. in aliena patria.*
22 Sine domi. *proprio.*
23 Mi. pro ma.*i. illud modicum, quod habes in domo tua, reputa magnum.* 24 Et impropе. pe.*i. euagationis per terram.*
25 Non au. *Tales enim ſic euagantes frequenter vocantur trutani & ribaldi et huiuſmodi, ideo ſubditur,*
26 Vita nequam hoſpi. *per talem euagationem & diſcurſum.*
27 Et vbi hoſpi. *etiam aliquis pro ſua pecunia, ſicut viator et mercator in taberna.*
28 Nō fiduc. *dubitās ne in illa domo ſint aliqui fures vel huiuſmodi.*
29 Nec ape. os. *non audens de hoc loqui.*
30 Hoſpi. *in domo aliena.*
31 Et paſcet & po. in. *ſ. dominum domus & eius vxorem, mittendo eis xenium de cibis et potibus ſuis.*
32 Et adhuc ama. *Et quæ ſunt illa ſubdit.*
33 Tranſi ho. *quia quando ſuperueniunt aliæ perſonę potentiores, dicitur ſibi, quod de hoſpitio ſibi prouideat alibi, & hoc eſt quod dicitur,* Tranſi hoſpes, *de domo iſta ad aliam,*
34 Et orna men.*ſ. ibi præparando tibi comeſtionem.*
35 Et quæ in ma. ha.ciba. *xeniū mittēdo domino illius domus & eius vxori. Et licet hoc non dicatur ſibi verbo, dicitur tamen ſibi facto: nam oportet eum facere in ſecunda domo ſicut in prima.*
36 Exi. *de domo mea.*
37 A fac.ho.*q.d. Nō poſſem honorificè ſuſcipere in domo mea illos qui ſuperuenerūt, qui ſunt amici mei notabiles et honorabiles perſonæ niſi tu exires.*
38 Hoſpitio mihi fac.*q.d. ex hoc quod intraſti hoſpitium meum, non es ſic mihi coniunctus familiaritate, quòd debeam propter te amicos meos potentiores recipere malè.*
39 Grauia hæc ho.ha.*ſ. ad audiendum ipſa.*
40 Correptio do.*i. mutatio hoſpitij.*
41 Et impropе.*i. hoſpitis, qui dicitur hic fœnerator, quia vēdit hoſpitibus res ſuas ſecundum curſum communē hoſpitum vltra iuſtum pretiū.*

CAP.

A

CAPVT XXX.

Pro 13. d Ibid. 23. b.

a Qvi diligit filium, a Ra. Patres tam carnales quã ſpirituales monet, vt filios ſuos diligẽter erudiãt, vt honeſtè viuãt, ne laſciuiendo per aliorum dogmata diſcurrant.

CAP. XXX.

Qvi ✝ diligit filiũ ſuũ, 1
aſſiduat 2
illi flagella, vt 3
lætetur
in nouiſſimo ſuo, & non palpet proximorum 4

B a ¶ Quærendo doctrinam. b ¶ Sana doctrina. c ¶ Diſcipulum. d ¶ Et non ſolum laudem, ſed & perpetuam gloriam conſortio ſanctorum habebit. 5

oſtia. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo: 6 7
& in medio domeſticorum in illo gloriabitur. 8
Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimi- 9 10
cum: & in medio amicorum gloriabitur in illo. 11

a ¶ Spiritualis.

Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mor- 12

a ¶ Qui eum factis & dictis repręſentat.

tuus: Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita

a ¶ Pater filium ſuum.

ſua vidit, & lætatus eſt in illo. In obitu ſuo non

¶ Dęmonibus.

C eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimi-

a ¶ Filium. b ¶ Eccleſiæ.

cis. Reliquit enim defenſorem domus contra

a ¶ Quoſlibet perſecutores. b ¶ Catholicis.
c ¶ Doctrinæ & boni operis exemplum.

inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro 13

a ¶ Sicut apoſtolus gloriatur in paſſionibus.
b ¶ Quis infirmatur, & ego non infirmor?

animabus filiorum colligabit vulnera ſua, et ſu- 14 15
per omnem vocem turbabuntur viſcera eius. 16

17 Equus indomitus euadet du-
18 19 rus, & filius remiſſus euadet
præceps. Lacta filium tuum,
20 & pauentem te faciet: lude
21 22 cum eo, & contriſtabit te.
23 Non corrideas illi, ne con-
24 25 doleas: & in nouiſſimo ob-
26 ſtupeſcent dentes tui. Non
des illi poteſtatem in iuuen-
27 tute, & ne deſpicias cogitatus illius, ✝ Curua
28 ceruicẽ eius in iuuẽtute, & tunde latera eius dũ
29 30 infans eſt, ne fortè induret et non credat tibi, et
31 erit tibi dolor animæ. Doce filiũ tuum, & ope-
32 33 rare in illo, ne in turpitudinem illius offen-

a ¶ Spiritu. b ¶ Mente.

34 35 das. Melior eſt pauper ſanus

a ¶ Spiritualibus. b ¶ In mundo, qui ſpiritualibus caret diuitijs.

36 37 et fortis viribus, quàm diues

a ¶ Propriæ iniquitatis.

38 imbecillis, et flagellatus ma-
39 litia. Salus animæ in ſancti-
40 tate iuſtitiæ, et melior om-
41 ni auro et argento: et cor-
pus validum quàm cenſus

a ¶ Idem ſuprà. Salus animæ in ſanctitate iuſtitię, &c

immenſus. Nõ eſt cenſus ſu-

a ¶ Quod eſt de vera ſapientia in charitate non ficta & contemplatione diuina.

42 per cenſum ſalutis corporis, et nõ eſt † oblecta-

D

b *Equus indo.* Equus indomitus in præcipitiũ vadit; filius indiſciplinatus in peccatũ ruit. Docet ergo ſpirituales patres, vt filios ſuos erudiant & corrigant; ne eis immoderatè frena relaxent, ne cadant in turpitudinem vitiorum, & ipſi ignominiã ſuſtineãt ſempiternam.

E

† Sup. 7. c.

c *Melior eſt pauper.* Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue multum comedat, ſiue parum. Saturitas enim diuitis nõ ſinit dormire eum.

Eccle. 5. a.

F

d *Salus a.* Vera ſalus animæ iuſtitia eſt, cui aurum & argentum nõ valet comparari, quia non proderunt diuitiæ in die vltionis. Iuſtitia autem animam liberabit à morte.

Prou. 11. a.

a *Melior*

† Oblectatio.

---

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAPVT XXX.

Qvi diligit filium ſuum. *Poſtquam autor oſtendit qualiter actiuus habere ſe debeat ad vxorem & proximum; hic conſequenter oſtendit qualiter habere ſe debeat ad filiũ ſ. ipſum tenendo ſub diſciplina,*

1 Qui diligit filium ſuum, *amore diſcreto,*

2 Aſſiduat illi flagel. *id eſt, labores, ne per otium tepeſcat; & verbera cum deliquerit, ne per inſolentiam vaneſcat.*

3 Vt læ. in no. ſuo. *De filio bene morigerato.*

4 Et non palp. *ſcilicet filius,*

5 Proxi. oſtia. *Ad fornicandum, vel aliquid furandum.*

6 qui docet filium ſuum, *In fide & moribus,*

7 Laudabitur in il. *Nam de tali dicitur communiter, Benedicatur pater, qui genuit eum.*

8 Et in me. dome. in il. glo. *Videns, quòd habeat bonum ſucceſſorem in domo.*

9 Qui do. fi. ſu. *Modo dicto.*

10 In zelum. *id eſt, in inuidiam, quę triſtatur de bono alterius,*

11 Mittit inimicum. *Qui de bono ſuo triſtatur.*

12 Mortuus eſt pa. e. & quaſi non eſt mor. *Quia quodammodo remanet in filio, non ſolum in temporali hæreditate, ſed etiam in moribus, & ſic patet litera vſque ibi.*

13 Pro animabus filiorum, *id eſt, pro ipſis defendendis in vita corporali et ſpirituali quantum ad mores.*

14 Colligabit vulnera ſua, *Exponendo ſe mortis periculis pro ſalute filiorum.*

15 Et ſuper o. voc. *Familię plangentis ipſum.*

16 Turbabun. vi. eius. *Per compaſſionem, et eos conſolabitur de infirmitate ſua vel morte imminente. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ſubditur de filio indiſciplinato.*

17 Equus indomitus eua. durus. *id eſt, durè portans et periculosè.*

18 Et fi. remiſſus, *A diſciplina,*

19 Euadet præceps, *Ad vitia.*

20 Et pauentem te faci. *Ne fortè pro ſuis maleficijs ſuſpendatur.*

21 Lude cum eo. *Quaſi de pari,*

22 Et contriſtabit te, *Poſtea te contemnendo.*

23 Non corrideas illi, *De fatuitatibus eius ſimul cum eo ridendo,*

24 Ne condoleas, *Cum poſtea per iuſtitiam publicam punietur.*

25 Et in nouiſ. obſtu. dentes tui, *Prę amaritudine cordis tui.*

26 Non des il. poteſtatem in iuuentute, *In qua debet ſubeſſe diſciplinę.*

27 Curua cerui. *Ne per ſuperbiam eleuetur,*

28 Et tunde. la eius. *Virgis,*

29 Dum infans. *Quia tunc eſt bene corrigibilis:*

30 Ne for. indu. *Caput ſuum in malo,*

31 Et non cre. tibi. *Monita tua contemnendo;*

32 Et erit ti. dolor animæ, *id eſt, pertingens vſque ad intima cordis.*

33 Doce filium, *Verbis,*

34 Et operare in. *Bonis exemplis.*

35 Ne in turpitudine illius. *Per defectum in moribus,*

36 Offendas, *Diſciplinam debitam omittendo.*

37 Melior eſt pau. *Poſtquam autor oſtendit qualiter actiuus ſe habere debeat ad vxorem, proximum, & prolem: hic vltimò oſtendit qualiter habere ſe debeat ad propriam perſonam, debet enim eſſe ſolicitus de bona ſui corporis conſiſtentia ad agendum, quæ ſunt ſtatui ſuo neceſſaria, ita tamen, quòd anima non rebellet. Igitur primò agitur de primo, ſecundò de ſecundo ca. ſequent. Sciendum tamen, quòd iſtę diuiſiones non ſunt ſic pręciſę, quin in vna parte ponantur aliqua de pertinentibus ad aliam & econuerſo: & hoc propter connexionem virtutum, prout apparuit in præcedentibus, & in ſequentibus apparebit. Igitur primò propoſitum incipitur, ſecundò incidens interponitur, ibi,* Bona abſcondita, *tertiò ad propoſitum autor reuertitur, ibi.* Triſtitiam: *Dicit igitur circa primum,* Melior eſt pauper ſa. & fortis viribus quàm diues im. *Corpore, quia bona naturę pręcellunt bonis fortunæ.*

38 Et flagel. ma. *in mẽte, Eſa. 48. d.* Nõ eſt pax impijs, dicit dominus

39 Salus animæ in ſan. iuſtitiæ. *Sicut enim ſalus corporis conſiſtit in adæquatione humorum, ſic ſalus animę in adæquatione morum; quod maximè fit per iuſtitiam legalem, quę includit omnem virtutem, vt habetur. 5. Ethicor.*

40 Et me. eſt, &c. *Quãtò ſpiritualia bona temporalibus præferuntur.*

41 Et corpus ve. quàm cen. immenſus. *Qui eſt quid extrinſecum ab homine: nam bona diſpoſitio corporis eſt intrinſeca ſibi: Ex quo patet quod ſubditur* Non eſt cenſus, *&c.*

42 Et non eſt oblect. ſuper cor. gau. *Quod patet ex hoc, quod homines boni ſuſtinent maximos dolores in corpore, vt conſeruent gaudium conſcientię de bono virtutis in mente.*

25 Et

Melior

a *Melior eſt mors, quàm vita amara.* Inter opera. ✠ HIERON.
A Quis inter anxietates vagantes ſeculi, ærumnáſque morborum lædentium non magis mortem deſideret, quàm longam ſatis & languidam vitam? dicente Salomone, *Melior eſt mors, quàm vita amara, & requies ęterna, quàm languor perſeuerans.* Et alibi. *Melius eſt tibi mors, quàm viuere.* Mors enim homini omni dat requiem. Pro certo inter mala graſſantia neceſſariò ſitienter exitus optatur. Sed ſicut nec noſtrum fuerit naſci, ita nec poteſtatis noſtrę eſt mori: B alioqui ſi in noſtra poteſtate mori conſiſteret, eſſet in poteſtate non mori.

Inter epi. falsò Hierony. adſcriptas, epiſto. 8. ad amicū ægrotum.

b *Bona ab.* RAB. Cōtra eos loquitur, qui talentū verbi abſcondunt, quorum ſcientia virtutibus inutilis, ſicut epulę mortuis & theſaurus.

c *Sicut ſpado.* Non facit ad complexum virginis, ſic adoratio idoli, adorantibus in- C congrua & inutilis.

d *Iucunditas cor.* Quia nulla virtus ſine ea conſiſtit. *Maior autem horum eſt charitas.*

1.Cor. 13. d.

e *Miſerere animę tuæ placens Deo.* ✠ AVGVS. Qui dignas pro ſuis peccatis eleemoſynas facit, priùs eas facere incipiat à ſeipſo. Indignum eſt enim vt in ſe non faciat, qui facit in proximum; cùm audiat D dicentem dominum, *Diliges proximum tuum tanquam teipſum.* Itémque audiat, *Miſerere animæ tuę placens Deo.* Hanc ergo eleemoſynam, id eſt, vt Deo placeat, non faciens animæ ſuę, quomodo dignas pro peccatis ſuis eleemoſynas facere dicendus eſt?

Aug. lib. 21 de ciui. Dei cap. 27. — Matth. 22.

f *Minuent dies. Viri ſanguinum nō dimidiabunt dies ſuos* RABA. id eſt, proſperitatem, quam ſibi promittūt, non poſſunt habere in perpetuum.

Pſal. 54. d.

✠ AVGVSTINVS. Sic amemus Dei miſericordiam, vt tamen iuſtitiam timeamus. Parcit modò & tacet, ſed non ſemper tacebit. Modò enim pro ineffabili pietate ſua non ſolùm nos admonet, ſed etiam rogat vt nos à peccatis mortiferis reuocemus. Audiamus illum dum rogat, ne nos poſtea non audiat ille dum iudicat. Audiamus eū per prophetam dicentem: *Fili,* inquit, *miſerere animæ tuę placens Deo.* Quid ad hæc reſpondebit humana fragilitas? Deus te rogat vt tui miſerearis, & non vis. Cauſam tuam apud te agit, & à te non poteſt impetrare, &c.

Aug. ſermo. 102. de tēpore. E — † De pœn. diſt. 3. c. qui vult. F

☞ CAP.

a ¶ Fortiter laborans in præceptis Dei. b ¶ Pretioſa eſt in conſpe. domi. mors ſan. eius.

a mentum ſuper cordis gaudium. Melior eſt mors quàm 1

a ¶ Peccatis plena: Laudaui magis mortuos. quàm viuentes; pro miſerijs, ſcilicet, quæ in hac vita premunt mortales. ¶ Sanctorum. b ¶ Quo tabeſcunt homines in peccatis. 2 3

vità amara, & requies æterna quàm languor perſeuerans. 4 5

b Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epula- 6

rum circumpoſitæ ſepulchro. Quid proderit libatio ido- 7

a ¶ Quod nec ſentit, nec ſapit. Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt; aures habent, &c.

lò? Nec enim manducabit nec odorabitur: Sic qui effuga- 8

tur à domino, & portans mercedes iniquitatis: Videns ocu- 9 10

c lis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem, & 11

a ¶ Seculi, quæ operatur mortem. 12

ſuſpirans. Triſtitiàm non des animæ tuæ, & non affligas 13

¶ Cogitatu. a ¶ Quę eſt in vera charitate. 14

d temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis hæc eſt vita 15

hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exulta- 16 17

a ¶ Futuræ vitę & vera exultatio, & vera beatitudo.
b ¶ Vt continenter ſcilicet, & iuſtè placeas Deo. 18

e tio viri eſt longæuitas. ✝ Miſerere animæ tuæ placens Deo, 19 20

a ¶ Ad hoc, ſcilicet. b ¶ Cogitationes cordis.

& contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius, & tri- 21

¶ Seculi.

ſtitiam longè expelle à te. Multos enim occidit triſtitia, &

a ¶ Non poteſt eſſe vtilitas, vbi eſt bonorum operum ſterilitas.
b ¶ Peruerſus animi affectus debilitat corpus: vnde, Spiritus triſtis exſiccat oſſa.
c ¶ Id eſt, vita ęterna indignos efficient.

f non eſt vtilitàs in illa. Zelus & iracundia minuent dies, & 22

a ¶ Econtra. 23

ante tempus ſenectam adducet cogitatus. Splèndidum cor, 24

¶ Iucundum. a ¶ Sanctorum. ¶ Virtutum. b ¶ Quia indeficientes. 25

bonum in epùlis eſt: epulæ enim illius diligènter fiunt. 26 27 28

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Melior eſt mors, quàm vita amara. *Talis enim vita eſt miſerijs multis ſubiecta, quę ſuſtinentur cum impatientia: Tali namque homini magis expedit breuis vita, quàm longa; quia per vitæ longitudinem cumularentur eius peccata: ideò ſubditur,*

2 Et requies æter. *Corporis in ſepulchro. Et accipitur hic ęternum largè, ſecundum durationem præſentis vitę.*

3 Quàm languor, *Animę & corporis, modo dicto,*

4 Perſeuerans, *Ad mortem vſque.*

5 Bona abſcondita in ore clauſo. *Hic interponitur incidens de talento homini credito ad multiplicandum, cuius negligentia imputatur ſibi ad peccatum, ideo dicit,* Bona abſcondita in ore clauſo, *id eſt, ſcientia in homine pigro ad docendum.*

6 Quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro, *Quia nihil proficiunt ſepultis. Vtitur tamen hic hoc exemplo: quia Gentiles antiquitus hoc circa propinquorum ſuorum tumulos faciebant.*

7 Quid proderit libatio idolo? *quaſi dicat, nihil, cùm careat omni ſenſu.*

8 Sic qui effugatur à domino. *Cui, ſcilicet, talentum in eius morte aufertur à domino & effugatur de viuentium conſortio.*

9 Et portans mercedes iniquitatis *id eſt demerita omiſſionis.*

10 Videns oculis, *Negligentiam ſuam præteritam: nam pœna oculos eius aperit, quos antè culpa claudebat,*

11 Et ingemiſcens, *De omiſſione multiplicationis talenti:*

12 Sicut ſpado, *Qui non poteſt generare corporaliter, ſic nec iſte ſpiritualiter per doctrinam.*

13 Triſtitiam, *Hic ad propoſitū reuertitur, monens vitare triſtitiam quæ bonę conſiſtentiæ corpori aduerſatur, dicens,* Triſtitiam, *ſcilicet irrationabilem,*

14 Non des. *Talis enim triſtitia non ſolùm nocet corpori, ſed etiam animę.*

15 Et non affligas temetipſum, *Sicut faciunt illi, qui per triſtitiam deſperantes interimunt ſemetipſos.*

16 Iucunditas cordis, *Bene ordinata,*

17 Hæc eſt vita hominis, *id eſt, humanę vitæ conſeruatiua.*

18 Et theſaurus ſine defectione ſanctitatis, *Iungatur ſic litera:* Et theſaurus ſanctitatis ſine defectione, *ſupple eſt, nam gratia ſanctificans nunquam deficit homini, ſed homo aliquando deficit gratiæ Dei.*

19 Et exultatio viri eſt longæuitas, *id eſt, eius cauſa, quia ſicut triſtitia eſt paſſio mortificatiua, ſic lætitia eſt diſpoſitio viuificatiua: ſecundo Rhetoricę; ideò ſubditur,*

20 Miſerere animæ tuæ placens Deo, *à triſtitia ſeculi quæ mortem operatur præcauendo.*

21 Et congrega cor tuum, &c. *ſenſus exteriores diligenter cuſtodiēdo, ne per eos aliquid intret quod ſit contrarium ſanctitati. Cętera patent ex dictis vſque ibi:*

22 Zelus, *id eſt, inuidia, quę eſt triſtitia de bono alterius,*

23 Et iracundia, minuet dies: *quia corrodūt cor, à quo procedit vita.*

24 Et ante tempus, *determinatum à natura,*

25 Senectam adducet cogitatus, *diſtorquentes animum circa curam temporalium.*

26 Splendidum cor, *id eſt, lętum & largum.*

27 Bonum in epu. *ſupple eſt, quas dat pauperibus & perſonis honeſtis.*

28 Epulæ enim illius diligenter fiunt, *id eſt, mundę ac ſplendidę pręparantur prędictis perſonis.*

CAP.

☞ A CAPVT XXXI.

diuitiarũ.

*Vigilia honeſtatis ta beſac.* Sequitur. a *Lignũ offẽ.* RABA. Sicut Adam in ligno vetito trãſgreſſꝰ deorũ ſibi altitudinẽ ſperauit: ſic amatores auri diuerſorum errorum ſimulacris ſeruientes, animas ſuas quaſi ſacrificãdo dæmonibus immolant, vt plurima poſſideat. Poteſt allegoricè in hæreticorum & philoſophorum doctrina accipi, quæ ſplendore eloquentiæ nitet, & curioſos ſeducit.

b *Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus.* ✠ AVGVST. Beatũ ſancta ſcriptura dicit, *qui poſt aurum non abiit, qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, qui facere mala potuit, & nõ fecit.* Tu autem dicis, Nũquam

Aug. ſer. 19 de ver. Apo.

## CAPVT XXXI.

In ſtudio ſ. virtutum   b ¶ Carnales voluptates. 1
V Igilia † honeſtatis tabefaciet carnes, & 2
a ¶ Conſige timore tuo car. me &c.   b ¶ Pigritię tædium. 3
c ¶ Qui præuidet & præmia bonorum & ſupplicia malorum. 4
cogitatus illius auferet ſomnum. Cogi- 5
tatus præſcientiæ auertit ſenſum, & in- 6
a ¶ Corporis.   b ¶ Ab omni concupiſcentia.   c ¶ A delitiis. 7
firmitas grauis ſobriam facit animam. 8
a ¶ In domino.   ¶ Spiritualis.
Laborauit diues in congregatione ſub- 9
a ¶ Præmio ſcilicet, bonorum ſuorum.   b ¶ In terrena concupiſcentia.   c ¶ Scientia. 10
ſtantiæ, & requie ſua replebitur bonis ſuis. Laborauit pauper 11
a ¶ Huius vitę.   b ¶ Carens cæleſtibus diuitiis.   c ¶ Quamlibet pecuniam, quę per auaritiam colligitur. 12
in diminutione victus, & in fine inops fit. Qui aurum diligit, 13 14
a ¶ Id eſt, qui in hac ambitione conſumit preſentem vitam, æterna implebitur ignominia. 15
non iuſtificabitur: & qui inſequitur conſumptionem, reple- 16
a ¶ In caſum auri datur, qui eius ambitione capitur.   ¶ Qui eius amore vltra modum ardeſcunt. 17
bitur ex ea. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie 18
a ipſius perditio illorũ. Lignũ offenſionis eſt aurũ ſacrificantiũ, 19 20
¶ Æternum.   a ¶ In æternum. 21
væ illis, qui ſectantur illud, et omnis imprudens deperiet in 22
a ¶ Erroris & cuiuſlibet peccati. 23
illo. Beatꝰ diues, qui inuẽtꝰ eſt ſine macula, et qui poſt aurũ nõ 24
a ¶ Seculari. 25
abiit, nec ſperauit in pecunia et theſauris. Quis eſt hic, et 26
a ¶ Virtutibus ſtudendo, miraculis coruſcando. 27
laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. † Qui pro- 28
a ¶ In amore Dei.   b ¶ Qui fecit, ſcilicet. 29
batus eſt in illo & perfectus inuentus eſt, & erit illi gloria 30
a ¶ Secundum liberum arbitrium.   ¶ Præceptum Dei.   b ¶ Pertinaciter quaſi impœnitens. 31
b æterna. Qui potuit tráſgredi, et non eſt tranſgreſſus: et facere 32 33

D quã negaui rem alienam. Quia fortè nemo tibi commendauit, aut fortè cõmendauit, ſed ſub teſtibus cõmendauit. Dic mihi, reddidiſti quando à ſolo ſolus accepiſti, vbi Deus inter vos fuerat? Si tunc reddidiſti, ſi mortuo, qui E cõmendauit, neſciẽti filio reddidiſti: tunc te laudabo, quia poſt aurũ non * iuiſti iſti: quia potuiſti tranſgredi & non es tranſgreſſus, quia potuiſti mala facere & non feciſti. Si fortè alienũ ſacculũ ſolidorũ, vbi nemo te vidit, in via inueniſti, & ſine vlla mora cuius fuerat F reddidiſti, eia fratres, redite ad vos, inſpicite vos, interrogate vos, vera reſpondete vobis, & iudicate vos non ſecundum perſonam, ſed iuſtum iudicium iudicate.

* iuiſti.

† Quis

☞ a Supra

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XXXI.

Diuiſio.

VIgilia honeſtatis. *Poſtquam induxit ad diligentiam circa bonam conſiſtentiam corporis, hic conſequenter inducit ad eius moderantiam, per quam corpus remanet ſubditum legi mentis: quod maxime fit per debitam ſobrietatem. Circa quam primò proponit breuiter intentum; ſecundo diffuſius proſequitur propoſitum, ibi,* Supra menſam. *Prima in duas, ſcilicet, in partem principalem, & incidentalem, quę incipit, ibi:* Laboraui diues. *Circa primum dicit.*

1 Vigilia honeſtatis *ſ. in oratione & ſacrę ſcripturę lectione.*

2 Tabefaciet carnes, *id eſt, reprimet eas à carnalibus vitiis.*

HIER. *ad Ruſticum monachum:* Ama ſanctarum ſcripturarum ſtudia, & carnis vitia non amabis.

3 Et cogitatus illius auferet ſomnũ, *pigritię, animę, & corporis.*

4 Cogitatus præſcientiæ, *ſ. diuinę, qua Deus omnia videt aperte,*

5 Auertit ſenſum, *ab omni malo. Boetius 5. de conſolatione.* O viri magna indicta vobis eſt neceſſitas probitatis, ſi diſſimulare non vultis, quoniã cũcta agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis.

6 Et infirmitas grauis ſob. fa. ani. *nam quamdiu durat, aufert appetitum comedendi; & in conualeſcentia oportet, quòd homo ſobriè viuat, ne recidiuum incurrat: & ſic per talem conſuetudinem diſponitur ad ſobrietatem.*

7 Laborauit diues. *Hæc eſt pars incidentalis in qua tractatur de vita diuitis, eò quòd diuites ſolent lautè viuere, ſicut dicitur Luc. 16. e. de diuite, qui epulabatur quotidie ſplendidè; & occaſione diuitis tractat de paupere. Modus eſt enim huius autoris ſimul tractare de oppoſitis, vt patet per prædicta. Sic igitur procedit, quia primò tractat de diuite, & paupere bono & malo. Secundò ſingulariter de diuite bono, ibi,* Beatus diues. *Circa primum dicit.* Labo. diues, &c. *ſcilicet bonus,*

8 In congrega. ſubſtan. &c. *ad viuendum ſecundum ſtatum ſuum honeſtè, & ad agendum opera miſericordiæ.*

9 Et in requie ſua reple. bo. &c. *id eſt, in ſeneċtа, quæ eſt tempus quietis à laboribus. Vel in requie ſua, id eſt, in morte in qua recipiet æterna bona pro temporalibus.*

10 Laborauit pau. &c. *in expendendo fatuus.*

11 In diminutione vi. &c. *quia plus expendit, quàm lucratur.*

12 Et in fine inops fit, *quia non poteſt laborare ſicut prius. Vel in fine, id eſt, in morte, quia fit vacuus bonis ſpiritualibus. Et quia commendauit diuitem, ne credatur, quòd omnis diues ſit bonus; oſtendit contrarium, dicens,*

13 Qui aurum diligit, &c. *immoderatè,*

14 Non iuſtificabitur, *nam frequenter acquirit iniuſtè, & cuſtodit impiè.*

15 Et qui inſequitur conſumptionem, &c. *bonorum temporalium per prodigalitatem,*

16 Replebitur ex ea, &c. *ſcilicet, indigentia: propter quod medium eſt tenendum, nam liberalitas tenet medium inter prodigalitatem & auaritiam.*

17 Multi dati ſunt in auri caſus, *i. multi ceciderunt in peccata propter aurum,*

18 Et facta eſt in ſpe. ipſius, *quam nimis concupierunt,*

19 Perditio illorum. *per iniuſtitiam malè acquirendo, & per auaritiam male conſeruando.*

20 Lignum offenſionis eſt aurum ſacri. *Lignum offenſionis hic dicitur lignum vetitum, per cuius concupiſcentiam humanum genus incurrit mortem. Gen. 3. ſic per concupiſcentiam auri incurrunt cupidi mortem peccati. Et dicitur* aurum ſacrificantium, *nam cupidus colit aurum ſicut Deum ſuum, propter quod Apoſtolus, Col. 3. dicit, quod* auaritia eſt idolorum ſeruitus.

Lignũ offenſionis.

21 Væ illis qui ſectantur illud, *malè concupiſcendo.*

22 Et omnis imprud. deperiet in illo. *Dicitur autem prudens, quaſi porrò, id eſt, longe videns: & per oppoſitum cupidus dicitur imprudens, quia non videt niſi bona præſentis vitæ, propter quod ſibi non prouidet de bonis futurę vitæ.*

23 Beatus di. &c. *Hic proſequitur de bono diuite ſingulariter, dicens:* Beatus diues, &c. *ex acquiſitione iuſta,*

24 Qui inuentus eſt ſine macu. &c. *cupiditatis & auaritiæ.*

25 Et qui poſt aurũ nõ abiit. *per concupiſcentiam malam: ſed magis aurum ſecutum eſt eum, cuius obſequio vſus eſt in operibus piis & honeſtis,*

26 Nec ſperauit in pecunia, &c. *ibi conſtituendo finem ſuum:*

27 Quis eſt hic & lauda. eum? *q. d. rarus eſt, & laude dignus.*

28 Fecit enim mirabilia in vita ſua, &c. *Illa enim quę rara ſunt, mirantur homines, & non conſueta.*

29 Qui probatus eſt in illo, *ſcilicet, auro,*

30 Et per. in. eſt, *In operibus liberalitatis & miſericordiæ,*

31 Et erit il. glo. *Matt. 25. c.* Venite benedicti patris mei, &c. *Et ſubditur:* Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.

32 Qui po. tranſ. *Nam diuitiæ dant opportunitatem, & occaſionem malè faciendi.*

33 Et non eſt tranſgreſſus: & facere mala & non fecit. *Per ſtabilitatem voluntatis eius in bono.*

☞ a *Supra men.* Raba. Ad literam, continentiam, & temperantiam docet. Et myſticè, vt in lege Dei ſimus cauti & prouidi. *Menſa enim magna*, eſt copia ſcripturarum: in qua non debemus eſſe procaces, vt aliquid ſine doctore rapiamus, ſed ſanctorum doctorum viam teneamus.

A

Aug ſer. 45 de ſanc. 1.

✱ Augustinus. Nulli tantum impenderunt, quàm illi, qui ſeipſos impenderunt, ſicut dicit Apoſtolus Paulus, *Et ipſe impendar pro animabus veſtris.* Impenderunt enim ſeipſos confitendo Chriſtum, & implēdo in eius adiutorio, quod dictum eſt, *Ad menſam magnam ſediſti, ſcito quoniam talia te oportet præparare.* Quæ eſt *magna menſa*, niſi vnde accipimus corpus Chriſti & ſanguinem? Quid eſt, *ſcito quoniam talia te oportet præparare*: niſi quod beatus Ioannes exponit, *Sicut Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Ecce quantum impenderunt.

1. Cor. 4. — B — Euchariſt. Sacramm. — 1. Ioan. 3. — C

b *Non dicas ſimulta.* Raba. Quaſi diceret: Ne præſumptione aliquid agas, vel antequam diſcas ad ſcribēdum manum mittas.

c *Vtere quaſi.* Q. Sobrietatem dilige, tēperanter age, & ne quid nimis, ne in ſcādalum cōfuſionis incidas. Conuenit ergo Chriſtiano ante omnia humilitatem diligere, in lectione ſcripturæ cautum eſſe, rectam fidem tenere, modum in ſcientia ſeruare, & charitatis regulam, vt probatus ſit coram Deo & hominibus.

D

d *Quam ſufficiens.* Tenuis victus tam animæ quam corpori vtilis eſt, ſuperfluus verò econtra.

e *Vinum exiguum.* Vinum quoque ſpirituale ſumptum moderatè, vtile eſt tam corpori quàm animæ: immoderatè enim inſanire facit, & à Deo diſiungit, vnde anxia cura, & turbatio maxima, & perpetua tortura.

f *Somnus ſa.* Subtilior eſt ſomnus in paruo victu. Myſticè autem qui ſobrius eſt in ſpirituali vino, in contemplatione veritatis quieſcit vſque in mane reſurrectionis.

E

g *Et vome, &c.* Aiunt medici, quod vomitus ſtomachum purgat: choleram minuit. Myſticè autē, qui trāſgreditur mēſurā, & grauatur carnalibus delictis, per confeſſionem peccati fœditatem euomat, & per corporis caſtigationem ad ſanitatem redeat.

Vomitus Myſtice.

F

h *In om. ope.* Monet ne tēpus perdamus, bene operemur, vt mandata Dei cuſtodientes requiē inueniamus animabus noſtris.

i *Splendidum.* Ad literam, Ad eleemoſynā inuitat: Quia, *qui ſeminat in benedictionib⁹ de benedictionibus & metet.* Miſticè autē qui panem verbi fideliter diſpenſat, & teſtimonium veritatis non occultat, in præſenti, & in futuro benedicetur.

2. Cor 9 b

a ¶ Conſeruata ad remunerationem.
mala, & nō fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino, &
a ¶ Prædicando.
a eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorū. † Supra
a ¶ Quam hæretici maculare contendunt, quorum intentione nihil nequius inuenitur.
menſam magnam ſediſti, non aperias ſuper illā faucem tuam
¶ Ficta.
b prior. Non dicas † ſimulata ſunt, quæ ſuper illā ſunt. Memēto
quoniā malus eſt oculus nequā. Nequius oculo quid creatū
a ¶ In futura vltione. b ¶ Quod modo latet reuelante iudice.
eſt? Ideo ab omni facie ſua lachrymabitur cū viderit. Ne ex-
a ¶ Diaboli.
tendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erube-
a ¶ In iudicio cum dixerit iudex, Diſcedite à me omnes qui operamini iniq.
b ¶ In quo eſt luxuria: Vel vino ſapientię, ne plus ſapias, quàm ſapere oportet.
ſcas: ne cōprimaris in cōuiuio vinō. Intellige quæ ſunt proxi-
c mi tui ex teipſo. Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi appo-
nuntur, vt non cùm māducas multum, odio habearis. Ceſſa
prior cauſa diſciplinæ, & noli nimius eſſe, ne fortè offendas:
& ſi in medio multorū ſediſti, prior illis ne extēdas manū tuā,
d nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini erudito
e vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, non
¶ Quia. ¶ Guloſo.
ſenties dolorē. Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito,
f ſomnus ſanitatis in homine parco. Dormiet vſq; in mane, &
a ¶ In æterna beatitudine
anima illius cū ipſo delectabitur. Et ſi coactus fueris in edēdo
g multū, ſurge è medio & vome, & refrigerabit te, & non addu-
ces corpori tuo infirmitatē. Audi me fili, & ne ſpernas me, &
¶ Bonis.
h in nouiſſimo inuenies verba mea. In ōnib. operib. tuis eſto ve
¶ Tædij pigritię.
lox, & omnis infirmitas nō occurret tibi. Splēdidū in panibus
i benedicent labia multorū, & teſtimoniū veritatis illius fidele.
a ¶ Dogmate hæreticorum. b ¶ Quo ait, Teſtis falſus non erit impunitus.
In nequiſſimo pāne murmurabit ciuitas, & teſtimoniū nequi

† Super. — † ſimulata. — ‑ vino.

☞ *Mul-*

## Nicolavs de Lira.

1 Ideo ſta. ſunt bo. il. in do. *Nam pro temporalibus recepit æterna.*
2 Et elee. illi. enarr. ō. eccl. *Ad informationem aliorum.*
3 Supra men. *Hic reuertitur ad propoſitum, tractans diffuſiùs de ſobrietate. Et primò circa cibum & potum generaliter: Secundò, circa potum ſpecialiter, ibi,* Diligentes in vino. *Prima in duas, quia primò facit propoſitum: ſecundò dat remedium contra exceſſum, ibi,* Et ſic coactus. *Circa primum dicit,* Supra men. ma. ſe. *id eſt, cum vocatus fueris ad menſam magnæ perſonæ, non incipias primus comedere;*
4 Non di. *i. non quæras de ferculorum multitudine, ſed accipe quod tibi apponitur in gratitudine.*
5 Memen. quo. malus eſt oculus, *qui maior eſt quàm venter: quia frequenter plus cupit, quàm venter recipere poſſit.*
6 Ideo abo. fa. ſua la. *id eſt, grauiter portabit.*
7 Cum viderit. *Paucitatem ferculorum: vel quia non ſunt ſecundum ſuam concuſpicentiam.*
8 Ne extendas man. tuā prior. *Ad cibum & potum,*
9 Et inui. *id eſt, improperio alicuius ſibi inuidentis.*
10 Contami. *id eſt, de guloſitate notatus.*
11 Erubeſ. *Coram epulantibus.*
12 Ne con. in con. vino. *Vltra menſuram accipiendo.*
13 Intel. quæ ſunt pro. tui. *id eſt, qualiter ſentit proximus tuus, de ſe effundentibus ſuper vinum.*
14 Ex teipſo. *i. ſicut tu ebrius aliquando contempſiſti.*
15 Vtere quaſi homo frugi. *i. cum diſcretione & temperatè. Eſt enim frugi nomen communis generis & indeclinabile, & ſignat idem quod temperatus & modeſtus.*
16 His quę tibi appo. *Et modum debitum non excedas.*
17 Odio habearis. *Sicut guloſus canis.*
18 Cauſa di. *i. vt appareas diſciplinatus & moderatus. Cætera patent ex dictis vſque ibi:*
19 Et in dor. non. *Vinum enim potatum exceſſiuè impedit opus naturæ, & ſimiliter exceſſus cibi: ideò ſubditur,*
20 Vigilia. *id eſt, priuatio ſomni ſuauis & quietis,*
21 Et cholera *In pectore & gutture,* 22 Et tortura. *i. torſiones vētris,*
23 Viro infruni. *i. guloſè ſuper cibum & potum effuſo.*
24 Som. ſa. *Quia natura non grauatur in digerendo.* 25 Dormiet vſque mane. *i. pacificè & quietè.* 26 Et ani. il. cum ip. dele. *Nam ex digeſtione non grauabitur.* 27 Et ſi coact. *Hic dat quoddam remedium contra cibi & potus exceſſum.* Et ſi coa. fue. in eden. *Sicut fit in aliquibus terris more barbarico, vbi homines inuitant commenſales ſuos ad comedendum & bibendum vltra menſuram & modum.*
28 Surge è medio & vome. *Extra ſocietatem illam, ne fortè nimis inter illos ſedendo contingat tibi talis paſſio: & cum hoc corporis mala diſpoſitio.*
29 Audi me fi. *Diligenter & attentè.*
30 Et ne ſpernas me, *id eſt, doctrinam meam.*
31 Et in nouiſſimo, inuenies verba, &c. *Fuiſſe vera.*
32 In omnibus operibus tui velox. *ſecundum enim Philoſophum libro Ethicorum. Conſiliari debemus moroſè, ſed exequi velociter bene conſiliata.*
33 Et omnis infirmitas, *id eſt, defectus operis,*
34 Non occurret tibi. *Qui frequenter ſuperuenit, quando differtur executio boni conſilij. vnde Poeta:* Nocuit differre paratis. Lucanus.
35 Splendidum in panibus bened. lab. mult. *Sibi bona imprecantium pro ſua liberalitate & miſericordia.*
36 Et teſtimo. veri. il. *ſcilicet, veritatis vita.*
37 Fide, *id eſt, verax,*
38 In nequiſſimo pane, *id eſt, nequiter acquiſito & malè dato.*
39 Mur. ciui. *Quæ in hoc grauatur.*

Dilig-

a *Mul.enim ex.vi.&c.*
A RABA. Id eſt, ebrietas multos ſubuertit, quę ſenſum minuit, iram excitat, libidinem inflammat, animi ſecreta reuelat.
b *Ignis.* Id eſt, ſicut ignis ferri duritiam mollit, & candeſcere facit; ſic vinum corda ſuperborum inflammans, ad facinus impellit.
† ſumptū.
c *Aequa vi.* Vinum ſobriè potatum vitā æquitatis non tollit; ſed ſobrietatem, & cætera virtutum ornamenta adducit.
B d *Vinum.* Parer irritationem, iram, & ruinas multas ebrie-

a ¶ q.d. ebrioſos fuge, facilè enim iraſcuntur.
a tiæ illius verum eſt. Diligentes in vino nôli prouocare, mul-
b tos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrū durum, ſic
c vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatū. Aequa
vita hominibus, vinum in ſobrietate, ſi bibas illud moderatè,
a ¶ Senſum minuendo, ægritudinem ingerendo.
eris ſobrius. Quæ eſt vita quæ minûitur vino? Quid defraudat
a ¶ Ebrietas. b ¶ Terreni fructus ad alimentum hominis conditi ſunt, non ad detrimentum.
d vitam? Môrs. Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in
a ¶ Sæpe idem repetit, vt fortius memoriæ infigat.
ebrietatem ab initio. Exultâtio animæ & † corporis vinum
moderatè † potatū. Sanitas eſt animæ & corpori, ſobrius po-
tus: Vinum multùm potatum, irritationem & iram & ruinas
multas facit. Amaritudo animę, vinum multum potatum.
Ebrietatis animoſytas imprudentis offenſio, minorans virtu-
a ¶ Aliter alio. por. & ſic adim. legem Chriſti.
tem & faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proxi-
a ¶ Sicut Cham patrem ſuum.
mum, & non deſpicias eûm in iucunditate illius. Verba im-
properij non dicas illi, & non premas illum in repetendo.

D tate naſci, & amari-
1 tudinem animæ, &
2 ſceleru vulnera mul-
3 tiplicari.
4 ✻ AMBROSIVS.
5 Merito ſcriptum eſt,
6 *Aequalis vita homini-*
7 *bus, vinum in ebrie-*
8 *tate.* Sed vtinam &
9 quod ſequitur audi-
10 res: *Bibas illud mode-*
11 *rate, vt ſis ſobrius.* Non
12 habes quod accuſes
13 vinum, *ad iocundi-*
14 *tatem creatum eſt &*
15 *non in ebrietatem ab*
16 *initio. Exultatio ani-*
*mę & cordis eſt*, ſi
moderatè bibas: im-
17 moderatio aurē po-
tus in iracundiā con-
18 citat, & ruinas mul- E
19 tas efficit.
20

Ambr li. de Elia, & ieiunio. cap. 12.
† cordis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Diligentes. *Hic ſpecialiter agit de ſobrietate circa potum. di.* Diligentes in vino. *Quærendo, & potando.*
2 Noli prouoca. ad bibē *Nam ſine hoc ſunt ad hoc nimis proni. vel:* Noli prouocare *ad iracundiā, quia cito prouocantur ad homicidiū: ideo ſubditur,* Multos enim, &c. 3 Ig. probat fenū *Ipſum mollificādo.*
4 Sic vinum corda ſuperborum arguit, *Totaliter eos ſopiendo & deiiciendo: ſicut patet de Holoferne, Iudith. xiij.*
5 Aequa vi ho. *i. vita in æqualitate humanorum cōſeruata,* 6 *Vinū* in lo. *ſupple potatū.* 7 Quæ eſt vi. *humana,* 8 Quæ mi. vi. *q.d. nō eſt vita humana, ſed porcina & beſtialis.* 9 Quid de. vi. mors: *Nam mors naturæ defraudat vitā naturæ, mors culpę vitam gratiæ, mors gehēnę vitā gloriæ.* 10 Vinū in iucūd. *moderata ratione.* 11 Crea. eſt. *nam lætificat cor hominis, Pſal. ciij. b.* 12 Exul ani. & cor. *i. appetitus ſenſitiui & intellectiui.* 13 Vinū mo. po. *quia confert virtuti mentis & ſanitati corporis: ideo ſubditur:* Sanitas eſt, &c. Vinum mul po. *i. in magna quantitate vel multa fortitudine.* 14 Irrita. *i. euacuationē ſenſus.* 15 Et irā. *i. appetitum vindictę.* 16 Et rui. mul. fac. *corporales & ſpirituales. Ex dictis patet quod ſequitur vſq; ibi.* 17 In cō. vi. non ar. pr. *i. quando eſt bene potatus, tunc enim non eſt correctionis ſuſceptiuus.* 18 Et non de. eum in iucun. il. *i. in ebrietate ſua, eadem ratione.* 19 Verba improper. non di. il. *nam inſurgeret contra te.* 20 Et non præmas illum *ſ. debitum aſperè, quia exaſperaretur contra te, & redderet tibi malum pro bono, &c.*

CAP. XXXII.

a R*Ecto te po.* RABA. Qui dignitate præeſt, non debet ſuperbire: *Qui maior eſt veſtrûm, fiat ſicut minor. &c.*
C ✻ HIERON, Sequitur in loco ſeptimo, *Et hominem non contriſtauerit:* ſiue, vt 70. tranſtulerunt, non oppreſſerit, per potentiam. Quo vitio atque peccato neſcio quis alienus ſit. Et Ægyptij enim opprimebant Hebręos per potētiā. Vnde & Habacuc quæritur, *quare impius opprimat iuſtum.* Atque vtinam de ſolis his diceretur, qui foris ſunt & non de his, qui intus. Solent enim & principes Eccleſiarum, opprimere plebem per ſuperbiā, de quibus ſcriptū eſt, *Principem te conſtituerunt, ne eleueris: eſto inter eos quaſi vnus ex ipſis.* Et Saluator præcipit, *Qui vult inter vos eſſe primus, ſit omnium minimus.*

Matt. 10. d
Hiero. li. 7. in Ezech. c 18.
Habac. 1.
† explicata.
† congregationis.

b *Gemmula carb* RABA. Ardentium gēmarū principatum tenet carbunculus; ſic dictus, quia ignitus, vt carbo, cuius nec nocte vincitur fulgor. Lucet enim in tenebris adeò, vt flammas vibret ad oculos. Hunc comparat auro, & muſicum melos conuiuio. Sicut enim carbūculus duplicat ſplendorem auri, ita melodia iucunditatē cōuiuij.
F
Matt. 10. b

CAP. XXXII.

a R Ectorem te poſuerunt, noli extolli: eſto 1
a ¶ Verbo inſtruendo & exemplo.
in illis quaſi vnus ex ipſis. Curâm il- 2
lorum habe, & ſic conſidera, & omni 3
cura tua † explicita recumbe, vt læteris 4 5
propter illos, & ornamentum gratiæ ac- 6
cipias coronam, & dignitatē conſequa- 7 8
a ¶ Maturior ſcientia.
ris † corrogationis. Loquere mâiori natu, decet enim te: pri- 9
¶ Dei. a ¶ Dei. b ¶ Non per inanem fauorem canoram eloquentiam fundas.
mum verbum diligenti ſciêntiam, & non impêdias muſi- 10
a ¶ Auditor ſ qui proficiat. b ¶ Fœlix qui loquitur cauſam in aurem prudentis.
cam. Vbi aûditus non eſt, nôn effundas ſermonem, & impor- 11 12
b tunè nôli extolli in ſapientia tua. Gemmula carbuncu- 13 14 15

MYSTICE autem *aurum* ſignificat diuinam ſapientiam, *Carbunculus*, virtutum gloriam; *Vinum*, gratiam ſpiritualem; *Muſica*, euangelij prædicationem. Conuenit enim diuinæ ſapientiæ fulgor virtutū, & ſpirituali gratiæ prædicatio verbi. Smaragdus virore herbas frondéſque ſuperat, aërem circa ſe viriditate inficiens, qui mero

☞ viridi

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXII.

R Ectorem te po. *Superius à ca. 25. & circa actum eſt de ſtatu actiuorum, hic conſequenter agitur de ſtatu prælatorum. Et diuiditur in duas partes, nam primò agitur de eorum officio: Secundò de honore ſibi impendendo, cap. 38. Circa primum ſciendum, quod ſicut dicit Gregor. in paſtorali. Prælatus debet eſſe in actione præcipuus, & præ cæteris in contemplatione ſuſpenſus, ideo primò agitur de eius actione: ſecundò de eius contemplatione, cap. 35. Prima adhuc in duas: nam primò agitur de eius actione tempore pacis: Secundò, tempore tribulationis. cap. ſeq. Prima adhuc in duas, nam primò agitur de actione prælati, Secundò de modo agendi. ibi:* Fili ſine conſilio. *Prima adhuc in duas. Nam primo informatur prælatus: Secundò, ſubditur, ibi:* Audi tacens. *Circa primum dicitur.*
1 Rectorem te po. no. *ex hoc honore tibi impenſo, ſed magis humiliari, ſaluo tamen honore officij.*
2 Curam illorum. *ſicut pater bonus ſuæ familiæ.*
3 Et ſic conſidera. *quę ſunt ſubditis vtilia.*
4 Et om. cu. tu. ex. *quantùm ad officium tuum ſpectat.*
5 Recumbe. *recreationem tuam accipiendo modeſtè.*
6 Vt læte pro. il. *i. propter illorum bonam diſpoſitionem: profectus enim ſubditorum, eſt gloria prælatorum.*
7 Et or. gra. acci. co. *ſ. gloriæ, quę eſt gratia conſummata & per conſequens gratię ornamentum.*
8 Et dig. con. cor. *i. congregationis per te bene diſpoſitę. Vnde verſus de compoſitis huius verbi rogo,* Si rogat addideris, con, congregat, e, dat, in, infert. De minuit, ſub ſubſtituit, pro, protrahit, inter. Querit, præ, ſuperat: ab deſtruit, adque ſuperbit.
9 Loque. ma. *i. tu prælate qui debes eſſe maturus moribus, & ſenex venerabili ſenectute. vt habetur Sap. 4. b.* Aetas ſenectutis vita immaculata.
10 Decet enim te pri. *id eſt, principaliter.*
11 Verbum di. ſc. *i. verbum Dei, qui diligit ſcientes, & ſcientiam.*
12 Et non im. mu. *i. conſonantiam verbi ad vitam: quia* cuius vitę deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemnatur. *Grego homil. 37. Et ſic accipitur hic muſica metaphoricè. Et quia doctrina bona propter malitiam auditorum eſt dimittenda, ſubditur,*
13 Vbi auditus non eſt, effund. ſer. *quia magis eſſet verbi Dei contemptus, quàm profectus.*
14 Et impor. no. *arroganter te iactando de ipſa.*
15 Gemmula carbun. &c. *id eſt, ſicut in corporalibus gemma optimè coniungitur auro in ornamento.*

☞ 1 Et

☞ viridi, proficit oleo. A Cuius genera plurima. Primi ſunt Scythici, ſecūdi Bactriani, tertij Aegyptij; hic ſignificat animas immarceſſibili fide virentes. Sicut ergo in fabricatione auri decorem auget ſplendor ſmaragdi: ſic eruditionem viri amplificat charitas rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, & B myſteria dominicæ paſſionis digno veneratur ſacramento.

a *Ante gran.* RABA. Fulgor coruſcationis præibit pondus grādinis; ſic nitor gratiæ verecundiam.

b *Hora ſur.* RABA. Admonet ne ſimus triſtes vel tardi in diſciplina & meditatione ſapientiæ: ſed in domum conſcientiæ nos recipiamus, & ibi ſobriè vētilemus C verba ſcripturæ, & caueamus ne ſuperba cogitatio ſurripiat nobis, quaſi ſufficiētes ſim⁹, cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ipſum benedicamus, qui per gratiam nos fecit, & bonis † omnibus repleuit.

c *Vir con.* Quantò quis prudentior, tātò vtitur proximorum conſilio, vt addat ſibi intelligentiam.

† tetrices. † aduocate † in † operibus. * domini. † infectionibus.

li in ornamento auri, & comparatio muſicorum in conuiuio
vini. Sicut in fabricatione auri ſignum eſt ſmaragdi, ſic nu-
a ¶ In conuiuio? b ¶ Audi Iſrael, & tace.
merus muſicorum in iucundo & moderato vino. Audi tacēs,
a ¶ Modeſtiam quoque vocis comendat. b ¶ Oportet magiſtrum loqui & docere, diſcipulum autem tacere & audire.
& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loque-
re in tua cauſa, vix cùm neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fue-
¶ Principium.
ris, habeat caput reſpōſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius,
& audi tacens ſimul & quærens. In medio † magnatorum
loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loqua-
a ris. Ante grandinem præibit coruſcatio, & ante verecundiam
a ¶ Bonum gratiæ ſpiritualis.
præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et
a ¶ Non ſis piger: vel, non ſis effœminatus, quando ſtrenue debes operari.
b hora ſurgendi non te † trices. Præcurre autem prior in do-
mum tuam, & illic † aduocare, & illic lude, & age conceptio-
nes tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo. Super his om-
nibus benedicito dominum, qui fecit te, & inebriantem te
a ¶ Beatus vir qui timet dominum in man. &c.
ab omnibus bonis ſuis. Qui timet Deum, excipiet doctrinam
a ¶ Dominum vel timorem. b ¶ Remunerationem.
eius, & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem.
a ¶ Bona voluntate. b ¶ Doloſè peruertendo legem.
Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui inſidioſè agit, ſcan-
a ¶ Vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. b ¶ Quia pro benefactis recipient præmium.
dalizabitur † ab ea. Qui timent Deum, inuenient iudicium
a ¶ Sibi vel aliis.
iuſtum: & iuſtitias quaſi lumen accendent. Peccator ho-
a ¶ Salubrem.
mo vitabit correctionem, & ſecundum voluntatem ſuam
a ¶ Id eſt, remunerationem.
c inueniet comparationem. Vir conſilij non diſperdet in-
a ¶ A conſilio bonorum.
telligentiam, alienus & ſuperbus non pertimeſcit timo-
a ¶ Deum qui timor eſt, & amor fidelium. b ¶ Sancto ſcilicet, vel impio, vel iniquo.
rem *. Etiam poſtquam fecit cum eo ſine conſilio, & ſuis
a ¶ Reprehenſibilis inuentus.
b ¶ Diſcretione & ratione. vnde: Palpebræ ſuæ, id eſt, conſilia præcedent greſſus tuos.
† inſectationibus arguetur. Fili ſine conſilio nihil facias, & d

d *Fili ſi. con.* Poſſunt hæc de catholico & hæretico accipi. Catholicus enim Deum timens, omnia agit doctorum cōſilio & ſcripturarum documēto. Hæreticus verò propria confidens ſapientia, & proprijs inſtat inuentionibus: ſed cum ſtultitia eius apparuerit per ſanctos prædicatores diuinis arguetur ſententijs.

*Fili ſine conſilio nihil facias & poſt factum non pœnitebis.* ✠ AMBROSIVS. Quod non eſt illud, de quo quæritur Dominus per Prophetam dicens, *Væ filij apoſtatæ. Hæc dicit Dominus, feciſtis conſilium non per me, & pactum non per ſpiritum meum*; ſed illud de quo Sapiens, *Cognitio ſapientis tāquā innūdatio abūdabit, & conſilium illius ſicut fons purus vitæ, quod cuſtodit à malo: quia conſilium bonum cuſtodiet te, cogitatio autem ſancta ſeruabit te.* Huc ergo conſtāter pergamus, & noſtra hic alacres tentoria erigamus, vt Deo in toto corde noſtro, ſicut Dauid in cōſilio iuſtorū & congregatione, confiteri valeamus.

† & medio magnatorū loqui. Amb. tract. de 42. māſio filior. Iſrael. in 3. a Eſa. 30. Eccle. 21. Pſal. 110.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et com. mu. in con. *id eſt, ſic eſt melodia in conuiuio, quia ſicut cibus reficit corpus, ita melodia ſenſus.*

2 Sicut in fa. *Repetitio eſt prædicta ſententia. Et eſt ſenſus; quòd ſicut iſta gratioſè coniunguntur, ſic bona vita, & ſana doctrina in doctore vel prælato.* 3 Audi tacens. *Hic conſequenter inſtruitur ſubditus, & primò ad audiendum reuerenter doctrinam doctoris, & prælati, di.* Audi tacens: *non garrulans, nec contradicens.*

4 Et pro re. bo. gra. ac. Dei. *ſcilicet, & hominum.*

5 Adoleſcens loque. in tua cau. *non in aliena.* 6 Vix. *i. tardè.*

7 Cum neceſſe fuerit, *& non ante.*

8 Si bis interrogatus fueris ha. *id eſt, tunc incipias reſpondere.*

9 In multis eſto quaſi inſcius, *id eſt, non loquens.*

10 Et audi ta. ſi. & quæ. *ad melius intelligendum. Sicut enim legitur de Chriſto, cùm eſſet annorum. xij. Luc. ij. g.* Inuenerunt illum in templo in medio doctorum audientem illos & interrogantem. *Non tamen interrogabat, vt per hoc melius intelligeret: quia ab inſtanti conceptionis anima Chriſti fuit repleta omnibus ſcientijs, & virtutibus; ſed vt iuuenibus exemplum quærendi daret, & vt aſſiſtentes magis intelligerent.*

11 Et vbi ſunt ſenes, &c. *i. ſi oportet te loqui, breuiter te expedias.*

12 Ante gran. præi. coruſ. *Sic videmus frequēter accidere, quòd in tonitruo aliquando cadit grando, & ſonitum tonitrui præcedit coruſcatio:*

13 Et ante verecundiam. *Quæ procedit ex reuerentia.*

14 Præi. gra. *Diuina, quæ eſt principium illius reuerentiæ.*

15 Et pro re. ac. ti. bo. gra. *Gratia enim, ſicut & charitas, meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici: igitur gratia in minori gradu præcedit actum meritoriū reuerētiæ, & illum actū ſequitur gratia in gradu maiori.*

16 Et hora ſurgēdi. *Hic ſecundò ſubditus inſtruitur de diligentia circa ſeipſum, cum dicitur,* Et hora ſurgendi, *de lecto,*

17 Non te trices, *id eſt, non protrahas moram in compenſatione, aliàs compoſitione capillorum vel huiuſmodi, ſicut faciunt mulieres, vnde dicit Poeta:* Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.

18 Præ cur. au. pri. in do. tuam. *Recurrēdo ad propriam cōſcientiam.*

19 Et il. ad. *quaſi reſponſurus de factis tuis coram ſummo iudice.*

20 Et il. lu. *id eſt, reſponſione facta per hoc, quòd non es cōſcius de mortali culpa, lude cum ſapientia bonis meditationibus quæ ſunt delectabiles.*

21 Et age con. tu. *i. bonū propoſitum ibidē conceptum deduc ad effectum.*

22 Et non in de. & ver. ſu. *Occupes te. Et quoniam iſta procedunt de gratia Dei, ſubditur,* 23 Super his om. *Tanquam de beneficijs eius gratus. Et quia debet homo ſemper tendere ad perfectum, ſequitur,*

24 Qui ti. Deum. *Quia timor domini principium eſt ſapientiæ, vt dictum eſt ſuprà ca. j.* 25 Et qui vi. ad il. *Orando & legendo.*

26 Inue. bene. *Illius gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

27 Qui quæ. le. *Humiliter à ſcientibus ipſam.* 28 Replebi. ab ea. *Notitia ſancta quæ non inflat, ſed ædificat.* 29 Et qui in. agit. *quærēs capere doctorem in verbo ſicut Phariſæi faciebant Chriſto,*

30 Scanda. ab ea. *Tales enim inſidiæ ſunt ſibi cauſa ruinæ.*

31 Qui ti. Deum. *timor filiali,* 32 Inue. iu. iu. *id eſt, præmium recipient in iudicio.* 33 Et iuſti. *i. opera iuſtitiæ.* 34 Quaſi lu. ac. *Alios in viam iuſtitiæ dirigendo.* 35 Peccator ho. *id eſt, obſtinatus in peccato.* 36 Vita cor. *Tanquam ſibi abominabilem.* 37 Et ſe. vo. ſuam. *Malam.* Inuene. com. *id eſt, aliquam ſibi ſimilē vel peiorē, ipſum allegando ad ſui excuſationem & defenſionem.* 38 Vir conſilij. *id eſt, acquieſcens conſilio bono.* 39 Non diſperdet intelligentiam. *conſilij ſibi dati ſed ponet ad executionem.* 40 Alienus, *à Deo,*

41 Et ſuperbus, *contemnens conſilium alterius,* 42 Non pertimeſ. ti. *i. deſt, flagellorum Dei comminationem.* 43 Etiam poſt. fe. cum eo. *id eſt, cum timore diuino ſcilicet aliquid boni. Alienus enim à Deo & ſuperbus in periculo mortis poſitus, aliquando facit aliquid boni de genere ex illo timore.* 44 Sine con. *id eſt, ſine habitu mentis, nam hoc facit ex paſſione timoris tranſeuntis; ideo ſubditur,* 45 Et ſuis in. ar. *Quia timore tranſeunte, ad conſuetudinem priſtinam malam reuertitur, & ſic arguendus efficitur.* 46 Fili ſine con. *Poſtquam egit de actione prælati, hic conſequenter agit de modo agendi, qui debet eſſe per conſilium bonum. Vnde principes quantumcunque ſapientes, & prælati quantumcunque literati, debent habere ſecum aliquos ſapientes, cum quibus conferant de agendis: ideo dicit,* Fili ſine conſilio. *Debent etiam vitare periculoſa; ideo ſubditur,*

20 Et

☞ In via

¶ Hæreticę doctrinæ.
A poſt factum non pœnitebis. In via ruinæ non
a ¶ Scelerum oſtenſiones.
eas, & non offendas in lapides, nec credas te
a ¶ Nimijs quęſtionibus. b ¶ Id eſt, incidas in errores.
vię laborioſæ, ne ponas animæ tuę ſcãdalum.
a ¶ Quos in doctrina eccleſiaſtica genuiſti. b ¶ Falſis fratribus.
Et à filijs tuis caue, & à domeſticis tuis atten-

a ¶ Quicquid agimus, ſecundum regulam fidei temperare debemus, ſecundum cuſtodiam mandatorum Dei.
de. In omni opere tuo crede ex fide animę tuę: D
hæc eſt enim † conſeruatio mãdatorum. Qui
a ¶ Qui confidunt in domino ſicut mons Sion, &c. Omnis qui credit in illum, non confundetur.
credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit
in illo, non † minoratus erit.

† conſummatio.
† minorabitur.

NCOLAVS DE LIRA.

1 In via rui. non eas. *id eſt, occaſionibus peccandi non te exponas.*
2 Et non offen. in la. *id eſt, Grauiter non peccabis, ſcilicet mortaliter. Nam talis ſe offendens in lapides grauiter læditur: ſecus eſt de peccato veniali, quod non euitatur totaliter in vita præſenti.*
3 Nec credas te viæ labo. *Confidens de tuo ingenio, ipſum altioribus te applicando, quorum inquiſitio eſt inutilis & laborioſa, & frequenter noxia, ideo ſubditur,*
B 4 Ne ponas. *Quia frequenter per talem inquiſitionem homo cadit in errorem.*
5 Et à filiis tuis, *Ne illorũ amore tractus acquiras malè bona alterius.*
6 Et à domeſticis tuis, *id eſt, ſeruis,*
7 Attende. *Vt non tractent infideliter bona tua.*
8 In omni opere tuo crede, *id eſt, fidei fundamentum ſuppone, ſine qua nullum opus Deo placet, Heb. xj. a.* Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.
9 Ex fide animæ tuæ, *id eſt, cordis tui, & non tantum oris, Roma. x. c.* Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.
10 Hæc eſt enim conſeruatio mandat. *ſcilicet fides operans per dilectionem.* 11 Qui credit Deo, *Fide formata charitate,*
12 Attendit mandatis, *Ne tranſgrediatur ea:* E
13 Et qui confidit in illo, *Per ſpem firmam, quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens,*
14 Non minoratus erit, *id eſt, non deficiet à præmio expectato.*

CAP. XXXIII.

a TImẽti Deum. Sequitur.
b *Qui interrogationem manifeſtat, &c.*
✠ RAB. De ſanctis doctoribus dicit, qui vt ad interrogata cõdignè reſpõdere poſſint, præparant verbum in corde ſuo; & C deprecantur dominum vt ipſe eis manifeſtet rei veritatẽ, & conſeruant digna operatione, quæ ipſe iuſſit eis cuſtodire, & ſic meditando, orando, operando, condignum interrogantibus ſe præbẽt reſpõſum. Sic enim Paulus diſcipulum docuit, dicens, *ſollicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* Hinc & Petrus ait. *Dominum autem Chriſtũ ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcẽti vos rationẽ, de ea, quæ in vobis eſt ſpe & fide.* Econtra verò de ſtultis prædicatoribus

CAP. XXXIII.

a ¶ Aeterna.
a TImenti dominum, non occurrẽt mala,
a ¶ Nouit Deus pios de tentatione eripere.
ſed in tentatione Deus illum conſerua-
a ¶ Peccatis ſuggeſtionibus diaboli. b ¶ Imo amat & ſeruat.
bit, & liberabit à malis. Sapiẽs non odit
a ¶ Turbine tentationum.
mãdata & iuſtitias, non illidatur qua-
a ¶ Eccleſiæ. b ¶ Qui enim non credit legi, ſtultus eſt.
ſi in procella nauis. Homo ſenſatus cre-
a ¶ Verax in promiſſis. b ¶ Doctor. ſ. qui ad interrogata nouit reſpondere.
b dit legi Dei, & lex illi fidelis. Qui interrogationem manife-
a ¶ Præmeditando. b ¶ Reſponſionis. c ¶ Dominum ſcilicet, vt intelligat veritatem.
ſtat parabit verbũ: & ſic deprecatus exaudietur, & conſerua-
a ¶ Digna operatione. b ¶ Domini. c ¶ Meditando, orando, operando.
c bit diſciplinã, & tũc reſpondebit. † Præcordia fatui quaſi rota
d carri, et quaſi axis verſatilis cogitatus illius. Equ⁹ emiſſari⁹, ſic
¶ Quæritur
e & amic⁹ ſubsãnator ſub omni ſupra ſedẽte hinit. Quare dies

ribus ſequitur: *Pręcordia fatui, &c.*
c *Præcordia fatui quaſi rota carri.* Sicut rota carri & axis verſatilis, inſtabili motu à ſummis ad ima, ab imis ad ſuperiora vertitur: ſic ſtultorum præcordia, hæreticorum cogitatio ſemper inſtabilis, & aliquando hoc, aliquando F illud cogitant. Vnde, *Stultus vt luna mutatur.* Et alibi, *Cor ſtultorum diſſimile erit.*
d *Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator.* Sicut iumento nulla eſt ratio, ita in falſo amico nullus æquitatis ordo. Sicut enim equus laſciuus hinnitu ſuo dominum ſuum non diſcernit vel alienum, ſic ſtultus & deriſor non diſcernit hypocritam & fidelem amicum: ſed per oris officia æqualiter vtrique pandit ſecreta.
e *Quare.* Quia ſuperius ſtultũ vituperauit, quia nullã in rebus diſtantiam

Infra 27. b.
Prou. 15. a.
† ſup. 21. c.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXIII.

TImenti Deum. *Poſtquam actum eſt de actione prælati in pace, hic conſequenter agitur de ea in tribulatione, & primo in tribulatione ab extraneis, ſecũdo ab intraneis, ibi,* Et ego. *Prima in tres, quia primo ponitur in tribulatione conſtantia boni pręlati, Secundo, per oppoſitum, vt propoſitum magis appareat inconſtantia mali, ibi,* Præcordia fatui; *Tertio, ſolutio conſurgẽtis dubij ibi,* Quare dies. *Circa primum dicitur:*
1 Timenti Deum. *id eſt, prælato timenti Deum timore caſto,*
2 Non occurrent ma. *ſcilicet culpę, licet occurrant mala pœnæ in tribulatione, propter quod ſubditur,*
3 Sed in tentatione, *tribulationis.*
4 Deus illum conſeruabit, *In virtute patientiæ,*
5 Et liberabit à malis, *Culpæ, & aliquando cum hoc à malis pœnæ, eripiens eum à tribulatione.*
6 Sapiens, *Pręlatus,*
7 Non odit mandata, & iuſtitias, *Sed magis diligit et implet ea.*
8 Et non illidetur, &c. *id eſt, non frangetur per impatientiam.*
9 Quaſi in procella na. &c. *frangitur quando eſt fragilis.*
10 Homo ſenſatus cre. le. *quæ pro merito patientiæ promittit bona gloriæ, Matt. v. a.* Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
11 Et lex illi fidelis, &c. *quia veraciter ei reddit, quod promittit.*
12 Qui interrogationem, &c. *id eſt, prælatus, qui à ſubditis interrogatur de lege, debet veritatem manifeſtare, Malach. ſecundo. b.* Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legẽ ex ore eius requirent, &c.
13 Parabit verbum, &c. *ſecundum capacitatem auditorum.*
14 Et ſic depre. *dominum vt illuminet eum ad reſpõdendũ veritatem.*
15 Exaudietur, &c. *à domino.*
16 Et conſeruabit diſcipli. *id eſt, aptum modum docendi diſcipulos.*
17 Et tunc reſpondebit, *ad interrogata de moribus & fide: Et ex hoc habetur documentum, quod doctor & prælatus de talibus reſponſurus, vel prędicaturus, debet primò dominum deprecari.*
18 Præcordia. *Hic conſequenter agitur de inconſtantia mali prælati, qui ſecundum dictum ſaluatoris Ioh. x. c.* videns lupum venientem dimittit oues & fugit: *& hoc eſt quod dicitur,* Præcordia fatui, *id eſt, intellectus & affectus mali pręlati.*
19 Quaſi rota, &c. *quia non habet ſtabilitatẽ in bono, ideo ſubditur,*
20 Et quaſi Axis ver. co. illius. *qui voluuntur de vno ad aliud per inconſtantiam mentis.*
21 Equus emiſſarius ſic, &c. *i. deriſor: & iſte eſt malus prælatus, qui debet Deum diligere vſque ad mortem ſe exponendo pro populi ſalute: & tamen Deum deridet accipiens officium vicarię ipſius & non curans de honore eius.*
22 Sub omni ſupra ſedente, *ſcilicet Deo & angelis eius.*
23 Hinnit, *per inſolentiam vitiorum.*
24 Quare dies. *Hic conſequenter ponitur ſolutio dubij. Quia poſſet aliquis admirari & quærere, qualiter Deus permittit malos doctores & prælatos ad eccleſię regimen promoueri? Ad cuius ſolutionem, primò pręmittitur exemplum in naturalibus: Secundo applicatur ad propoſitũ in hominibus, ibi,* Et omnes homines. *Tertio confirmatur per ſimile in artificialibus,* Quaſi lutum, *& quarto ſoluitur dubium de malis prælatis & doctoribus ibi,* Contra malũ. *Circa primum dicitur,* Quare dies diẽ ſuperat. *in longitudine, ſicut dies æſtatis ſunt longiores quam dies hyemis.*

Et ita

¶ Alias In.

diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum † à ſole? 1 2 3

¶ Reſponſio.

a A domini ſcientia ſeparati ſunt: facto ſole, & pręceptum cu- 4 5 6
ſtodiente, per Dei ſapientiam diuiduntur. Et immutauit tem- 7 8
pora & dies feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebrauerunt 9 10
b ad horam. Ex ipſis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipſis 11 12 13
c poſuit in numerum dierum, & omnes homines de ſolo, & ex 14 15
terra, vnde creatus eſt Adam. In multitudine diſciplinæ † do- 16 17
mini ſeparauit eos, & immutauit vias eorum. Et ex ipſis be- 18 19
nedixit & exaltauit, & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applica- 20 21
uit: & ex ipſis maledixit, & humiliauit, & † conuertit illos ad 22 23
d ſeparationem ipſorum. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, 24 25 26
plaſmare illud et diſponere. Omnes viæ eius ſecundum diſ- 27 28
poſitionem eius, ſic homo in manu illius qui ſe fecit, et reddet 29 30
e illi ſecundum iudiciũ ſuum. Contra malum bonũ eſt, & contra 31

☞ ſtantium habuit, oſtendit in omnibus rebus ordinem eſſe decen- A tiſſimum. Dies ergo diem ſuperat propter aſcendentis ſolis curſum, qui gyrat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem. In æſtate longiores dies & clariores reddit, & annum lunæ & aliorum planetarum facit ordinabiliter differre: quia ad hoc creatus eſt cum alijs ſyderibus, vt ſint in ſigna & tempora, & dies, & annos.

Gene.1.b. a *Facto ſole.* Rab. pręcepit Deus in lege, dierũ, mẽſium, & an- B norum obſeruãtiam ſecundum ſolis & lunæ curſum: vnde ſabbathum, neomenia, phaſe, pentecoſte, menſis ſeptimus, & annus ſeptimus, & quinquageſimus, ritu ſuo celebrantur, vt intelligamus omnia à Deo eſſe ordinata, & maximè placere quod ordine & C ratione fit.

1.Cor.14 g b *Ex ipſis exal. &c.* id eſt, ſua diſcretione illos diſtinxit, quos pro benefactis remunerauit, & quibus pro malefactis dignam mercedem retribuit.

c *Et omnes homines.* Poſt diſpoſitionem ſyderum, & ordinem temporum, de hominum conditione agit, vt intelligamus omnia ordinata eſſe. Omnes homines de ſolo, & ex terra facit, quia Adam de terra formauit, vnde omnis homo originem trahit. Sed poſtquam multiplicari cœpit, & quidem varijs erroribus ſe † obligauerunt, ſeparauit iuſtos & benedixit: impios verò æterna maledictione damnauit. D † applicuerunt.

d *Quaſi lutum figuli in manu, &c.* In manu ſua habet conditor maſſam humani generis, & ſecundum voluntatem ſuam vaſa fingit, nec eſt qui reſiſtat voluntati eius: tamen omnia iuſtè & ordinatè facit. Scit enim cui debeat miſereri ſecundum pręſciẽtiam, & prædeſtinationem ſuam, & quem debeat indurare ſecundum iuſtitiam. † & ſol ſole E

Author li. de ſalutaribus documẽtis c.36. ✠ Avgvst. Tempus eſt vt reparemur: & ſi in aliquo per peccatum fracti ſumus, omnipotentem Deum † figulum & artificem habemus: credamus quia potens eſt reparare perdita, qui creauit hæc omnia integra. Ipſe enim ait, *Sicut lutum in manu figuli, ita vos eſtis in manu mea.* Ideo *humiliemus nos ſub manu omnipotentis Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis.* Cogitemus nos in conſpectu Dei ſtare: agnoſcamus quid ſimus: agnoſcamus quia terra & cinis ſumus, dum Propheta contra nos dicat, *Quid ſuperbit terra & cinis?* † Dominus † vertit F Eccl. 15. a.

e *Cõtra malũ.* Rab. Inueſtigator operũ Dei inuenit in ipſis quãdam contrarietatẽ, ſed mirabiliter à Deo ordinatam: Non eſt ergo mali conditor Deus, qui fecit omnia bona valde; nec mortem fecit, nec lætatur in perditione mortuorum, ſed vniuerſitatis

☞ eſt mira

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et iterum lux lucem, &c. *Lux enim ſolis maior eſt, quàm lux lunę, & aliarum ſtellarum.*

2 Et annus annum. *Nam annus ſolaris excedit annum lunarem in xj. diebus.*

3 A ſole, &c. *non quia ſint plures ſoles, ſed quia idem ſol excedit ſeipſum in cauſando calorem: nam in æſtate cauſat maiorem calorem in habitatione noſtra, quàm in hyeme: quia tunc magis appropinquat ad tropicum æſtiualem. Et reſpondet vnde talis variatio ſurgat, dicens,*

4 A domini ſcientia ſeparati ſunt, *id eſt, diſpoſiti effectus dicti.*

5 Facto ſole & præceptum. *id eſt, ordinationem Dei.*

6 Cuſtodiente, *nam per ipſum illuminantur cæteræ ſtellæ, & per motum eius in obliquo circulo ſit dicta variatio dierum, annorum, & caloris. Quod autem ſubditur in aliquibus libris,*

7 Per Dei ſapientiam, *non eſt in textu, ſed immediatè ſubditur,*

8 Et immutabit tempora, *ſcilicet ſol, per cuius motum diſtinguuntur quatuor anni tempora, ſcilicet æſtas, hyems, ver, & autumnus.*

9 Et dies feſtos ipſorum, *ſcilicet temporum,*

10 Et in illis, *ſcilicet temporibus.*

11 Dies feſtos celebrauerunt, *ſcilicet Hebrei, de quibus loquitur autor iſte, qui fuit Hebræus, & aduentum Chriſti longo tempore pręceſſit.*

12 Ad horam, *in lege determinatã Leui.xxiij.e.* A veſpere in veſperum celebrabitis ſabbatha veſtra.

13 Ex ipſis, *diebus feſtiuis,*

14 Exaltauit & magnificauit Deus, *præcipiendo maiorem ſolennitatem, & maiora ſacrificia fieri in aliquibus quam in aliis, ſicut in Paſchate, & Pentecoſte, & ſimilibus, quæ celebrantur ſemel in anno tantum: quam in neomeniis, quæ celebrabantur quolibet menſe, & ſabbathis in qualibet hebdomada.*

15 Et ex ipſis, *ſcilicet diebus anni,*

16 Poſuit in numerum dierum, *id eſt, dimiſit ſine tali ſolemnitate, in qua homines vacarent operibus ſuis: quod ſubditur in aliquibus libris,* & annos, *non eſt de textu.*

17 Et omnes. *Hic magis applicat ad propoſitum in hominibus, dicẽs:* Et omnes homines de ſolo, &c. *idem ſignant. Sed dicitur* ſolum *à ſoliditate, & terra quia teritur pedibus hominum & animaliũ, ſupple fecit Deus.*

18 Vnde creatus eſt Adam, &c. *id eſt, formatus quantum ad corpus, Geneſ.j.*

19 In multitudine, &c. eos. *ſcilicet homines ſuper terram multiplicatos poſt diluuium, & vnitos in ędificatione turris Babel contra Deũ: propter quod Deus reprimens eos à tali temeritate confudit linguas eorum, Gen.xj.b. & ſic diuiſi ſunt per diuerſas terras: ideo ſubditur,*

20 Et immu.vi. *ſecundum diſtinctionem linguarum.*

21 Et ex ip.be. *ſ. Abrahã, Iſaac, et Iacob, & qui deſcenderunt ex illis.*

22 Et exaltauit. *educendo populum Iſrael de Ægypto in ſignis & mirabilibus, vt patet in Exo.* 23 Et ex his ſan.ad ſe.ap. *ſ. tribum Leui, quæ deputata fuit ad cultum domini & potiſſimè Aaron & filios eius.*

24 Et ex ipſis. *ſ. Core cum eius complicibus, Nu. xvj.*

25 Et humiliauit. *eorum rebellionem & ſuperbiam deijciendo.*

26 Et cõ.il. *in infernum, terrã ſubuertendo, vt illos viuẽtes abſorberet.*

27 Ad ſe.ip. *i. ſtatim cum fuerunt ab aliis ſeparati. Moyſes enim vidẽs pœnam eorum imminentem dixit aliis,* Recedite à tabernaculis impiorũ, &c. *et ſubditur ibidem,* Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos. 28 Quaſi lu. *Hic conſequenter confirmatur per exemplum in artificialibus. Sicut enim figulus ſecundum voluntatem ſuam format vaſa de luto, aliqua in honorem, vt in illis ſeruiatur in menſa, & alia in contumeliam, vt illis vtantur homines ad vrinã, & egeſtiones, et conſimilia,* 29 Sic homo in manu illius. *Nam electos præparat ad gloriam, & reprobos reſeruat ad pœnam, ideo ſubditur,*

30 Et reddet illi ſecundum. *id eſt, ſecundum regulam diuinæ iuſtitię, ſecundum quam redditur bonis gloria, malis gehennę pœna.*

Quare Deus mala permittit.

31 Contra malum. *Hic ex præcedentibus ſoluitur prędictum dubium. ſ. qualiter Deus permittit aliquos malos doctores & prælatos cum bonis in regimine populi. Ad cuius intellectum ſciendum, quod diuerſitates & inęqualitates inductæ de naturalibus & artificialibus non ſunt omnino ſimiles diſtinctioni et inæqualitati, quę eſt in bonis et malis hominibus: nam inęqualitas in rebus naturalibus eſt per ſe intenta & facta à Deo, vt ex diuerſis gradibus creaturarum conſurgat admirabilis pulchritudo vniuerſi. Similiter ex intentione figuli per ſe & directè eſt, quod faciat aliqua vaſa in contumeliam, et aliqua in honorem, ad diuerſas neceſſitates hominum ſupplendas, ad quod ordinatur directè ars fictilis: ſed quod aliqui homines ſunt mali per culpam, non eſt ex ordinatione diuina, cum Deus nullo modo ſit autor mali culpę, vt declaratum eſt diffuſius ſuprà xv.cap. nec per conſequẽs ex eius intentione et voluntate omnino prima eſt, quod aliqui reſeruentur ad gehennam. Nam voluntate eius prima ſiue antecedente* vult omnes homines ſaluos fieri. *j. Timo. ij.b. ſed voluntate conſequente præuiſionem peccatorum in malitia perſeuerantium vult ipſos damnari. Sic enim malum culpę reducitur ad ordinem iuſtitiæ, propter quod, licet Deus nullo modo ſit cauſa efficiens malorum, ſed tantum bonorum, eſt tamen autor ordinationis tam bonorum quam malorum, quia dedecus culpę punit per decorem iuſtitiæ, et ſecundum quod dicit beatus Aug. in Enchiridio: Deus eſt adeò omnipotens et bonus, quod non ſineret mala fieri, niſi ex eis eliceret maiora bona, et ſic permittit malos cum bonis tam in ſubditis quam in prælatis vſque ad iudicium, in quo ſeparabuntur hi totaliter ab illis. Et ſic patet ſolutio quæſtionis. Dicit igitur,* Contra malum bonum eſt, &c. *quia contra malum naturæ, eſt bonum naturæ: et contra malum culpæ, bonum gratiæ: et contra malum gehennę, bonum gloriæ.*

22 Et

Et con-

☞ eſt mirabilis ordinator. Naturæ ergo bonæ ſunt, & à Deo ſunt: vitia verò non ex Deo.

A

a *Reſpicite.* RABA. Omnes cõmuniter admonet, vt iuris ſui rationẽ nõ omittant, quia, non aliter poteſt habere pacem & quietem. Qui enim primatus ſui autoritatem perdit, in deſpectionem & anguſtiam ſe mittit: Qui autẽ locum ſuum ſapienter cuſtodit, ſe & ſuos ad profectum virtutis dirigit.

B

✝ Reſpiciẽs ſuprà 24.d.

b *Audite.* Ad literam patres docet, vt filios regant, & cum diſciplina nutriant, donec veniant ad ætatem perfectam, vt digni hæredes patrũ ſuorum poſſint eſſe. Spiritualiter verò inſtruit rectores eccleſiæ, vt dignitatem ſuam vſque ad finem teneant & diſcipulos ſuos bene nutritos hæredes ſui laboris relinquãt. Tenere debẽt rectores exteri⁹, quod pro aliorũ vtilitate ſuſcipiunt.

C

vitam mors: ſic & contra virum iuſtũ peccator. Et ſic intuere in omnia opera altiſſimi. Duo contra duo, & vnũ contra vnum. Et

a ¶ Arrogantiam vitat, ſed veritatem non tacet.
b ¶ Sacrorum librorum ſcriptor. c ¶ Racemos. ¶ Spiritualis vini.

egô nôuiſſimus euigilaui, & quaſi qui colligit acinôs poſt vindemiatores. In benedictione Dei & ipſe ſperaui, & quaſi qui

a ¶ Qui diuinam gratiam ſicut cæteri patres habui, & Fructum ſcientiæ protuli.

a vindemiat rêpleui torcular. † Reſpicite quoniam non mihi ſoli

a ¶ Quærendo, meditando lucem ſapientiæ.

b lâboraui, ſed & omnibus exquirentibus diſciplinam. Audite

a ¶ quibus correctionem vitæ & modeſtiam diſciplinæ exhibui.

me mâgnates, & omnes populi & rectores eccleſię auribus percipite. Filio & mulieri, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non dederis alij poſſeſſionem tuam, ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis. Dũ adhuc ſuperes & aſpiras, non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam in gloriam tuam. In die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam. c Cibaria & virga & onus aſino, panis & diſciplina & opus ſeruo. Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere; laxa manus illi, & quærit libertaté. Iugum & lorum curuant collum durum, & ſeruum inclinant operationes aſſiduæ. Seruo maleuolo † tortura & cõpedes: mitte illum in operationem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit otioſitas. In opera conſtitue eum, ſic enim concedet ✝ illũ. Quòd ſi non obaudierit, curua illum compedibus, & non amplifices ſuper omnem carnem. Verum ſine iudicio nihil facias graue. d Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua. Quaſi fra- e trem ſic eum tracta, quoniam in ſanguine animæ comparaſti eum. Si læſeris eum iniuſtè, in fugam conuertetur: & ſi extollẽs diſceſſerit, quem quæras, & in qua via quæras illum, neſcis.

minorum ſuorum comprimantur, ne illicita fraudentur libertate. In quibus non natura deſpiciẽda, ſed improbitas coercenda, vt ſciant ſe ſubditos eſſe. Rectè autem ſerui ſunt, qui vitiis ſeruiũt. qui verò iuſtitiæ obediunt, verè liberi ſunt. Vnde, *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Nulla enim melior maiorve poteſtas, quã ſeruire Deo, cui bene ſeruit amor: deſcribitur ergo qualis debeat eſſe ſeruilis nutritura & diſciplina, vt habeãt. ſ. victum & veſtitũ, non vagandi otium.

D

Allegoricè

Ioan. 8. c.

E

d *Si eſt tibi fidelis.* Boni ſerui legẽ tradidit, dicens *Non lędas ſeruum bene operantem, &c.* In quo oſtenditur, quòd ſi beneuoli ſint & obediẽtes, vt fratres habendi ſunt, Si autẽ duri & ſuperbi, ſunt ſub diſciplina coercendi.

† tormenta

F

✝ illi

e *Quaſi fratrẽ.* Quia in eo communem naturã debemus diligere, & ſi neceſſe fuerit, pro eo animã ponere. Non eſt enim homo perſequendus, ſed vitia.

c *Cibaria & virga, &c.* Neceſſe eſt vt iniqui ſerui ſeueritate domino·

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et contra vim, &c. *quia contra triplicem, vitam. ſ. naturæ, gratiæ, & gloriæ, eſt triplex mors, ſ. naturæ, culpæ, & gehennæ.*
2 Sic contra virum iuſtum *ſubditum vel prælatum,*
3 Peccator, *ſubditus vel prælatus.*
4 Et ſic in omnia ope. al. *i. ſi conſideres opera Dei, in omnibus inuenies quandam oppoſitionem, diuerſimodè tamen, modo prædicto.*
5 Duo contra duo. *i. duo mala contra duo bona, & vnum contra vnum Sequitur,*
6 Et ego. *Hîc conſequenter agit autor de actione boni prælati in tribulatione à domeſticis. Circa quod primo præmittit breuem prologum, ſecundò proſequitur propoſitum, ibi,* Audite me. *Circa primũ dicit,* Et ego nouiſ. *ſ. ad intelligendum, & ſcribendum ſapientiam poſt doctores & ſcriptores præcedentes. Scriptor enim huius libri fuit tempore Ptolemæi Euergetis, qui regnauit in Aegypto poſt tempora Alexandri magni.*
7 Et quaſi qui col. aci. *i remanentes racemos: & in hoc ſe humiliat, præponens ſibi alios doctores & ſcriptores non ſolum tempore, ſed etiam ſcientia & autoritate.*
8 In bene. Dei & ipſe. *i. confidens de eius adiutorio, ſcribere cœpi.*
9 Et quaſi qui vin. *i. ego ex adiutorio Dei deſcripſi ſapientiam abũdanter, ſicut etiam præcedentes ſcriptores.*
10 Reſpicite quoniam non. *acquirẽdo meritum per hanc ſcripturã.*
11 Sed & omni ex qui. *quia poſſunt proficere in ſtudio huius doctrinę.*
12 Audite me. *Hîc conſequenter proſequitur propoſitum. Circa quod ſciendũ quod homo dupliciter à domeſticis tribulatur: Vno modo ab vxore, filijs & propinquis, qui aliquando nimis volunt dominari: & ideo primò oſtendit quid circa hoc ſit agendum, dicens,* Audite me.
13 Magnates, *id eſt, principes,* 14 Et omnes populi, *inferiores,*
15 Et recto. eccleſiæ. *id eſt, prælati, doctores.*
16 Auribus perci. *id eſt, aure corporis & aure mentis.*
17 Filio & mu. fratri, & amico non des, &c. *ſed magis à tali tribulatione tua ipſos reprime.* 18 Et nõ de. alij, &c. *vnde debes viuere.*
19 Ne for. pœni. te & depre. *ſ. pro neceſſitatibus tuæ vitæ.*
20 Dũ adhuc, &c. *i. quãdiu viuis, nullus homo te moueat ab hoc propoſito. Et ſubditur ratio,* 21 Melius eſt enim vt filij tui te ro. *tanquam inferiores, quia naturaliter tibi debent ſubeſſe.*
22 Quam te reſpi. in manus fil. tuor. *tanquam ad ſuperiores.*
23 In omnibus operibus tuis præcel. *perſonis prędictis.*
24. Ne dederis, &c. *ſupponendo te illis, quibus debes præeſſe.*
25 In die &c. *i. tempore mortis.* 26 Diſtribue hæreditatẽ tuam *hæredibus tuis, ita quod non poſſideant illam te viuente.*
27 Cibaria. *Secundo tribulatur paterfamilias à ſeruis ſuis rebellibus malis & infidelibus: propter quod hîc oſtenditur quid agẽdum ſit cũ eis, cum dicitur,* Cibaria & vir. &c. *Et ſicut iſta conueniunt ad bonũ regimen aſini. ſ. pabulũ, pro eius ſuſtentatione; & virga pro pigritiæ ſuæ excitatione; & onus, pro domini neceſſitate: ſic ſunt tria quæ ſequũtur ad bonum ſerui regimen,* 28 Panis, &c. *id eſt victus, vt viuat,*
29 Et diſ. *ne ſuperbiat,* 30 Et opus, &c. *ne per otium tepeſcat.*
31 Operatur, &c. *conuenienter,*
32 In diſci. &c. *i. quandiu ſub diſciplina:*
33 Et quęrit, &c. *i. ſi quærat requiẽ à laboribus ſine cauſa rationabili.*
34 Laxa ma. *ſ. requiem ei concedendo.*
35 Et quærit, &c. *ſ. à te totaliter liberari.*
36 Iugũ & lo. &c. *equi vel bubali.* 37. Et ſer. inclinãt *id eſt, humiliãt.*
38 Opera aſ. *quia tunc non habent tempus machinandi ad rebellionẽ.*
39 Seruo maleuo. *id eſt, rebelli & infideli,*
40 Tortura, &c. *vt eius infidelitas reueletur,*
41 Et compe. &c. *ne fugiat & euagetur.*
42 Multam enim ma. *machinandi contra dominos,*
43 Docuit otioſitas, *ſeruorum. Cætera patent vſque ibi.*
44 Et non amplifices, *id eſt, non des ei poteſtatem ſuper aliquem hominem, quia non debet præeſſe, ſed ſubeſſe. Et hoc eſt contra aliquos principes Chriſtianos, qui Iudæos faciunt ballinos & præpoſitos ſuper Chriſtianos, cùm tamen inter Chriſtianos debeant eſſe ſerui.*
45 Verũ ſine iudicio *debitæ diſcretionis.* 46 Nihil facias gra. *ſeruis tuis: propter quod ſubditur.* 47 Si eſt tibi ſeruus fid. ſit tibi. q. anima *ipſũ ex corde diligẽdo.* 48 Quaſi fratrẽ ſic eũ tra. *dulciter & manſuete.*
49 Quoniã in ſan. ani. cõpa. *i. emiſti eũ pro neceſſitate vitæ tuę: quia vita cõſiſtit in ſanguine, Leui. xvij. c.* Anima omnis carnis in ſanguine eſt. 50 Si læſeris eũ iniu. in fu. cõ. *& ſic carebis tua neceſſitate.*
51 Et ſi extollens diceſ. *i. ſecum exportans aliquid de domo tua, fugiet ad locum remotum & occultum, & ſic eum non poteris inuenire.*

22 Quod

## CAP. XXXIIII.

A a *Vana ſpes.* Sequitur.
b *Quaſi qui apprehendit.* RABA. Significat, ſōnia fallacia dęmonum homines ſæpe ludere, & in errores trahere, niſi cautè diſcernātur: vnde, *Ab immun. quid mūda. & à men. quid ve. dicetur?* Inde (Leui. 19. f) in lege præcipitur, *Non obſeruabitis ſomnia neque diuinationes:* Aliquando autem reuelationes per ſomnia fiunt, vnde in dialogo Gregor. Sciendum præterea, quia ſex modis tangūt animum imagines ſomniorum: Aliquando enim ventris plenitu- B dine vel inanitate; aliquando illuſione; aliquando cogitatione ſimul & illuſione; aliquando reuelatione, aliquando cogitatione ſimul & reuelatione. Duo prima, omnes experimento cognoſcimus; cætera in ſcripturis inuenimus. Niſi enim ſomnia per illuſionē diaboli fierent, nequa- C quam diceret vir ſapiens, *Multos errare fecerunt ſomnia, &c.* (Eccleſ. 5. a) Et alibi, *Non augurabimini, non obſeruabitis ſomnia*; (Leui. 19. f) valde enim deteſtabilia ſomnia oſtenduntur, quæ auguriis coniunguntur. Quia verò cogitatione ſimul & illuſione ſomnia fiunt ſcriptum eſt, *Multas curas ſequuntur ſomnia.* (Gen. 37. c) Per reuelationem verò Ioſeph ſe fratribus præferendum ſomnia vidit. (Matth. 2. c.) Et Ioſeph monetur, vt tollat in Æyptum puerum & matrem eius. Et quia aliquando ſomnia cogitatione & reuelatione fiunt, Daniel Nabuchodonoſor viſionem ediſſerens à radice cogitationis inchoauit, (Dan. 2. c.) *Tu rex cœpiſti cogitare in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hac, &c.* Difficile ergo ſomniis credendum eſt quia quo impulſu veniāt, facilè non elucet. Sancti verò illuſiones & reuelationes quodā intimo ſapore diſcernunt: vt ſciant quid à bono ſpiritu percipiant, vel quid ab illuſione patiantur. D
c *Sine mendacio conſummabitur verbum legis.* Abiectis ſomniis hortatur credendum eſſe doctrinæ ſapientiæ, quæ in ore fidelis viri complantata ſine mendacio conſummat verbum.

d *Qui non eſt tentatus quid ſcit.* ✠ RAB. Tentatio hic experiētiam ſignificat tribulationis, quæ electis exhibetur ad probationem, ſicut ſcriptum eſt, *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.* Quantò enim quis tribulationis experitur labores, ſi in fide E perſtiterit & patientiam ſeruauerit; tantò contra alios labores intollerantiæ virtute fortior erit; & qui multa didicit, id eſt, multa ſanctarum ſcripturarum myſteria in ſinu mentis ſuæ colligit, ipſe alijs verbum ſani intellectus & ſpiritalis conſolationis ritè enarrare valebit. F Vnde & Paulus ait, *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipſi à Deo.*
e *Enarrabit intellectum.* Aliis inſtruēdis, vnde, *Benedictus Deus, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus conſolari eos qui in omni preſſura ſunt.* (2. Cor. 1.)
f *Qui autem in multis fatuus eſt, multiplicabit malitiam. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit?* Mutabilis, ſcilicet mēte, inſtabilis eſt actione. Vel, qui fidei vnitate perdita multiplices ſequitur hæreticorum ſectas, multis impietatibus ſeruit.

## CAP. XXXIIII.

Vana ſpes & mendacium viro inſenſa- 1
to, & ſomnia extollunt imprudentes. 2
a Quaſi qui apprehendit vmbram, & 3 4
perſequitur ventum, ſic & qui attendit 5
b ad viſa mendacia. Secundum hoc viſio 6
ſomniorum. Ante faciē hominis ſimi- 7
litudo alterius hominis. Ab immundo 8
quid mundabitur? Et à mendace quid verum dicetur? Diui- 9 10
natio erroris, & auguria, mendacia, & ſomnia malefacien- 11
tium, vanitas eſt. Et ſicut parturientis cor tuum phantaſias 12 13
patitur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio; ne dederis in 14
illis cor tuum. Multos enim errare fecerunt ſomnia, & exci- 15 16
c derunt ſperantes in illis. Sine mēdacio conſummabitur ver- 17
d bum legis, & ſapientia in ore fidelis † cōplanabitur. Qui non 18
(a ¶ Tribulationibus.)
eſt tentatus quid ſcit? Vir in mūltis expertus cogitabit mul- 19 20
(a ¶ Scripturarum myſteria.)
e ta, & qui multâ didicit, enarrabit intellectum. Qui non eſt 21 22
(a ¶ Tribulationem.)
f expertûs, pauca † recognoſcit: Qui autem in multis † fatuus 23 24
eſt, multiplicabit malitiam. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit? 25 26

† cōplacebit
† cognoſcit
† factus

Plurimas

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XXXIIII.

Vana ſpes. *Poſtquam actum eſt de prælatorum actione, hic conſequenter agitur de eorum contemplatione, quæ conſiſtit in duobus, ſcilicet in meditatione ſacræ ſcripturæ, de qua agitur primo; & in cultu latriæ, de quo agitur ſecundò. ibi,* Immolantis. *Prima in duas, quia primò ponitur remotio impedimenti; ſecundò executio propoſiti, ibi,* Sine mendacio. *Illud autem, quod impedit maximè meditationem veritatis ſacre, ſcripturę eſt, intēdere ſomnis, diuinationibus, & auguriis quę ſunt plena mendaciis; ideo dicit.*

1 Vana ſpes & mendacium viro inſenſato, *quia non habet ſenſum diſcernendi, quæ ſperanda ſunt & quæ non.*

2 Et ſomnia extollunt impru. *quia ſomnia de proſperis credunt eſſe reuelationes: ideo ſequitur.*

3 Quaſi qui apprehendit vmbram *quæ non eſt palpabilis,*

4 Et perſequitur ventum *qui non eſt comprehenſibilis:*

5 Sic qui atten. ad vi. men. *in vanis ſomniis.*

6 Secundum hoc, *quod ſequitur,*

7 Viſio ſom. ante. fa. homi. *Nam in ſomniando apparet aliquando ſimilitudo alterius hominis, qui non eſt homo verus ſed tantum phantaſticus: ideo non poteſt aliquid docere. Et ſi aliquādo dæmon ibi appareat, in ſimilitudine illa, non docet veritatem, ſed falſitatem; quia mendax eſt; ideo ſubditur,*

8 Ab immun. quid mundabitur? *q. d. nihil, ſed magis inquinabitur.*

9 Et à mendace quid verum dice. *q. d. nihil. Nam & ſi diabolus aliquando vera dicat, hoc, eſt vt, poſtea magis decipiat: & ſic illud verū ex fine poteſt dici mendacium. Nam vbi vnum propter alterum, vtrobique vnum tantum: ideo ſubditur,* Diuinatio erroris, &c. *& patet.*

10 Et ſicut parturientis. *i. ſicut parturiens dolet,*

11 Cor tuum phantaſias pa. *in ſomniis terribilibus, quæ frequenter ingerunt magnam paſſionem, & maximè quando fiunt per artem magicam.*

12 Niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, *diuinæ cōſolationis & repreſſionis talium ideo concluditur:* Ne dederis in illis cor tuum. *& patet.*

13 Sine mendacio. *Hic conſquenter ponitur executio propoſiti. Circa quod ſciendum, quòd veritas ſacræ ſcripturæ aliquando cognoſcitur per ſtudij exercitationem; aliquando per hominis intelligentis inſtructionem; & aliquando per diuinam illuminationem, igitur primò ponitur primum, cum dicitur,* Sine mendacio, conſum. verb. legis *& prophetarum: nā habitum eſt per diuinā reuelationem, cui non poteſt ſubeſſe falſum, cum Deus ſit prima veritas; Quaſi dicat autor hic, prælatus debet applicare ſuum intellectum per ſtudij diligentis exercitium,* (Scripturæ ſacræ veritas variis modis cognoſcitur.)

14 Et ſapien. *Hîc ponitur ſecundum. ſ. cognitio per inſtructionem, cū dicitur,* Et ſapientia, *in ſacra ſcriptura contenta,*

15 In ore fidelis. *doctoris.*

16 Complanabi. *id eſt planè docebitur: nā occulta ſcripturarum ſcit aperire & explanare, quia in talibus eſt exercitatus; ideo ſubditur,*

17 Qui non eſt ten. &c. *i. expertus, quod patet ex hoc quod ſequitur,*

18 Vir in multis expertus, *id eſt, in multis ſcripturis exercitatus,*

19 Cogitabit multa, &c. *nam per vnum paſſum ſcripturæ ſibi notum declarat alium magis occultum, ideo ſubditur,*

20 Et qui multa didicit, &c. *per ſtudij exercitium,*

21 Enarrabit intellectum, &c. *ſcripturæ verum.*

22 Qui non eſt expertus, &c. *in ſcripturis,*

23 Pauca recognoſcit, &c. *quia pauca per ſe poteſt inuenire, propter quod qui aliorum dicta ſtudere dedignantur vacui veritate reperiūtur.*

24 Qui autem in multis fatuus eſt, &c. *intellectum ſuum applicando multis vanis & curioſis.*

25 Multiplicabit malitiam, &c. *nam frequenter fabricat erroneam doctrinam: Aliqui libri habent,* Qui autem in multis factus eſt diſcurrens *per multa cognoſcenda ſicut gallus ambulat ſuper blada, & non figit intellectum ſuum in aliquo ſufficienter exquirendo,* Multiplicabit ma. *nam in nullo habet ſufficientem notitiam: & per conſequens habet inutilem & falſam doctrinam.*

26 Qui ten. non eſt, &c. *exponatur vt ſuprà.*

Qui

☞ a *Plurimas verborum.* RABA. Scripturam ſignificat, qui intentè
A ſcripturam meditatur, & humiliter dominum deprecatur, & rerum & verborum ſcientiam adipiſcitur.

b *Dona. ini.* Valde deteſtabile eſt ſacrificium, quod orbati patris dolori comparatur. Quidam penſant quanta tribuunt, & non quanta rapiunt. Et cōgregant mercedes, & mittunt eas in ſaccum pertuſum: In ſacco pertuſo videtur, quando pecunia mittitur, ſed non quando amittitur. Qui ergo quanta largiuntur aſpiciūt,
B ſed non quanta rapiunt, in ſacculo pertuſo mercedes mittunt, quia eas in ſpem fiduciæ ſuæ intuentes congerunt, ſed non ſe intuentes perdunt.

Aug. cōtra epiſtola Parmen. li. 2. cap. 6.

*Dona in quorum non probat altiſsimus, &c.* ⁂ AVG. *Sacrificia impiorum execratio eſt Domino.* Etenim, inquiunt, iniquè offerunt illa. Iam ſuprà reſponſum eſt, quia non iniquus eſt Chriſtus qui pro nobis ſeipſum obtulit, & noſter in cælo mediator

Sacrificiū eucharıſtię etiā à malis oblatū prodeſt.

C eſt, quo ſuam Eccleſiam gubernante bonis mali non oberunt, qui vel ignorantur, vel pro pace tolerantur, donec ipſe veniat, ac ſeparet præmiſsis meſſoribus à meſſe zizania, & ventilabor paleas à frumētis: quamquam iſti, quod ſæpe dicendum eſt, falſa crimina obiecerint; quæ etiamſi vera eſſent, bonorum charitati pro vnitate in vnitate omnia toleranti nihil nocerent; ſi ea fortè etiam cognita, iudicibus Eccleſiaſticis perſuaderi

† 24 q 5. c. imolans.

† 14. q. 5. c. ſcriptum.

ſuaderi non poſſent. Sacrificia ergo impiorum eiſipſis oberunt, D
qui offerunt impiè. Nam vnum atque idem ſacrificiū propter nomen Domini quod inuocatur & ſemper ſanctum eſt, tale cuique ſit, quale corde ad accipiendum acceſſerit. *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi mãducat & bibit.* Illi ergo videant, vtrum dignè manducent, qui inter tam multos parentes & filios, maritos & vxores, inter tã multos quod eſt patentiſſimum, Dei hæredes & cohæredes Chriſti toto orbe diffuſos, nefario ſchiſmate diuiſerunt: cùm E poſſent, vtique ſi boni eſſent & verè malos arguerent, fructuoſè tolerare pro pace Chriſti, quæ perniciosè tolerant pro parte Donati.

1. Cor. 10.

† implanatus

Rom. 8.

† Deum

† quis

c *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, &c.* Inter opera ⁂ AVGVST. Qualis eſt eleemoſyna, vt vnus iniuſtè veſtiatur, & alius iniuſtè ſpoliatur: & vnus iniuſtè paſcatur, & alius iniuſtè fame torqueatur? Nō quærit iſta Deus à nobis: audeo dicere, odit iſta De⁹ omnipotēs. Ipſum audi Prophetam qui dicit. *Qui offert ſacrificium ex rapina, ſiue ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui: Non accipiam,* inquit Deus, *iſta de manibus veſtris: manus enim veſtræ ſanguineæ ſunt.* Et alius Propheta, *Panis regentium, vita pauperum eſt: qui defraudat illum, vir ſanguinum eſt.* F

Author libri de ſalutaribus documentis. c. 53

Iſa. 1. d 15. Eccle. 34. d 25.

☞ *Qui*

Qui † implantatus eſt, abundabit nequitia. Multa vidi enar- 1
a ¶ Virtus in infirmitate perficitur, & dominus electos ſuos ab omni anguſtia liberat. 2
a rando, & plurimas verborum conſuetudines. Aliquoties vſ- 3
a ¶ Non derelinquit Deus ſperantes in ſe. 4
que ad mortem periclitatus ſum horũ cauſa, & liberatus ſum 5
a ¶ Voluntas. b ¶ Oculi domini ſuper iuſtos. 6
gratia Dei. Spiritus timentiũ Deum quæritur, & in reſpectu 7
a ¶ Dei. b ¶ Aeterna benedictione. c ¶ Qui ſperat in domino non confundetur. d ¶ Deum. 8
illius benedicetur. Spes enim illorum in ſaluantem illos, & 9
a ¶ Reſpectus miſericordiæ. b ¶ Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe. 10
c ¶ Hinc Petrus ait: Timorem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. 11
oculi Dei in diligentes ſe. Qui timet † dominum nihil trepi- 12
¶ Qui ſaluat ſperantes in ſe.
dabit, & non pauebit, quoniã ipſe eſt ſpes eius. Timentis do- 13
minum beata eſt anima eius. Ad quem reſpicit, & † qui eſt 14
a ¶ Reſpondet interrogationi ſuæ. ¶ Id eſt, intuitus miſericordiæ eius.
b ¶ Ab omni ſcilicet aduerſitate protegēs.
fortitudo eius? Oculi domini ſuper timētes eum, protector 15
a ¶ Confortans ſcilicet illos. b ¶ Qui protegit ab ardore tentationis. 16
potentiæ, firmamentum virtutis, tegimē ardoris, & vmbra- 17
a ¶ Contra æſtum. b ¶ Id eſt, perſecutionis. c ¶ Propitiatio pro peccatis noſtris. 18
d ¶ Ne cadam ſcilicet in peccatis. 19
culum meridiani, deprecatio offenſionis, & adiutorium ca- 20
a ¶ Ad perfectionem virtutum. b ¶ Mentis, præbendo gratiam contemplationis. c ¶ Incorruptionis. 21
ſus: exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem, 22
a ¶ Immortalitatis. b ¶ Aeternæ hæreditatis. ¶ Venite benedicti patris mei. c ¶ Lucro. 23
& vitam, & benedictionem. † Immolantis ex iniquo oblatio 24
a ¶ Coram oculis Dei. b ¶ quia quod malum eſt, Deo gratum eſſe putatur. 25
eſt maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniu- 26
a ¶ Adeſt ſcilicet. 27
ſtorum. Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis & iu- 28
a ¶ Obſeruationes. ſ. Iudæorum poſt aduentum Chriſti. 29
b ſtitiæ. † Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec re- 30
a ¶ Qui offerunt, nec peccata dimittunt. 31
ſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificiũ 32

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui implan. eſt. *qui non fixit radicē intellectus & affectus in bono,*
2 Abundabit nequitia, *multiplicando vitia: conſequenter ponet autor exemplum de ſeipſo, dicens,*
3 Multa vidi, *id eſt, intellexi,*
4 Enarrando. *ſ. per doctrinam aliorum,*
5 Et plu. *conſuetudines ſupple cognoui. Alius eſt enim modus loquendi in lingua Græca & Hebraica, & autor huius libri ſciuit vtramque & hunc librum ſcripſit Græcè.*
6 Aliquoties vſque ad mor. periclita. *Vt enim addiſceret linguas iſtas, vt etiam ſcripturas, ad diuerſos magiſtros perrexit in diuerſis terris, in quibus fuit aliquã lo in periculo mortis, ſicut de Platone dicit Hieron. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ hiſtoriæ libris. Denique cùm literas quaſi toto orbe fugientes perſequitur, captus, à piratis & venundatus tyranno crudeliſſimo paruit, &c.*
7 Et liberatus ſum &c. *Iſta dicit autor iſte, vt magis credatur ſuæ ſcripturæ, quia præmiſerat, quòd homo in ſcripturis exercitatus, poteſt alios veritatem docere.*
8 Spiritus. *Hîc ponitur tertium, quod docet veritatem. ſ. illuſtratio diuina, cum dicitur,*
Spi. timentium Deum, *timore filiali,*
9 Quæritur à Deo, *ipſum perfectius illuminante: ideo ſubditur,*
10 Et in conſpectu il. be. *ampliori dono gratiæ.*
11 Spes enim, *& non inſomnia & auguria mendaciis plena, vt prædictum eſt.*
12 Qui timet domi. ni. *De his quæ per ſomnia & auguria huiuſmodi poſſunt fieri.*
13 Timentis do. beata eſt anima eius. *ſ. in ſpe, licet non adhuc in re.*
14 Ad quem reſpi. *q. d. ipſe Deus eſt ille, ad quem dirigit intentionem ſuam, & à quo habet protectionem: ideo ſubditur,*
15 Protector potentiæ, *timentis Deum,*

16 Firma-

16 Firmamentum virtutis, *ſtabiliens ipſum in bono.*
17 Tegimen ardoris, *id eſt, tentationum.*
18 Et vmbraculum meridiani. *i. refrigerium incentiui libidinis.*
19 Deprecatio offenſio. *i. deprecationem pro offenſionibus exandiēs.*
20 Et adiutorium caſus. *id eſt, ne homo cadat, ſuſtentans.*
21 Exaltans animam, *per donum charitatis, quod eſt excellentius cæteris. j. Cor. xiij. d.* Maior autem horum eſt charitas.
22 Et illuminans oculos, *mentis per donum ſapientiæ.*
23 Dans ſanita. *corporis & animæ, &c.*
24 Et vitam, *naturæ gratiæ, & gloriæ.*
25 Benedi. *multiplicationem bonorum temporalium & ſpiritualium, ſupple Deus eſt.*
26 Immo. *Hîc ponitur ſecundum, quod pertinet ad contemplationem prælati. ſ. cultus latriæ debitus. Qui conſiſtit in duobus, in ſacrificij oblatione, & debita oratione. Primò ponitur primum, & ſecundo ſecũdũ ca. ſe. ibi.* Qui adorat, Deum. *Prima in duas, quia primò reprobatur ſacrificiũ indebitũ; ſecundò approbatur debitum. ca. ſe. Prima in duas, quia primò ſacrificium indebitum reprobatur; ſecundò falſa cauillatio remouetur, ibi,* Vnus ædificans,
*Circa primum dicitur,* Immolantis. *ſacrificium Deo,*
27 Ex iniquo, *id eſt, ex acquiſito iniuſte,*
18 Obla. eſt macu. *peccato iniuſtitiæ.*
29 Et non ſunt benepla. ſubſannationes, *i. oblationes eorum ex alieno, quibus derident Deum, qui honorandus eſt de proprio. Prouer. iij. b.* Honora dominum de tua ſubſtantia. 30 Dominus ſolus. *i. illi, qui ſtant in via veritatis & iuſtitiæ habent ſolũ verũ Deũ pro Deo, & illorum acceptat munera: raptores & auari habent aurum & pecunias pro Deo, & guloſus delitias, luxurioſus voluptatem tactus, & huiuſmodi propter quod eorũ ſacrificia non ſunt Deo accepta, ideo ſequitur,*
31 Dona iniquo. non pro. *ſed magis reprobat ideo ſubditur.*
32 Qui offert ſacrificium ex ſub. *ſubtrahens ei victum.*

A a *Qui aufert* RAB. In ſudore vultus ſui pauper acquirit panem: Qui hunc violenter tollit, quaſi qui occidit proximum ſuum.
b *Vnus ædificans*. Hoc eſt quod ſupra dixit, ſacrificium de rapina non eſſe acceptabile. Qui offert de rapina, videtur ſibi ædificium virtutum præparere, non crimē auaritiæ attendit, & rapinę.

Eſai. 1. d. c *Qui baptizatur*. Lauamini, mundi eſtote, &c. Poſt lauacrum mundus eſſe negligit, qui poſt lachrymas vitę innocentiam nō cuſtodit. Lauantur quidam, & mundi nō B fiunt: quia commiſſa flere non deſinunt, & rurſum flenda committunt.

Aug. cōtra literas Petiliani lib. 1. c. 11. ✱ AVG. A quibus quæro, vtrum ad eorum pelagus commeando reuixerunt, an adhuc ſibi mortui manent? Si enim nihilominus cadauera ſunt nec aliquo modo prodeſt eis laua- C crum ab iſtis mortuis baptizantur. Si autem reuixerunt, quomodo prodeſt lauacrum illis quos cum exanimes iacerent: foris antea baptizarent, ſi eo modo, quo putant intelligendum eſt, *Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodeſt lauacrum eius?* Eos enim quos Prætextatus & Felicianus, cum adhuc Maximiano communicarent, baptizauerunt, nunc ſecum non rebaptizatos cum eiſdem baptizatoribus ſuis, hoc eſt Feliciano & prætextato intus habent permixtos communioni ſuæ: cuius facti occaſione, ſi non ſuæ pertinaciæ principatum fouerent, ſed ſpiritualis ſuæ ſalutis tam certum exitum cogitarent, euigilare vtique deberent & animi ſanitate recepta in pace catholica reſpirare, ſi tumore ſuperbiæ poſito, & pertinaciæ furore ſuperato, vellent atD tendere quam immani ſacrilegio tranſmarinarum Eccleſiarum, (quas primæuas ſitas ex ſanctis libris accepimus,) baptiſmus execretur: & Maximianiſtarum, quos ore proprio damnauerunt, baptiſmus recipiatur.

Auguſ ibid. cap. 5 vide etiam lib. 2. cap. 7. ✱ AVG. Iam verba epiſtolæ ſuæ, ille quiipſe ſcripſit, irrideat: qui vſurpato indocte ac mendaciter teſtimonio, quo ſcri- E ptum commemorat *Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodeſt lauatio eius?* conatur nobis oſtendere, quatenus traditor vita mortuus habeatur. Et adiungit, dicens, *Mortuus eſt ille, qui baptiſmo vero naſci non* ✝ prodeſt! *meruit: mortuus eſt ille ſimiliter, qui iuſto* F *baptiſmo genitus, mixtus eſt traditori.* Si ergo Maximianiſtæ mortui non ſunt, cur in plenario concilio ſuo dicunt, quod Ægyptiorum admodum exemplo pereuntium funeribus plena ſunt littora? Si autē mortui ſunt, vnde venit baptiſma quod dederunt? Deinde ſi Maximianus mortuus non eſt, quare poſt illum rebaptizatur? Si autem mortuus eſt, quarecum illo non eſt mortuus Felicianus Muſtitanus ordinator eius, cum neſcio quo traditore Afro collega mori potuit tranſmarinus: aut ſi & ipſe mortuus eſt, vnde cum illo apud te viuunt intus non rebaptizati, qui ab illo mortuo foris ſunt baptizati?

ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in cōſpe- 1
a ¶ Quia non diuitias congregat, ſed victui neceſſaria. qui ergo hæc tollit, quaſi qui ſanguinem fundit. 2
ctu patris ſui. Panis egētium vitā pauperis eſt: qui defraudat 3
¶ victimæ impiorum abominabiles offeruntur ex ſcelere. 4
illum, homo ſanguinis eſt Qui aufert in ſudore panē, quaſi 5
a ¶ Maximum peccatum eſt quod homicidio comparatur. 6
qui occidit proximū ſuum. Qui effundit ſanguinem, & qui 7 8
¶ Scelerum vnione.
fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Vnus ædificans, & 9 10
a ¶ Q. pro facto ſuo Deum benedicens. 11
vnus deſtruens, quid prodeſt illis, niſi labor? Vnus orāns, & 12
a ¶ Querimoniam ad Deum dirigens. ¶ Fletibus. 13
vnus maledicēs, cuius vocem exaudiet Deus? Qui baptiza- 14
a ¶ Peccato. b ¶ Rediens ad peccatum. c ¶ Quia non permanet mundatio illius. 15
tur à mortuo & iterum tāgit mortuū, quid proficit lauātio 16
a ¶ Id eſt pro peccatis. 17
illius? Sic homo qui ieiunat in peccātis ſuis, & iterū eadē fa- 18
ciēs, quid proficit humiliādo ſe? Orationē illi⁹ quis exaudiet? 19 20 21

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. *licet enim Deus ſit pater omniū per creationem, tamen ſpeciali modo eſt pater pauperum per hæreditatis æternæ promiſſionem, Matth v. a.* Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
2 Panis egentium, *id eſt, cibus qualiſcunque.*
Prou. 13. 3 Vita pauperis eſt, *id eſt, ſuſtentatio vitæ ipſius.*
4 Qui defraudat illum, homo ſāguinis eſt. *Auguſ.* Paſce fame morientē; ſi non pauiſti, occidiſti; *& multò fortius ſi ſubtraxeris ei victū.*
5 Qui aufert in ſudore. *i. panem acquiſitum in ſudore laborantium.*
6 Quaſi qui occi. proxi. *qui aufert eis victum.*
7 Qui effundit ſanguinem, *per homicidium.*
8 Et qui fraudem facit mer. *retinendo debitum ſalarium,*
9 Fratres ſunt. *i. ſimiles in ſcelere, ſupradicta ratione.*
10 Vnus ædifi. *Hic remouetur quædam falſa cauillatio, quã poſſet aliquis dicere, quòd defraudans aliena recompenſat Deo per afflictiones ſui corporis in ieiunijs huiuſmodi, vel per orationes religioſorum quibus benefacit. Et vtrumque remouetur, & primò, cùm dicitur,* Vnus ædificãs, & alius deſtruens, *quod ædificatum eſt ab alio,*
11 Quid prodeſt il. *quia nullam reportant inde vtilitatem, ſed tãtum afflictionem. Et applicat ad propoſitum, dicens,*
12 Vnus orans, *pro raptore. ſ. ille cui benefacit,*
13 Et vnus maledi. *raptori, eò quòd bona ſua abſtulit:*
14 Cuius vocem exaudiet Deus? *quaſi diceret, nullius. Nam exauditio primi impeditur propter malitiam illius, pro quo orat; Similiter ſecundo pro peccato proprio: nam maledicendo proximo peccat, propter quod dicit ſaluator Matth. v g.* Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: *tamen talis raptor pro malis ſuis à domino punietur; cōſequenter remouet primum, dicens,*
15 Qui baptizatur à mor. *id eſt, emundatur à tactu mortui per aquã expiationis, de qua habetur Nume. xix.*
16 Et iterum tangit eum, *ſcilicet mortuum,*
17 Quid proficit lauatio eius? *quaſi dicat: Nihil, nam immundus efficitur ſicut antè.*
18 Sic homo qui ieiunat in pec. ſuis. *i. pro peccatis ſuis remittēdis,*
19 Et iterum eadem faciens, &c. *quia de peccatis præteritis non eſt verè pœnitens;*
20 Quid proficit humiliando ſe. &c. *id eſt, ſe affligendo per ieiunia & huiuſmodi. q. d. iſta nihil faciunt ad remiſſionem culpæ perpetratæ.*
21 Orationem illius quis exaudiet, &c. *q. d. Deus non exaudiet.*

## CAP. XXXV.

CAP. XXXV.
a QVi conſer. RAB. Bene orat, qui mandata Dei ſeruat, & ſacrificium ſalutare offert, qui munus rectæ fidei Deo exhibet. Talis deprecatio coram oculis Dei inuenit gratiam, quia bene operando ſeruat iuſtitiam.

b *Propitia. lita.* Inter litare & ſacrificare hoc diſtat. Nã ſacrificat qui ſacrificiū facit: Litat qui ſacrificiū facit, & quod ſacrificio petiit, impetrat.
c *Retribuet, &c.* vtrū que

QVi conſeruat verbum, multiplicat ora- 1
tionem: Sacrificium ſalutare eſt atten- 2 3
dere mandatis, et diſcedere ab omni 4
iniquitate: et propitiationem litare ſa- 5
crificijs ſuper iniuſtitias, et deprecatio 6 7
pro peccatis recedere ab iniuſtitia. Re- 8
tribuet gratiam, qui offert ſimilaginē: 9

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XXXV.

QVi conſeruat ver. *alias legem. Hic conſequenter ſacrificium debitum approbatur. Et diuiditur in duas partes, Quia primo agitur de eius approbatione: Secundo reuertitur autor ad reprobationem oblationis iniuſtæ, ibi.* Noli offerre, *Circa primum dicitur,*
1 Qui conſeruat verbum. *alias legem. ſ. Dei.*
2 Multiplicat orationem, *nam orat mente & ore. Quę quidem oratio diſponit ad ſacrificandum debitè: ideo ſubditur,*
3 Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis. *ſ. Dei, ne contingat circa illa trãſgreſſio.* 4 Et diſ. ab om. ini. *cordis, oris, & operis.*
5 Et propitiationem litare ſacrificiis ſuper iniuſtitias, *id eſt, pro iniuſtitijs remittendis, quæ factæ ſunt contra proximum.*
6 Et deprecatio pro peccatis, *contra Deum perpetratis,*
7 Recedere ab iniuſt. *Per debitam contritionem; ſacrificium pro peccatis oblatum Deo acceptum facit, & ſimiliter orationem pro peccatis factam exaudiri.*
8 Retribuet gratiam, *id eſt, exhibebit Deo gratum obſequium.*
9 Qui offert ſimilaginem, *id eſt, puriſſimam farinam, de qua fiebant panes propoſitionis in templo tempore huius autoris.*

Et

a ¶ Q. hic bene offert, qui à peccatis mundus eſt.
& qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. Beneplacitum
a ¶ Hæreticorum.
eſt domino recedere ab iniquitâte, & deprecatio pro pecca-
a ¶ Male operantium.
tis recedere ab iniuſtitia. † Non apparebis ante conſpectum
a ¶ Fructu boni operis, cætera omnia moriendo deſerimus
† domini vâcuus. Hæc enim omnia propter † mandata Dei
a ¶ Quæ ex charitatis deuotione offertur. b ¶ Fidei. ¶ Fragrans. ſ. miſericordia & veritate.
fiunt. Oblâtio iuſti impinguat altâre, & odôr ſuauitatis eſt in
a ¶ Munus bonorum operum. b ¶ In memoria æterna erit iuſtus.
cóſpectu altiſſimi. Sâcrificium iuſti acceptum eſt, & memo-
a ¶ Bona voluntate interius.
a riam eius non obliuiſcetur dominus. Bôno animo gloriam
a ¶ Exterius bene operando, & intus non bene volendo. b ¶ Frugum.
b redde Deo, & non minûtas primitiâs manuum tuarum. † In
a ¶ Hilarem enim datorem diligit Deus. b ¶ Cordis.
omni dato hilârem fac vultum tuum, & in exultâtione, ſan-
a ¶ Teipſum, quia ab ipſo es, & bona quæ ab ipſo habes.
ctifica decimas tuas. Dâ altiſſimo ſecundú donatum eius, &
a ¶ Intentione. b ¶ Nouæ laudis. c ¶ Pro bonis ſcilicet operibus tuis.
in bôno oculo adinuêntionem facitô manuum tuarũ, quo-
c niam retribuens eſt dominus, & ſepties tantum reddet tibi.
d Noli offerre munera praua, nõ enim ſuſcipiet illa. Et noli in-
a ¶ Alias vindex. ¶ Iuſtus non accipit perſonam diuitis, nec deſpicit perſonam pauperis.
ſpicere ſacrificium iniuſtum, quoniam dominus iûdex eſt,
a ¶ Quia iuſtus dominus & iuſtitias dilexit æquitatem vidit vultus eius.
† & non eſt apud illum gloria perſonæ. Non accîpiet domi-
a ¶ Populum Chriſtianum, de quo dicitur, Tibi derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor.
nus perſonam in pauperem et † deprêcationem læſi exau-
a ¶ Viduam eius benedicens benedi. pau. eius.
diet. Nõ deſpiciet preces pupilli, nec vîduam, ſi effundat lo-
¶ De perſecutione.
quelam gemitus. Nónne lachrymæ viduæ ad maxillam de-
ſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A ma-
xilla enim aſcendunt vſque ad cælum, & dominus exauditor
non delectabitur in illis. Qui adorat Deum, in oblectatio-
ne ſuſcipietur, & deprecatio illius vſque ad nubes propin-
¶ Ad Deum.
e quabit. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec

† mandatũ

† precationem

☞ que. ſ. gratum Deo, A & quod in altari in cõmemorationem Ieſu Chriſti offertur, & quod per charitatem proximo tribuitur.

†Exo. 23. b. Deut 16. d. † Dei

a *Bono animo.* RABA. Quicquid bono animo non datur, apud Deum gratiam non meretur. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde.

b *Et non mi. pri. &c.* Myſticè. Primitiæ frugum, vel primogenitorum, principia ſunt B bonorum operum, vel ipſa voluntas, quæ prior eſt opere. In decimis verò offerendis denarius numerus perfectionem ſignificat, quia vſque ad ipſum numerus creſcit. In decimis ergo perfectionem operum noſtrorum ad dominum referre præcipimur: à quo & boni operis initium & perfectio donatur.

†Rom. 2. b. Act. 10.

C c *Septies tantũ.* Perfectam. ſ. remunerationem. Septenarius enim, quia ſeptem dona ſpiritusſancti demonſtrat, perfectus eſt: Et quia interiorẽ & exteriorem hominis ſubſtantiam comprehendit, in ternario animam, in quaternario corpus, vnde, *Dilige dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, &c.* Corpus autem de quatuor elementis conſtat. Poteſt autem in ſeptenario, D hominis renouatio figurari, quia corpore incorruptibilis, & anima immortalis erit. Per ſeptenarium quoque præſens vita deſignatur, ſicut per octonarium futura. vnde, *Da partes ſeptem, necnon & octo:* quia ſeptenario numero præſens tempus voluitur: Octauo verò die. i. dominico, Chriſtus reſurgens, vitam nobis perpetuam deſignauit. E Perfectus quoque dicitur ſeptenarius, quia ex primo pari & impari conficitur, ternario. ſ. & quaternario. Et quia ſpiritus ſeptiformis perficit quos repleuit: nec ſolùm trinitatis notitiam, ſed etiam quatuor principalium virtutum operationẽ præbet.

Deut 16. a. Eccleſ. 11. a. 2. Cor. 9. g.

d *Noli offer. mune. &c.* F Apud Deum non eſt quantitas muneris; nec perſona potentis aſpicitur: ſed dilectio & humilitas cordis; ideo non debet offerri ſacrificium de iniquitate, ſed de iuſto labore.

e *Et donec propinquet, &c.* Ad ſuperiora reſpicit, affirmans, quia dominus orationem humilium miſericorditer exaudit, qui non ceſſant, donec conſolationem accipiant.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui facit miſericordiam, *proximo,*
2 Offert ſacrificium, *Deo.*
3 Benepla. eſt do. *patet ex dictis.*
4 Non apparebis, *in templo, vbi colebatur Deus,*
5 Vacuus, *ad oblationem:*
6 Hæc enim omnia propter man. Dei. *implenda,*
7 Fiunt, *Præcipitur enim Exo. xxxiij. c. quòd omne maſculinum appareat corã domino ter in anno. ſ. in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, & tabernaculorũ. & ibi'ẽ dicitur:* Non apparebis in conſpectu meo vacuus.
8 Oblatio iuſti impin. altare, &c. *Talis enim non ſolùm offert, quod in lege præcipitur, ſed etiam, vltrà, & ex hoc patet, quod ſequitur,*
9 Et odor ſuauitatis eſt in conſpectu. *nam oblationes illius temporis non erant acceptæ Deo, niſi ex fide & deuotione offerentium.*
10 Bono animo, *id eſt, mundo & deuoto,*
11 Gloriam redde Deo, *munera ſibi offerendo:*
12 Et non minuas primitias, *quæ ſacerdotibus debebantur.*
13 In omni dato fac hilarem vultum tuum, *hoc enim eſt bonæ voluntatis ſignum, ex qua munus eſt Deo gratum, vt dictum eſt.*
14 Da altiſ. ſecun. do. eius. *i. ſecundum quantitatem bonorũ tuorum, quę habes ex Dei dono, Tob. iiij. b.* Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue: ſi autem parum, etiam illud libenter impertiri ſtude.
15 Adinuentionem facito manuum tua. *opera bona, quæ facis, ordinando ad laudem Dei, & non hominum.*
16 Quoniã retribuens eſt do. *illis qui bona faciũt propter ipſũ: qui autẽ faciũt propter homines,* iam receperũt mercedẽ ſuã *Mat. vj. a.*
17 Et ſepties tan. *i. multiplicis. Et ponitur hîc numerus determinatus pro numero indeterminato.* 18 Reddet ti. &c. *ſcilicet dominus.*
19 Noli of. *Hîc reuertitur autor ad reprobandum ſacrificium iniuſtum, di.* Noli offer. mu. *i. iniuſtè acquiſita.*
20 Non enim ſu. *id eſt, non acceptabit.*
21 Et noli. inſpi. ſa. iniuſtum, *credens quòd Deo ſit acceptum & remunerandum; cùm tamen ſit magis puniendum: ideo ſubditur,*
22 Quo. do. iu. *aliâs vindex, damnificatorum iniuſtè.*
23 Et non eſt apud il. glo. perſonæ *id eſt, acceptio.*
24 Non accipiet do. per. *potentis,*
25 In pauperem, *id eſt, contra pauperem.*
26 Et deprecatio. læſi. *iniuſtè.*
27 Exaudiet. *ipſum vindicando.*
28 Non deſpiciet preces. *Pupillus enim & vidua deſtituti ſunt auxilio humano: ille patre, & iſta marito, propter quod magis indigẽt auxilio diuino: & Deus ſubuenit vnicuique ſecundũ conditionẽ neceſſitatis ſuæ. Natura enim non deficit in neceſſariis: & multò minus autor naturę.*
29 Nonne lachrymæ viduæ, *fluentes ab oculis eius, quaſi diceret, ſic.*
30 Et excla. eius. *Deum pro oppreſſione ſibi facta,*
31 Super dedu. e. *i. ſuper oppreſſorem, qui lachrimari facit eam.*
32 A maxil. enim aſcen. vſque ad cæ. *per angelum præſentantem eas ante Deum.* 33 Et do. exau. *viduæ.*
34 Non dele. *ſed magis concitabitur contra oppreſſorem, qui fecit viduam lachrymari.*
35 Qui adorat Deum. *Poſtquam actum eſt de ſacrificio prælati, hîc conſequẽter agitur de eius oratione, & primò in generali: ſecundo in ſpeciali ca. ſe. Circa primum dicitur,* Qui odo. Deum, *adoratione latriæ quod pertinet ad prælatos maximè,*
36 In oblecta. &c. *id eſt, in acceptatione.*
37 Suſcipietur *ſcilicet à Deo.*
38 Et depreca. il. v. ad nub. propin. *id eſt, vſque ad Deum, cui angeli ſancti præſentant orationes ſanctorum, Tob. xij. & maximè prçlatorum, qui medij ſunt inter Deum & populum.*
39 Oratio humiliantis ſe. nu. pene. *id eſt, quantò humilior eſt oratio, tantò maiorem effectum habebit coram Deo.*
40 Et donec propinquet, *ad Deum conſequendo effectum.*

A propinquet non conſolabitur, & non diſce- 1
¶ Oculis miſericordiæ. 2
det, donec altiſſimus aſpiciat. Et dominus nõ 3
¶ Auxilium. 4
elongabit, ſed † vindicabit iuſtos & faciet iu- 5
a ¶ Iuſtum. ¶ Quos nunc tolerat.
dicium, & fortiſſimus non habebit in illis pa- 6
7
a ¶ Qui ſupra dorſum iuſti fabricauerunt. 8
tientiam, vt contribulet dorſum ipſorum, & 9
a ¶ De mundo.
gentibus reddet vindictam, donec tollat ple- 10
a ¶ Omnes ſcilicet ſuperbientes. 11
nitudinem ſuperborum, & ſceptra iniquo- 12

† iudicabit

B

a ¶ Quia reddit vnicuique ſecundum opera ſua. D
13 rum cõtribulet: donec reddat hominibus ſe-
14 a ¶ Proprios cuiuſque. b ¶ Originale peccatum.
15 cundum actus ſuos, & ſecundũ opera Adæ, &
16 a ¶ quia veniet iudicare viuos & mortuos.
17 ſecũdum præſumptioné illius: donec iudicet
a ¶ In æterna beatitudine.
18 iudiciũ plebis ſuæ: & oblectabit iuſtos miſeri-
a ¶ Vita æterna miſericorditer data.
b ¶ Sicut in ſiccitate pluuia neceſſaria, ſic in tribulatione Dei miſericordia.
19 cordia ſua. Specioſa miſericordia Dei in tem-
20 pore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in
21 tempore ſiccitatis. E

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Non conſolabitur, *orans,* 2 Et non diſcedet. *ab oratione.*

3 Donec altiſſimus aſpiciat, *eum oculo miſericordiæ, præbens orationis ſuæ effectum. Semper enim oratio exauditur à Deo quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans: ideo ſubditur,*

4 Et do. non elon. &c. *effectũ differẽdo, niſi ad vtilitatẽ poſtulãtis.*

5 Sed vindicabit iuſtos, *de oppreſſoribus in præſenti, vel in futuro, ſecundum rectitudinem ſui iudicij, nobis tamen occulti.*

6 Et fortiſſimus non habebit in il. *ſ. opprimentibus iniuſtè,*

C 7 Patientiam, *dimittendo eorum iniuſtitiam ſine vltione:*

8 Vt contribulet dorſum eorum, *affligendo eos in poſterum, ſicut dorſum eſt pars hominis poſterior.*

9 Et gentibus. *id eſt, gentiliter viuentibus,*

10 Reddet vindictam *id eſt, punitionem:*

11 Donec tol. ple. ſuper. *de præſenti vita.*

12 Et ſceptra ini. contribulet, *ſicut alios tribulauerunt.*

13 Donec reddat hominibus, &c. *tam bonis quàm malis.*

14 Secundum actus ſuos, *bonos præmiando, & malos puniendo.*

15 Et ſecundum opera Adæ. *id eſt, hominis. Adam enim nomen commune apud Hebræos, ſignificans idem quod homo: ſed tractum eſt ad ſignificandum hominem primũ. Scriptor autem huius libri fuit natione Hebræus, & poſuit hic nomen Adę ſecũdum primariã eius ſignificationẽ.*

16 Et ſecundum præſumptionem illius *quia hominem ſibi ſimilem in ſpecie opprimit iniuſtè.*

17 Donec iudicet iudicium plebis ſuæ, &c. *à Gentilibus idololatris oppreſſæ. Tẽpore enim ſcriptoris huius libri, Iudæi, qui erant Dei veri cultores, fuerunt à Gentilibus multipliciter oppreſſi.* F

18 Et oblectabit iuſtos miſericordia ſua, *id eſt, effectus ſuæ miſericordiæ.*

19 Specioſa Dei miſericordia, *id eſt, miſericordiæ ſuæ effectus,*

20 In tempore tribulationis,, *nam vnum contrarium iuxta aliud magis eluſceſcit: Et ad hoc ſubditur exemplum ſenſibile, cum dicitur,*

21 Quaſi nubes pluuiæ, &c. *Poſt enim magnam ſiccitatem temporis ſuperueniens nubes pluuioſa eſt hominibus magis gratioſa.*

## CAP. XXXVI.

CAP. XXXVI.

a Miſere. noſt. RAB. Ex perſona fidelium dirigit orationem ad Deum, vt illos defendat & inimicos deprimat, vt dignè correcti Deum iterum agnoſcant, & idola deſerant.

Aug. lib. 17 cap. 20.

✠ AVG. In Eccleſiaſtico fides gentium futura prædicitur iſto modo; *Miſerere noſtri dominator Deus omniũ & immitte timorẽ tuũ ſuper omnes gentes, extolle manum tuam ſuper gentes alienas, &c.* Hãc ſub optandi & prę- candi

a Miſerere noſtri Deus omnium, & reſpi- 1
2
ce nos, & oſtende nobis lucem miſera- 3
tionum tuarum, ei immitte timorem 4
tuam ſuper gentes quæ non exquiſie-
¶ Eorum miſeretur, Deus qui miſericordes ſunt, & pro inimicis orant.
runt te, vt cognoſcant quia nõ eſt Deus 5
niſi tu, vt enarrent magnalia tua. Alle- 6
a ¶ Ethnicos, qui à Chriſto alieni, fiunt amici. 7
b ¶ Vt viſis miraculis potentiæ tuæ conuertantur ad fidem: & de inimicis fiant amici.
ua manum tuam ſuper gentes alienas, vt videant potẽtiam 8
tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in no- 9
bis, ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in illis, vt cogno- 10
11
ſcant te ſicut et nos cognouimus: quoniã non eſt Deus præ- 12
b ter te domine. Innoua ſigna, et immuta mirabilia. Glori- 13
14
fica manum et brachium dexterum. Excita furorem, effun- 15

candi ſpecie prophetiam per Ieſum Chriſtum videmus impletam, ſed aduerſus cõtradictores non tanta firmitate proferũtur quæ ſcripta non ſunt in canone Iudæorum.

b *Glorifica manũ, &c.* RABA. Optat, vt diuina maieſtas per manũ & dextrũ brachiũ, id eſt, per Chriſtum, per quem antiqua miracula facta ſunt, innouet tempore gratiæ, vt veteris legis & nouæ idem intelligatur eſſe Deus.

*Extol-*

Diſtinguit aperte Aug inter canonem Iudæorũ, & Chriſtianorum: & huic adſcribit librum Eccl. vt-puta propheticum: licet in Iudaico canone non ponatur.

## NICOLAVS DE LIRA.

### CAP. XXXVI.

MIſerere noſtri Deus, &c. *Hic conſequenter agitur de oratione prælati ſpecialiter: nam hic ponitur oratio ſcriptoris huius libri, qui inter Iudæos fuit doctor magnus & prælatus; nam apud eos, doctores habentur pro patribus. Sic ergo proceditur. Nam hæc oratio primò ponitur ſecundò correlarium infertur ibi,* Omnem eſcam. *Prima in duas: nam primò orat pro Iudæis & Gentilibus generaliter; ſecundò pro Iudæis ſpecialiter, ibi.* Miſerere plebi tuæ. *Prima adhuc in duas, quia primò orat pro Iudęis & Gentilibus conuertendis, ſecundò pro obſtinatis in idololatria puniendis, ibi,* Innoua ſigna. *Circa primum orat primò pro populo Iudaico, dicens,*

1 Miſerere noſtri Deus omnium, *id eſt, tu qui es Deus omnium per creationem, miſerere noſtri, quorum es Deus ſpecialiter per latriam & legem datam.*

2 Et reſpice nos, *oculo tuæ clementiæ.*

3 Et oſtende nobis lucem miſerationum, *Erant enim tunc Iudæi in tenebris tribulationis, quia Ptolemæus Sother rex Aegypti ſub ſpecie ſacrificandi intrauit Ieruſalem in die ſabbathi, ſciens quia tunc non arriperent arma Iudæi, & multa milia Iudæorum captiuos duxit, quorũ multi erant in carceribus tenebroſis, reliqui verò in tenebris tribulationis & grauis ſeruitutis, à quibus petit populum ſuum liberari.*

4 Et immitte timorem tuum, &c. *eos per pœnam reducendo ad tuæ deitatis cognitionem, & ideo ſubditur.*

5 Vt cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu. *ſed quia, ſicut* corde creditur ad iuſtitiã, *ita ſit* ore cõfeſſio ad ſalutẽ, *Rom. x. b. Subditur,*

6 Vt enarrent magnalia tua. *ſicut de Heliodoro dicitur ij. Machab. iij c. quòd flagellatus à Deo confitebatur omnibus opera magna Dei. Et ad idem facit quòd ſubditur,*

7 Alleua manum tuam, &c. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctifica. es in nobis, &c. *nos ab idololatria reducẽs ad cultum tuum per flagella: nam ante captiuitatem Babylonicam Iudæi fuerunt multùm idololatriæ dediti, vt patet quarti Regum, & ij. Paralipome. ſed poſtea non fuerunt idololatræ, niſi aliqui pauci Machabæorum tempore, & adhuc plures eorum hoc faciebant mortis timore.*

8 Sic in conſpe. noſtro magnifi. in illis, &c. *i. magnus apparebis.*

9 Vt cognoſ. te. ſicut & nos co. &c. *per veram fidem & debitum cultum.* Sicut & nos, *&c.*

10 Innoua ſigna. *Hic conſequenter orat pro Gentilibus obſtinatis in idololatria diſperdendis, & per conſequens pro Iudæis detentis apud eos liberandis, & hoc orat non ex zelo vindictæ, ſed ex zelo diuinæ iuſtitiæ, dicens,* Inno. ſi. *quibus Aegyptios obſtinatos flagellaſti, eadem renoua ſuper obſtinatos in idololatria.*

11 Et immu. mi. *vnã plagã poſt aliã inducẽdo, ſicut feciſti in Aegypto.*

12 Glorifica manum, *tuæ iuſtitiæ ſuper eos,*

13 Et bra. dex. *i. dexteram clementiæ tuæ ſuper nos.*

14 Excita furorem *in punitionis eorum grauitate.*

15 Et ef. iram, *in eis multiplicatam, hoc enim importat nomẽ effuſionis.*

5 Vt

Extolle.

a ¶ Vt cito veniat tempus.
a de iram. Extolle aduerſarium, & afflige inimicum. Feſtina tem-
a ¶ Quia nouiſſima hora eſt & finis mundi propinquat. b ¶ Facta in aduentu filij. ¶ Gehennæ.
pus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ
a ¶ Id eſt, qui amat animam ſuam, perdet eam. b ¶ Id eſt, peſſimè tractant.
¶ Qui pro Chriſto non vult ponere animam.
deuoretur qui ſaluatur, & qui peſſimant plebem tuam, inue-
a ¶ Aeternam. b ¶ Diabolum. c ¶ Perſecutorum. ¶ Dei & eccleſiæ.
niant perditionem. Contere caput principum & inimicorum
a ¶ quia ſe tantum in mundo putant dominari. b ¶ In vnitate fidei.
c ¶ Fideles de gentibus, quos ſignificauit Iacob.
dicentium: Non eſt alius præter nos. Congrega omnes tribus
¶ Prædicent aliis.
Iacob, & cognoſcant, quia nō eſt Deus niſi tu: vt enarrent ma-
a ¶ Vſque in finem. b ¶ Q. dominus & hæres patris. c ¶ Fidei. d ¶ Eccleſiæ.
b gnalia tua, & hæreditabis eos ſicut ab initio. Miſerere plebi tuæ
a ¶ Tuendam. b ¶ Fidelis ſcilicet populi Deum contemplantis. c ¶ Cohæredem feciſti.
ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum, & Iſrael quem coæ-
a ¶ Chriſto qui eſt primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.
¶ Quaſi, tu exurgens domine miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
quaſti primogenito tuo. Miſerere ciuitati ſanctificationis tuæ
a ¶ Eccleſiam, quæ ſpeculatur gaudium regni cæleſtis.
c Ieruſalem, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus vir-
a ¶ Miraculorum virtutum.
tutibus tuis, & gloria tua populum tuum. Da teſtimoniū, quia
a ¶ Eccleſiæ. ¶ Ipſius ſumus factura, creati in operibus bonis in Chriſto Ieſu.
b ¶ Prophetas aduentum Chriſti deprecantes.
d ab initio creaturæ tuæ ſunt, & ſuſcita precationes, quas locuti
¶ Aeternæ vitæ.
e ſunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem domine
a ¶ Aduentum filij tui expectantibus. b ¶ Qui hæc promiſerunt. ¶ Multi enim reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. c ¶ Adueniat regnum tuum: fiat vo. tua.
ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi
f orationes ſeruorum tuorum. Secundum benedictionem Aa-

A a *Extolle aduerſarium, &c.* RAB. Significat per aduentum Chriſti auferendū eſſe diabolū de cordibus hominum: vnde, *Cū fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſūt ōnia quæ poſſidet.* (Luc. 11. c.)

b *Miſerere plebi.* Expleta oratione contra peccatores, & contra caput eorū diabolum: orat, ſ. ſapientia, pro ſtatu eccleſiæ, & fidelium ſalute. B

c *Sion inenarrabi.* Notitia ſcripturæ, in qua prædicatur inenarrabilis virtus Dei.

d *Et ſuſci. &c.* Omnes prophetę incarnationi Chriſti dāt teſtimonium, quòd Deus homo factus eccleſiam ſibi deſponſaret. C

e *Da mercedē Domine ſuſtinētibus te, vt prophetæ tui fideles, &c.* ✠ AMBROSIVS. (Ambr. libr. de Tobia, cap. 32.) Sed non his tātùm virtutū finibus contentus fuit ſanctus Tobias; mercenario quoque ſciuit ſoluendam eſſe mercedem, dimidium vſque obtulit, meritòque pro mercenario angelum inuenit, &c. Et tu mercenarius es in hac terra. Da mercedem mercenario, vt & tu poſſis dicere Domino cùm precatis, *Da mercedem Domine ſuſtinētibus te.* D E

f *Secundū benedictionem, &c.* RAB Ordinem ſcilicet, & ritū ſacerdotij (quem dominus dedit populo ſuo) oſtendit, quoniam aduniuit eum Chriſto, qui eſt ſacerdos magnus ſecundum ordinem Melchiſedech, qui nos fecit vnum regnum, & ſacerdotes Deo noſtro. Secundum benedictionem Aaron datur populo ſuo, quando dirigitur in viam iuſtitiæ; quod Aaron figurauit in temporalibus ſacrificijs, hoc impleat in ſpiritualibus euangelij. (Pſal. 109.) F

Omnem

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Extolle aduer.. *i. extra vitam iſtam tolle eum.*
2 Feſtina tempus, *ſuę punitionis & noſtræ liberationis.*
3 Et memento finis, *qui apud Hebræos dicebatur, & adhuc dicitur apud modernos, aduentus Meſſiæ, vnde dicit Ra.Sa. ſuper Zachariā, quòd vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſiæ, ita quòd eorum verba ad aduentū Meſſiæ ſicut ad finem ordinata ſunt. Expectabant enim Iudæi, & adhuc expectant moderni, in aduentu Meſſiæ à ſeruitute gētium liberari. Et ſi autor huius libri, qui longo tempore præceſſit aduentum Chriſti, idē ſenſit, non eſt mirabile: quia diſcipuli Chriſti poſt eius reſurrectionem quærebant ab eo, ſi tunc reſtitueret regnum Iudæorum, vt patet Act. j.* (Prophetarum omniū ſcripta Meſſiæ aduentum denotant.)
4 Vt enar. mira. tua, *liberati ab idololatrarum potentia.*
5 In ira flammæ, *gehennalis.*
6 Deuoretur, *in futuro.*
7 Qui ſaluatur, *id eſt, non punitur in præſenti de idololatris.*
8 Et qui peſſi. ple. tuam, &c. *i. peſſimè tractant.*
9 Inueniant perditionem, &c. *æternam.*
10 Contere cap. prin. & inimicorum. *i. populorum ſibi ſubditorum.*
11 Dicentium, *ex magna ſuperbia & infidelitate,*
12 Non eſt alius, *ſcilicet Deus,*
13 Præter nos, *Sic enim dicebat Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui præcepit omnes deos terræ exterminari, vt ſolus ipſe Deus diceretur, Iudith iij. & Sennacherib conſimiliter loquebatur iiij. Reg. xviij. Vel aliter: Non eſt alius præter nos. ſ. populus alicuius valoris aut momenti.*
14 Congrega omnes tribus Iacob, *quæ extunc erant multùm diſperſæ per terras & regna.*
15 Et cognoſcant, quia non eſt Deus niſi tu, &c. *ſcilicet verus.*
16 Vt enar. magna. tua, &c. *de liberatione ſua.*
17 Et hære. eos. *in Iudæa, id eſt, hæredites. Hebræi enim non habent modum optatiuum, ſed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi.*
18 Sicut ab ini. *quando terram promiſſionis intrauerunt tempore Ioſue. Sciendum, quòd congregatio filiorum Iſrael prophetis promiſſa intelligitur de vniuerſis ad fidem Chriſti conuertendis, ſecundum quod declarat beatus Ioannes in euangelio ſuo capitu. xj. quòd Chriſtus moriturus erat non ſolum pro gente. ſ. Iudæorum, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi per mundum ſub diuerſis culturis idolorum, congregaret in vnum. i. in vnam eccleſiam & Gentilibus congregatam, ſicut dicit Saluator, Ioan. x. c.* Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnū ouile & vnus paſtor. *Vtrum autem ſcriptor huius libri hoc propheticè cognouerit, vel non, ignoro; ſaluo tamen meliori iudicio probabilius mihi videtur, quod non cognouerit. Tum quia nec à Iudæis, nec à Latinis reponitur inter prophetas: tum quia Iudæi credentes in Chriſtum poſt eius reſurrectionem, aſcenſionem ad cælos, & ſpiritusſancti miſſionem in die Pētecoſtes, mirabantur de hoc, quòd gratia ſpiritusſancti dabatur Gentilibus, ſicut & ipſis, vt habetur; Actuū. x. & xj. Ex quo videtur, quòd adhuc ignorabant vnam eccleſiam ex Iudæis & gentilibus fore congregādam, propter quod magis videtur ſicut dixit, quòd autor iſte orabat pro cōgregatione Iudæorum in Iudęa per reditum ipſorū de terris, in quibus erāt diſperſi, & in captiuitate detenti.* (Congregatio filiorū Iſrael quid ſignificat.) (Expreſsè ſequitur cōtra gloſſam. Auguſtini in exordi. huius ca poſitam.) (Fallitur Lyranus, quia à præcipuis doctoribus Latinorum agnoſcitur vt liber propheticus: nempe Auguſtino, Ambroſio, Gregorio, &c vt patet in gloſſis ipſorum citatis.)
19 Miſerere. *Poſtquam orauit pro Iudæis & Gentilibus generaliter, hic conſequenter orat pro Iudæis ſpecialiter, dicēs,* Miſerere plebi tuæ, *quā elegiſti à cæteris in datione legis.*
20 Super quam inuoca. &c. *Licet enim diceretur Deus omnium, ſpeciali tamen modo Iudæorum, eò quod erat naſciturus ex eis ſecūdū carnem: Vel aliter,* Super quam. *nam Gentiles idola inuocabant ad ſuum auxilium. Hebræi verò Deum verum.*
21 Iſrael. quem coæ. p. t. *vocans eum primogenitum tuum. Exod. iiij.*
22 Miſere. ciuita. &c. *quæ dicitur ciuitas ſanctificationis eius, eò quòd ibi vigebat cultus diuinus.*
23 Ciuitati requiei tuæ, *nā ibi erat templum, in quo dicebatur Deus habitare modo ſpeciali.*
24 Reple Sion, &c. *quod fuit impletum de Chriſto ibi miracula faciente, vt habetur in euangelio, & ſpiritumſanctum mittente ſuper apoſtolos alióſque diſcipulos, vt dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinum.*
25 Et glo. t. *reſumatur.* Reple. po. t. *quod fuit impletum in oblatione Chriſti in tēplo, ſicut prædixerat Aggęus propheta.* Veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domū iſtā gloria; *licet. n. autor iſte & alij Iudæi ignorarent modum implendi myſterium Chriſti, quantum ad conditiones particulares, tamen credebant in quodā generali, quòd multa mirabilia in aduentu Meſſiæ fierent in Iudæa: & ſic orabat iſte de eorum impletione.* 26 Da te. quia ab ini. *electionis populi Iſrael.*
27 Crea. tuæ ſunt. *ſpeciales filij Iſrael. Quod fuit impletum quando in humana natura inter eos exiſtens, & de ipſis natus ſecundum carnē, faciebat miracula ſuam deitatem teſtificantia: & quòd erat Chriſtus verè promiſſus in lege & prophetis. Ioan. v. f.* Opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. 28 Et ſuſcita. *per impletionem.*
26 Preca. quas lo. ſunt, &c. *qui aduentum Chriſti prænuntiauerunt per modum deprecationis. Eſa. xvj. a.* Emitte agnum domine dominatorem terræ, &c. *in multis alijs locis dicunt prophetæ ſimilia.*
30 Da mer. ſu. *ſ. expectantibus tuam redemptionem aduentu Meſſiæ.*
31 Vt prophe. t. fi. *in impletione eorum quæ prædixerunt.*
32 Secundum benedi. Aaron da. po. &c. *quæ benedictio continetur*

ron da populo tuo, & dirige nos in viam iuſtitiæ, vt ſciant
a ¶ In ſalutem Chriſtiani populi.
a ¶ Gentes. b ¶ Ante ſecula ſcilicet, & poſt omnia ſecula, qui præteritis temporibus per gratiam Chriſti ſuperordinaſti futura.
omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conſpector ſe-
a culorum. Omnem eſcam manducabit venter, & eſt cibus
cibo melior. Fauces contingunt cibum, & cor † inſenſatum
a ¶ Hæreticorum. b ¶ Quia tota die meditatur iniuſtitiam, & lingua eius concinnat dolos. c ¶ Catholica eccleſia.
verba mendacia. Cor prauum dabit triſtitiam, et homo peri-
a ¶ Scuto fidei, & gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei. b ¶ Sermonem diuinum, qui animum fœcundat.
tus reſiſtet illi. Omnem maſculum excipiet mulier, & eſt fi-
a ¶ Sicut illi, qui dicunt, ego Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti.
b ¶ Alias filiæ. c ¶ Correctæ fidei & boni operis. d ¶ Delectat, quia confidit in ea cor viri ſui. e ¶ Animæ fidelis vel eccleſiæ.
b lia melior filio. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, &
c ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperducet de-
ſiderium. † Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis, & mi-
d ſericordiæ non eſt vir illius ſecundum filios hominum. Qui
a ¶ Eccleſiam Chriſti, ſcilicet hæreditatem: vnde poſtula à me, & dabo tibi gen. hære. tuam.
b ¶ Quia diſtantia eſt in profectu ſcientiæ & virtutum operatione. Differt enim ſtella à ſtella in claritate.
e poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem, adiuto-
a ¶ Firmamentum. b ¶ Laboris.
f rium ſecundum illum eſt & columna vt requies. Vbi non
a ¶ Murus fidei, qui ſanctorum prædicatione fundatur.
b ¶ A dæmonibus. c ¶ Virtutum. d ¶ quicquid extra eccleſiam fit, perit. ¶ Eccleſia, vel ſpiritusſancti medela.
eſt ſepes diripietur poſſeſſio: & vbi non eſt mulier, ingemi-
g h ſcit egens. † Cui credit qui non habet nidum? Et deflectens
a ¶ Vagus ſcilicet & incertus.
vbicunque obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de
ciuitate in ciuitatem.

† ſenſatum

a *Omnē eſcam* RABA. A Poſtquam prædixit vocationem gentium ad fidem Chriſti: præmonet habere diſtantiam dogmatum; vt ſicut guttur diſcernit dulcem cibū & amarum; ſic veracem doctrinam diſcernamus, & fallacem.

b *Species muli.* Chriſti gratia, quæ per prædicationem animas curat, & carnis concupiſcentiam mitigat. B Hæc in eccleſia abundat, cuius deſiderium eſt ſuper omnem concupiſcentiam hominis, quia in ea decor virtutū, & pulchritudo doctrinæ.

† Sic

c *Super omnē.* Nulla concupiſcentia hominis huic deſiderio poteſt cōparari: quia, *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum ipſa laudabitur.* (Pro. 31. d.)

† Qui vel Quis

d *Non eſt vir.* Chriſtus C qui excedit humanam naturam: vnde, *Speciosus forma præ filijs hominū.* (Pſal. 44. a.) Hic enim peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius.

e *Adiutorium.* Adiutorium eccleſiæ eſt ſecundum diſpenſationem Chriſti: vnde, *Iuſtum adiutorium meum à domino, &c.* (Eſaiæ. 53. Pſal. 7. c.) Ipſe eſt infinitatis eius columna, & laboris requies.

f *Vbi non eſt ſepes diripietur poſſeſ.* ✠ RABAN. D Hoc indicat, quod vbi nō eſt murus fidei catholicæ, qui per ſanctorū doctorū ora fundatur, fruſtra virtutū poſſeſſio colligitur, quia ab immundis ſpiritibus tota diripietur: *Impoſſibile eſt enim ſine fide placere Deo.* Vnde conijci datur, quod totus philoſophorū gentilium labor, qui de ethica diſputauerūt, & E aliquas virtutū ſpecies imitati ſūt, ſuperuacuus & omnino ſibi inutilis eſt: quia quicquid extra ſanctam eccleſiam fit, gemitum perpetuum, non gaudiū æternū parit.

g *Vbi nō eſt mulier ingemiſcit egēs, &c.* Q. Requiem & tutelam non habet, qui extra eccleſiam eſt. Vbicunq; enim per dogmata hæreticorū, vel philoſophorum F deflectēs, ſemper in errore erit, nec inueniet lumen veritatis. (Pſal. 83. a.)

h *Qui non. ha. ni.* Id eſt, eccleſiam, vbi electorum animæ filios bonorum operum nutriunt: vnde, *Inuenit ſibi paſſer domū, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.*

CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

*Nu. vj. d. vbi dicitur*: Loquere Aarō & filijs eius, ſic benedicetis filijs Iſrael & dicetis eis: Benedicat tibi dominus & cuſtodiat te; oſtendat dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui; conuertat dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.

1 Et dirige nos, &c. *per lucem tua gratiæ.*

2 Vt ſciant omnes qui habitant terram, &c. *per effectum gratiæ tuæ circa nos.*

3 Quia tu es Deus, *intuens præſentialiter non ſolum præſentia, ſed etiam præterita & futura: nam æternitas, quæ menſura eſt diuinæ cognitionis, ambit omnia tempora.*

4 Omnem eſcam. *Hic conſequenter circa prædicta infert quædam correlaria: nam ea, quæ prædicta ſunt de bono ſtatu actiuorum & prælatorum, indigent neceſſario diſcretione, propter quod ponit hic quædam diſcretionis impeditiua, vt caueantur; Secundò quædam ipſius promotiua, vt teneantur. c. ſe. ibi:* Sed cū viro ſācto. *Impeditiua verò ſūt quinque ſcilicet induſtriæ defectus, amor vxoris exceſſiuus, vagus diſcurſus, amicus fictus, & malus conſiliarius. Et ſecundū hoc diuiditur in quinque partes, quæ patebunt proſequendo. Circa primum primò ponitur induſtriæ defectus in viro cum dicitur,* Omnem eſcam manducabit venter. *ſ. famelicus propter paſſionem famis: non diſtinguens cibum vtilem à nociuo quamuis ſit ibi diſtinctio, ideo ſubditur,*

5 Et eſt cibus cibo melior, *quaſi dicat: aliquis eſt aſſumendus, & alius reijciendus.*

6 Fauces, *famelici,*

7 Contingunt cibum, *ipſum aſſumendo, ſed non maſticant ſufficienter, ſed tranſglutiunt ſine debita maſticatione & probatione.*

8 Et cor inſenſatum verba mendacia *ſtatim recipit ſine diſcretione verorum à falſis.*

9 Cor prauum, *quod idem eſt quod inſenſatum,*

10 Dabit triſtitiam, *id eſt, occaſionem triſtitiæ bonis:*

11 Et homo peritus reſiſtet illi, *per ſuam ſapientiam. Conſequenter oſtendit defectum induſtriæ in muliere, dicens,*

12 Omnem maſculum excipiet mulier. *id eſt, gratanter accipiet in partu, quia ſemper vellet parere maſculum: & tamen aliquando magis expediret ſibi parere fœmellam, ideo ſubditur,* Et eſt filia melior filio.

13 Species mulieris exhilarat faciem viri ſui. *Hic ponitur ſecundum impedimentum, quod eſt amor vxoris exceſſiuus, cum dicitur,* Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, *& frequenter lætitia inconuenienti: ideo ſubditur,*

14 Et ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperdu. &c. *id eſt, attrahit cor viri ad diligendum ipſam ſuper omnia, etiam aliquando ſupra Deum.*

15 Si eſt lingua curationis. *i. reprehenſionis in viro ornatum exceſſiuum vxoris ad lenem modum arguendo.*

16 Et mitigationis, *ſi videat eam turbatam, ſtatim ei blandiendo, ſicut dicitur, iij. Eſdra iiij. d.* Si arriſerit ei ridet: nā ſi indignata fuerit ei, blanditur donec reconcilietur in gratiam.

16 Non eſt il. &c. *virilis & diſcretus, ſed mollis & infatuatus. iij. Eſdra 4. c.* Multi dementes facti ſunt propter ſuas vxores. *Et quia contrarium eſt de bona vxore, ſubditur,*

18 Qui poſſidet, *tanquam dominus,*

19 Mulierem bonam. *i. humilem & modeſtam.*

20 Inchoat poſſeſſionem, *id eſt, incipit eſſe diues, etiam ſi non haberet amplius.*

21 Adiutorium ſecundum illum, &c. *id eſt, volūtatem viri ad bona procuranda.*

22 Et columna, *ad ſuſtentationem domus cum viro,*

23 Vt requies, *Nam pacifica eſt cum viro & familia.*

24 Vbi non eſt ſepes, dirip. poſſ. *patet ad ſenſum.*

25 Et vbi non eſt mulier, *bona,*

26 Ingemiſcit egēs, *quia negatur ſibi eleemoſyna. Mulieres enim ſunt communiter viris miſericordiores.*

27 Cui credit. *Hic ponitur tertium diſcretionis impeditiuum, quod eſt diſcurſus, cum dicitur,*

Cui credit qui non habet nidum? *id eſt, ſtabilem māſionem, quaſi diceret: Non credit, alicui ſapienti; propter quod deficit in diſcretione boni & mali.*

28 Et deflectens vbicunque obſcurauit, *id eſt, diuertens vbi latere poterit.*

29 Quaſi ſuccinctus latro. *Id eſt, paratus ad malefaciendum,*

30 Exiliens de ciuitate in ciuitatem. *i. vagus & profugus ſuper terram, ſicut Cain Gene. iiij. & per conſequens maledictus à domino.*

13 Spe

CAP.

## CAP. XXXVII.

¶ Verus ſcilicet & falſus amicum ſe eſſe profitetur.
a O Mnis amicus dicet, & ego amicitiã co-
pulaui, ſed eſt amic⁹ ſolo nomine amic⁹.
a Magnum malum eſt & dolendum, vbi ſperatur fides, inueniri malignitatem: & vbi amicitia ſperatur, reperiri peruerſitatem.
b Nonnè triſtitia ineſt vque ad mortẽ?
c Sodalis autem & amicus ad inimicitiã
cõuertẽtur. O prẹſumptio nequiſſima,
a ¶ De mala ſcilicet voluntate. b ¶ Alias malitiam.
c ¶ Qui decepti ſunt & ſeipſum.
vnde creâta eſt cooperire aridam nequitiam, & doloſitatem
¶ Falſus. ¶ Voluptatis.
illius. Sodalis amico coniucundabitur in oblectionibus, &
in tempore tribulationis aduerſarius erit. Sodalis amico cõ-
¶ Comeſſationis.
d dolet cauſa ventris, & contra hoſtem accipiet ſcutum. Non
obliuiſcaris amici tui in animo tuo, & non immemor ſis il-
¶ Inuidentibus
e lius in operibus tuis. Noli conſiliari cum ſocero tuo, & à ze-
a ¶ Multi ſunt amici, & conſiliarius vnus de mille.
f lantibus te abſconde conſilium. Omnis cõſiliarius prodit
a ¶ Qui elegit facere quod placet, quod eſt conſilium vnicum à ſpirituſancto infuſum.
conſilium, ſed eſt cõſiliarius in ſemetipſo. A conſiliario
malo ſerua animam tuam: Prius ſcito quæ ſit illius neceſsi-
a ¶ Amico
tas, & quid ipſe in animo ſuo cogitâbit, ne forte mittat
a ¶ Id eſt, perticam, quæ terræ infigitur acuta. ¶ Vel palus.
ſŭdem in terram, & dicat tibi, bona eſt † via tua: & ſtẹt
g è contrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo,
tracta de ſanctitate: & cum iniuſto, de iuſtitia: & cum mu-
a ¶ Inflatur, vel inuidet, vel diligit.
liere, de his quæ æmulatůr: cum timido, de bello: cum
a ¶ Id eſt mercium tranſportatione.
negotiatore, de trâiectione: cum emptore, de venditione
a ¶ Id eſt inuido.
cum viro liuidô, de gratijs agendis: cum impio, de pieta-
te: cum in honeſto, de honeſtate, cum operario agrario

Cap. xxxvii.

A a O Mnis amicus. Rab. Superius diligentius expreſſit verum amicum & falſum di. *Et non permanebit in die tribulationis.* Supra.6.a.

b *Sodalis autem.* Verus amicus toto animo diligit, & opere proficit: vnde, *Nõ diligamus verbo neque* B *lingua, ſed opere & veritate.* 1.Ioan.3.d.

c *O præſumptio.* Deteſtatur hypocriſim, cum malus ſe bonum eſſe ſimulat *cooperiendo aridam malitiam*, in qua ſcilicet non eſt pinguedo charitatis vel miſericordiæ.

d *Cauſa ven.* Pro gula non pro amicitia. C Poſſunt in falſis amicis hæretici intelligi, qui omnia recte faciunt, quaſi animarum conſultores, cum ſint proditores: vnde: *Attendite à falſis prophetis qui, &c.* Matt 7.c.

e *Cum ſocero.* Socer, qui à parte fœminea eſt cognatus, muliebrem & mutabilem oſtendit animũ ſimiliter & zelus qui præcipue eſt animarum.

f *Omnis conſi.* Adhuc docet D docet cantelam omnem habendam in ſuſcipiendis amicis & conſiliarijs. Multi enim ſe amicos & conſiliarios fingunt, & inſidias tendunt: vnde Ieremias, *Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat.* Iere 9.b.

g *Cum viro irreligioſo* ✠ Rabanvs. Hic diuerſas ſpecies enumerauit cõſiliantium, E in quibus tamen plures perſonas notauit, quæ à veritate diſcordant voluntate: & ideo non ſunt vtiles in conſiliorũ actione. Vnde etiã iuxta principium huius capituli præcepit ſapientia, cum talibus non conſiliandum, & in fine ſimiliter monet, his non attendendum in omni conſilio, quia F quorum non conueniunt corda & actus, ſine dubio periclitatur conſilium. Quapropter is, qui rite conſilium cum quolibet vult agere, conſiliarij ſui primum perpendere debet prudentiam, fidem, voluntatem, & religioſitatem: & ſic eius vti conſilio, de quo & ſequitur, † vita

☞ Non

### NICOLAVS DE LIRA.

Cap. xxxvii.

O Mnis amicus *Hic ponitur quartum impedimentum proueniens ex amicitiæ fictione ex qua frequenter homines, etiam diſcreti, in factis ſuis impediuntur. Dicit igitur,*

1 Omnis amicus nocet, *tam verus quam fictus.*

2 Et ego ami. *id eſt firmiter ſtatui. Hi magis dicuntur, ficti quam veri, qui diligunt facto: ficti vero verbo, ideo ſubditur,*

3 Sed eſt amicus ſolo.no. *& non re.*

4 Non triſtitia ineſt. *ex talli amicitia. quaſi di, ſic: quia nulla peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus.*

5 Sodalis, *id eſt ſocius menſæ. Et dicitur à ſede, quaſi ſedalis: quia ſedet cum alio in menſa.* 6 Et amicus fictus,

7 Ad ini. conuer. *Frequenter enim contingit, quod ſimul ſedentes in menſa antequam recedant abinuicem, rixantur & pugnant.*

8 O præſumptio nequi. vnde creata es. *q. d. à nullo, nam omnis creatura bona eſt à Deo. Peccatum autem eſt boni defectus: nec habet cauſam per ſe poſitiuam, Dion. iiij. cap. de diui. no. Nullus intendens ad malum operatur.* 9 Cooperire, *amicitiæ ſimulatione,*

10 Aridam ma. *id eſt ſine humore.*

11 Sodalis amico. coniucun. in ob. *id eſt proſperitatis tempore.*

12 Et in tem. tribulation. *deficiente proſperitate, propter quod fingebat ſe amare,* 13 Sodalis ami. *id eſt ſimulat ſe condolere in eius infirmitate.* 10 Cauſa ven. *id eſt comeſſationis.*

15 Et contra hoſtem *amici,*

16 Accipiet ſcutum *quaſi eum defenſurus, id eſt, ſi hoc aliquando faciat, hoc facit ex gula, & non ex vera amicitia: & contrarium inducit de vero amico, dicens,*

17 Non obliuiſcaris amici. *veri.*

c8 In animo tuo, *ita quod non diligas eum tantum ore, ſed etiam corde & opere; propter quod ſubditur,*

19 Et non im. *ſed diligas eum in effectu.*

20 Noli conſiliari, *Hic ponitur quintum impedimentum diſcretionis, quod eſt malum conſilium: & primo agit de conſilio malo per fraudulentiam: ſecundo per ignorantiam, vel cauſam aliam, ibi,* Cum viro. *Circa primum dicitur,* Noli conſi. *ſcilicet de his, quæ pertinent ad reſtrictionem vxoris tuæ, quia ſemper ſtabit pro filia ſua, diuertens à veritate ex carnali affectione.*

21 Et à zelan. *id eſt inuidentibus tibi.*

22 Abſconde conſiliũ *nã illud reuelarent ex inuidia, vel impedirẽt.*

23 Omnis conſiliarius *infidelis,*

24 Prodit con. *id eſt preponit. ſub ſpecie boni illius, qui quærit cõſiliũ.*

25 Sed eſt conſiliarius in ſemet. *id eſt, intendens propriam vtilitatem, & non illius, cui dat conſilium, & hoc frequenter contingit in conſiliarijs principum, & prælatorum: ideo ſubditur,*

26 A conſiliario, *ſcilicet infideli,*

27 Serua ani. *id eſt caueas tibi.*

28 Prius ſci. *per diligentem inquiſitionem,*

29 Quæ ſit il. neceſſitas *nam ſi ad illam dirigit ſuum conſilium, ſignum eſt, quod non conſulit pro te, ſed pro ſe: ideo ſubditur,*

30 Et quid ipſe in animo ſuo cogitat *ſcilicet de ſubueniendo ſuæ neceſſitati, & non tibi: ideo ſubditur,*

31 Ne forte mittat ſu. *conſulens tibi aliquid periculoſum.*

22 Et dicat tibi. *incitans te ad proſequendum ſuum conſilium in opere*

33 Et ſtete. con. *corde.*

34 Videre quid, *vt per hoc habeat intentum, ſi poſſit.*

35 Cum viro irre. *Hic conſequenter agitur de conſilio malo per ignorantiam, & aliquas alias cauſas di.* Cum viro. *Ironice loquitur: & eſt ſenſus per contrarium. q. d. male conſulet tibi.*

36 Et cum in iu. *Similis eſt locutio, vt patebit in fine huius partis.*

37 Et cum mu. *id eſt odit. q. d. male conſulet.*

38 Cum timido. de bel. *qui nunquam vellet bellum videre.*

39 Cum negotio. *id eſt de mercium tranſportatione ad forum, qui vellet quod nullus ibi haberet merces, niſi ipſe, vt ſuas carius venderet.*

40 Cum emp. *id eſt de pretio rei vendendæ, qui ſemper quantum poteſt, minuit pretium iuſtum.*

41 Cum viro liuido, *id eſt inuido,*

42 De gratijs agendis, *id eſt, de dando alijs gratis, qui ſemper hoc impedit. Et ſimiliter quod ſequitur,*

43 Cum impio de pie. *vſque ibi:*

44 Cum operario, *qui nihil ſcit niſi de opere rurali,*

De

a *Non atten.* RAB. Diuerſas ſpecies conſiliantium enumerauit, in quibus plures perſonas notauit, quę à veritate diſcordant. Vnde præcepit cum talibus non eſſe conſiliandum, quorum conſilium pereclitatur. Præuidenda eſt ergo conſiliarij prudentia, fides, voluntas, & religio.

b *Anima ſancti viri.* Conſiliariorum, diuerſitate oſtenſa, adiungit, quantum humanæ ſapientiæ ſanctorum excellat ſciētia à ſpiritu ſancto infuſa.

c *Vir peri.* Quia de lingua prædixerat: de bonis maliſque doctoribus continuat.

d *Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt, &c.* AVGVST. Genus captioſarū concluſionum, ſcriptura, quantum exiſtimo, deteſtatur illo loco, vbi dictum eſt *Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt.* Quanquam etiam ſermo non captioſus ſed tamen abundantius, quam grauitatem decet, verborum ornamenta conſectans, ſophiſticus dicatur. Sunt etiam veræ connexiones ratiocinationis falſas habentes ſententias, quæ conſequuntur errorem illius, cum quo agitur. Quæ tamen ad hoc inferuntur à bono & docto homine: vt in iis erubeſcens ille, cuius errorem conſequuntur, eundem relinquat errorem: quia ſi in eodem manere voluerit, neceſſe eſt vt etiam illa quæ damnat, tenere cogatur. Non enim vera inferebat Apoſtolus, cum diceret, *Neque Chriſtus reſurrexit* & illa in alia, *Inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra*, & deinceps alia quæ omnino falſa ſunt, quia & Chriſtus reſurrexit, & non erat inanis prædicatio eorum, qui hoc annuntiabant, nec fides eorum qui hoc crediderant: ſed iſta falſa veriſſimè connectebantur illi ſententiæ, qua dicebatur, non eſſe reſurrectionem mortuorum. Iſtis autem falſis repudiatis quoniā vera erant, ſi mortui non reſurgunt; conſequens erit reſurrectio mortuorum. Cum ergo ſint veræ connexiones, non ſolum verarum ſed etiam falſarum ſententiarum, facile eſt veritatem connexionum etiam in ſcholis illis diſcere, quæ præter Eccleſiam ſunt. Sententiarum autem veritas in ſanctis libris eccleſiaſticis inueſtiganda eſt.

Aug. l. 2. de doct. Chriſ. cap. 31.

1. Cor. 15. cap. 16.

de omni opere: cum operario annuali, de conſummatione
a anni: cum ſeruo pigro, de multa operatione. Non attendas
a ¶ Cum ſancto ſanctus eris, &c.
his in omni conſilio. Sed cum viro ſanctō aſſiduus eſto:
¶ Filialem.
quemcunque cognoueris obſeruantē timorem Dei, cuius
a ¶ Relinquens timorem Dei.
anima eſt ſecundum animam tuam. Quicunque titubauerit
a ¶ Quia infidelis. ¶ Ante omnia.
in tenebris, non condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue
¶ Vel alius fidelior.
b tecum. Non eſt enim aliud plus illo. Anima ſancti viri
a ¶ Philoſophi artium liberalium ſcientia præditi.
enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſe-
a ¶ Tanquam magiſtri. b ¶ Tanquam ſpeculatores ſubditorum.
dentes in excelſo ad ſpeculandū. Et in his omnibus depre-
care altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuā. Ante omnia
a ¶ Cogitatio, ſcilicet, ſecundum quam locutio exterior, & actio diſponitur. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
opera verbum verax præcedat te, & ante omnē actū con-
a ¶ Omnia fac cum conſilio. b ¶ Conſilium malum. c ¶ Pertractando mala. ¶ Conſcientiam. d ¶ Verba cordis.
ſilium ſtabile. Verbum nequā immutābit cor, ex quo partes
a ¶ Conſilium & remuneratio. b ¶ Æterna. c ¶ Stipendium peccati mors
quatuor oriuntur, bonum & malum, vitā & mors: & domi-
a ¶ Quia per linguam ſecreta cordis panduntur, mors enim & vita in manibus linguæ. b ¶ In ſcriptura ſancta.
c natrix illorū eſt aſſidua lingua. Vir peritus multos erudiuit,
a ¶ Quia inde mercedem accipiet æternam. b ¶ Verſutam locutionem & hæreticam nequitiam. ¶ Ad oſtenſionem, & deceptionem Sed ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.
d & animæ ſuæ ſuauis eſt. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt,
a ¶ Diſputandi loquendi.
in omni re defraudabitur. Nō eſt enim illi data à dño grātia,
a ¶ Dei. ¶ Quia fraudulentus. b ¶ In Deo. c ¶ Remunerandæ.
omni enī ſapiētiā defraudat⁹ eſt. Vir ſapiēs animę ſuæ ſapiēs,
a ¶ Eccleſiaſticus doctor. b ¶ Sibi commiſſam. c ¶ Verbo & exemplo.
& fructus ſenſus illi⁹ laudabilis. Vir ſapiēs plebē ſuā erudit,

Vita

## NICOLAVS DE LIRA.

1 De omni opere. *vt de militia ſtudio, & huiuſmodi.*
2 Cum operario annuali, *id eſt, conducto ad requiem.*
3 De conſummatione, *id eſt de opere conſummando infra annum, qui dicit infra duos annos hoc non poſſe fieri, quod tamen in medietate anni poſſet fieri.*
4 Cum ſeruo pigro, *ad operandum,*
5 De multa ope. *quam ſemper refugit, & ſic male conſulit, ideo de omnibus prædictis concluditur:* Non atten. &c.
6 Sed cum viro ſan. *Remotis impedimentis diſcretionis, hic conſequenter ponuntur eius promotiua. Et ponuntur hic quatuor, ſcilicet conſilij ſanitas, verbi veritas, ſapientiæ claritas, & repreſſa ſenſualitas. Inter quæ primo ponitur conſilij ſanitas, vt fiat quædam continuatio ad immediatè prædicta, cum dicitur,* Sed cum viro ſan. *id eſt, in bonitate ſtabili & firma.*
7 Aſſiduus eſto, *cum eo morando, & de tuis ſecretis tractando.*
8 Quemcunque cognoueris, *Per opera,*
9 Obſer. timorem Dei *ne tranſgrediatur eius mandata,*
10 Cuius anima eſt ſecundum. *id eſt, qui diligit te ſicut te ipſum & econtrario; de talibus enim dicitur, quod ſunt vnum cor & vna anima,*
11 Quicunque titubauerit in tenebris *ignorantiæ & culpæ:*
12 Non condo. *veraciter ex corde, nec tibi per conſequens bene conſulet in tua neceſſitate.*
13 Et cor boni conſilij. *id eſt voluntatem ipſum ſequendi.*
14 Statue tecum, *firmiter.*
15 Non eſt enim tibi aliud plus il. *id eſt melius. Et quis poſſit tale conſilium dare, ſubditur,*
16 Anima viri ſan enim. *Eſt enim in Deum eleuata, & per conſequens ab eo illuminata ad enuntiandum veritatem: verumtamen quia Deus eſt principalis autor directionis humanæ, ſubditur,* Et in his omnibus deprecare altiſsimum.
17 Ante omnia opera. *Hic ponitur ſecundum diſcretionis promotiuum, quod eſt verbi veritas cum dicitur:* Ante omnia opera. *in promiſſis & reſponſis.*
18 Et ante omnem actum conſilium. *ſcilicet ſapientum & ſacræ ſcripturæ.*
19 Verbum nequam. *quod eſt verbum mendax.*
20 Immu. cor. *de bono ad malum.*
21 Ex quo. *ſcilicet corde,*
22 Partes quæ *ſicut riuuli à fonte,*
23 Bonum & malum, *de genere,*
24 Vita *gratiæ.*
25 Et mors *culpæ. Vita tamen gratiæ non procedit ab eo, niſi diſpoſitiuè, ſed à Deo eſt effectiuè. Mors vero culpæ econtrario ſic procedit à corde humano, quod nullo modo eſt effectiuè à Deo vt dictum eſt ſupra xv. capit.*
26 Et dominatrix il. *id eſt aſſiduitas bonæ monitionis, quæ reprimit malum ex genere, & amouet mortem culpæ, promouet autem bonum de genere, & vitam gratiæ, ideo ſubditur,*
27 Vir peritus *in ſacra ſcriptura,*
28 Multos erudit *ad bonum:*
29 Et animæ ſuauis eſt *per augmentum meriti.*
30 Qui ſophiſtice loquitur *id eſt deceptoriè,*
31 Odibilis eſt; *Deo & hominibus.*
32 In omni re defraudab. *quia ſibi plus nocet, quam alijs hominibus.*
33 Nō eſt enim illi data à dom. gratia *veraciter & vtiliter loquēdi.*
34 Omni enim ſapientia *vera.*
35 Defraudatus eſt, *licet aliquando ab inſipientibus ſapiens videatur.*
36 Eſt ſapiens. *Hic ponit tertium diſcretionis promotiuum, quod eſt ſapientiæ claritas, cum dicitur,* Eſt ſapiens, *id eſt, ille vere ſapiens eſt, qui primo cogitat de ſalute animæ ſuæ, quia charitas eſt ordinata.*
37 Et fructus ſenſus illius, *id eſt ſapientiæ ſuę,*
38 Laudabilis, *coram Deo & angelis. Et quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum, ſubditur,*
39 Vir ſapiens plebem ſuam erudit *de ſalute animę ſuę.*

Et

A

a *Vita viri.* RAB. Præſens vita hominum in incerto non eſt apud eum: vnde, *Breues dies hominis ſunt, numerus menſium apud te eſt.* b *Noli auidus.* Iuxta hiſtoriam, parcimoniam laudat, crapulam vituperat, quæ ad infirmitatem perducit deuorantem. Myſtice vero admonet, vt in temporalibus ſimus temperantes: vnde, *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, &c.* Et alibi, *Non plus ſapere, quam oportet.*

Iob. 14. a. — †laudabiles — Prou. 25 c. — Rom. 12. a.

c *In multis enim eſcis erit infirmitas.*

AMBRO. Cibi, quos nobis dominus largitus eſt ad vtendum, non ſunt mali ſed boni: & tamen ſi amplius, quam conuenit, ſumantur, pernicioſi ſūt. Ideo ſcriptum eſt, *in multis eſcis erit infirmitas.* Nunquid ideo maledicenda eſt Dei creatura, quia aliquibus nocet? Nequaquam, ſed, ſicut docet Apoſtolus, *Omnis creatura Dei bona eſt.* Vertitur autem in perniciem bona Dei creatura ex praua vtentis mēſura. Vnde quod eſt ſui natura bonum, fit vſu malum. Scimus aliquos nimio vino & cibo præfocatos, & morte præuentos: nunquid in vino aut cibis fuit mors? Abſit, ſed intēperantia ciborū fecit eos in mortem cadere, quia dictum eſt, *Exultatio cordis, & lætitia animæ vinū epatum in tempore ſufficiens:* & econtra *Amaritudo animæ vinum potatum multum in irritatione & ruina.*

De arbore interdicta cap. 2. — 1. Timot. 4. — D — 1. Tim. 4. — †1. Co 6. c. & 10. f. — E

a ¶ Scriptura & prædicatio.
& fructus ſenſus illius † fideles ſunt. Vir ſapiens implebitur 1
a ¶ Cæleſtis mercedis. b ¶ Angeli vel animæ ſanctorum. c ¶ Remuneratum. 2
¶ Cui dicetur; Euge ſerue bone, &c. d ¶ Cœleſtis mercedis. 3
a benedictiōnibus, & vidēntes illū̃m laudabunt. Vitā viri in 4
a ¶ Sanctorum. b ¶ Quia ſine fine cum domino regnabunt. c ¶ Prædicator. 5
numero dierum, dies aūtem Iſrael innumērabiles ſunt. Sā- 6
a ¶ Subiecto. b ¶ Aeternam ſcilicet remunerationem accipiet.
piens in pōpulo hærēditabit honorem, & nomen illius erit 7
a ¶ Proba voluntatem animæ tuæ. Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete 8
viuens in æternum. Fili in vita tua tentā animam tuam, & ſi 9
fuerit nequam, non des illi poteſtatem. † Non enim omnia 10
a ¶ Caute ſcilicet ſerua ne vitiis diffluat. b ¶ Voluntatis ſcilicet, vel actionis vtile eſt. 11
ōmnibus expediunt, & non omni animæ omne genūs pla- 12
b cet. Noli auidus eſſe in omni epulatione, et non te effundas 13 14
c ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, et 15
a ¶ Ad fellis effuſionem. 16
auiditas appropinquabit vſque ad cholerām. Propter crapu- 17
lam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam. 18

B

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fructus ſenſus illius, *id eſt doctrina eius,*

2 Fideles ſunt, *id eſt digni fide. Tum quia à veritate prima procedunt: tum quia ad ipſum finaliter dirigunt.*

3 Vir ſapiens imple. benedi. *Dei & hominum, nam Deus multiplicat illi dona ſua, & homines imprecantur ſibi bona: ideo ſubditur,*

4 Et viden. il. au. *Et quoniam hæc laus non eſt horaria, ſed diuturna, ideo ſubditur,*

5 Vita viri in numero dier. *id eſt breuis eſt, quia dies eius poſſunt numerari faciliter.* 6 Dies autem Iſrael, *id eſt populi Iſrael,*

7 Innumerabiles ſunt, *id eſt diuturni, licet enim perſonæ ſingulares moriantur, & naſcantur ſibi ſuccedentes, remanet tamen vnitas populi: ſicut in fluuio, aquæ ſunt in continuo fluxu, remanet tamen idētitas fluuij; laus vero ſapientis non ſolum durat ſuo tempore, ſed tranſit ad poſteros: propter quod eſt diuturna, & maxime in populo ſuo, qui magis nouit eius opera; ideo ſubditur,*

8 Sapiens in populo. *& patet.*

9 Fili in vita tua. *Hic ponitur quartum diſcretionis promotiuū, quod eſt repreſſa ſenſualitas: vnde dicit Philoſophus. vij. Phyſic. Sedendo & quieſcendo fit anima ſciens & prudens: quia ſedatis & quietatis paſſionibus fit clare videns. Sic ergo dicitur,* Fili in vita tua. ten. *id eſt diligenter conſidera eius pronitatem ex appetitu ſenſitiuo procedentem.*

10 Et ſi fuerit nequam, *id eſt inclinans ad malum,*

11 Non des il. po. *laxando ſibi habenas, ſed magis eam reprime per orationem.*

12 Non enim in om. *etiam ſi eſſent licita de ſe: nam magis proni ad malum indigent maiori reſtrictione, etiam ab aliquibus licitis, ne ad illicita procedant ex illis.*

13 Et non om. ani. *delectationis.*

14 Placet, *ſed ſecundum diuerſitatem pronitatis. Prono ad auaritiam placet conſeruatio pecuniæ; prono ad prodigalitatem, placet eius effuſio & ſic de alijs. Et quoniam multi valde ſunt proni ad concupiſcentiam cibi, quo quotidie indigemus, ſubditur,* Noli auid. *& patet. Et initio ſubditur:* In mul. enim eſcis *etiam ſanis.*

15 Erit infir. *ratione ſuperfluitatis.*

16 Et aui. appro. vſque ad choleram *ipſam cauſando.*

17 Propter cra. *quia ſuffocat naturæ virtutem.*

18 Qui au. *id eſt prolongabit, nam abſtinentia eſt ſumma medicina.*

C — F

CAP. XXXVIII.

a HOnora medicum. RAB. Diſcretos vult nos eſſe in omnibus, quia opera Dei bona ſunt valde: vnde non debemus ea ſpernere, quæ conſtat creatorem ad vtilitatem noſtram feciſſe. Sunt corporales medici, ſunt & ſpirituales. Corporales medici corpora, ſpirituales curant animas; Vtrique ergo honorandi, ſed ſpirituales præferendi.

b *Nonne à li.* Antiquam tangit hiſtoriā quia in deſerto Sur inuenerunt filij Iſrael aquam amaram, ſed Deus oſtendit Moyſi lignum, quod immiſſum aquam indulcauit; vbi iuxta hiſtoriā demonſtratur ligni medicina indulcari aquas: Myſtice autem aqua amara ſignificat legem, cui ſi confeſſio crucis & ſacramētum iungatur, potabilis efficitur.

†Exo. 15. d — Exod. 15. d. — † in illis

## CAP. XXXVIII.

a HOnora medicum propter neceſſitatē: 1
etenim creauit illū altiſſimus. A Deo 2 3
eſt enim omnis medela, & à rege acci- 4
a ¶ Corporalis vel ſpiritualis. b ¶ In mundo, vel in cœlo. 5
piet donationē. Diſciplinā medici ēxal 6
tabit caput illius, & in conſpectu ma-
a ¶ Angelorum, vel ſanctorum. b ¶ A domino.
gnatōrū collāudabitur. Altiſſimus de 7
a ¶ Ad ſalutem hominum.
terra creauit medicinā, & vir prudens non abhorrebit † illā.
¶ Suauis facta eſt. 8
b † Nōnne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem 9
¶ Peruenit. 10
hominum virtus illorum. Et dedit hominibus ſcientiam 11

## NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVIII.

HOnora medi. *Poſtquam actum eſt de prælatorum officio, hic conſequenter agitur de honore eis exhibendo, quia medij ſunt inter populum & Deum. Et quoniam ex ſenſibilibus & magis notis procedendum eſt ad ſpiritualia, quæ ſunt minus nota, & prælatus eſt ſpiritualis medicus; ideo primo agitur de honore medici corporalis, ſecundo ſpiritualis, ibi,* Fili in tua infirmitate. *Circa primum dicitur,*

1 Honora medicum *corporalem,*

2 Propter neceſſitatem *corporis tui.*

3 Etenim creauit illū altiſs. *nō ſolū inquātū eſt homo ſed etiā inquātū medicus, nā Deus eſt autor principalis artis medicinæ: ideo ſubditur,*

4 A Deo enim eſt omnis medela *hic tamen non accipitur creatio proprie, quæ eſt de nihilo, ſed large ſicut rex dicitur creari, quando promouetur ad dignitatem regni.*

5 Et à re. ac. do. *nam potentes huius ſeculi communiter ſunt magis ſoliciti de ſanitate corporali, quam ſpirituali: ideo ſubditur,*

6 Diſci. me, *id eſt eius ars.* Exal. caput illius.

7 Altiſſi. de terra creau. *quia de terra naſcentibus, ſcilicet herbis, & radicibus, & huiuſmodi conficiuntur medicinæ. Et ad hoc inducit exemplum, dicens,* 8 Nonne à ligno, *id eſt, per lignum,*

9 Indulcata eſt aqua amara. *q. d. ſic, vt patet Exod. xv. vbi dicitur, quod dominus oſtendit lignum Moyſi, quod cum miſiſſet in aquas amaras in dulcedinem verſæ ſunt.*

10 Ad agni. hom. virtus illo. *peruenit per experientiā. Ex hoc enim, quod talis herba ſanauit Socratem & Platonem, & plures alios, accipitur vna propoſitio vniuerſalis, quæ eſt principium artis & ſcientiæ, vt dicitur. j. Metaphy.*

11 Et dedit ho. ſcien. *nam aliquando reuelat virtutes herbarum, & radicum ſine tali experientia, ſicut factum fuit Salom. iij. Reg. iiij. d.* Et diſputauit ſuper lignis à cedro quæ in Libano eſt, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete.

*Nonne* — *In* — Hono.

¶ Se. a ¶ Quæ creauit.
a altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis. In his cũrans miti-
a ¶ Hominum.
gabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis,
a ¶ Vſque ad finem mundi, cum mortale hoc induet immortalitatem.
& vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummãbuntur
a ¶ Medicamenta. b ¶ Veri medici. c ¶ Quando ſcilicet abſorbetur mors in victoria. d ¶ Q. aſſidue ora pro peccatis tuis.
b operã eiũs: Pãx enim Dei ſuper faciem terræ. Fili in tua in-
a ¶ quia in futuro, & in infer. nul. eſt re. b ¶ Noli deſperare.
firmitãte non deſpicias teipſum, ſed orã dominum, & ipſe
a ¶ Ab infirmitate peccati. b ¶ Mentem. c ¶ Ad bona opera.
c cũrabit te. Auerte à delicto & dirige manũs & ab omni de-
d
e licto munda cor tuum. Da ſuauitatem & memoriam ſimi-
a ¶ Id eſt ſimilæ. b ¶ Deuotione charitatis. c ¶ Obediendo. d ¶ Doctori tuo.
lãginis, & impinguã oblatione, et da locũm medico. Etenim
a ¶ In vſus tuos. b ¶ Offenſus obedientia.
illum dominus creãuit, et non diſcedat à te: quia opera eius
¶ Tibi.
ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quando in manibus illo-
rum incurras, ipſi vero dominum deprecabuntur, vt dirigat
requiem eorum, et ſanitatem propter conuerſationem illo-
rum. Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit illum, inci-
f det in manus medici. † Fili in mortuum produc lachrymas
g & quaſi † dira paſſus incipe plorare, et ſecundum iudicium
¶ Sepultura.
contege corpus illius, et non deſpicias ſepulturam illius.
a ¶ Scilicet ſeparationem proximi. b ¶ Modum plorandi deſcribit. c ¶ Paruo tempore ne nimia triſtitia auferat meritum.
Prõpter delaturam autem amare fer lẽctũ illius vnõ die, et
conſolare propter † triſtitiam. Et fac luctum ſecundum
meritum eius vno die vel duobus propter detractionem.
a ¶ Animæ deſperanti. b ¶ Obſeruat. b ¶ Bonæ actionis.
A triſtitiã enim feſtinat mors, et coopẽrit virtutẽm, et
a ¶ Emollit. b ¶ Fortitudinem. c ¶ Refutatione ſcilicet conſolationis.
triſtitia cordis flectĩt cẽruicem. In abductiõne perma-

A a *In his curans.* RAB. contra diuerſas infirmitates, diuerſa opponunt medici, cibos ſcilicet & potus, emplaſtra, & vnguenta: vt morbis cõueniãt medicamẽta. Similiter faciũt medici ſpirituales. (Pſal. 36.c.)

b *Fili in tua infirmitate.* ✠ RABANVS. Iubet primum ne in infirmitate deſperemus noſmetipſos, quia deſperatio affligit animam, & mortem illi parit certiſſimam: ſed magis oremus Deum, & ipſi curam commendemus ſalutis noſtræ, qui ſaluator eſt omnium hominum, maxime autẽ fideliũ: de quo Iacobus apoſtolus nos (B) inſtruit dicens, *Infirmatur aliquis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eũ, vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio infirmi ſaluabit infirmum, alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittẽtur ei.* Sed hoc tunc digne fit, ſi (C) auertimus oculos mẽtis noſtræ ab omni malo, & dirigimus manus noſtras in bona operatione, & mundamus cogitationes cordis noſtri ab omni dolo & nequitia; ſic enim meremur exaudiri à domino, & miſericordiam eius adipiſci: dditur præterea ſalutaris ſacrificij oblatio, quæ maxime adiuuat infirmitatẽ animarum noſtrarum, ſi ex pura mente offeratur, ſicut ſequens ſententia probat, *Da ſuauitatem, &c.* (D)

(† ſup. 22.b. † dura. † iuſtitiam)

c *Auerte.* Simile eſt illud: *Declina à malo, & fac bonum.*

d *Et ab omni.* & non tantum corpus, ſed vt ſis *innocens manibus & mundo corde.*

e *Da ſuauitatem.* Panis & vini ſacrificium in memoriam dominicæ paſſionis oblatum, (Sacrificiũ euchariſtiæ) præcipue curat vulnera animarũ: nec ſolum viuis, ſed & mortuis valde neceſſarium eſt.

f *Incidet in manus medici.* Aegritudinis & moleſtiæ, quæ diſpoſitione Dei immittitur ad probationem, vel emendationem iuſtorum, vel ad (E) damnationem reproborum, qui ſcilicet delinquit in conſpectum eius, qui fecit eum, incidet in manus medici. Iuſtum eſt enim vt qui mandata Dei contemnit caſtigatus humilietur, & opem quæret (F) quam negligebat. Spirituales quoque medici tempus quærunt medicandi, & inſtanter dominum deprecantur vt dirigat opera eorum, & refrigerium prꝍſtet infirmantibus.

g *F. l.* quia de infirmitatibus, & medicorum curationibus diſputauit, de mortuorum exequijs adiungit.

☞ Memen-

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Honora. in mi. *id eſt, vt honoretur ab hominibus propter virtutes mirabiles, quas dedit creaturis.*
2 In his curans, *medicus.*
3 Mitiga. dolo. *infirmi.*
4 Et vnguen. *id eſt apothecarius,*
5 Faciet, *terra naſcentibus,*
6 Pigmenta ſuaui. *in talibus ſpecies aromaticæ frequenter ponuntur.*
7 Et vn. con. *id eſt ad conferendum & conſeruandum ſanitatem.*
8 Et non con. ope. *id eſt non habebunt intentum effectum per ipſum medicum vel apothecarium, nam ad hoc requiritur actio Dei, qui eſt medicus principalis: ideo ſequitur,*
9 Pax enim Dei ſu. *id eſt requies à dolore infirmitatis, eſt à Deo in hominibus qui habitant ſuper terram.*
10 Fili in tua. *Hic conſequenter agitur de honore impendendo medico ſpirituali. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres cauſas ipſum honorandi. ſecunda ponitur ibi,* Sapientiam ſcribæ: *tertia ibi,* Qui tenet aratrum. *Prima in duas, ſcilicet in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi,* Fili in tua. *Prima cauſa honorandi medicum ſpiritualem eſt ſanitas animæ, quæ melior eſt corporis ſanitate, & per conſequens prælatus magis honorandus eſt, quam medicus corporalis: ideo ſequitur,*
11 Non deſpicias teipſum. *negligendo quærere medium, ſicut negligunt aliqui.* 12 Sed ora domi. *deuote.*
13 Et ipſe cura. *vnguento ſuæ gratiæ.*
14 Auerte à delicto, *cor tuum.*
15 Et dirige ma. *id eſt opera tua ad Deum.*
16 Et ab omni. de. *per veram & puram contritionem.*
17 Da ſuaui. *id eſt fac oblationem Deo de ſpeciebus aromaticis, quibus conficiebatur thymiama ſuauis odoris.*
18 Et memo. ſimilaginis, *id eſt oblationẽ farinæ tritici delicatiſſimæ.*
19 Et impin. oblationem, *offerendo oleum de lignis oliuarum puriſſimum ad continuandas lucernas.*
20 Et da. lo. medico. *honorãdo ſacerdotẽ pro te orãtẽ, vnde in Leui. vbi agitur de oblationibus variis pro peccato, ſemper additur in fine,* Et orabit pro eo ſacerdos, & dimittetur ei.
21 Etenim il. do. creauit *id eſt ad officium ſacerdotij promouit.*
22 Et non diſcedat à te. *id eſt à corde tuo, quia ſemper debes eum diligere & venerari.*
23 Quia opera eius ſunt neceſſaria *ſcilicet offerre ſacrificia, & orare pro peccatis populi.*
24 Eſt enim tem. *quia ſine peccatis non tranſitur præſens vita.*
25 Ipſi ve. do. *ex hoc apparet, quod non loquitur hic de medicis corporis, qui non curant infirmos per orationes; ſed de ſacerdotibus.*
26 Vt diri. requiem eorum, *non requiem corporis, ſed requiem cordis ipſorum, quia gaudent de curatione peccatorum.*
27 Et ſanitatem *ſcilicet animæ tuæ.*
28 Propter conuerſationem *id eſt propter bonam vitam ipſorum, propter quam orationes eorum exaudiuntur.*
29 Qui delin. &c. incidet in manus medici, *ſcilicet ſpiritualis, ad quem pertinet cura delicti.*
30 Fili in mor. *Hæc eſt pars incidentalis: in qua primo ex hoc, quod induxit ad honorem prælati, propter eius excellentem ſtatum, hic occaſionabiliter, & quaſi per oppoſitum inducit ad fletum mortui, propter vitæ præſentis defectum. De ſecundo, in perſona mortui loquens inducit ad bonum ibi:* Memor eſto. *Circa primum dicit,* Fili in mor. *id eſt ſuper mortuum.*
31 Produc lachry. *compaſſionis,*
32 Et ſec. iudic. contege *id eſt diſcrete & honeſte ſecundum morem patriæ & merita defuncti corpus illius ſepeli.*
33 Propter delaturam *id eſt, propter detractionem vitandam, ne dicatur contra te, quod odiſti viuentem ſi non lugeas defunctum.*
34 Et conſolare prop. triſti. *ne nimia triſtitia tibi noceat: ideo ſequitur,* 35 A triſtitia. *Eſt enim triſtitia paſſio mortificatiua.*
36 Et coope, *id eſt ſuffocat virtutem naturæ.*
37 Et triſtitia cor. *Nam debilitata virtute naturæ, caput flectitur, ſicut per fortitudinem eius erigitur.*
38 In abdu. *id eſt, deuiatione à bono.*
39 Permanet tri. *ita quod nocet non ſolum corpori, ſed etiam animæ, inducens aliquando ad deſperationem & alia mala.*

Et

A a *Memento nouiſſimorum.* RAB. Admonitio bonorum patrum vt filii præparent ſibi viaticum bonorum operum.

b *Neque enim eſt con.* Q. d. Ergo cautus eſto in omnibus, ne fortè in obitu proximi plus æquo doleas.

c *In requie.* Q. Morituri memoriam continuò conſerua, & confide, & ſpe conforta, ne in vltimo articulo deficiat.

d *Quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrum.* ✠ RABB. B Quantum ad hiſtoriam pertinet, oſtendit quod ex ſapientiæ dono hoc habet homo, vt inſiſtat vtili labori, quo ſibi & proximis ſuis prodeſſe poſſit, exerceat agriculturam, & curam agat in paſtu animalium, atque iumentorū, quæ ad vſum hominum creata ſunt, vt victum & veſtitum tam ſibi, quàm ſuis præparet, quibus hu- C manæ vitæ miſeria in præſenti ſæculo nutritur, & funditus carere non poteſt. Myſticè autem, qui tenet doctoris officium, & colere debet vomere euangelico corda hominum, gloriatur in iaculo diuinorum teſtimoniorum, & ſeminat verbum Dei ſtimulo exhortationis, agitat brutos, quatenus non ſegniter viuant, ſed interim in bonis operibus conuerſentur. Superbos quoſque prædicationis ſermone caſtigat, & diſciplina euangelica domat, vt non vacent otio, ſed carnem ſuam macerantes, & D deſideria carnalia in ſe mortificantes, & vitia omnia à ſe extirpare feſtinent, & virtutes ſpiritales pro eis plantare certent. Quod autem per boum & taurorum excitationem, vigilias dicit paſtoris eſſe in ſagina vaccarum, oſtendit boni rectoris eſſe officium, vt vtriuſque ſexus curam habeat, & prædicationis ſtudio eos paſcat, alat, & nutriat.

e *Qui tenet aratrum.* Prædicatores ſanctos ſignificat, qui omni tempore docendo, exhortando, auditores ſuos inſtruunt vt interioris hominis vir- E tutem eliciant, & animam humanam ad imaginem Dei reforment: vnde, *Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Et alibi: *Filioli mei quos iterū parturio, do. f. in vo. Chriſtus.* Quot ſpecies virtutum ſunt tot operationes & documenta mentibus electorum doctrina imprimunt. F

*Prędicatores aratro cōparātur.* — 1.Cor.3.b. — Gal.4.c.

f *Sic omnis faber & architectus, qui no.* Ordo prædicatorum, qui per diuerſa officia miniſterium ſuum agunt, doctrinam ſecundum auditores temperant: qui fragiles & infirmos verbis & exemplo formant, vt vaſa in honorem faciant.

*Prædicantium diſcretio in verbo Dei ſatione.*

g *Cor ſuum da.* Cum præſentis vitæ volubilem conuerſationē per veſtigia bonorum operum ſubiectis oſtendit immutabilem.

a ¶ Quia hoc incipit & in futura pœna durabit propter diffidentiam ſupernæ conſolationis.
nẽt triſtitia, & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. Ne
a ¶ Seculi, quæ mortem animæ operatur. b ¶ quia quantum deeſt illi fidei & ſpei, tantum creſcit mœror in anguſtia.
a dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te, & memen-
a ¶ Nouiſſimorum. b ¶ Id eſt non huc reuerteris vt poſſis operari.
b to nouiſſimorum, & noli obliuiſci. Neque enim eſt conuer-
a ¶ Male tractabis. ¶ Nimio dolore.
ſio: & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. Memor
a ¶ Tranſitus ſcilicet de hoc mundo: quia nemo eſt qui viuat, & videat mortem.
¶ Q. In me iam completum eſt, tibi inſtat.
eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuū: Mihi heri, & tibi hodie.
c In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & con-
a ¶ Quia qualis eris, talis ante iudicem ſtabis, vt recipias ſecundum opera tua. ¶ Diuinam. b ¶ Diſce.
ſolare illum in exitu ſpiritus ſui. Sapientiam ſcribe in tem-
a ¶ In tabulis cordis. ¶ Otij. b ¶ Quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.
pore vacuitatis, & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet,
a ¶ Qui hæc ſciunt, non penitus à ſapientia alieni ſunt. b ¶ Doctoris officium, & vomere euangelii excolit corda hominum.
d quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloria-
e a ¶ Diuinorum teſtimoniorum. b ¶ Exhortationis. c ¶ Bruta.
d ¶ Scilicet ne ſegniter viuant. e ¶ Bonis.
tur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operi-
a ¶ Prædicatio. b ¶ Superborum.
bus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum. Cor ſuum da-
a ¶ Vt extirpet vitia, plantet virtutes. b ¶ Pinguedine.
c ¶ Fœminarum quia vtriuſque ſexus curam ſuſcepit.
bit ad verſandos ſulcos, & vigilia eius, in ſagina vaccarum.
f Sic omnis faber & architectus, qui noctem tanquam
diem tranſigit, qui ſculpſit ſignacula ſculptilia, & aſſidui-
tas eius variat picturam. Cor ſuum dabit in ſimilitudinem
g

☞ In

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ſub ino. *quia ſi habet cor gaudens, & virile, dicitur diues, & diues languidus & triſtis, dicitur pauper, Pro xiij. a.* Et eſt quaſi diues cum nihil habeat, & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitiis ſit: *ideo ſequitur,*

2 Ne de. in triſti. *ſcilicet nimia.*

3 Cor tuum. *propter mortuum. Et ſubditur cauſa, cum dicitur,*

4 Et memento no. *id eſt mortis tuæ, & omnium aliorum, à qua nullus reuertitur ad vitam præſentem: ideo ſubditur,*

5 Neque enim eſt conuerſio *id eſt per afflictionem tuam ipſum mortuum non reuocabis.*

6 Et teipſum peſſimabis *nimio dolore affectus, propter quod dolor de morte amici debet eſſe moderatus. Sic enim fecit Dauid ij. Reg. ij.* Audita enim morte filij ſui ſurrexit ab afflictione. *& luctu. di.* Cum adhuc viueret puer ieiunaui & fleui, dicebam enim quis ſcit ſi forte donet mihi eum Deus & viuat: nunc autem quia mortuus eſt quare ieiuno? nunquid potero eum reuocare amplius? ego vadam magis ad eum. 7 Memor eſto iudi. *Hic ponitur ſecundum incidens occaſione dictorum ex perſona mortui exhortans ad bonum:* Memor eſto iudi. *id eſt mortis meæ, quæ dicitur hominis iudicium, quia qualis in morte reperitur, talis iudicio præſentabitur.*

8 Sic enim erit & tuum. *q. d. feſtines operari bonum dum viuis. quia poſt mortem non poteris.*

9 Mihi heri, *id eſt præterito,*

10 Et tibi hodie, *id eſt in præſenti: quia nullus habet aliquid certum de futuro.*

11 In requie, *id eſt in ſepulchro eius, vbi requieſcit corpus ſuum.*

12 Requieſcere fac memo. *id eſt pone quid ſtabile ad memoriam eius vnde. j. Machab. xiij. d. dicitur, quod Simon Machabæus ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum fecit ædificium altum viſu, & circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam ſempiternam, ſcilicet quod pater, & fratres ſui fuiſſent mortui in exercitio armorum pro defenſione populi ſui.*

13 Et conſolare illum in exi. *dicendo ei bona verba de futura vita, ad quam tranſeunt morientes.*

14 Sapientiam ſcribe, *Hic ponitur ſecunda cauſa honorandi prælatum ſiue doctorem, nam ad eius officium non ſolum pertinet docere præſentes verbo, ſed etiam abſentes & futuros ſcripto, propter quod ei dicitur* Sapientiam ſcribe, *id eſt libros ſapientiam continentes.*

15 In tempore vacui. *id eſt in tempore, quo vacas ab alijs operibus neceſſitatis: Alio modo* tempore vacuitatis, *id eſt ieiunus à cibo, & potu, quia tunc magis viget intellectus ad ſcribendum ardua, de quibus eſt ſapientia. Vel aliter,* tempore vacuitatis, *id eſt paupertatis: vnde dicit Secundus philoſophus, quod paupertas eſt ſcientiæ repertrix. Vnde videmus quod à longo tempore religioſi mendicantes plura ſcripſerunt in theologia, quæ eſt vera ſapientia quam alij: & aliquando concurrunt iſtę tres conditiones in eodem ſcriptore.* 16 Et qui minoratur actu *id eſt ſe retrahit quantum poteſt bono modo ab exterioribus actibus.*

17 Sapientiam perci. *& ſic poterit eam docere verbo & ſcripto.*

18 Qui tenet aratrum, *Hic ponitur tertia cauſa honorandi prælatū, quæ eſt ſolicitudo ipſius circa regimen populi. Ad bonum enim ſtatum ciuitatis requiritur ſolicitudo, diuerſorum artificum in artibus ſuis, ſine quarum vſu non poſſet ciuitas bene ſtare, vt carpentariorum, latomorum, pannificum, & huiuſmodi: & multo fortius requiritur diligentia regētis ciuitatem in temporalibus vel ſpiritualibus. Primo igitur ponitur exemplum de artificibus, incipiendo ab agricolis, di.* Qui tenet ara. &c. ſtimulo *id eſt in virga longa in cuius extremitate eſt ſtimulus ad pungendum.*

19 Enar. e. in filijs taur. *id eſt in bobus, quos frequenter nominat excitando ad opus.* 20 Cor ſuum da. *ſolicitudinem apponendo.* 21 Ad verſandos ſulcos *ſ. quia fiunt per euerſionem terræ cum ferro aratri.*

22 Et vigi. e. in ſagina. vacc. *Solicitus eſt enim vt impinguētur bene.*

23 Sic omnis faber. *id eſt carpentator vel latomus, & huiuſmodi, qui dicuntur generaliter* fabri, *ſed diſtinguntur per materiam circa quam operantur, vt faber ferrarius, faber lignarius, & ſic de alijs.*

24 Et archi. *id eſt principalis operarius, ab archō quod eſt princeps*

25 Qui noctem tanquam diem tranſigit *meditando, de nocte, quæ operatus eſt in die.* 26 Qui ſcul. *id eſt imagines aliquid ſignificantes, vel repręſentantes.* 27 Et aſſiduitas eius, *in opere,*

28 Variat picturam. *apponendo diuerſos colores.*

29 Cor ſuum dabit *id eſt ſolicitus erit, quod pictura imaginis aſſimiletur bene ei qui repræſentatur.*

Sic

a ¶ Qui arma ſpiritualia fabricat.
picturæ, & vigilia ſua perficit opus. Sic faber 1
a ¶ Ordo prædicantium. b ¶ Durum præſentis vitæ laborem.
A ferrarius ſedens iuxta incudem, & conſide- 2
a ¶ Tribulatio & perſecutio mundi.
rans opus ferri. Vapor ignis vrit carnes eius, 3
a ¶ Edicta principum incutiunt ſcilicet terrorem tormentorum.
& in calore fornacis concertatur. Vox mallei 4 5
innouat aurem eius, & contra ſimilitudinem 6
¶ Electarum animarum.
vaſis oculus eius. Cor ſuum dabit in conſum- 7 8
mationem operum, & vigilia ſua ornabit im- 9
¶ Animarum.
perfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuũ, 10
conuertens pedibus ſuis rotam, qui in † ſoli- (†ſolitudine)
¶ Commiſſi officij.
citudine poſitus eſt ſemper propter opus
ſuum, & innumera eſt omnis operatio eius. 11
a In brachio ſuo formabit 12
lutum & ante pedes ſuos 13
curuabit virtutem ſuã. Cor 14
ſuum dabit, vt conſummet
linitionem, & vigilia ſua 15

a ¶ Doctores eccleſiæ.
16 mundauit fornacẽ. Omnes
a ¶ Operibus bonis.
17 hi in manibus ſuis ſpera-
uerunt, & vnuſquiſque in
a ¶ Spiritusſancti diſtributione, qui diuidit ſingulis prout vult.
18 arte ſua ſapiens eſt. Sine his
a ¶ Donis ſpiritualibus.
omnibus non ædificatur ci-
a ¶ eccleſia. b ¶ Fideles in ea.
19 uitas, Et non inhabitabunt,
a ¶ De virtute in virtutem. b ¶ Cæleſtem aulam.
20 nec inambulabunt, & in eccleſiam non † tran (†tranſient s)
21 a ¶ Cum ſine his cathedram honoris prædicatores non habent, nec legis intellectum, nec digne docere poteſt, aut aliquid boni agere.
22 ſilient. Super ſellam † iudicis non ſedebunt, et (†indices)
23
24 teſtamentum iudicij non intelligent, neque
25 palam facient diſciplinam et iudicium, et in
a ¶ Sed aperte. b ¶ Corporalem ſcilicet.
26 parabolis non inuenientur, ſed creaturam
a ¶ Vel conſummabunt.
27 æui confirmabunt, et deprecatio illorum in
a ¶ Cum operibus ſcilicet virtutum accepta eſt Deo. b ¶ Pro fratribus
28 operatione artis, accommodãtes animas ſuas, E
a ¶ Meditantes die ac nocte.
29 et conquerentes in lege altiſſimi.

a *In brachio ſuo* RAB. Quia multis exẽplis & catholicæ doctrinę verbis infirmos roborat, quibus humilitatis & manſuetudinis
B præbet exempla: & cordis intentionem apponit, vt quicquid aſperum eſt minoribus ſubditorum, lenitatis ſuæ leniat documento: & ad hoc vigilat, vt in fornace cordis operationem diſcipulorum igne ſolidet charitatis. D

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sic fab. ferr. ſedens iuxta incud. *dum ferrum caleſit,*
2 Et conſi. opus fer. *qualiter debeat fieri.*
3 Vapor ig. vrit carn. eius, *& tamen ex hoc non dimittit opus.*
4 Et in calore fornacis *carbones apponendo, & folles mouendo, vt ignis fortiter accendatur:*
5 Vox. mal *id eſt martelli.*
6 Innou. au. eius. *id eſt immutat.*
7 Et contra ſimilitudinem vaſis *attendens ad exemplar, ne deficiat.*
8 Cor ſu. da. *propter lucrum.*
9 Et vigilia. ſ. ornabit imperf. *id eſt materiam, quam deducit ad formę perfectionem.* 10 Sic figul. *& patet litera vſque ibi.*
11 Et innumera eſt, *id eſt multiplex valde in numero & figura.*
12 In brachio ſuo for. *id eſt manu propria à brachio mota.*
13 Et ante pedes ſu. curua, *id eſt fortiter curuabit ſe ad mouẽdũ rotã.*
14 Cor ſuum da. *quæ fit de plumbo ſuper lutum appoſito.*
15 Et vi. ſu. mun. *à lapillis, cineribus, & huiuſmodi.*
16 Omnes hi *artifices,*
17 In manibus ſuis ſperauer. *conſequi victum & veſtitum per opera manuum ſuarum.*
18 Sine his omnibus non ædificabitur ciuitas: *nam eorum artes ſunt neceſſariæ ciuitati.*
19 Et non inha. *Hic conſequenter oſtenditur ſolicitudo prælati, vel rectoris magis neceſſaria prædictis.* Et non inhabitabunt, *prædicti artifices inter principes & conſules ciuitatis.*
20 Nec inambu. *ad conſilia inter eos.*
21 Et in eccle. *id eſt ſapientium conuocationem.*
22 Non tran. *quia non ſunt ad hoc apti.*
23 Super ſellam iudicis non ſede. *ad iudicandum*
24 Et teſtamen. *id eſt ſententiam diffinitiuam.*
25 Et in parab. *id eſt neſciunt declarare.*
26 Sed creaturam æui. confirma. *Non accipitur hic æuum propriè prout eſt menſura eſſe incorruptibilium, quæ ad ſui conſeruationem non indigent artibus prædictis: ſed accipitur pro ætate hominis, quæ conſeruatur per opera artium prædictarum, quæ neceſſaria ſunt ad conſeruationem humanæ vitæ.*
27 Et depre. *Deum enim orant, vt operationes ſuæ bene procedant.*
28 Accommo. *cura ſacerdotum & prælatorum.*
29 Et conqui. *quia quærunt ab eis de modo ſuæ ſalutis, ex quo patet, quod ſunt ab omnibus prædictis honorandi.*

CAP. XXXIX.

C a SApientiam omnium. ✠ RABANVS. Exquirit enim homo eccleſiaſticus & diligentius diſcit ſapientiam patriarcharum & prophetarum, & ad ſcripta eorum meditanda vacat: *narrationem virorum nominatorum*, hoc eſt, apoſtolorum & euangeliſtarum, rectè credendo & bene operando conſeruat: in parabolis quoq; euãgelicis diligẽter ſcrutãdo vertatur, & myſticum ſenſum in ſẽtẽtijs diuinis exquirens latentem allegoriam in hiſtorica narratione inueſtigat vt ſciat quid luculentus ſermo iuxta moralitatem & fidei regulam vtilitatis habeat quid ve iuxta allegoriam & anagogem ſpiritualiter accipiendum inſinuet, hic ergo in medio magnatorum miniſtrabit, cum inter catholicos doctores diſciplinabiliter conuerſatur, & in eccleſiaſticis officijs ſtrenue miniſtrat, & hoc non quod laudem humanam aucupetur facit: ſed vt coram oculis interni inſpectoris, qui præſidet cælo & terræ & dominabitur omnium creaturarum, placeat. Nam & iſte cum bene eruditus in lingua diuina per magiſtrorum catholicorum ſolertiam fuerit, & eccleſiaſtica diſciplina ſufficienter inſtructus, doctoris officium accipit: & alienis gẽtibus, (quæ vtique alienæ à veri Iſrael fide fuerũt, & religione,) pertranſiens, prædicat verbum Dei, & tentando probat, vbi ſanæ fidei poſſit introducere veritatem, & vbi deuotum auditorem inueniat, vbiue ingratum & contemptorem. Sequitur, F

# CAP. XXXIX.

a ¶ Patriarcharum & prophetarum. 1
a SApientiam omnium antiquorum exquiret ſa- 2
a ¶ Eccleſiaſticus. b ¶ Intelligendis. 3
piens, & in prophetis vacabit. Narrationem vi- 4
¶ Apoſtolorum & euangeliſtarum. b ¶ Credendo, operando. c ¶ Euangeliſtarum. 4
rorum nominatorum conſeruabit, et in verſutias parabola- 5 6
a ¶ ¶ Diligenter per ſcrutando. b ¶ Myſticum ſenſum. ¶ Allegorijs.
rum ſimul introibit, Occulta prouerbiorum exquiret, et in 7 8

☞ Si

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXIX.

SApientiam omnium. *Superius actum eſt de ſtatu actiuorum, & prælatorum, hic conſequenter agitur de ſtatu contemplatiuorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponuntur quædam ad contemplationem præparantia Secundo ſubditur contemplationis materia, ſc. ca. Ad contemplationem vero quatuor inter cætera diſponunt ſcilicet acquiſitio ſapientiæ conſeruatio munditiæ, humiliatio intelligentiæ, & cõſideratio remunerationis diuinæ. Secundum ponitur ibi,* Adhuc conſiliabor. *Tertium ibi*, Date nomini. *Quartum ibi*, Benedictio illius. *Prima in duas, nam ſapientia dupliciter acquiritur, ſcilicet per viã humanam & diuinam, ſecunda ponitur ibi,* Cor ſuum tradet. *Circa primum dicitur:* 1 Sapien. om. *eorũ dicta diligenter ſtudẽdo, & quæ nõ intelligit, ab alijs quærendo.* 2 Et in pro. *eorum dicta conſiderando.* 3 Narra. vi. nominator *in ſcientijs & virtutibus.* 4 Conſer *memoriter retinendo.* 5 Et in ver. *i. varias & occultas ſententias earum* 9 Si in. *ad intelligendum, cum illis qui eas protulerunt.* 7 Ocul. *id eſt ſenſus myſticos & latẽtes.* 18 Et in ab. *id eſt ſenſibus figuratiuis.*

In

A abſconditis parabolarũ cõuerſabitur. In me- 1
a ¶ Catholicorum doctorum. b ¶ Diuina officia.
c ¶ Deo ſcilicet non homini placens.
dio magnatorum miniſtrabit, & in cõſpectu 2
a ¶ Dominatoris vniuerſæ terræ. b ¶ A Deo. 3
præſidis apparebit. In terram alienigenarũ 4
a ¶ Prædicando.
gentium† pertranſiet. Bona enim & mala in 5 († tranſiliet)
a ¶ Qui ſcilicet audiant verbum Dei, vel contemnant. b ¶ Bonos doctoris mores explicat, qui fidei regulam ſeruans, tam verbo quam exemplo inceſſanter prædicat. c ¶ Corporis ſcilicet ſegnitiem repellens, initium & proſecutionem verborum ſuorum Deo commendat.
omnibus tẽtabit. Cor ſuum tradet ad vigilan- 6
B dum, diluculo ad dominum qui fecit illum: et 7
a ¶ Beneplacito. b ¶ Qui dirigit omnia opera noſtra. 8
in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet 9
a ¶ Cordis. b ¶ Pro bonis habendis. c ¶ Pro malis remouendis.
os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis depre- 10
cabitur. Si enim dominus magnus voluerit, 11 12
a ¶ Vt ſciant quando & vbi, & quomodo, diuina eloquia proferat. 13
† ſpiritus intelligentiæ replebit illum, & ipſe 14 († ſpiritu)
tãquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ 15
& in oratione cõfitebitur domino: & ipſe diri 16 17
a ¶ Bonæ voluntatis. b ¶ Rectæ conuerſationis. c ¶ In æterna aſpiratione. 18
C get conſilium eius & diſciplinam, & in abſcõ- 19
a ¶ Laborabit ſcilicet vt Dei præcepta fiducialiter prædicet. 20
ditis ſuis conſiliabitur. Ipſe faciet palam diſci- 21
plinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamẽti do- 22 23
mini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapien- 24
a ¶ Doctrinę. ¶ A Deo.
tiam eius, & vſque in ſeculum non delebitur. 25
¶ Operum ſcilicet eius. 26
Non recedet memoria eius, & nomẽ eius re- 27

28 quiretur à generatione in generationem. Sa- D
29 pientiam eius enarrabunt gẽtes, & laudẽ eius
a ¶ Longiore vita.
30 enũtiabit eccleſia. Si permanſerit
a ¶ Poſt ſe. b ¶ Multos, ſcilicet quos lucrabitur domino.
31 ſerit nomen eius, derelinquit
a ¶ Honorabilis vita & doctrina.
32 plus quàm ille: et ſi requie-
a ¶ In morte b ¶ Qui ad vitam æternam tranſibit c ¶ Apud me.
d ¶ Adiutoribus. ¶ Vtilia. ¶ Mirabilia Dei quomodo ſcilicet reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
33 uerit, proderit illi. Adhuc conſiliabor vt enar- E
34 a ¶ Aeſtu ſpiritusſancti.
35 rem, vt furore enim repletus ſum. Et in voce
36
37 dicit: obaudite me diuini fru b
38 ctus, et quaſi† roſa plantata
39 a ¶ Sanctarum mentium, quæ auditum supernæ vocis audiunt.
40 riuos aquarum fructificate.
a ¶ Odorem martyrii, quia pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.
41 Quaſi libanus odorem ſua-
a ¶ Caſtitatis, cuius odor ſpargitur in exemplum fidelium, per mundum.
42 uitatis habete. Florete flores quaſi lilium, et F
a ¶ Sic b ¶ Dicite canticum laudis.
43
44 date odorem, et frondete in gratiam, et col-
45 laudate canticum, et benedicite dominum
46 a ¶ Bene conuerſantes prædicate eius potentiam, vt luceant opera veſtra coram hominibus.
47
48 in operibus ſuis. Date nomini eius magni-
ficentiam, & confitemini illi in voce la-
a ¶ Q. verbis & factis benedicite dominum.
biorum veſtrorum, et in canticis: labiorum

a *Si permanſe.* RA. Chriſti, cuius ſunt membra, à quo habẽt omnia: qui eſt virtus & ſapiẽtia patris.

b *Obaudite me.* RA. Intelligite doctrinã meam mentes electorum per baptiſmum generatæ, & fructũ martyrij facite in decurſu mortalis vitæ.

† roſæ plãtatæ

## NICOLAVS DE LIRA.

1 In medio ma *id eſt prælatorum eccleſiæ.*
2 Miniſtrabit. *Deo ſicut vnus ex illis.*
3 Et in conſpectu præſidis appa. *ad ipſum dirigendum, nam temporalia per ſpiritualia ſunt regenda.*
4 In terram alienigenarũ gen. pertranſ. *ad augmentum ſuæ ſapientiæ ſicut dicit Hiero. in epiſtola ad Pauli. de Pythagora & Platone, qui cum eſſent magni philoſophi, multas terras peragrauerunt, vt doctrinam aliorum addiſcerent: ideo ſubditur,*
5 Bona enim & ma. *id eſt probabit doctrinam veram & falſam: veram accipiendo: & falſam reyciendo.*
6 Cor ſuum tradet. *Hic conſequenter ponitur ſecunda via acquirendi ſapientiam ſcilicet per diuinam infuſionem, cum dicitur,* Cor ſuum tradet, *voluntarie.*
7 Ad vigilandum diluculo *id eſt à iuuentute,*
8 Ad dominum qui fecit illum, *ad ipſum intentionem dirigens deuote & attente.*
9 Et in conſp. altiſs. *pro ſapientiæ impetratione. Et quia ſicut Sap. j. a. dicitur.* In maleuolam animam non introibit ſapientia: *ſubditur,*
10 Et pro delictis ſuis, *emendandis, aut emundandis.*
11 Deprecabitur, *vt ſic ad deceptionem diuinæ ſapientiæ diſponatur.*
12 Si enim dominus voluerit. *Hic ponitur* ſi *pro quia: nam oratio ſemper exauditur, quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans. Sic autem eſt in propoſito, vt patet.*
13 Et ipſe, *repletus ſpiritu ſapientiæ.*
14 Tanquam imbres, *id eſt abundanter,*
15 Mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, *ad docendum ignorantes:*
16 Et in oratione confitebitur domino, *totum profectum attribuens honori diuino.*
17 Et ipſe, *ſcilicet Deus,*
18 Diriget conſi. *eius in agendis,*
19 Et diſciplinam, *in docendis:*
20 Et in abſconditis ſuis con. *obſcura ſibi clarius reuelando.*
21 Ipſe *à Deo illuminatus*
22 Palam faciet. *ſibi reuelatam propalando.* diſcipl. doct.
23 Et in lege teſtamenti do. gloriabitur *Hæc eſt enim gloria ſapientis, in lege domini meditari.*
24 Collaudabunt multi ſapientiam eius, *non dicit omnes, nam homines mundani ipſum reputant imprudentem, eo quod non quærit ſcientiam lucratiuam.*
25 Et vſque in ſe. *doctrina ſapientiæ, Mat. xxiiij. c.* Cælum & terra tranſibunt. Verba autem mea non tranſibunt.
26 Nõ rece. memoria eius *ſcilicet ſapientis, quia per doctrinam ab eo ſcripta m remanebit inter homines & per redditionẽ præmij apud Deũ.*
27 Et nomen eius requiritur *ſicut iam à multis generationibus quęſitus eſt Au. de tri. & Au. de ciuitate Dei, & ſic de alijs libris ab eo denominatis, in quibus quæritur nomen eius.*
28 Sapien. eius. *auditum ab eis per prædicatores,* enarrab. gent.
29 Et laudem eius enuntiab. eccle. *id eſt congregatio iuſtorum intantum, quod de aliquibus fit in eccleſia feſtum.*
30 Si permanſerit *id eſt, ſi diu vixerit.*
31 Derelinquit plus, *ſcilicet diſcipulos edoctos, qui poſt ipſum poterunt docere.*
32 Et ſi requieuerit *id eſt morte præuentus fuerit,*
33 Proderit illi, *quia citius tranſibit ad gloriam paradiſi, propter quod etiam Paulus deſiderabat* diſſolui & eſſe cum Chriſto, *Phil. j. c.*
34 Adhuc conſiliabor. *Hic ponit ſecundum ad contemplationem diſpoſitiuum, quod eſt conſeruatio munditiæ. præmittitur tamen prologus dicens:* Adhuc conſiliabor, *id eſt meditabor,*
35 Vt enarrem. *vtilia ad contemplationem.*
36 Vt furore enim reple. *id eſt feruore loquendi, qui non poteſt retineri, Ierem. xx b.* Factus eſt ſermo domini in corde meo, quaſi ignis æſtuans, &c. *Et Act. iiij. d.* Non enim poſſumus, quæ vidimus & audiuimus, non loqui.
37 Et in voce, *exteriori,*
38 Dicit, *ſpiritus meus interior, ex cuius virtute vox exterior formatur.*
39 Obaudite me diuini fructus *id eſt diſcipuli volentes Deo fructificare, per opera vitæ contemplatiuæ.*
40 Et quaſi roſa *quæ eſt pulchra & munda, ſic vita contemplatiua purior & pulchrior eſt quam vita actiua: ideo ſignata eſt per Rachel, quæ erat decora facie, & venuſto aſpectu. Actiua vero per Liam, quæ erat lippis oculis, Gen. xxix.*
41 Quaſi libanus odorẽ. *id eſt deuotionem coram Deo odoriferã.*
42 Flore. flores, *per obſeruantiam continentiæ:*
43 Date odorem, *bonæ famæ,*
44 Et frondete in gra. *per meliorationem vitæ.*
45 Et collaudate Canticum *id eſt ipſum corde & ore pronuntiate.*
46 Et benedici. dominum *id eſt ipſum dicite bonum.*
47 In operibus ſuis, *creationis, recreationis, & conſeruationis.*
48 Date nomini eius. *Hic ponitur tertium ad contemplationem diſpoſitiuum, quod eſt humiliatio intelligentiæ nam præſumentes de ſuo ingenio ibi deficiunt, & humiles proficiunt, Matt. x. d.* Abſcõdiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis, *ideo ſubditur,* Date nomini eius magnifi. *cogitantes, quod excellit in infinitum omnes creaturas, & etiam creatas intelligentias: & non ſolum hoc cogitate ſed etiam confitemini ore, ideo ſubditur, &* confitemini illi, &c.

Opera

A a *Et cytharis.* RAB. vnde: *Confitemini domino in cithara.* Cithara eſt ligni ventris in imo concauitas, quæ ſurſum chordarum fila tranſmittens, percuſſa dulciſſime ſonat. Cithara dicta, quaſi iteratione cita percuſſa. Huic comparantur opera quæ de terrenis rebus ad ſupernam gratiam extenduntur, vt eſurientem paſcere, nudum veſtire, & cætera, quæ Dei amore fiunt. Pſalterium vero decachordum, eſt quod aluum in ſuperioribus habet, vnde ad inferiora deſcendunt fila canora, cui præcepta decalogi aptantur, quæ ſecundum formam pſalterij de ſupernis ad nos conueniunt. (✝ Gen. 1. d.) (✝ placator.) B

b *Opera domini vniuerſa bona valde.* ✲ AVGVS. Quod non ſigillatim, vt in cæteris, etiam de humana creatura dixit, *Et vidit Deus quia bonum eſt:* ſed poſt hominem factum, datâque illi poteſtatem, vel dominandi vel edendi, ſubintulit de omnibus, *Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde:* merito quæri poteſt. Potuit enim primo reddi homini ſigillatim, quod ſigillatim cæteris, quę antea facta ſunt, redditum eſt; tū demum de omnibus dici quæ fecit Deus, *Ecce bona valde.* An fortè quia ſexto die perficiuntur omnia, propterea de omnibus dicendum fuit, *vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde:* non ſigillatim de iis, quæ ipſo die facta ſunt, &c. Quid ergo dicimus? An quia præſciebat Deus hominem peccaturum, nec ſuę imaginis perfectione manſurum, non ſigillatim, ſed cum cæteris cum dicere voluit bonum, velut intimans quid eſſet futurum? &c. Homo igitur ante peccatū, & in ſuo vtique genere, bonus erat: ſed ſcriptura prætermiſit hoc dicere, vt illud potius diceret quod futurum aliquid prænuntiaret. Non enim falſum de illo dictum eſt. Qui enim ſigillatim bonus eſt, magis vtique cum omnibus bonus eſt. Non autem quando cum omnibus bonus eſt, ſequitur etiam vt ſigillatim bonus ſit. Moderatum itaque eſt, vt diceretur, & quod in præſenti verum eſſet; & præſcientiam ſignificaret futuri. Deus enim naturarum optimus conditor, peccantium verò iuſtiſſimus ordinator eſt: vt etiam ſi qua ſigillatim fiunt delinquendo deformia, ſemper tamen cum eis vniuerſitas pulchra ſit. (De geneſi ad literam lib. 3. c. 24.) C (✝ Sup. 29. d.) (Gen. 1. d. 31) D E

c *In verbo enim eius.* RAB. quando congregauit aquas, & apparuit arida, & fecit firmamentum in medio aquarum, ne laberentur extra ordinem ſuum. Vel quia aquæ maris rubri, fuere quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Vel aqua perſecutionis, Dei diſpenſatione reſtringitur. (✝ Gen. 7. b.) (✝ Exo. 14. a.)

d *Opera omnis carnis.* Præſentia Dei antecedit omnia, & quicquid fit temporaliter ei ſine tempore præſens eſt. *Nihil ergo nouum, neque mutabile eſt in conſpectu eius.* F (✝ æterno) (Act. 1. a.)

e *Non eſt dicere quid.* Prohibet nos eſſe curioſos, & perſcrutari quæ ſcire non conuenit. Omnia enim in tempore ſuo manifeſtabuntur, cum illuminabit dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. (1. Cor. 4. a.)

f *Benedi. il. qua.* Sicut poſt diluuij effuſionem aquæ redibant, vt appareret arida & germinaret; ſic poſt extinctionem impiorum, datur electis facultas fructificandi. (Gen. 8. a.)

g *Initium neceſſaria.* Ante diluuium, fructu terræ naturali cibo nutriebantur homines, nedum erant conceſſæ carnes.

Ignis,

a ¶ Confitemini domino in cithara. b ¶ Corporalia & ſpiritualia.
a & cythâris, & ſic dicetis in cõfeſſione. ✝Operâ domini vni- 1
b a ¶ Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. b ¶ In filio. c ¶ Ipſe dixit, & facta ſunt.
c ůerſa bona valde. In verbô enim eius ſtetit aqua ſicut cõge- 2
a ¶ Id eſt, quæ excipiuntur vel debent excipi, ab excipio dicitur.
ries, & in ſermone oris illius ſicut exceptoriâ aquarū, quo- 3 4
a ¶ Pax eccleſiæ.
niam in præcepto ipſius ✝plâcor fit, & non eſt minoratio in 5 6
a ¶ Perfectam dat ſalutem.
d ſalûte illius. Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quic- 7 8
quam abſconditum ab oculis eius. A ſeculo vſque in ſeculū 9
e reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius. Non eſt di- 10
cere quid eſt hoc, aut quid eſt illud, omnia enim in tempore 11 12
a ¶ Aquæ viuæ. b ¶ Super timentes ſe, vnde eis flumina fluant aquæ viuæ. 13
f ſuo quærétur. Benedictio illius quaſi fluûius inundâbit, ✝et 14
a ¶ Diluuium. b ¶ Terram. c ¶ In diebus Noe. 15
quomodo catâclyſmus ârīdam inebriaûit, ſic ira ipſius gen- 16
a ¶ Incredulas. b ¶ Legem eius & mandata perſcrutando. 17
tês quæ non exquiſierūt eûm hæreditabit. ✝Quomodo cō- 18
a ¶ Domini. 19
uertit aquas in ſiccitatem et ſiccata eſt terra, et viæ illîus 20
a ¶ Quia retribuit eis ſecundum opera eorum, viæ enim domini iudicia, viæ illorum opera. b ¶ Vitæ æternæ. 21
ůijs illorûm directæ ſunt, ſic peccatoribus offenſiones 22
a ¶ Vitæ ęternę. 23
in ira eius. Bôna bonis creata ſunt ab ✝ initio, ſic nequiſ- 24
a ¶ Vitæ æternæ. ¶ Si pœnituerint. b ¶ Si perſeuerauerit. c ¶ Prodigos & luxurioſos ſugillat. 25
g ſimis bôna et mâla. ✝ Initiûm neceſſariæ rei vitæ ho- 26
a ¶ quibus maxime corporalis vita nutritur. b ¶ Quia eſt inſtrumentum diuerſarum artium. 27
c ¶ Quo ſi condiuntur, putredo arcetur. 28
minum, aqûa, ignis, et ferrûm, ſâl, lac, panis ſimila- 29
30

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Opera domini vniuerſa. *pluſquam homo poſſit intelligere, qui minimæ rei non poteſt omnes proprietates comprehendere: & hoc multum facit ad depreſſionem præſumptionis humanę, quæ credit omnia, quantumcunque ardua, poſſe attingere. Et ſi Dei effectus naturales non poteſt homo ad plenum comprehendere, multò minus poteſt effectus ſupernaturales comprehendere: de quibus ſubditur,*

2 In verbo enim eius ſtetit aqua ſicut congeries *lapidum in muro. In tranſitu enim rubri maris, aquæ erant filiis Iſrael quaſi pro muro à dextris & ſiniſtris, Exod. xiiij.* 3 Et in ſermone. *in Iordane, vbi aquæ ſteterunt, recipientes aquas deſuper venientes, ita quod vlterius non tranſibant, Ioſue iij.* 4 Quoniam in prę. *ſcilicet tempeſtas in mari, cum ſibi placuerit, vt patet Ionæ j.*

5 Et non eſt minora. *id eſt defectus.*

6 In ſalu. *id eſt in ſaluatione per ipſum facta, vt patet in ipſo Ioſue.*

7 Opera omnis car. *omnia enim occulta præterita & præſentia reſpicit clare & præſentialiter, nam eius cognitio menſuratur nunc æternitatis quod complectitur omne tempus.*

8 Et nihil eſt mirabile. *id eſt difficile ſibi.*

9 Non eſt dicere *id eſt non expedit quærere,*

10 Quid eſt hoc aut quid, *id eſt, ad quid valet hoc, vel illud. q.d. ad nihil. ſicut dicūt homines fatui de animalibus venenoſis & conſimilibus, eo quod aliquando nocent homini. Simile enim ac ſi aliquis offendat ad ſecurim artificis, & ex ſua plagatione dicat, eam non ſolum eſſe inutilem ſed etiam malam: cum tamen ſit ad bonum ordinata, & ſic vtitur ea carpentator: Deus autem omnia bona inſtituit, & ad bonum vtitur omnibus creaturis.*

11 Omnia enim in tem. ſuo quęre *ſicut ſerpens aliquando quæritur à medico, vt eius carnibus vtatur ad curationem leproſi: & buſo vt habeatur lapis pretioſus in ipſo nutritus.*

12 Benedictio il. *hic ponitur quartum ad contemplationem diſpoſitiuum, & ſecundo declarat quoddam dictum ibi,* Sunt ſpiritus, *tertio infert correlarium, ibi,* Propterea ab initio. *Quartum diſpoſitiuum ad contemplationem eſt, conſideratio remunerationis diuinæ, quæ accedentibus ad Deum, per contemplationem reddit præmium, & recedentibus pœnam, nam illi bene vtuntur creaturis, & iſti abutuntur: & hoc eſt quod dicitur,* Benedictio ill. *ſcilicet Dei,*

13 Quaſi fluuius *ſuper quærentes eum in contemplatione.*

14 Et quomodo cataclyſmus, *id eſt diluuium,*

15 Aridam inebriauit, *id eſt ſuper menſuram repleuit. Gen. iiij.*

16 Sic ira ipſius, *id eſt punitio eius,*

17 Gentes, quæ non exquiſi. eum hæreditab. *id eſt perpetuo tenebit*

18 Quomodo conuer. aqua. *Exod. xiiij. g. vbi dicitur:* Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, &c.

19 Et viæ illius, *id eſt ab eo facta,*

20 Vijs illorum di. *nam per illas filij Iſrael tranſierunt directe.*

21 Sic peccatoribus offen. *nam aquæ occurrerunt Aegyptijs ſubmergentes eos, vt dicitur ibidem.*

22 Bona bonis creata ſunt, *quia bene vtuntur eis.*

23 Sic nequiſſimis bona & mala. *id eſt illa quæ ſunt bona de natura ſua, facta ſunt eis nociua, propter ſuum abuſum, Et quæ ſint illa, ſubditur,*

24 Initium neceſſariæ rei vitæ, *tamen poſt lapſum,*

25 Aqua, *ad ſe lauandum, & ad farinam commiſcendum, & cætera neceſſaria.*

26 Ignis, *ad coquendum cibum:*

27 Et ferrum, *ad habendum inſtrumenta diuerſarum artium.*

28 Sal. *pro condimento ciborum:*

29 Lac, *pro nutritione paruulorum,*

30 Et panis ſi. *id eſt, de ſimila factus pro ſuſtentatione adultorum.*

Bene-

Et mel

a Ignis, grando. RAB.
A Omnia homini ante peccatum obediebāt; poſt peccatum verò pugnat cōtra eū orbis terrarū. Inde fames & mors, & mille pericula mortis, beſtiæ quoque contra eum ſæ-
B uiunt, & romphæa cæleſtis vindictæ.

b In mandatis. Quia iuxta ſupernam ſententiam in tempore opportuno digna vltio peccatores vaſtabit: Vnde, Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & (Deut. 32.f.)
C gladius meus deuorabit carnes.

c Propterea ab initio, confirmatus ſum. Ad ſuperiora reſpicit, vbi ait, Non eſt dicere, quid eſt hoc, aut quid eſt iſtud, &c. Videt enim in- (ſuprà eodē. Rom 11.d.)

a ¶ Quibus bene & licite vtuntur.
gineus, & mel & botrus vuæ, & oleum & veſtimentum, Hæc 1
¶ Qui abutuntur. ¶ Damnationem.
omnia ſanctis in bona, ſic & impijs & peccatoribus in mala 2 3
¶ Maligni. a ¶ Malorum. b ¶ A ſe non à Deo.
conuertētur. Sunt ſpiritus qui ad vindictām creati ſunt, & in 4 5 6
a ¶ Qui pro nequitia ſua ſeductione humani generis æterna ſupplicia ſuſtinebunt.
b ¶ Antichriſti, quando ſoluetur Sathanas.
furore ſuo confirmauerunt tōrmenta ſua. Et in tempore con- 7 8 9
a ¶ Quia vindictam Dei contra ſe prouocare non timent.
ſummationis effundēnt virtutem & furorē eius qui fecit il- 10 11 12
a los, confundent. Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad 13
vindictam creata ſunt. Beſtiarum dentes & ſcorpij & ſerpen- 14 15
b tes, et romphæa vindicans in exterminium impios. In man- 16 17
datis eius epulabuntur, et ſuper terram in neceſſitate præpa- 18 19
c rabuntur, et in temporibus ſuis non præterient verbum. Pro- 20 21 22
pterea ab initio confirmatus ſum, et conſiliatus ſum, et cogi- 23 24
taui et ſcripta dimiſi. Omnia opera domini bona, et omne o- 25 26
¶ Tempore ſuo.
d pus ſua hora ſubminiſtrabit. Non eſt dicere, hoc illo nequius 27 28 29
e eſt. Omnia enim tempore ſuo comprobabuntur. Et nunc in 30 31
omni corde et ore collaudate, et benedicite nomen domini. 32 33 34

D incomprehenſibilia Dei iudicia, & inueſtigabiles vias, nec audet inde aliquid temere loqui, vel ſcribere: ſed temperatè de his diſputans, non cauſam, ſed modum diuino cōſilio manifeſtum dimi-
E ſit, vnde addit, Omnia opera domini.

d Non eſt dicere, Vtile dat conſilium, vt opera Dei non incautè diſcutiamus, ſed creatorem in omnibus lau-
F demus & benedicamus.

e Et nunc in omni tēpore ſuo. q. d. Ne dicas priora tempora meliora fuere quam nunc ſunt. Virtutes faciunt dies bonos, vitia malos.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et mel. *pro confectione medicinarum.*
2 Et botrus vuæ, *ad exprimendum inde potum.*
3 Et oleum, *pro lucernis & condimento potagiorum.*
4 Et veſtimentum. *contra intemperiem aeris & ad turpitudinem contegendam.*
5 Hæc omnia ſanctis in, &c. *quia boni bene vtuntur, & mali malè.*
6 Sunt ſp. *Hic declarat quoddā dictum. Dictum eſt enim in parte præcedenti, quod ira Dei gentes,* quæ non exquiſierunt eum, hęreditabit. *i. in perpetuum tenebit: ideo declarat hic quomodo hoc erit. Et primò per creaturam ſpiritualem, cum dicitur,* Sunt ſpiri. *maligni.*
7 Qui ad vin. *i. pœnam.* (Angeli qui & quare perierūt)
8 Creati ſunt. *Sciendum autem, quod omnes angeli creati fuerunt boni, & beatitudinis capaces, ſi ſtetiſſent, ſed aliqui peccantes ſua voluntate defectibili, facti ſunt mali, & ſic ad pœnam ſuſtinendam deputati ex ordine diuinę iuſtitiæ, quæ non permittit dedecus culpæ ſine decore iuſtitię, & ex conſequenti per eandem iuſtitiam deputati ſunt ad affligendū homines peccatores, vt qui fuerunt eis voluntariè ſubiecti in culpa, eis inuoluntariè ſubijciantur in pœna, & ſic accipitur hic,* Creati ad vindictam *largo modo, ſicut frequenter accipitur in hoc libro. i. deputati ad pœnam dicto modo.*
9 Et in fu. ſuo, *quo rebellauerunt Deo,*
10 Confirma. tor. ſua. *nam ſicut peccatum eorum eſt irremediabile, ſic & tormentum interminabile.*
11 Et in tempore conſummationis eſt, *mundi,*
12 Effun. virtu. *ad affligendum damnatos, qui cum eis retrudentur in inferno, nam vſque tunc habitabunt ſpiritus maligni, ſaltem multi in hoc aere caliginoſo ad exercitium hominum.*
13 Et furo. eius qui f. *i. vindictam à Deo diſpoſitam cōtra peccatores.*
14 Confundent, *exequentes peſſima voluntate, quod ordinatum eſt à Deo iuſte, hoc importat nomen confuſionis.*
15 Ignis. *Hic conſequenter declarat pœnam damnatorum per creaturam corporalem cum dicitur,* Ignis grando fa. & mors. *Omnes creatura corporalis à Deo bona creata eſt, & ad bonum hominis ordinata. Quod autem Deus ipſa vtitur ad punitionem malorum, hoc eſt ex conſequenti & ex præſuppoſitione lapſus humani: ideo creatio hic accipitur largè pro tali deputatione. Sciendum etiam, quod poſt iudicium, quia ceſſabit generatio & tranſmutatio elementorum, non erunt aliqua corpora miſta, niſi corpora humana, propter quod de corporalibus hic poſitis ad afflictionem damnatorum erit ibi tantum ignis formaliter, cætera vero, virtualiter, inquantum pœna gehennę continebit in ſe eminentius quicquid afflictionis continetur in ipſis.*
16 In mandatis eius. *quando dominus voluerit.*
17 Epulabuntur. *deuorabunt impios, ipſos affligendo.*
18 Super terram in neceſ. *id eſt, quando dominus iuſſerit, cuius mandatum oportet impleri: & dicit,* Super terram, &c. *Nam ignis conflagrationis purgabit omnia quę ſunt ſuper terram, & peracto iudicio inuoluet damnatos cum dæmonibus, retrudens eos in infernum.*
19 Et in temporibus ſuis, *à Deo diſpoſitis,*
20 Non præterient verbum, *circa afflictionem damnatorum.*
21 Propterea. *Hic ex dictis infert autor correlarium in perſona propria, dicens,* Propterea. *i. quia punitio peccatorum erit ſæuiſſima,*
22 Ab initio, *quo intellexi iſta,* 23 Confirmatus ſum. *i. firmiter ſtatui vitare quantum poſſem peccata.* 24 Et conſilia. *hoc idem alijs perſuadendo.* 25 Et cogit. *ad docendum de prædictis & ſequentibus abſentes et futuros.* 26 Omnia ope. do. bona. *formaliter & ad bonum ordinata, ideo ſubditur,* 27 Et om. opus. *diuinum.*
28 Hora ſua. *i. tempore ſuo ſeruiet Deo in aliquo, nam omnibus vtitur ad gloriam ſui et electorum.* 29 Non eſt di. *in operibus diuinis.*
30 Hoc il. ne. eſt. *quia nullum eſt nequam inquantum à Deo eſt.*
31 Om. enim in tem. ſuo. comprobab. *id eſt manifeſtabuntur. ſ. in finali iudicio.* 32 Et nunc. *ſ. temporæ merendi.* 33 In om. cor. *ſ. toto intellectu & affectu.* 34 Et ore col. & bene. nom. domini. *tranſcendentis omne bonum quod de ipſo dici poteſt & cogitari.*

CAP. XL.

a Occupati. &c. Sequitur.

b Iugum graue ſuper filios Adam. Interopera. ✠ AVG. Audi & alterū Dei ſapientiam inquirētem, & veritatem mortalibus prædicantem. Audi (Author li. Hypogno. l.5.c.3.)

## CAP. XL.

¶ Homo ad laborem naſcitur. a ¶ In peccato Adæ.
a Occupatio magna creāta eſt omnibus hominibus & 1
a ¶ Afflictionis.
b ¶ Hæredes originalis peccati.
c ¶ In ſudore vultus tui veſ. pa. tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. 2
b iūgum graue ſuper filiōs Adā, à diē exitus de ventre matris 3 4

Audi aliter quidem, quam Dauid loquentem, ſed nō aliter prophetantem, in vno vnico ſpiritu vera dicētem, quod Adæ peccato & paruuli naſcendo prēmātur. Dauid enim inquit, Ecce enim. iniq. con-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XL.

Occupatio magna. *Poſtquam poſitā ſunt ad contemplationem diſpoſitiua, hic conſequēter ponitur cōſolationis materia, Quę duplex eſt. ſ. Humana miſeria, vt contemplans ſe humiliet: Vnde Ezechieli diuina ſublimiter contemplanti frequēter dicebatur,* Fili hominis, &c. *ad recordationem ſuę fragilitatis: & Diuina excellentia, vt contemplās quantum poteſt ipſum magnificet, ſecunda ponitur cap. xlij. ibi,* Memor ero. *Prima in duas ſecundū duplicē hominis miſeriam, vnā in vitę progreſſu, alteram in egreſſu. Secunda ponitur. ca. ſe. ibi.* O mors, &c. *Prima in duas, quia primò ponitur vitæ præſentis miſeria, ſecundò ad eius releuationē diuina gratia, ibi,* Gratia ſicut paradiſus. *Eſt enim modus autoris huius libri tractare de oppoſitis iuxta ſe inuicē, vt magis eluceſcant: ſicut frequēter patuit in prædictis. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur hominis miſeria contracta, ſecūdo miſeria per ipsū acta, ibi,* Furor & zelus. *Circa primum dicitur,* 1 Occupa. ma. *i. ſolicitudo contra miſerias vitę præſentis. ſ. infirmitatis, famis, ſitis frigoris et huiuſmodi.* 2 Creata eſt. *i. ſuperinducta omnibus hominibus. Sciendū tamen, quod homo à prima creatione factus eſt, potēs non mori, per donū originalis iuſtitiæ, et per conſequens liber ab omnib. iſtis miſerijs: ſed ipſo peccante iuſtè ſubtractum eſt ab eo donū originalis iuſtitię, & ſic ſubiectus eſt miſerijs, & pœnalitatibus huius vitæ.* 3 Et iugū, &c. *i. grauis labor, quem oportet ſuſtinere ad prouidendū ſibi, vxori, proli, & familiæ de neceſſarijs huius vitæ.* 4 A die exitus, &c. *vnde exeunt nudi, &*

☞ *niq. concep. ſum & in delictis peperit me mater mea.* Iſte ait in libro
A Eccleſiaſtico, *Iugum graue ſuper filios Adam.* Quod eſt hoc *graue iugum*, niſi peccatum? Et quare dictũ eſt *iugum*, niſi quod ex duobus, Adam & Eua veniat, vel duorum premat & conterat colla, id eſt maſculi & fœminæ, maiorum videlicet atque minorum, quia in vtroque ſexu iugum ſunt. Ideo ait generaliter, *Graue iugum ſuper filios Adam.* Dicendo ergo, *ſuper filios*, ætates non diſcreuit, vel ſexus; & comparando iugum peccato, propter Chriſtum, qui, vt cæteri ex vſu coniuga-
B torum natus non eſt, omnes cæteros eſſe peccatores æquauit. Hoc *iugo*, id eſt, originali peccato, reuicti maiores atque minores, vitium ex ipſo ortu tanquam aratrũ trahimus, quandiu ſumus in mortis corpore; cuius cupiditatis vomere proſcinditur, hoc eſt, corrũpitur terra noſtra. Propter quod in libro Sapientiæ dictũ
Sap. II. C puto, *Corpus autem quod corrumpitur aggrauat animam.* A cuius iugi labore & onere, vel aratri corruptione vt requieſcat, nemo ſoluitur propria voluntate & poteſtate: niſi ab illo iuſtè iudicante & indebitè miſerante, qui ait, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis; et ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Iugũ enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue.*

† infra. 41. b. 13. q. 2. c. in eccleſiaſtico. Matth. II. Augu. Enchi. ca. 66.

✠ AVGVST. In hac vita vſque adeò valet, quod ſcriptum eſt, *Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium*, vt etiã paruulos videamus poſt lauacrum regenerationis diuerſorum malorum afflictione cruciari; vt intelligamus, totum, quod ſalutaribus agitur

ſacramentis, magis ad ſpem futurorum bonorum, quam ad re- D tentionem vel adeptionem præſentium pertinere. Multa etiam mala hic videntur ignoſci, & nullis ſupplicijs vindicari, ſed eorum pœnæ reſeruantur in poſterum. Neque enim fruſtra ille dicitur dies iudicij, quando venturus eſt iudex viuorum atque mortuorum.

¶ Terram. a ¶ Solicitudines variæ mentis.

a eorum, vſque in diem ſepulturę in matrem omnium. Cogi-

a ¶ Diuerſæ operationis.

b ¶ Hic ſcilicet, dum expectat mortem, affligitur, & in die finitionis certam ſententiam pro vitijs accipiet.

tationes eorum & timores cordis, adinuentiones expectatio-

¶ Deus perſonam non accipit, quia iuſtus iudex.

† reſidente nis, & dies finitionis, à † præſidente ſuper ſedem glorioſam vſque ad humiliatum in terram & cinerem, ab eo qui vtitur hiacyntho, & portat coronam, vſque ad eum qui cooperitur

a ¶ Vindicta ſcilicet peccatorum. b ¶ Quia ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror.

lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis,

a ¶ Iudicis perpetuum incendium. b ¶ Quia ibi nulla pax, nulla doloris mitigatio.

iracundia perſeuerans, & contentio, & in tempore refectio-

a ¶ Remunerationis, quando corpore condito in cubili ſepulchri, anima deputatur pœnis.

b ¶ Quia longe aliter ſentit ibi de factis ſuis.

b nis in cubili ſomnus noctis immutat ſcientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie, et ab eo in ſomnis, quaſi
c in die reſpectus. Conturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquam qui euaſerit in die belli. In tempore ſalutis ſuæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne, ab homine

a ¶ Ideo. b ¶ Taliter ſcilicet peccantes.

d vſque ad pecus, et ſuper peccatores ſeptuplum. Ad hęc mors, ſanguis, contentio, & rhomphæa, oppreſſiones, fames, & con-
e tritio, & flagella. Super iniquos creata ſunt hæc omnia, & propter illos factus eſt cataclyſmus. † Omnia enim quæ de

a *Cogitation.* RAB. Enumerat mala, quæ homo pro peccatis ſuſtinet.

b *Modicum.* Quia caro mortua & inſenſibilis ad tempus requieſcere videtur: animaiam ſentit dolorem, & poſt reſurrectionem cum corpore ſuo in pœnis viuet æternis. E

c *Conturbatus eſt.* RABANVS. Ideo mali cruciabuntur in pœna, quia in tempore ſibi dato ad pœnitentiam peccare non deſinunt. Æſtimant enim proſperitatem (quaſi ſomno deluſi) tempus eſſe pacis, non belli: cum homini præſens vita concedatur, vt per bonum certamẽ per- F ueniat ad beatitudinem. In tempore ergo ſalutis ſuæ, dum eſt ei tempus acceptabile, exurrexit in ſuperbiam cupiditate terrenarum rerum, æſtuans ſine omni timore Dei, contra omnem hominum conditionem, nobilium, ſcilicet, & ignobilium.

d *Et ſu. pec.* plena, ſcilicet, & perfecta vindicta veniet, vt qui in præſenti vita, quæ per ſeptenarium diſcurrit, peccare non ceſſant, ſine fine crucientur.

e *Et pro illos factus.* Peccanti homini multiplex pœna deputa- Gene. 6. c. ta eſt, vt correctus pœniteat, & deinceps caueat, ſed quia negligit, & in pœnis proficit, inducit Deus diluuium orbi, vt homi-

☞ nem de-

## NCOLAVS DE LIRA.

☞ *di, & lugentes.* 1 Vſque in diem, &c. in matrem. *id eſt, in terram, ad quam reuertuntur in anxietate, & nuditate.*

2 Cogita. eo. *de agendis cor torquentes.*

3 Et timo. cor. *de malis futuris ipſum affligentes.*

4 Adinuentiones ex. *i. fictiones maiorum malorum in futuro, quam ſint vẽtura, quia ſicut dicitur Sap. xvij. c.* Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia: *homo enim in timore poſitus ex ſonitu foliorum imaginatur adeſſe hoſtes eius.*

5 Et dies finitionis. *i. mortis qui præcognitus eſt cauſa afflictionis.*

6 A præſiden. &c. *i. prælato, doctore, & iudice magno.*

7 Vſque ad hu. in ter. *id eſt hominem totaliter deiectum.*

8 Ab eo qui vti. hyacintho, *id eſt ſericis veſtibus,*

9 Et portat coronam, *vt reges magni:*

10 Vſque ad eum, &c. li. *id eſt, vili ſacco.*

11 Et furor. *Hic cõſequenter ponitur miſeria acta ex hominis malitia. Et primò mentalis: ſecundò corporalis, ibi,* Ad hæc mors. *Circa primũ dicitur,* Furor. *i. ira exceſſiua.*

12 Zelus, *id eſt, inuidia,*

13 Tumultus, *cogitationum, cor multipliciter impellentium.*

14 Fluctua. *i. mentis perplexitas,*

15 Et timor mortis. *vbique inſidiantis hominibus.*

16 Iracundia, perſeuerans, *inimici.*

17 Et contentio, *id eſt, metus litigij.*

18 Et in tem. refe. *i. quietis.*

19 In cubili ſom. &c. *i. diſponens contrarium eius, quod facere cogitauerat: ideo dicitur communiter, Nox habet conſilium, ex quo ſequitur inquietatio. propter quod ſubditur,*

20 Modicum au. *Quod enim modicum eſt, quaſi nihil computabitur, vt dicitur. ij. Phyſic.*

21 Et ab eo. quaſi in die reſpectus, *nam fiunt ei ſomnia de his, quæ viderat in die, eò quod fiunt per phantaſmata, quæ remanent abeuntibus ſenſibilibus, vt dicitur. ij. de Anima.*

22 Conturbatus eſt in viſu cor. *per ſomnia terribilia.*

23 Tanquam qui eua. *Per totam enim diem illam remanet trepidus, & anxius ex periculo, in quo fuit, timet inſequi ab hoſtibus.*

24 In tempore ſalu. *id eſt, proſperitatis.*

25 Et exur. *miſer homo per ſuperbiam.*

26 Et admirans. *Ad intellectum huius literę, quæ videtur inuoluta, cõſiderandum, quod admirans dubitat. i. Metaphy. Item qui euaſit magnũ periculum, licet tunc timeat, vt dictum eſt, tamen poſtea tranſacta paſſione nihil aut modicum timet pericula, ſperans quod euadet ſicut antea, & hoc eſt quod dicitur,* Et admirans ad nul. &c. *iungatur tamen ſic litera.* Et ad nul. ti. *i. ad nullum terribile.*

27 Cum o. car. ab. *ſiue illud terribile ſit homo, quicunque, ſiue beſtia.* Admirãs, *id eſt, timens vel dubitans, quia per ſuam ſuperbiam non timet hominem vel beſtiam.*

28 Et ſuper pec. *ſic per ſuperbiam obſtinatos.*

29 Septuplum. *i. grauis punitio veniet, ſicut dicitur Gen. iiij. c.* Qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur, *id eſt, grauiter.*

30 Ad hæc. *Hic conſequenter ponitur miſeria ſiue pœna corporalis, quam debent conſiderare contemplatiui. et primò in proprijs corporibus, cũm dicitur,* Ad hæc. *i. præter prædicta.*

31 Mors, *violenta.*

32 Sanguis, *i. plagatio.*

33 Conten. *per verba dura.*

34 Et rhomphæa. *id eſt, gladius.*

35 Oppreſ. *tyrannorum.*

36 Fames. *per ſubtractiones cibariorum.*

37 Et contritio. *carcerum & vinculorum.*

38 Et flagella, *virgarum.*

39 Super ini. cre. *nam frequenter pro ſuis iniquitatibus ſic puniuntur,*

40 Et propter illos factus eſt cataclyſmus, *id eſt, diluuium, vt patet Gene. vj. c. Cætera patent.*

☞ Omne

nē deleret, quæ crea-
A uit. Ad comparationem vero futuræ pœnæ nihil eſt quod homo patitur in præſenti

a *Et aquæ omnes.* RA. opera, ſcilicet, peccatorum, ſupernæ mercedis fructum nō acquirunt, ſed pœnarum interitum.

b *Subſtantiæ iniuſtorum.* inchoant germinare, ſed fluctuant
B in tentatione, & ſubito areſcunt ad primum perſecutionis æſtum.

† ſiccabit.

c *Nepotes impiorum non multi.* Sæpe videmus progeniem impiorum cito deficere, maximè cum filij imitantur iniquitatem patrum.

a ¶ Etiam homines. Vnde Terra es, & in terram ibis.
terrā ſunt, in terram cōuer-
a ¶ Vnde exeunt flumina, illuc reuertentur.
a tētur, & aquæ omnes in ma-
re conuertētur. Omne mu- 1
a ¶ Quæſtus ſcilicet per auaritiam collectus. b ¶ Quælibet. c ¶ Quia præterit mundus & concupiſcentia eius.
nus & iniquitas delebitur, et 2 3
a ¶ Id eſt merces fidei, quæ per dilectionem operatur. 4
b fides in ſeculū ſtabit. Sub- 5
ſtātiæ iniuſtorū ſicut fluui⁹ 6
a ¶ Velociter diſſipabuntur. 7
b ¶ Quaſi tonitruum auari tumultuāt, & theſaurus eorum cito defluit.
† ſiccabuntur, & ſicut toni- 8
truū magnū in pluuia per-
a ¶ Ad recipiendum.
ſonabunt. In aperiēdo ma- 9
a ¶ Auarus. b ¶ Pręcepti Dei, qui ait, Non concupiſces rem proximi tui.
n⁹ ſuas lętabitur, ſic præua- 10
ricatores in cōſummatione 11 12
c a ¶ Vacui omnibus bonis.
tabeſcent. Nepotes impio- 13
C rum nō multiplicabunt ramos, & radices im- 14
a ¶ Duritiam cordis, quæ ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit.
mundæ ſuper cacumen petræ ſonant. Super 15
a ¶ Alias, aquam. 16
omnem eſcam viriditas, & ad oram fluminis 17
a ¶ Sicut fœnum, quod priuſquam euellatur, exaruit. 18
b ¶ Dei, quę ſuperabundat in fidelibus.
ante omne fænum euelletur. Gratiā, ſicut para 19
a ¶ Fructificat ſcilicet diuerſas ſpecies virtutum. 20
b ¶ Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
diſus in benedictionibus, & miſericordia in

a Pro bono. ſ. & vtili labore merces æterna compenſabitur.
ſeculo permanet. Vitā ſibi d
21 ſufficiētis operarij † cōdul-
22 cabitur, & in ea inuenies the e
a ¶ Cęleſtis ciuitatis.
23 b ¶ Conſtructio bonorum operum.
ſaurum. † Ædificatio ciui-
tatis confirmabit nomē, &
24 a ¶ Anima, quæ præminet & inter merita ſanctorum virginitas.
25 ſuper hāc mulier immacu- f
a ¶ Feruor ſcientię legis lætificat.
lata cōputabitur. Vinum &
26 muſica lætificant cor, & ſu-
per vtraque dilectio ſapiē-
27 ¶ Euangelicę.
28 tiæ. Tibiæ & pſalteriū ſua-
29 uem faciūt melodiā, & ſu-
a ¶ Prædicatio apoſtolica.
per vtraque linguā ſuauis.
30 Gratiam & ſpeciem deſide- g
31 rabit oculus tuus, & ſuper
hæc virides ſationes. Ami-
32 33 a ¶ Societas Chriſti eccleſię omnem ſocietatem priorum patrum præcedit.
34 35 cus & ſodalis in tempore
conuenientes, & ſuper v-
36 37 troſque mulier cum viro. Fratres in adiuto- F
38 rium in tempore tribulationis, & ſuper eos
39 40 a ¶ Noſtrę redemptionis. b ¶ Humanum genus.
41 miſericordia liberabit. Aurum & argentum &
42 conſtitutio pedum, & ſuper vtrumque conſi-

d *Vita ſibi ſufficientis.* Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat. D

† conculcabitur.

e *Inueni theſaurum.* Vere enim Chriſtianum ſe eſſe probat, qui Chriſti mandata credit & facit.

f. Filii

f *Vinum & muſica. lætificant cor.* Hæc naturaliter mulcent & exhilarant animam, ſed dilectio ſapientię & lingua ſuauiter docens multo plus confortat intellectum. E

g *Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus* Ornatum. ſ. templi & culturæ diuerſitatem quæ prior populus ſub lege habuit, prædicatione euangelij in orbe ſeminata, bonorum operum viro-re excellit.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Omne munus. *Hic ſecūdo ponitur pœna iniquorum in bonis temporalibus, cum dicitur,* Omne munus. *datum pro ſubuerſione iuſtitiæ.*

2 Et iniquitas. *propter munus facta.*

3 Delebitur. *i. datores munerum, et ſubuerſores iuſtitiæ propter munera delebuntur de pręſenti vita, ita quod nihil apparebit de poſſeſſionibus eorum & pompa, ſicut in deletis tabulis nil apparet.*

4 Et fides. *i. fidelitas iuſtorum.*

5 In ſeculum ſta. *in ſuo effectu.*

7 Sicut flu. ſic. *accipitur hic fluuius pro torrente, qui ſubito intumeſcit niuium diſſolutione, & cito deſiccatur, ſic iniuſtorum diuitiæ velociter acquiruntur, & velocius frequenter ab eis auferuntur.*

8 Et ſicut tonitruū. *quod tamen per pluuiam cito ceſſat, ſic pōpa diuitum iniquorum cito tollitur, à principibus ex modica occaſione.*

9 In ape. ma. ſuas. *ad accipiendum male.*

10 Lætabitur. *iniquus.*

11 Sic pręuaricatores. *diuinorum mandatorum.*

12 In conſum. tabeſcent. *quia frequenter cum credunt ſe eſſe ſecuros, ſubito deficiunt, ſicut patet Luc. xij. c. de illo, qui dicebat animæ ſuę,* Habes multa bona repoſita in multos annos, quieſce, comede, bibe, epulare: dictum eſt autem ei, Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te.

13 Nepotes. *Hic tertio ponitur iniquorū pœna in ſuis ſucceſſoribus, cum dicitur,* Nepo. im. non multiplicab. ramos. *i. filios. q. d. eorum progenies non diu durabit.*

14 Et radices immundæ. *i. parentes eorum, ex quibus ſunt orti.*

15 Super cacumen petræ. *i. ſicut arbor plantata ſuper petras non figit ibi firmiter radicem, propter quod cito cadit ſuper petras ſonitum faciendo, ſic frequenter iniqui diuites cadunt cum ſonitu magno, nam ex hoc caſu multi loquentur adinuicem congaudendo. Ad hoc etiam inducitur aliud exemplum cum dicitur.*

16 Super om. aquam, *etiam ſtagnalem.*

17 Viriditas. *i. herba viridis creſcit: & accipitur hic* ſuper, *pro iuxta, quia creſcit in ripis propter humilitatem terræ, ſicut dicitur quod Pariſius eſt ſuper Sequanam. iuxta.*

18 Et ad oram flumi. *ſimiliter creſcit eadem ratione.*

19 Ante omne fænum. *i. citius & facilius: quia radix eſt in humido, per hoc intelligitur, quod generatio malorum cito deficit.*

20 Gra. *Poſtquam actum eſt de miſeria hominem cito deprimente, hic conſequenter agitur de Dei gratia ipſum releuante: & diuiditur in duas partes, in principalem, & incidentalem, quę incipit ibi,* Gratiam. *Circa primum ponitur multiplex bonum proueniens ex gratia, cum dicitur,* Gratia ſicut paradiſus in be. *i. ſicut paradiſus eſt locus amœnus & bonis fructibus plenus: ſic gratia Dei gratioſam facit animam ad Dei habitationem, & bonis operibus plenam.*

21 Vita ſibi ſufficientis. *ſcilicet, ad acquirendum ſibi victum per laborem ſuum.*

22 Conculcabitur. *per gratiam Dei, quæ mitigat ſuum laborem.*

23 Et in ea inue. theſ. *ſ. glorię, cuius gratia eſt arra.*

24 Ædifi. ciui. confirmab. nomē. *ędificantis, ſicut nomen Romuli confirmatum eſt in memoria hominū ex ędificatione ciuitatis Romanę.*

25 Et ſu. hanc. *firmitatem.*

26 Mulier immaculata. *quod procedit ex diuina gratia.*

27 Computabitur. *quia firmitas eius ſtabit in ęternum: non ſic autem ciuitatis ædificium.*

28 Vinum & muſica. lætif. *quod patet ad ſenſum.*

29 Et ſuper vtraque dilectio ſapientiæ. *nā lætitia ex vino & muſica cauſata eſt in parte ſenſitiua: delectatio proueniens ex ſapientia, eſt in parte intellectiua, quę eſt ſuperior & melior. Vnde Philoſophus ponit felicitatem hominis x. Ethi. in contemplatione ſapientiæ. Et accipitur hic* ſapiētia *infuſa, quæ eſt donū ſpiritusſancti, & ſic procedit ex gratia.*

30 Tibiæ & pſa. *quando concordant ad inuicem.*

31 Et ſuper vtraque lingua ſuauis. *ſ. doctoris, vel prędicatoris, de fide & moribus docentis, quę ſimiliter ſuauitas ex gratia Dei procedit.*

32 Gratiam. *Hæc eſt pars incidentalis, quæ diuiditur in duas, ſecundum duplex incidens: ſecunda ibi,* Fili in tempore. *Primum eſt, quia tractauit de gratia Dei, hic ex incidenti ponit aliqua, quę ſunt homini gratioſa, di.* Gratiā & ſpeciē. *i. rem artificialem gratioſam & pulchrā.*

33 Deſiderabit oculus. *nam in hoc delectatur.*

34 Et ſuper hæc viri. ſati. *magis enim delectant viſum & confortant: opus enim naturę efficacius eſt opere artis.*

35 Amicus & ſodalis in tempore cō. *ſunt adinuicem delectabiles.*

36 Et ſuper vtroſque mulier cum viro, &c. *quando ſunt concordes ſunt magis delectabiles: tum quia ſunt vna caro, tum quia indiſſolubilis per totam vitam ſuam eſt eorum coniunctio: non ſic autem ſodalium cōiunctio, ſed frequenter cito diſſoluitur.*

37 Fratres in adiut. *mutuum.*

38 In tempore tribulationis. *eſt valde gratioſum.*

39 Et ſuper eos miſeri. liberabit. *à tribulatione, & verificatur hoc non ſolū de miſericordia Dei, ſed etiā de miſericordia hominis aliquādo.*

40 Aurum & argentum, *id eſt diuitiæ.*

41 Et conſtitutio pedum. *id eſt, ſanitatis corporis per quam homo ſtat ſuper pedes ſuos, iſta ſunt hominibus gratioſa.*

42 Et ſuper vtr. conſiliū beneplacitū. *Deo, quod eſt de diuinis mādatis, et conſilijs adimplendis.*

A a *Facultates et vir.* RAB. Diuitiæ datæ in domino in tẽpore legis roborauerũt corda antiquorum, quibus dictum eſt, *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Sed excellit timor domini, & voluntaria paupertas eccleſiæ Chriſti, & hæc, & omnes facultates mundi. vnde, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

Eſa. 1.c. Matth. 5.a.

D c *Vir reſpi.* Stultum eſt enim otiari, & de alieno labore mercedem quærere. Percipiet enim vnuſquisque ſecundum opera ſua. d *Vir autem diſciplinatus & eruditus cuſtodiet ſe.* ✠ RABBAN. *Cuſtodiet ſe* ne otioſus ſit tempore oportuno, in quo licet operari ne dum tempus præterit, inopia conſumatur, ſed magis pro bonis actibus, multiplici mercede ditetur: ſicut ſeruus ille Euãgelicus, qui à Domino ſuo quinque talẽta accepit, dum negotiãdo eius pecuniam multiplicauit, mercedem ab eo copioſam ſuſcepit, qui autẽ otioſe talẽtum ſibi cõmiſſum ſeruauit, in tẽpore retributionis pro otioſitate ſua Domino pœnas ſoluit. e *In ore prudentis cõculcabitur inopia, et in ventre eius ignis ardebit.* Cui placet otioſe torpere, nec proximis docendo prodeſſe, c *Vir* tandem doloribus inferni & ſera pœnitentia æſtuabit.

† victus. Matth. 25. E F † diſcretus Rom. 2. b

b *Fili in tempore vitæ tuæ ne indi.* ✠ RABBAN. Admonet nos B ſapientia, ne per otioſitatem perdamus tempus nobis indultum, ſed magis laboremus recte credendo, intente legẽ Dei meditando, atque bene operando: vt hic habeamus opes virtutũ, & in futuro vitam ęternam, C melius eſt enim à præſenti vita cito decedere, quàm hic diu inutiliter viuere: quia otioſitas diuturni temporis maiorem in tormentis habebit vindictam.

† &.

a lium beneplacitum. Facultates & † virtutes exaltant cor, & ſuper hæc timor domini. Non eſt in timore domini minoratio, & non eſt in eo inquirere adiutorium. Timor domini ſicut paradiſus benedictionis, † ſuper omnem glo-

a ¶ Terrenam. b Æterna præmia. ¶ Pigritiam & otium prohibet. c ¶ Præſentis.

b riãm operuerunt illum. Fili in tempore vitæ tuæ ne indi-

a ¶ Virtutibus, vel moribus bonis. b ¶ Corporali morte.

c geãs. Melius eſt enim mori, quàm indigere. Vir reſpiciens

a ¶ Spiritualis vnde, Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguntur.

in menſam alienam, non eſt vita eius in cogitatione victus. Alit enim animam ſuam cibis alienis. Vir autem † diſcipli-

d a ¶ Eruditione diuina. b ¶ Ne ſit otioſus, dum habet operandi tempus. ¶ Torpore.

e nãtus & eruditus cuſtodiet ſe. In ore prudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Facultates & virtutes. *corporales.*
2 Exaltant cor, *per ſuperbiam.*
3 Et ſuper hæc timor domini. *reprimens hanc exaltationem.*
4 Non eſt in timo. do. *filiali.*
5 Minoratio, *i. defectus boni.*
6 Et non eſt in eo inquirere adiu. *ſ. humanũ, nam timens dominũ, habet præſens adiutoriũ diuinũ, per hoc tamen non intelligitur, quod cõtemni debeat adiutoriũ humanũ. Nam hoc eſſet tentare Deũ, ſed quod deficiẽte humano ſubſidio confidẽdũ ſit firmiter de diuino: ideo ſubditur,*
7 Timor do. ſicut paradiſus benedictionis, *vbi enim eſt Deus, ibi eſt paradiſus: ſicut Roma, vbi eſt papa. Luc. xxiij. f.* Hodie mecum eris in paradiſo.
8 Super omnem glo. *temporalem.*
9 O peruerunt il. *ſ. benedictiones Dei operuerunt timentes dominũ.*
10 Fili in tempo. *Hic ponitur ſecundum incidens, eo quod in parte immediate præcedenti dixit, quod in timore domini nõ eſt defectus boni, hic inducit ad exercitium boni operis, quo tollitur egeſtas ſpiritualis, & corporalis, dicit igitur.* Fili in tem. vi. t. *i. tempore vitæ præſentis tibi conceſſæ ad bene operandum.*
11 Ne indig eas. *i. ne ſis otioſus: nam ad otioſum ſequitur ſpiritualis & tẽporalis egeſtas, ita quod hic ponitur conſequens pro antecedente.*
12 Melius eſt enim mori. *corporaliter.*
13 Quam indigere. *i. otioſum eſſe, per quod quis moritur ſpiritualiter, ſuprà, xxxiv. d.* Multam malitiam docuit otioſitas, *& aliquãdo corporaliter, quia frequenter homo per otium conuertitur ad latrocinium, propter quod ſuſpenditur.*
14 Vir reſpi. in menſã ali. *ſicut ſunt hiſtriones & mendicãtes validi à bonis operibus otioſi.* 15 Nõ eſt vi. e. in co. vi. *i. nõ cogitat aliquid facere, vnde debeat rationabiliter viuere. Illis autẽ, qui intendunt diuinis obſequijs et doctrinis, debetur victus, de quibus dicit Saluator Mat. x. b.* Dignus eſt operarius cibo ſuo. 16 Alit enim animam ſuã. *id eſt, vitam.* 17 Cibis. *hiſtrio & mendicans validus, qui vacui ſunt bonis operibus.* 18 Vir autem diſci. *quantum ad mores.*
19 Et erud. *quantum ad ſcientiam.* 20 Cuſtodiet ſe. *ab otioſitate.*
21 In ore impruden. *i. pigri & otioſi.*
22 Concul. inopia. *quia frequenter habet parum ad comedendum.*
23 Et in ven. e. ignis arde. *i. fames.*

C

CAP. XLI.

a O *Mors quàm ama. eſt me. tua. ho. &c.* RAB. Qui proſperitatem mundi & diuitias amat, amara eſt illi mors corporalis, quia futuræ vitæ gaudia negligit. b *O mors bonum eſt iudicium tuum, &c.* ✠ RABAN. Bonum eſt cultoribus Chriſti iudicium mortis præſentis, quoniam per ipſam tranſeant ad vitam æternam: qui pauperes ſunt & indigẽtes in rebus terrenis, cum omnia ſua dereliquerũt propter Chriſtũ, *minorantur viribus*, quoniam humiliter ſentientes, nõ de viribus propriis, de potentia confidũt ſaluatoris, qui, *deficiunt ætate*, quia in recta perſeuerãt cõuerſatione. ☞ *Hoc*

† iniuſto.

## CAP. XLI.



a Mors quàm amara eſt memoria tua, homini † pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere ci-

a ¶ Bonum eſt Chriſtianis iudicium mortis, quia per ipſam tranſeunt ad vitam ęternam.

b bum. O mors bonum eſt iudicium tuum

a ¶ Terrenis ſubſidijs. b ¶ Non prẽſumens de ſe. c ¶ Vnde deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bona.

homini indigẽnti, & qui minoratur viribus defectõ ætate,

a ¶ Mandatis domini implendis, vel proximis iuuandis. b ¶ Qui non conſentit hęretico errori.

& cui de omnibus cura eſt, & incredibili qui perdit ſa-

## NICOLAVS DE LIRA.
## CAP. XLI.

O Mors, &c. *Poſtquam actũ eſt de miſeria hominis reſpiciẽte ſtatum vitę pręſentis, hic conſequenter agitur de miſeria eius, quæ reſpicit ſtatum mortis, vtrũque vero debet contemplatiuus conſiderare. Et primo agitur de morte pœnæ, ſecundo de morte culpæ, ibi,* Diſciplinam in pace. *Prima in duas, quia primo agitur de morte tẽporalis pœnæ, ſecundo de morte æternæ, ibi,* Filij abominationum. *Circa primum dicit.*
1 O mors quàm a. &c. *quæ quis cogitat ſe moriturum corporaliter,*
2 Homini, &c. *ſcilicet, iniuſto: propter quod in aliquibus libris in textu ponitur. Fuit tamen primo quędam interlinearis gloſſa poſtea textui per ſcriptores inſerta.*
3 Pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, &c. *id eſt in mobilibus & immobilibus diuitiis, quæ non diripiuntur ab aliis.*
4 Viro quieto. *qui non moleſtatur litigijs.*
5 Et cuius viæ dire. &c. ſunt in o. *temporalibus, fortuna ſibi fauẽte.*
6 Et adhuc valenti. *i. ſano corpore, et potenti comedere & bibere laute. Nec mirum ſi mors eſt amara tali, quia de paradiſo ſuo terreſtri vadit ad infernũ. nam Lucæ xvj. f. dicitur de diuite epulone,* Mortuus eſt autem diues & ſepultus in inferno.
7 O mors bo. eſt. *et ſubintelligitur iuſto.*
8 Indigenti. *victu et veſtitu.*
9 Et qui minoratur vi. *corporis ex infirmitate.*
10 Defecto ætate. *& ſic habet duplicem cauſam debilitatis.*
11 Et cui de omnibus. *i. ſolicitudo de omnibus mandatis Dei adimplendis, vt exponunt aliqui. Poteſt tamen magis literaliter exponi de omnibus neceſſarijs vitæ quærendis, ſicut Lazarus vlceribus plenus quærebat refici de micis quæ cadebant de menſa diuitis.*
12 Et incredibili. *quia non acquieſcitur ſuæ petitioni, ſicut de Lazaro dicitur,* Et nemo illi dabat.
13 Qui perdit, &c. *i. incipit deſipere ex ætate & infirmitate. Merito namque iudicium mortis eſt iſti bonum, quia per hoc tranſit ad requiem bea-*

☞ a *Hoc iudiciũ*. RAB.
A Commune eſt omni carni, nec quiſquã euadere poteſt etiam ſi centum aut mille annos vixerit, aut vltrà: vnde, *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem?*
b *Filij abo.&c.* Abominabiles ſunt filij peccatorum, qui, ſcilicet, impios patres imitati ſunt. Vnde ſubdit,
B c *Qui conue. ſecus do.* impiorum.
d *De patre impi.* Qui malè filios nutrit, vel exemplo perdit, reus eſt eorum perditionis. Vel, qui mala opera de praua voluntate gignit, damnabitur pro eis.
e *In perditionem.* Superioribus reſpondet, in quibus de morte tẽporali diſputauit: quia ſicut homo de terra creatus, pro peccato originali in terC ram redit, quamuis in corruptione ſurrecturus, ſic impij pro peccatis ſuis maledicti in æternam perditionem cum corpore & anima ibunt.
f *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mil.* Vt bene & religioſè viuas. Sic autem acquiritur bonum nomen, *Melius eſt bonum nomen quàm diuitiæ multę.*

† timete. Pſal. 88. g. † ſupra. 20. d. 13. q. 2. c. in eccleſiaſtico. † ſuprà 40. b. † occultus. Pro. 22. a.

a ¶ Mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum. b ¶ Quin potius eum time qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. c ¶ Temporalis.
pientiam. Noli † metuere iudicium mortis. Memento quæ
a ¶ Temporalis mortis.
antè fuerunt, & quę ſuperuentura ſunt tibi, hoc iudicium à
a domino omni carni, & quę ſuperuenient tibi in beneplacito
altiſſimi, ſiue decem ſiue centum, ſiue mille anni. Non eſt e-
a ¶ In inferno nihil prodeſt confeſſio, Vnde, In inferno autem quis confitebitur tibi.
b nim in inferno accuſatio vitæ. Filij abominationũ fiunt filij
peccatorum, & qui conuerſantur ſecus domos impiorum. Fi-
c a ¶ Vnde, Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem de terra Viuentium.
liorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum
aſſiduitas opprobrij. De patre impio querũtur filij, quoniam
d propter illum ſunt in opprobrio. Væ vobis viri impij, qui de-
reliquiſtis legem domini altiſſimi. Et ſi nati fueritis, in male-
a ¶ Ecce enim iniquitatibus in conceptus ſum, &c. b ¶ Non renati per gratiam. c ¶ Ite maledicti in ignem æternum, &c.
dictione naſcemini, et ſi mortui fueritis, in maledictione erit
pars veſtra. † Omnia quę de terra ſunt, in terram conuerten-
a ¶ Beati qui lugent, quoniam ipſi conſo. b ¶ Sapientum, qui diuinis obediunt mandatis
e tur, ſic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum
a ¶ De libro viuentium, & de mundo.
f in corpore ipſorum, nomen autem impiorum delebitur. Cu-
a ¶ Alias mundo.
ram habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi,
quam mille theſauri magni et pretioſi. Bonæ vitæ numerus
a ¶ Aeternorum, vnde, Longitudine dierum adimplebo eum. ¶ Erit. b ¶ Merces bonę vitæ, & bonę famæ permanebit in æternum.
dierum, bonum autem nomen permanebit in æuum. Diſci-
a ¶ Morum. b ¶ Sequimini pacem cum omnibus. c ¶ q. Non ſufficit bene viuere, niſi ſtudeas pro poſſe tuo alios docere
plinam in pace conſeruate filij, † Sapientia enim abſcondita,
g et theſaurus † inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq;? Melior eſt homo
a ¶ Qui ſcilicet vaniloquium & prauam doctrinam deuitat. b ¶ Væ mihi quia ta cui. c ¶ Anima quæ benedicit, impinguabitur.
qui abſcondit ſtultitiam ſuam, quàm homo qui abſcondit ſa-
h pientiam ſuam. Veruntamen reuertimini in his quæ proce-
i dunt de ore meo, Non eſt bonum omnem irreuerentiam ob-

D
1 quàm mil. Vt bene &
religioſè viuas. Sic
2 autem acquiritur bonum nomen, *Melius*
3 *eſt bonum nomen quàm*
4 *diuitiæ multę.* Prou. 11. d.
5
g *Melior eſt homo qui*
6 *abſcondit ſtultitiam ſu.*
7 *quã homo qui abſcondit*
8 *ſapientiam ſuam*. Qui
9 abſcondet frumentũ
10 maledicetur in popu-
11 lis, benedictio autem
12 ſuper caput venden-
13 tium.
14 E
15 h *Veruntamen reuertimini. in his quæ procedunt* Quia bonum no-
16 men & bonam vitam
17 vtilem eſſe prædixit,
18 & occultantes ſcien-
16 tiam reprehendit, ſua-
20 det vt reuertantur ad
21 ſtudium docendi, quia
22 non eſt bonum irre-
23 uerentem & inobedi-
24 entem eſſe ſuo docto- ſupra. 23.
25 ri Vnde, *Et animo ir-*
26 *reuerenti, & infrunito* F
27 *ne tradas me domine.*
28 i *Non eſt bonum om-*
29 *nem irreuerentiam ob-*
30 *ſeruare.* Iuxta literam
31 nos inſtruit, vt à vi-
32 tijs caueamus, & vir-
33 tutibus operam de-
34 mus, & ne ſpretis me-
35 lioribus, eligamus pe-
36 iora, quæ ſequitur cõ-
37 fuſio ſempiterna.
☞ Non

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *beatorum. Lucæ. xvj.* Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & por. ab angelis in ſinum Abrahæ. *ideo ſubditur.*

1 Noli metue. &c. *id eſt, ponas te in tali ſtatu, vt iudicium mortis ſit tibi bonum. Et ſubdit modum,*

2 Memento, &c. *nam ex memoria ſanctorum patrum qui præceſſerunt, & premiorum iuſtorum, & pœnarum iniquorum, quæ ventura ſunt, diſponitur homo ad mortis iudicium ſecurè expectandum.*

3 Et quæ ſuperuenient tibi, *de numero annorum plurium vel paucorum.*

4 In beneplacito altiſſimi, &c. *id eſt, ſecundum eius voluntatem ſufficiat tibi, & adimpleas illud in exercitio boni. Et ſubditur cauſa,*

5 Non eſt enim in inferno, &c. *non enim aliquis ibi poteſt ſe excuſare, allegando breuitatem vitæ contra Deum, di. Si diu vixiſſem, multa bona feciſſem.*

6 Filij abominationum. *Hic conſequenter agitur de morte æternalis pœnæ. Et primo fit propoſitum: ſecundo infertur correlarium, ibi,* Curam habe. *Circa primum dicitur.* Filij abominationũ. *i. abominatione digni, ſicut. j. Reg. xxvj. c. dicitur.* Filij mortis eſtis vos, qui nõ cuſtodiſtis dominum veſtrum. *Sunt enim abominabiles in conſpectu Dei & iuſtorum.*

7 Filij peccatorum imitatores. *paternorum ſcelerum.*

8 Et qui conuerſantur. *nam imitantur actus eorum. Pſal, xvij. d. Cum peruerſo peruerteris.*

6 Filiorũ peccatorũ ponet hæreditas. *ſ. æterna: quia licet ſit indeficiẽs in ſe, tamẽ perit ab iſtis, inquãtũ repellũtur ab ea pro ſuis demeritis.*

10 Et cum ſemine illorum aſſiduit. *nam æternaliter ſunt reprobati.*

11 De patre impio, &c. *i. conqueruntur in inferno.*

12 Quoniam propter illum ſunt. *i. damnati, eò quod malè fuerunt informati ab ipſo, quibus tamẽ tenebatur de bono documẽto, ideo ſubditur,* 13 Væ vobis viri impij, *Eſt autem væ comminatio maledictionis æternę.*

14 Qui dereliqui. le. domini, *per inobedientiam,*

15 Et ſi nati fueritis. *i. natiuitas veſtra facta eſt ad maledictionẽ culpæ, & mors veſtra ad maledictionem gehennę, non ex autore naturæ ſed ex defectu parentalis diſciplinæ,*

16 Omnia quę de terra ſunt, *producta,*

17 In terram conuertentur. *ſicut patet ad ſenſum.*

18 Sic impij à maledicto, *culpæ quod, eſt à diabolo.*

19 In perditionem, *gehennæ, quæ eſt cum diabolo, Matth. xxv. d.* Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. &c.

20 Luctus hominum. *rationabiliter viuentium.*

21 In corpore ipſorum. *q. d. ſi affligantur, hoc eſt in præſenti vita tantum: quandiu ſunt in hoc mortali corpore.*

22 Nomen autem, impiorum delebitur. *de libro vitæ: & ſic perpetuò cruciabuntur morte gehennæ.*

23 Curam habe. *Hic ex dictis infertur correlariũ ſ. quòd homo debet eſſe multum ſolicitus de iuſtitia conſeruãda, per quam euaditur ęternũ ſupplicium, & acquiritur præmium æternum: & hoc eſt quod dicitur,* Curam habe. *i. de re boni nominis, quæ eſt iuſtitia legalis, nam includit omnem virtutem.*

24 Hoc enim. *quia iuſtitia perpetua eſt & immortalis, Sap. j.*

25 Quam mil. the. *temporales, qui ſunt tranſitorij.*

26 Bonę vi. *i. vita bona meritoria, breuis eſt, & citò poſſunt dies eius numerari,*

27 Bonum autem. *i. iuſtitia quæ eſt res boni nominis,*

28 Perma. in æuum. *i. æternaliter in præmio.*

29 Diſciplinam. *Poſtquã actũ eſt de morte pœnę, hic conſequẽter agitur de morte culpæ; quam ſimiliter debet contemplatiuus conſiderare: Et diuiditur in tres partes, nã autor inducit primo ad eius notitiã: ſecũdo ad eius erubeſcentiã, ibi.* Erubeſcite, *tertio ad eius fugam ſeu cautelam ibi,* Ne auertas. *Circa primum dicit,* Diſciplin. *mortis correctiuã.*

30 In pace. *pectoris,* 31 Conſeruate, *memoriter retinendo: & ſubditur ratio,* 32 Sapien. enim abſcondita. *i. quæ non oſtenditur in opera & doctrina,*

33 Et theſau. *q. d. ſicut non proficit temporaliter, ſic nec talis ſapientia ſpiritualiter; imò nocet habenti, inquantum abſcondit in terra talentũ domini ſui. Matth. xxv. b. ideo ſubditur.* 34 Meli. eſt, &c. *id eſt, minus malus.* 35 Verum tamen reuertimini. *vos filij,*

36 In his quæ procedunt, &c. *conſiderandis & retinendis.*

37 Non eſt bonum. *i. non eſt bonum diſcipulo aliquam irreuerentiã*

16 Omnia

A a *Nō auertas faciē tuā à proximo tuo, & ab auferēdo partem & nō reſtituēdo.* R A. Cū angeli colligent de eccleſia omnia ſcandala, & reprehēdent iniuſtos de iniuſtitia ſua, tunc manifeſtabitur, qui circa veri- B tatem & teſtamentum Dei in tabernaculo eccleſiæ doloſe egit, vel furtum commiſit. Ille quoque arguetur, qui comeſſationi & ebrietati incubuit, & qui C auarè rapuit, vel non erogauit, quæ à Deo accepit. Ille quoque confundetur, qui talentum verbi abſcondit, & qui

a ¶ Q. Tamen non omnia omnibus conueniunt, aliis officiunt quę aliis proficiunt, Sibilus equos mitigat, catulos inſtigat.

ſeruare, et non omnia omnibus bene placent in fide. Erube-

a ¶ Eccleſia. b ¶ Idololatriæ vel hæreticæ ſectę. c ¶ Coram oculis Dei.

ſcite à patre & à matre de fornicatione, & à præſidente, & à

a ¶ Sponſionis veſtrę in baptiſmo promiſſæ. b ¶ Chriſto, qui eſt iudicaturus viuos & mor.

potente de mendacio, à principe, & à iudice de delicto, à ſy-

a ¶ Angelorum & plebe ſanctorum.

nagoga & plebe de iniquitate, à ſocio & amico de iniuſtitia, & de loco in quo habitas, de furto, de veritate Dei & teſtamento, de diſcubitu in panibus, & ab obfuſcatione dati & accepti, à ſalutantibus de ſilentio, à reſpectu mulieris fornicariæ,

a ¶ Non communicando indigenti.

a & ab aduerſione vultus cognati. Ne auertas faciem tuam à

a ¶ Cuilibet. b ¶ Pecuniæ. c ¶ Admirando eloquentiam.

b proximo tuo, & ab auferendo partem & non reſtituendo. Ne

a ¶ Doctrinam. b ¶ Hęretici, qui alienus à fide & religione.

reſpicias mulierem alieni viri, et ne ſcruteris ancillam eius,

a ¶ Delectationi inſtando. b ¶ Subaudis Abſtine, vnde, Ne moliaris amico tuo malum, cum in te habeat fiduciam.

c neque ſteteris ad lectum eius. † Ab amicis de ſermonibus im-

a ¶ Datum obfuſcat qui improperat. Imitare Deum, qui dat affluenter, & non improperat.

properij, et cùm dederis, ne improperes.

D qui vultum conuertit à fratribus ſuis & fornicationibus hæreticorum ſe miſcuit.
b *Ne reſpicias mulierem alieni viri, & ne ſcru.* Cupiditatē carnalem quæ debet ſubeſſe ſpiritui, hanc E non debemus ſcrutari & ſuggeſtionibus eius ſubijci.
c *Ab amicis de ſermonibus improperij, & cū dederis, ne improperes.* ✠ RABBANVS. Prouer.3.d Subauditur, abſtineas, quia non decet aliquid doli contra F amicum machinari, cùm ſcriptura dicat, *Ne moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam.* † Caue.

## NICOLAVS DE LIRA.

*habere ad doctorem, eius doctrinam contemnendo, vel negligendo.*

1 Et non omnia, *doctoris dicta,*

2 Omnibus, *diſcipulis,*

3 Bene pla. in fi. *i. licet ſint fidei conuenientia, tamen eis non placent, quia ſunt imbuti opinione alia. q. d. propter tamen huiuſmodi diſplicentiam oſtendere non debent aliquam irreuerentiam.*

4 Erubeſci. *Hic conſequenter inducit ad culpę erubeſcentiā, Eſt enim de ſe turpis, & per conſequēs erubeſcibilis. Aliquę tamen culpę ſūt ſpecialiter erubeſcibiles coram aliquibus perſonis, magis quàm coram alijs, & hoc eſt quod dicitur,* Erubeſcite à pa. *videtur enim ex eorum incontinētia procedere, quod prolem genuerint luxurioſam.*

5 Et à prę ſident. *ne coram illis mentiamini, quia punitores ſunt mendacij.*

6 A principe & à iudic. de delicto. *quod præceperunt facere omittendo. Dicitur enim delictum quaſi derelictum.*

7 A ſynagoga & plebe de iniquitate. *contra Deum vel proximū. nam ſic efficitur homo infamis in populo.*

8 A ſocio & amico de in. *ad quos eſt iuſtitia, maximè conſeruanda.*

9 Et de loco in quo habi. de furto, *ſcilicet, faciendo, nam ibi debet homo prę cęteris locis fideliter ſe habere.*

10 De veritate Dei & teſtamento, *tranſgrediendo debet homo erubeſcere, quia Deus videt vbique,*

11 De diſcubitu in panibus. *i. à prima ſede in menſa alterius. Luc. xiiij. b.* Cū inuitatus fueris ad nuptias recūbe in nouiſſimo loco, &c. *primū enim locū accipere propria autoritate ſignum eſt ambitionis magnæ.* 12 Et obfuſca dati. *quod fit quando datur pro re turpi, vt pro fornicatione vel aliquo huiuſmodi.*

13 Et accepti, *quando accipitur ſine gratitudine, vel pro negotio turpi.*

14 A ſalutantibus de ſilentio. *quia ſignum eſt odij eos nō reſalutare.*

15 A reſpectu mulieris fornicariæ, *quia ſignum eſt incontinentię.*

16 Et ab auerſione vultus cognati, *propter paupertatem ſuam nolendo eum cognoſcere, quod eſt manifeſtè ſignum ſuperbiæ. Ab omnibus enim iſtis faciendis debet homo tanquam à turpibus erubeſcere,*

17 Ne auertas. *Hic conſequenter inducit ad culpę fugam ſeu cautelam. Et primo facit hoc de pluribus vitijs breuiter tranſeundo: Secundo de vitio incontinentiæ diutius immorando, ſequenti ca. ibi,* Filij patris. *Prima in duas, quia primo facit hoc in vitijs factorū, et verborū ſeparatim: Secundo coniunctim, ſequenti ca. ibi,* Ne pro his. *Prima adhuc in duas; quia primo inducit ad fugam culpę in factis, Secundo in verbis ſequēti ca. Circa primū dicit,* Ne auertas faciem tuam à proximo tuo. *indigenti quod petit denegando.*

18 Et ab auferen. par. *i. aliquid de bonis alterius.*

19 Et non reſtitu. *Id eſt ſub propoſito non reſtituendi. Et ſupplendum eſt, caueas omnino, nam peccatum eſt iniuſtitiæ manifeſtę.*

20 Ne reſpi mulie. alie vi. *eam concupiſcēdo, quia iam* Mœchatus es eam in corde tuo, *Matth. v. e.*

21 Et ne ſcruteris ancil. e. *inquirendo qualiter per eam poſſes decipere dominam.*

22 Neque ſteteris ad lectum eius, *nam hoc eſt ſignum inflammati appetitus.*

23 Ab amicis. *Hic conſequenter inducit ad fugam culpæ in verbis: et primo in verbis improperij, dicens,* Ab amicis de ſermonibus improperij, *ſupple caue, nam eius improperium reuertitur in te: & ſic non ſolum peccatum eſt, ſed etiam turpe.*

24 Et cum dede. *aliquid alicui.*

25 Ne improperes, *quia ſic non ſolum meritum amitteres, ſed etiam peccares proximum contemnendo. ſecundo de verbis conſilij, cū dicitur.*

## CAP. XLII.

CAP XLII.
a NOn dupli. RA. Prohibet de occulto cordis, bonū & malū ſimul dicere: vnde, Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?
b *Ne pro his omnibus con-fūdaris.* ✠ RABBANVS. Hoc teſtimonium reſpicit ad ea, quæ ſuperius deſcripſerat, deuitanda; & quæ deinceps in hoc eodem capitulo ſimiliter rememorauit cauenda. qui autē ſe diligēter inde obſeruauerit, ſine cōfuſione

NOn duplices ſermonem auditus de reue-

a ¶ Id eſt, myſtica verba legis noli maculare ſermone peruerſi dogmatis, vel ſimplicem fidei veritatem vertere in errorem.

a lātione ſermonis abſconditi, & eris verè ſine confuſione, & inuenies gratiam in

a ¶ Quæ cauenda dixi, vel dicere propoſui.

conſpectu omniū hominum. Ne pro his

a ¶ Non accipietis perſonam nec munera, &c.

b omnibus cōfundaris, & ne accipias perſonā vt delinquas. De

## NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLII.

1 NOn duplices ſermonem aud. *i. quod in ſecreto dictum eſt tibi, non iteres ſermonem reuelando alteri.*

2 Et eris vere ſine confuſione. *i. ſine nota proditionis, quæ eſt in reuelatione ſecreti.*

3 Et inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum, &c. *quia reputabunt te fidelem.*

4 Ne pro his. *Hic inducit ad fugam culpę in verbis, et factis coniunctim: & primo propoſitum facit, ſecundò quædam correlaria concludit, ibi,* Super mulierem. *Circa primum ponit plura verba & facta culpabilia, de quibus omnibus præmittit dicens.*

5 Ne pro his omnibus. conf. *coram Deo & hominibus bonis.*

6 Et ne accipias perſonam vt delin. *faciendo contra iuſtitiam diſtributiuam bonorum, vel punitiuam malorum.*

7 De lege altiſſi & teſtamento. *tranſgrediendo.*

ne hic & in futuro permanebit.

A a *De ęqualitate.* RABA. Vbique ſequēda eſt æquitas, & obſeruāda regula ſtateræ & ponderum, & vt facianus iuſtum lucrum ſiue multum ſiue paruum, nec circumueniamus fratrem in emptione, ſubiectos quoque cum diſcretione diſciplinæ regamus. (Iacob. 3. c; Prou 11. a)

cleſia crederis populi, doctori ſtrenuo commendata, qui pro ea peruigil & ſagax eſt in omnibus, ne dum rudis eſt in fide & ſcientia, adultera fiat hæreticorum verſutia, & odibilis viro ſuo: De quo dicitur, *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto*, ne ſub regimine eius fiat errore grauida, vel trāſgrediatur legem Dei facta ſterilis in omnibus bonis. D (3. Cor. 11. a)

lege altiſſimi & teſtamento, & de iudicio iuſtificare impium, 1
a ¶ Ne confundaris, ſubaudis, falſa & inepta loquens vel aliquid fraudis innectens. 2
de verbo ſociorum & viatorum, & de datione hæreditatis a- 3 4
micorum, de æqualitate ſtateræ & ponderum, de acquiſitio- 5 6
ne multorum & paucorum, de corruptione emptionis & ne- 7 8
gotiatorum & de multa diſciplina filiorum, & ſeruo peſſimo 9
¶ Hereticum. a ¶ Chatolicæ fidei quo prauitas eius ſuperatur. 10
latus ſanguinare, ſuper mulierem nequam bonū eſt ſignum. 11 12
Vbi manus multæ ſunt, claude, & quodcunque trades, nu- 13 14
mera & appende, datum verò acceptum omne deſcribe. De 15 16
diſciplina inſenſati, & fatui, & de ſenioribus qui iudicantur 17
ab adoleſcentibus, & eris eruditus in omnibus, & probabilis 18 19
a ¶ Anima, vel eccleſia. b ¶ Fidelis viri, vel credentis populi. 20
in conſpectu omniū virorum. Filiā pātris abſcondita eſt vigi- 21
lia, & ſolicitudo eius aufert ſomnum, ne fortè in adoleſcentia 22 23
ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat, 24 25
ne quando polluatur in virginitate ſua & in paternis ſuis gra- 26
uida inueniatur, ne fortè cum viro cōmorata tranſgrediatur, 27 28
aut certè ſterilis efficiatur. Super filiam luxurioſam confirma 29 30
cuſtodiam, ne quando faciat te venire in opprobrium inimi- 31 32
cis à detractione in ciuitate & abiectione plebis, & confundat 33
a ¶ Docet nos puritatem cordis & corporis ſeruare. 34
te in multitudine populi. Omni homini noli intēdere in ſpe- 35 36
cie, et in medio mulierum noli commorari. De veſtimentis e- 37 38
nim procedit tinea, et à muliere iniquitas viri. Melior eſt e- 39

*De ęqualitate ſtaterę.* Quantum hypocriſis & dolus domino diſpliceat oſtenditur his verbis: *Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquum voluntas eius.* Qui aliter cauſam pauperis, quam potentis librat; vel ſua B errata leuiora, quàm aliorum putat; vel qui imponunt in humeros hominum onera importabilia; vel qui bona in publico, mala in occulto agit, abominabilis eſt domino.

b *Et ſeruo peſ.* Significat, ſeruū, qui verbis non corrigitur, verberibus eſſe coërcēdum. Seruus quoque vitiorum ſeuera diſciplina corrigendus eſt. C

c *Vbi manus multę.* Admonet vbi diuerſæ ſunt volūtates, ſpirituali lucro inhiantes, cautè eſſe diſpenſandū. Alij enim tentandi, alij diſcendi voto quærunt verbum, ſed non omnia omnibus conueniunt.

d *De diſciplin.* Qui congrua diſciplina vnumquemque arguit, eruditum ſe & probabilem doctorem in conſpectu ſanctorum oſtendit. Nec ætas iuuenilis in doctore deſpicienda, quem vita & diſcretio commendat, vnde, *Adoleſcentiam tuam nemo contem.* (1. Tim. 4. c)

(Myſticè.) e *Filia patris.* Myſticè filia patris, eſt anima viri fidelis, vel eccleſia

*Filia pa.* Docet ad literam, parentes ſobolis ſuæ curā gerere, & cum diſciplina nutrire, & ne laſciuię & voluptati frena relaxent: Vnde, *Non des poteſtatem filio tuo in iuuentute ſua.* E

f *Super filiam.* Quæ diligentem quærit cuſtodiam. Si enim dimittitur ſuę voluntati, doctorem confundit, & in multitudine populi erubeſcere facit. Vnde, periculosè tibi miniſtrat, cuius vultum frequenter attēdis. Nam impudici oculi non norunt animæ pulchritudinem cōſiderare, ſed corporum. (ſuprà, 33. c)

g *Melior eſt ini.* Mulier aut ſexum ſignificat: ſicut ibi, *Miſit Deus filiū ſuum natū ex muliere*, Aut infirmitatem ſicut hic, *Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur mul. miſe.* Vir ergo in hoc loco fortis & diſcretus vocatur. Mulier, mens infirma & indiſcreta; & ſæpe cōtingit, vt diſcretus labatur in culpam, infirmus verò exhibeat operationem bonā; ſed indiſcretus de bonis ſuis ſuperbiens grauius cadit, diſcretus verò pœnitens ad diſcretionis regulam redit, & de cætero fortius & cautius agit. Sæpe enim culpa fortium fit occaſio virtutis, & virtus infirmorum occaſio peccati, hæc mulier confun- F (Gal. 4. a)

dit

## NICOLAVS DE LIRA.

1 De iudicio iuſti: impium, &c. *quod eſt iniquum.*

2 De verbo ſocio. & viator. *quòd aliquis ſocius tuus, vel ambulans tecum in via, dixerit tibi ex familiaritate aliqua reuelando in eorum opprobrium.*

3 De datione hæredi. ami. *i. quod debes amicis dare, ſi detur per te extraneis eſt ſignum infidelitatis. j. Tim. v. a.* Si quis ſuorū curam nō habet, & maximè domeſticorum, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

4 De æqualitate ſtaterę, *à te non ſeruata.*

5 De acquiſitione mul. *ſcilicet, per tuam rapinam,*

6 Et paucorum, *per tuam pigritiam:*

7 De corruption. em. & ne. *per tuam deceptionem & fraudem.*

8 Et de multa. *id eſt, nimis dura.*

9 Diſciplina filiorum, &c. *per quam efficiuntur fugitiui.*

10 Et ſeruo peſſimo, &c. *i. vſque ad effuſionem ſanguinis notabilem verberare: hoc enim eſt ſignum crudelitatis nimiæ; propter quod Plato ſeruum ſuum delinquentem in perſona propria noluit flagellare, ſed eius correptionem commiſit alteri, ne ipſe modum excederet, & notaretur de crudelitate, In omnibus enim dictis homo faciens ea, redditur prædicto modo confuſibilis.*

11 Super mulierem. *Hic ex prędictis infert quędam correlaria, licet enim homo debeat vitare notam confuſionis, vt dictum eſt, non tamen propter hoc debet omittere rerum ſuarum diligentem cuſtodiam etiamſi propter hoc aliquis irrationabilter dicat ipſum de alijs nimis diffidentem. Et quoniam inter cętera vxor eſt magis cuſtodienda, dicit,* Super mulierem nequam. *i. laſciuam & petulantem, vel bona mariti ſui diſſipantem.*

12 Bonum eſt ſignum. *i. clauſura bene ſignata, & hoc corporis ſui, contra laſciuiam, & rerum mariti, contra diſſipationem: & quia non ſolum cauendum eſt ab ea, ſed etiam ab aliis, ſubditur,*

13 Vbi manus multę ſunt. *ad capiendum paratę,*

14 Claude, &c. *res tuas per diligentem cuſtodiam.*

15 Et quodcunque trades. *famulis tuis.*

16 Numera, appende, *id eſt, ſub certo numero & pondere trade, vt ſcias rationem debitam repetere.*

17 Datum vero, *tuum alteri,*

18 Et acceptum, *à te ab altero:*

19 Omnes deſcri. *vt ſcias cui debeas eſſe gratus, & quis tibi.*

20 De diſciplin. inſenſati & fatui, *qui nō eſt doctrinę receptibilis ſupple abſtine, ſicut dictum eſt ſuprà xxxij. a.* Vbi non eſt auditus, ibi non effundas ſermonem.

21 Et de ſenioribus, *moribus vel ętate,*

22 Qui iudicantur ab adoleſcentibus, *ſupple, ſis ſolicitus, vt hæc abuſio tollatur;*

23 Et eris eruditus in omnibus. *quę pertinent ad morū diſciplinam:*

24 Et probabilis. *id eſt, commendabilis.*

25 In conſpe. om. vi. *rationabiliter viuentium.*

26 Filia pa. *Hic agitur de cautela contra luxuriam, diutius immorando, cum dicitur,* Filia pat. *prudentis* 27 Abſcondita eſt, *in domo ne corrumpatur extrauagando, ſicut Dina filia Iacob. Gene. xxxiiij.*

28 Vigilia & ſol. e. *i. pro cuſtodia eius.* 29 Aufert ſomnum, *patris cuſtodientis. Cętera patent vſque ibi.* 30 Ne forte. &c. tranſgrediatur *lectū mariti.* 31 Aut certe ſterilis effic. *propter nimiā frequētiā cōcubitus: vnde & meretrices communes rariſsimè imprægnātur, ideo ſubditur,*

32 Super filiam luxu. *& patet litera vſque ibi*

33 A detractione in ciui. *i. ne populus ciuitatis detrahat de te, dicendo quod lubrica facta eſt ex defectu tuæ cuſtodię.*

34 Et abiect. pl. &c. *i. te faciat abiectum & confuſum in medio populi.*

35 Omni homini noli. *in aſpectu ſuæ pulchritudinis delectando. Hoc dicit ad euitationem vitij contra naturam, ad quod plurimi erant proni.*

36 Et in medio mulie. noli. *& ſubditur cauſa, cum dicitur,*

37 De veſtimen. enim procedit. ti. *corrumpens ipſa,*

38 Et à muliere iniqui. *ſicut patet in Adam, Dauid, & Salomon, cuius cor per mulieres fuit deprauatum. iij. Reg. xj. a.*

39 Melior eſt enim iniquitas. *id eſt, minus mala.*

Et

A dit in opprobrium, quia res confuſione dignas gerit.

(Author lib. de ſpiritu & anima cap. 11.) ✻ AVGVST. Eſt in ratione quiddam ad ſuperna & cæleſtia intendens, & id dicitur ſapientia, & eſt quiddam ad tranſitoria & caduca reſpiciens, & id vocatur prudentia. Hæc duo ex ratione ſunt, & in ratione conſiſtunt. Et diuidit ſe ratio in duo, ſcilicet in ſurſum & deorſum, ſurſum in ſapientiam, deorſum in prudentiam, quaſi in virũ & mulierem, vt vir ſit ſuperior & regat, mulier inferior & regatur: vnde dictũ eſt, *Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciens mulier.* B Melior ſi quidem eſt qui per cæleſte deſiderium accẽſus, carnem, neceſſaria, etiam à ſubtrahẽdo, affligit, quàm qui per carnalẽ affectum reſolutus, per omnia quæ commoda ſunt ei ſatisfacere contendit.

(Greg. in 14 cap. Iob. lib. 11. Moral.) ✻ GREGOR. In ſacro eloquio mulier aut pro ſexu ponitur, C aut pro infirmitate; pro ſexu quippe, ſicut ſcriptũ eſt, *Miſit Deus filium ſuũ, factum ex muliere, factum ſub lege,* Pro infirmitate verò ſicut per quendam ſapientem dicitur. *Melior eſt iniquitas viri quam benefaciens mulier.* Vir etenim, fortius quilibet & diſcretus vocatur; mulier verò, mens infirma vel indiſcreta accipitur. Et ſepe contingit, vt etiam diſcretus quiſque ſubitò labatur in culpam, atque indiſcretus alius, & infirmus bonam exhibeat operationem. Sed is qui indiſcretus atque infirmus eſt, nonnunquam de eo, quod bene egerit, amplius D eleuatur, atque grauiùs in culpam cadit; diſcretus verò quiſque ex eo quod male ſe egiſſe intelligit, ad diſtrictionis regulam arctius ſe reducit: & inde altius ad iuſtitiam proficit, vnde ad tempus à iuſtitia cecidiſſe, videbatur, quia iure rectè dicitur, *Melior eſt iniquitas viri, &c.*

a *Memor ero igitur ope. &c.* RABA. Hucúſque de diuerſis rebus diſputauit, & mortalitatẽ E ſingulorum opportunè deſcribens, varias virtutũ & vitiorum ſpecies expreſſit, nunc ad laudem creatoris, & prędicationẽ operum eius ſe conuertit, & poſtea patrum fortia facta deſcribit.

b *Cogno enim.* Quia omnes ætates mundi pręſentes ſunt ei, apud quem nihil pręteritum, nihil futurum eſt, ipſe ſolus re- F uelat myſteria, qui ſcit ſingulorum corda, qui omnes cogitatus & ſermones inſpicit. *Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius.* (Hebr. 4. d)

nim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier con- 1
a fundens in opprobrium. Memor ero igitur operum domini 2
a ¶ Ipſe dixit, & facta ſunt.
et quę vidi annuntiabo in ſermõnibus domini opera eius. 3
a ¶ Chriſtus de quo dicitur, Orietur timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. b ¶ Quia non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu Dei.
Sõl illuminans per omnia reſpexit, & gloria domini plenum 4 5
a Quam magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſapientia feciſti b ¶ Qui ſcilicet, hominibus patent, per ſanctos reuelata, vnde, In labiis meis pronuntiaui omnia iu. oris tui. 6
eſt opũs eius. Nónne dominus fecit ſanctos enarrare omnia 7
mirabilia ſua, quæ confirmauit dominus omnipotens ſtabi- 8
a ¶ Semper idem. ¶ Profunditatem conſiliorum Dei. b ¶ Scrutans corda & renes. 9
lis in gloria ſua? Abyſſum & cor hominum inueſtigauit, & in 10 11
b aſtutia eorum excogitauit. Cognouit enim dominus omnem 12
ſcientiam & inſpexit in ſignum æui, annuntians quæ præte- 13
rierunt, & quæ ſuperuentura ſunt, reuelans veſtigia 14 15
occultorum. Non præterit illum omnis cogitatus, & non 16
c abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapientiæ ſuę de- 17 18
corauit, quæ eſt ante ſeculum, & vſque in ſeculum, neque 19
a ¶ Quis conſiliarius eius fuit. ¶ Quoniam perfecta. vnde, Perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorum. 20
adiectum eſt, neque minuetur, & non egẽt alicuius conſilio. 21 22
d Quàm deſiderabilia omnia opera eius, & tanquàm ſcintilla 23 24

c *Magnalia ſapientiæ.* Quando prophetis. ſ. & apoſtolis ſacramentum conſilij ſui abſconditum à ſeculis, & generationibus fidelibus reuelauit. Ipſe enim eſt ante omnes, & poſt omnes, cui nihil additur, nihil minuitur.

d *Et tanquam ſcintilla.* Tanquam ſcintillam in opera Dei conſideramus, quia vix paruam notitiam inde percipimus.

*Omnia*

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Quàm mulier benefaciens. *ſcilicet ad cohabitandum. Vnde iſtud refertur ad id quod præmittitur.* In medio mulierum noli commorari: *magis enim periculoſum eſt homini cohabitare cum muliere extranea, etiam bona, quàm cum viro iniquo.*

2 Memor ero. *ſicut dictum fuit in principio ca. xl. duplex eſt materia contemplatiui, ſcilicet, humana miſeria vt ſe humiliet: & excellentia diuina, vt Deum magnificet. Igitur terminata prima, hic conſequenter agitur de ſecunda; Excellentia verò diuina à viatoribus non videtur in ſeipſa, Exodi. xxxiij. d.* Non videbit me homo et viuet. *ſed cognoſcitur per ſuos effectus. Sapien. decimo tertio. b.* A magnitudine ſpeciei & creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horum videri, *Sic ergo proceditur, quia primò declaratur per creaturas eius excellentia; ſecundò infertur concluſio intenta, capitu. ſequenti, ibi,* Multa dicimus. *Prima in duas, quia primò declaratur excellentia Dei ex Corporibus cęleſtibus: ſecundò elementaribus, ſequenti capitulo ibi,* Vide arcum. *Prima in tres quia primò declaratur propoſitum ex proprietate ſolari, Secundò ex proprietate lunari, ſequenti capitulo ibi,* A luna; *Tertiò à ſpecie ſtellarum, ibi,* Species cæli. *Prima adhuc in tres, quia primò de ſole dicere incipit; ſecundò ad magnificandum Deum procedit, ibi,* Nónne dominus: *tertiò propoſitum de ſole reſumit in principio ſequentis capitu. Circa primum per modum præfationis dicit,* Memor ero igitur, operum domini *per quę poteſt aliqualiter cognoſci.*

3 Et quæ vidi annuntiabo in ſermonibus. *iungatur ſic litera,* Et opera eius magnifica, Quæ vidi in ſermonibus domini, *id eſt, in ſcripturis ſacris diuinitus reuelatis,* Annuntiabo, *vt audientes notitiam aliquam habeant de poteſtate diuina.*

4 Sol illuminans per omnia reſpexit. *i. omnia viſibilia fecit, nam ab eo illuminantur corpora cæleſtia & terreſtria: propter quod dicitur pater virorum deorumque. ij de Anima.*

5 Et gloria domini plenum eſt opus eius, *nam potentia Dei glorioſa relucet in ſolis operibus, quæ ſunt, illuminare cætera corpora, renouare terram herbis & floribus, terrænaſcentia folijs & fructibus, & ſic de alijs eius effectibus.*

6 Nonne dominus fecit ſanctos. *Hic conſequenter procedit ad Dei magnificentiam, dicens,* Nonne dominus fecit ſanctos ſu. *ſcilicet prophetas.*

7 Enarrare omnia mirabilia ſua. *eis reuelata: nam tales reuelationes fiunt ſanctis, vt per eos alijs manifeſtentur ad gloriam conditoris.*

8 Quæ confirmauit dominus omnipotens, *implendo quæ prædixit per prophetas.*

9 Stabilis in gloria ſua *quaſi dicat, licet faciat mutabilia, tamen propriè ipſe eſt immutabilis omnino.*

10 Abyſſum. *id eſt, diabolum,*

11 Et cor hominum, *quod alijs eſt ignotum,*

12 Inueſtigauit, *id eſt, perfectè cognouit:*

13 Et in aſtutia eorum *id eſt, malitia, fraude, & voluntate iniqua,*

14 Excogitauit, *ex illis eliciendo bona.*

15 Cognouit enim do. omnem ſcientiam, *creatam & increatam.*

16 Et inſpexit in ſignum ęui. *ſimul intuens decurſum totius mundi. ideo ſubditur.*

17 Anuntians quæ præterierunt, & quæ ſuperuentura ſunt. *Per Moyſen enim annuntiauit creationem mundi pręteritam, Ge. j & per ipſum & alios prophetas denuntiauit multa futura, vt patet eorum ſcripturas intuendo.*

18 Reuelans veſtigia occultorum, &c. *per ſimilitudines impreſſas mentibus prophetarum, & reuelans intellectum figurarum veteris teſtamenti.*

19 Non pręterit illum om. *Id eſt nullus cogitatus hominis, angeli, demonis latet eum.*

20 Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit. *i. decora oſtendit per decorem ſuorum effectuum, vt ſolis, & lunę, & ſtellarum.*

21 Quæ eſt ante ſeculum, &c. *licet enim effectus diuinæ ſapientiæ ſint temporales, ipſa tamen eſt æterna.*

22 Neque adiectum eſt, neque minuetur. *diuina namque ſapientia minui non poteſt, nec augeri, quia eſt infinita.*

23 Quàm deſidera. om. *ſ. ad cognoſcendum. Q. diceret, valde vt patet per humanum deſiderium ad ſciendum ipſa. j. Metaphyſicæ. Omnes homines natura ſcire deſiderant.*

24 Et tanquam ſcintilla quæ eſt con. *id eſt, valde bonum eſt conſiderare, quod hæc opera diuina, licet ſint mirabilia, tamen non ſunt niſi quadam modica ſcintilla bonitatis & excellentię diuinę.*

Omnia

A a *Omnia dup.* RABA. Ita ordinauit Deus õnia, vt quæ ſibi videtur eſſe contraria conueniant, vt elementa vel quatuor tempora.

✠ RABBANVS. Hoc quod per humorem veris exoritur, per caloré æſtatis excreſcit, per ſiccitatem autumni matureſcit, atque per frigus hyemis decreſcit, vt iterum ad futuri anni fructus proferendos terra præparetur. Nam & vitalis creatura atque corporalis ſic in opere Dei inuicem concordant, vt corpus animam geſtet, & anima corpus vegetet: ne coniunctio nobiliſſima D atque diſcordia diſſipetur. Vnuſquiſque ergo creator optimus confirmat bona, & ad orationem iocunditatem facit eſſe vtiliſſima, quapropter hic vir ſapientiſſimus obſtupeſcens in admiratione operum Dei, gloriam eius inenarrabilem, & dulcedinem ineſtimabilem ſubſequitur, dicens *Et quis ſatiabitur videns gloriam eius?* &c.

† quam.

† obaudiũt.

† Et quis ſciẽs cõfirmabit fortitudinem eius.

a ¶ Creatori, cui nihil perit, cui omnia pręſentia antequàm eſſent.
† quæ eſt conſiderare. Omnia hæc viuunt, & manent in ſecu- 1
a ¶ Quia in voluntate eius in vniuerſa ſunt poſita.
a lum, & in omni neceſſitate omnia † obediunt ei. Omnia du- 2 3
a ¶ Nihil deeſt, diuinæ rei publicę. 4
plicia, vnum contra vnum, & nõn fecit quicquàm deeſſe. V- 5
a ¶ Secundum quod vtilia ſunt. b ¶ Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. 6
niuſcuiuſque confirmabit bona. † Et qui ſatiabitur videns 7 8
gloriam eius?

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnia hæc viu. & man. in. *Omnes enim ceaturæ viuunt in Deo quoniam per modum intelligibilem ſunt in eo, ideò dicitur Ioh. j. a.* Quod factum eſt in ipſo, vita erat. *ſ. ab æterno, & ſic ſunt ibi permanentes.*

B 2 Et in omni neceſſitate. *id eſt, quando eſt vtile.*

3 Omn. obed. ei. *id eſt, effectu, quia creatura meritò obedit creatori.*

4 Omnia dupli. *hoc apparet ſenſibiliter in elementis, quorum quodlibet habet duplicem qualitatem loquẽdo de qualitatibus actiuis & paſsiuis. Terra namq; frigida eſt & ſicca, & per frigiditatem conuenit cum aqua, & per ſiccitatem ei opponitur, ideo ſubditur:*

Elementorum cõplexiones & contrarietates.

5 Vn. con. vn. *quia per vnam qualitatem ei contrariatur; Similiter eſt de aqua reſpectu aeris. quia aqua frigida eſt & humida, & per humiditatem conuenit cum aere, & per frigiditatem ei contrariatur. Et similiter eſt de aere reſpectu ignis: nam aer calidus eſt & humidus, & per caliditatem conuenit cum igne, & per humiditatem ei contrariatur, nam ignis calidus eſt & ſiccus. Licet autem in corporibus cæleſtibus non ſit contrarietas propriè, cum ſint incorruptibilia, tamen eſt ibi quędam oppoſitio & conuenientia. Conueniunt enim inquantum ſunt omnia ſpherica, & eſt ibi quædam oppoſitio, inquantum mouentur ab oriente in occidentem motu diurno, & econtrario ab occidente in orientem motu proprio.*

6 Et non fe. quic. de. i. *non fecit aliquod imperfectum, quia Dei perfecta ſunt opera. Deu. xxxij.* E 7 Vnuſquiſque con. *quia ſicut eſt autor omnis boni, ita & eius conſeruator, ideo ſequitur.*

8 Et quis ſatiabitur vid. glor. eius. *id eſt, excellentiam ſuæ maieſtatis relucentem in ſuis creaturis, quaſi diceret nullus: quia quantò quis magis cognoſcit eum per creaturas, tantò magis accenditur ad ipſum amplius cognoſcendum, quouſque perueniat ad cognoſcendum eum facie ad faciem, in quo conſiſtit humanę cognitionis terminus, & vera beatitudo. Ioan. xvij. a.* Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolùm Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, &c.

# CAP. XLIII.

CAP. XLIII.

a A *Ltitudinis, &c.* RABA. Pulchritudo firmamenti per claritaté ſyderum potẽtiã oſtẽdit creatoris, ſed magis decor eccleſiæ in virtutibus C & miraculis ſanctorum excellẽtiam manifeſtat redemptoris, qui ſplendore ſuo illuſtrat credẽtes, & ardore iudicij puniet peccatores. Vnde ſubiũgit, *Sol in aſpect. &c.*

b *Et in.* Nullus corporeis oculis diuinitatis ſplendorem poteſt ſufferre: Vnde, *Non videbit me homo & viuet.*

Exod. 33. d

c *Fornacem cuſtodiens.* Quia ſuperbos pro cogitatione, locutione, & operatione mala, excruciat æterna flamma.

✠ RABBANVS. Sol iſte qui oritur timentibus Deum, in aſpectu, hoc eſt, in preſentia incarnationis ſuę euangelizauit regnum Dei. Cuius natiuitas ſingularis admirabilis eſt, quod non ex viri ſemine ſed ex omnipotentis virtute, *Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis,* in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? quia nullus corporalibus oculis diuinitatis eius ſplendorem poteſt ſufferre. Ait quippe ad Moyſen famulũ ſuũ, *Non enim videb. me hom. & viu. pot.* Ideo humana natura indutus eſt, vt fragilitas hominum ſplendorem aliquo modo potuiſſet ſufferre diuinum, ſumpſit vela- F men carnis, quò facilius accedere ad ſe poſſit conditio hominis. Hic fornacẽ cuſtodit in operibus ardoris, quia ſupplicia præparat peccatorib. gehennæ ignis. *Tripliciter exurens montes* quando ſuperbos pro cogitatione mala, pro loquela nefanda, pro operatione iniqua ęterna excruciat flãma. Iſte ſiquidem ſol refulgens radiis ſuis prauorũ excæcat oculos, quando myſticis verbis pro nequitia ſua ſuperbientium deludit intellectũ. De quo ipſa veritas in Euãgelio diſcipulis interrogãtibus de parabola ſeminis reſpondit, *Vob. dat. eſt noſ. myſter. &c.* Hinc & ad Iſaiam diuina voce dicitur, *Vade & dices populo huic, audite audiẽtes me, & noli te intelligere &c.* Sed quia hæc ad tempus dominicæ incarnationis maximè reſpiciunt, vbi ſuperbus auditus Iudæorum, & viſus captus eſt, ita vt non intelligere potuiſſent dicta ſaluatoris nec credere miraculis ab eo factis, dicamus hoc quod ſequitur, *Et Magnus Dominus qui fecit illum, &c.*

Ioan. 1. b

Exod. 33. d

Matt. 13. b

Marc. 4. b

lucæ 8. b

Iſa. 6. c

a A Ltitudinis firmamentum, pulchritudo 1
eius eſt ſpecies cæli in viſione gloriæ. 2 3
a ¶ In pręſentia incarnationis. b ¶ Regnum Dei.
c ¶ Verbum caro factum eſt. 4
Sol in aſpectu annuntians in exitu, vas 5
admirabile opus excelſi. In meridia- 6 7
no exurit terram, & in conſpectu 8
b ardoris eius quis poterit ſuſtinere? 9 10
a ¶ Quia ſupplicia gehennæ præparat peccatoribus.
c Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris. Tripliciter ſol 11
exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens ra- 12
a ¶ Diſpenſationem, ſcilicet, incarnationis, vt ſuperbi confunderentur, humiles ſcientia Dei exaltarentur. 13 14
diis ſuis obcæcat oculos. Magnus dominus, qui fecit illum 15

☞ Et

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. XLIII.

ALtitudinis fir. *Hic reſumit propoſitum de ſole ad declarationem magnitudinis diuinæ, dicens,*

1 Altitudinis fir. *id eſt, cælum ſydereum comprehendens ſub ſe orbes ſeptem planetarum, quod dicitur eſſe cælum altitudinis, eò quòd eſt altius cælo ęreo.*

2 Pulchritudo eius. *eſt effectiuè.*

3 Sol in aſpectu. *quia ſuo lumine illuſtrat alia luminaria cæli ſyderei ideo ſubditur.*

4 Species cæli in viſione gloriæ, &c. *id eſt, valde gratioſa & admirabili. Nec intelligitur hoc de viſione vera & beatifica, ſed de viſione ſolis materialis. quæ eſt valde pulchra: & ſic dicitur* ſpecies cæli, *ſicut nobilior & ſapientior ciuis dicitur ſpecies & decor ciuitatis.*

5 Annuntians in exitu. *id eſt, in ſuo occaſu quando exit de hemiſphærio noſtro: tunc enim apparent alia luminaria cæli, quæ non apparebant anteà propter præſentiam maioris luminis ipſius ſolis. Et hæc apparitio dicitur annuntiatio.*

6 Vas admira. *eſt ipſe ſol, quia continet in ſe virtualiter varios effectus, qui fiunt in elementis formaliter.*

7 Opus excelſi, &c. *quia factus eſt per creationem, quę eſt opus ſolius Dei.*

8 In meri. exuri. ter. *quia tunc cauſat intenſiorem calorem.*

9 Et in conſp. ard. ei. *quando rectè ſuper terram cadunt radij eius.*

10 Quis poterit ſuſtinere; *quaſi diceret nullus homo. Nam in Zona torrida non ponitur aliqua habitatio humana, quia ſol tranſiret ſuper capita eorum, ideo ſubditur,* Fornacem cuſtodiens.

11 Tripliciter ſol ex. mo. &c. *ſcilicet, citius, eò quòd in ortu ſuo percutit capita montium, & diutius, quia vſque ad occaſum: & breuius, quia radius ſolis percutiens capita montium, breuior eſt, quàm radiis deſcendens ad profunda vallium.*

12 Radios igneos, *non formaliter, ſed effectiuè,*

13 Exulfflans, *id eſt, emittens,*

14 Et refulgens radijs ſuis obcæcat oculus, &c. *quia non poteſt conſpici ab hominibus oculis irreuerberatis. Et ex dictis concluditur magnitudo diuinæ maieſtatis, cum dicitur,*

15 Magnus dominus. *Excedit enim improportionabiliter omnem effectum ſuum cum ſit cauſa ęquiuoca.*

☞ In

A a *Et in ſermo.* R A B. Myſticis verbis ſuperborum ludit intellectum: vnde, *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei.*

Lucæ.8.b. b *Feſtinauit, &c.* Cùm in prædicatione euangelij præparata eſt via ſalutis & aditus regni cæleſtis.

c *Et luna, &c.* Poſtquam de ſole diſputauit, diſputat de luna: quia Chriſtum ſequitur eccleſia, & ab ipſo illuminatur ſicut à ſole luna.

Quia dicit lunam *oſtenſionem temporis: & ſignum æui, diei feſti:* ſignat quia ipſa menſtruis defectibus, & currendo per zodiacum, ſeriem annorum & ætatem mundi demonſtrat, quia Hebræi tẽporis computum, & anni tranſitum ſecundum curſum lunæ metiebantur. Qui primũ menſem, quo exierunt de Ægypto, ſolemnitate paſchæ honorauerũt, & neomenias ſingulorum menſiũ celebrauerunt, & omnes à lunæ vocabulo (quod eſt לבנה labana) nominauerũt. Vnde mẽſis ſecundũ nomẽ eius, menſis quoque à menſura vel à luna (quæ Græcè dicitur Mene) apud latinos appellatur, quia menſes ſecundum curſum lunæ computabant. Primum menſem nouorum in quo paſcha celebratur, Niſan appellantes, qui propter multiuagum lunæ curſum, nunc in Martium, nunc in Aprilem incidit, nunc aliquot dies Maij occupat, ſed rectius Aprili deputatur: quia in ipſo vel incipit vel deſinit, vel totus includitur.

D d *Lu qu. &c.* Luna non habet natiuũ ſplendorem, ſed à ſole accipit: ſic & eccleſia à Chriſto, quæ in perſecutione videtur minui, ſed in parte clareſcit, creſcit enim mirabiliter in conſummatione.

e *Vaſca.* Quia in ipſa conſiſtit multitudo fidelium, quæ in firmamento veritatis, & diuinæ prædicationis per totum orbẽ glorioſè reſplendet.

f *Species cęli. &c.* Ornatus eccleſiæ, ſanctorum plenitudo, quos De⁹ excelſus ordinauit, vt prędicatione euangelij illuſtrarent.

E Hi in verbis ſancti, & in doctrina verę fidei permanentes, expectãt iudiciũ Dei. Lucæ 21 d. Ibidẽ.12.c.

g *In verbis do.* Quia in patientia ſua poſſident animas, præcincti lũbos; & lucernas tenentes in manibus

F ſuis, expectant dominum ſuum, quãdo reuertatur à nuptijs.

h *Vi.a.* Scriptũ veteris vel noui teſtamenti. Pſalm.7.d. Vnde, *A.c. ſuũ tetẽ & parauit illum.* Hic fidelibus ſuaue iugũ oſtẽditur, contumacibus arma terribilia.

a & in ſermonibus eius † feſtinauit iter. Et luna in omnibus in

† feſtinat.

b tẽpore ſuo oſtenſio tẽporis & ſignũ ęui. A luna ſignũ diei fe-

c ſti, luminare quod minuitur in conſummatione ipſius ſecun-

d dum nomen eius creſcens mirabiliter in conſummatione.

e Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cæli reſplendens

f glorioſè. Species cæli gloria ſtellarum, mundum illuminans

g in excelſis dominus. In verbis † ſancti ſtabunt ad iudicium,

† ſanctæ.

¶ Arcum poſuit Deus in ſignum, quia vltra aquis diluuij non perdet mundum.

h & non deficient in vigilijs ſuis. Vide arcum, & benedic eum,

a ¶ Quia ſcriptura præclara eſt in ſenſu. b ¶ Quia ſupernis & infimis narrat ſufficienter.

i qui fecit illum. Valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Gyrauit

cęlũ in circumitu gloriæ ſuæ: manus excelſi aperuerunt illũ.

a ¶ Id eſt, perduxit frigidos ad iuſtitiæ nitorem. b ¶ Frigida corda prauorum. Vnde Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. c ¶ Terrores iudicij vel virtutum miracula.

Imperio ſuo accelerauit niuẽ, & accelerat coruſcationes emit-

a ¶ Mundo. b ¶ Sicut in conuerſione. ¶ In vijs. c ¶ Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant.

tere iudicij ſui. Propterea aperti ſunt theſauri, & euolauerunt

k nebulæ ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit nubes, & cõfra-

cti ſunt lapides grandinis. In conſpectu eius cõmouebuntur

i *Gyrauit cęlum, &c.* Quando per virtutem & ſapientiam Dei, id eſt, Chriſtum, vetus & nouum teſtamentum conditum eſt: vnde: *Os domini locutum eſt hęc.* Eſa, 40. b

k *Et confracti ſunt.* Doctores, qui terram humani cordis irrigant, & tempeſtatem increpationis in ſe gerunt, & in tempore effundunt, & confringunt lapides grandinis increpando, ſcilicet, duritiam praui cordis ne lapidem vitale gramen.

d *Lumi-* *Aſpir.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 In ſermo. eius, &c. *id eſt, ex ordinatione Dei.*

2 Feſt. ir. *id eſt, curſum ſuum. nam in vna die naturali circumit cęlum.*

3 Et lu. in. *Hic conſequenter ex proprietatibus lunę declaratur magnitudo potentiæ diuinę, cum dicit,* Et lu. in om. *id eſt, apud omnes gentes.*

4 In tem. ſuo. *id eſt, in ſuo curſu.*

5 Oſten. tem. *Tempus enim communiter magis mutatur ſecundum eius curſum: Vnde nouilunium vulgariter dicitur tempus nouum.*

6 Et ſignum æ. *id eſt, ætatis mundi, quia Iudæi durationem mundi computant per annos lunares, vt exponunt aliqui: ſed hoc eſt falſum, vt oſtendi ſuper Dan. ca. ix. & ideo dicitur ſignum æui: quia per eius motum numerantur menſes apud Hebræos, de quibus fuit autor iſte. Duratio vero mundi non ſolum currit per annos, ſed etiam per menſes.*

7 A luna. *ſupple accipitur.*

8 Signum diei fe. *id eſt, paſchę, quod feſtum celebrari præcipitur, Exod. xij. decima quarta luna primi menſis, incipiendo à veſpere, & feſti neomeniæ, quod celebrari debet apud Hebræos in principio cuiuslibet lunationis.* 9 Luminare quod minuitur in conſummatione, &c. *ſui curſus, qui terminatur in coniunctione cum ſole.*

10 Menſ. ſec. nom. eius. *nam cum exit à ſole, incipit nouus menſis.*

11 Creſcens mirabiliter in conſumma. *id eſt, vſque ad plenilunium.*

12 Vas caſtrorum in excelſis, &c. *Sicut enim ordo ſtellarum nominatur militia cæli in pluribus locis veteris teſtamenti, ita dicitur hic* caſtra. *In hoc autem ordine ſiue caſtris, luna poſt ſolem tenet locum principalem.* 13 In firmamento cæli. re. *prę cæteris ſtellis vnde Gene. primo. Sol & luna dicuntur duo luminaria magna.*

14 Species cæli glo. &c. *Hic conſequenter ex ſtellis declarat immenſitatem diuinæ magnitudinis, dicens:* Species cæli gloria ſtellarum. *id eſt, claritas ſtellarum eſt ſpecies ſiue pulchritudo cæli, ſicut patet de nocte ſerena. ſ. cum ſtellis cælum ornatum eſt. Et dicitur hęc claritas gloria: quia gloria à claritate deriuatur, dicta quaſi claria. c, mutato in g. Vnde dicit Tullius, quod Gloria eſt clara cum laude notitia.*

15 Mundum illuminans in excelſis dominus, &c. *quaſi dicat licet ſtellæ cæli ſint tam pulchrę, tamen non ſunt latria venerandę, quod tamen faciebant aliqui Gentiles: ſed ſolus Deus eſt latria colendus, qui eſt principalis mundi illuminator, nam ab eo procedit claritas ſolis & ſtellarum.* 16 In verbis ſanct. ſtab. ad iu. *id eſt, ſtellę in iuſſu Dei, qui eſt ſanctus ſanctorum, ceſſabunt à motu tempore iudicij, completo numero electorum, ad quem finaliter ordinatur motus eorum.*

17 Et non deficient, *vſque ad tempus iudicij.*

18 In vig. *id eſt, in exercitio ſui motus ad continuationem generationis.*

19 Vide arcum, &c. *Hic conſequenter declaratur diuina magnificentia, ex his quæ fiunt in elementis. Et primo in aere, ſecundò in aqua, ibi,* In ſermone eius. *In prima tanguntur plures impreſſiones notabiles, quæ fiũt in aere, inter quas primo tractat de iride, dicens,* Vide arcum, &c. *id eſt, conſidera eius apparitionem mirabilem.*

20 Et bene. eum qui fe. *nam in infinitum eſt pulchrior & mirabilior.*

21 Valde ſpecioſus eſt, *iris.*

22 In ſplendo. ſuo. *id eſt, in coloribus ſuis, quia reſplendent in nigredine nubis ſicut in ſpeculo.*

23 Manus ex. *id eſt, fecerunt ipſum apparere in ſignum fœderis inter ipſum & terram, quod de cætero non perderet aquis diluuij omnem terram, Ge. ix. c. Tractare tamen de coloribus iridis & figura magis diſquiſitè pertinet ad librum Meteororum, & ſimiliter de ſequentibus impreſſionibus.*

24 Imperio ſuo, &c. *Hic conſequenter tractat de niue, nubibus, coruſcatione, grandine, & terræ motu dicens:*

Imperio accelerauit niuem, &c. *id eſt, celeriter deſcendere fecit eam. Quę cauſatur ex exhalationibus humidis antequam reſoluantur in aquam congelatis. & dicitur,* Accelerauit, *quia in omnibus effectibus Deus eſt agens principale.*

25 Et acc. &c. *coruſca. emittere, quia celeriter imò in inſtanti apparent à longe.*

26 Iudicij ſui. *Dicuntur autem* coruſcationes iudicij diuini, *quia procedunt in effectum ſecundum iudicium ſuę ſapientię.*

27 Propterea, *id eſt, ex eodem iudicio,*

28 Aper. ſunt. *id eſt, occultæ cauſę impreſſionum huiuſmodi.*

29 Et euolauerunt nebu. *id eſt, nubes tenues, quæ à vento motæ per aerem videntur volare.*

30 In magnitudine ſua, *id eſt, in virtute ſuę poteſtatis.*

31 Poſuit nubes, *id eſt diſpoſuit.*

32 Et conf. ſunt lapides, *quando reſoluuntur in aquam. Sunt autem grandines guttę pluuię à frigore congelatæ in deſcenſu à nube.*

33 In conſp. eius commo. *vt patet in terræmotu qui aliquando fit*

*ex*

A a *Aſpira.nothus.* RA. Qui & auſter. ventus calidus, qui aquas frigore cõcretas calore ſuo diſſoluit. Hęc eſt gratia ſpiritusſancti, quæ delicti mortalis gelu cõſtricta, calore diſpergit. Aſpirãte ergo notho, id eſt, per prædicatores ſtatum doctrinæ emittente ſpiritusſancto, commouentur montes, id eſt, potentes ad Chri- B ſtiani nominis perſecutionem, & aliquãdo ad pœnitentiam.

b *Tempeſtas.* Varia tentamenta per malignos ſpiritus Deus irrogat, vt feruorem fidei, & dilectionem frigeſcere faciant.

Sal ſterilitatẽ facit

c *Sicut Salem* id eſt, ſterilitatem, vbi enim ſal ſpargitur, ſterilitas ſequitur: Diabolus verò per frigus infidelitatis, terrena corda ad bona opera ſterilia facit.

e *Qu.na.* Multa ſunt ad literã pericula ma- C ris, & ibi mirabilia Dei opera in varijs beſtijs, ſicut naturaliũ rerum ſcriptores tradiderũt: vnde. *Hoc mare magnũ & ſpatioſ. illic rept. quo. &c.* In mari quoque huius mundi ſunt multa monſtra

† nauigãt
† enarrat
Pſal.103.a.

¶ Superbi. a ¶ Prædicatio ſuperni terroris, quo terrena corda paſcuntur.

a mõtes, & in voluntate eius aſpirauit nothus. Vox tonitrui eius

a ¶ Increpando vitia. b ¶ Diaboli.

b verberauit terram, tempeſtas aquilonis, congregatio ſpiri-

a ¶ Propter elationem. b ¶ Ad ſedendum aſpergit niuem, cum frigore malitiæ ſedem ſibi parat.

tus: & ſicut auis deponens ad ſedendum aſpergit niuem & ſi-

a ¶ Quia omne viride & fructiferum deuaſtare contendit. b ¶ Quia transfigurat ſe in angelum lucis.

cut locuſta demergens deſcenſus eius. Pulchritudinem † co-

a ¶ Quando apertas perſecutionum procellas mouet; ſi enim decipere nequit, apertè ſæuit.

loris eius admirabitur oculus, & ſuper imbrem eius expaueſ-

a ¶ Frigus infidelitatis. b ¶ Sterilitatem.

c cit cor. Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram, & dum † ge-

a ¶ Procella. b ¶ Aſperrimas vitiorum ſpinas.

c ¶ Diabolus. d ¶ Procella.

lauerit fiet tanquam cacumina tribuli. Frigidus ventus aquilo

a ¶ Suggerendo. Paulatim frigore perfidiæ c ¶ Prædicator induratus, vnde in ſimilitudinem lapidis aquę durantur. d ¶ Hæc ante aduentum Chriſti cum pene totus mundus ſeruiebat idolis.

flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Super omnem congrega-

a ¶ Populorum. b ¶ Declaratus in malis. c ¶ Habet diabolus milites ſuos contra milites Chriſti.

tionem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induit ſe aquis. Et

a ¶ Quaſi cibum delectabilem. b ¶ Superbos. c ¶ Mentibus infidelitate gelatis. d ¶ Igne cupiditatis. e ¶ Deſertores. ¶ Virorem & germen virtutum.

deuorabit montes, et exuret deſertum, et extinguet viride ſicut

a ¶ vitiorum. b ¶ Salus humani generis. ¶ Incarnationis Chriſti & doctrina eius, ſcilicet, ſupernę gratiæ. c ¶ aſcendet dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.

ignẽ. Medicina omnium ĩ feſtinatione nebulę. Et ros obuiãs ab

d a ¶ Diabolicæ perſecutionis. b ¶ Humiliabit, ſcilicet, ſuperbiam diaboli. c ¶ Euangelico. d ¶ Mitigabitur, ſcilicet, perſecutio.

ardore venienti humilẽ efficiet eũ. In ſermone eius ſiluit ventus.

a ¶ Sapientia. b ¶ Profundam, ſcilicet perſecutionem. c ¶ Omnia per ipſum facta ſunt.

Et cogitatione ſua placauit abyſſũ, & plãtauit illũ dñs Ieſ⁹. Qui

† nauigãt mare, † enarrãt pericula ei⁹, audiẽtes aurib⁹ nr̃is ad-

a ¶ Quia fluctus compeſcit & dæmonum monſtra. b ¶ Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi.

mirabimur. Illic præclara opera & mirabilia varia beſtiarũ gene

ſtra dæmoniorum & D multæ eorum inſidię.

❦ RAB. Quamuis in capite huius verſus de mari nauigero dicere videatur, tamen de hoc ſæculo congruenter accipitur, vbi diabolicæ ſine numero ſerpere probantur inſidię; malitiáquæ dęmonum, velut qui- E buſdam fluctibus animarum, voluntas inſtabilis commouetur. Mare enim ipſæ reddunt, dum naufragare compellunt, quia dubium non eſt illũ vndas immaniſſimas pati, qui mergitur gurgite peccatorum. Mare quippe à meando dictum eſt, quòd ſemper eat ac F redeat: ſed iſti ſpiritus innumerabiles nobis, Deo conprehenſi ſunt, quia arenã maris & pluuiarum guttas enumerat; & ne omnino incõprehẽſibiles linquerentur, quantitate, non qualitate, ea definiuit.

d *Medicina, &c. Multa dici.* Omnis eloquẽtia deficit in comparatione eius, nec ſufficit virtutem eius enarrare.

† candoris.
† flaueri

☞ *Pro-*

## NICOLAVS DE LIRA.

❦ *ex cauſa naturali, ſcilicet, exhalationibus calidis & ſiccis in terrę viſceribus incluſis. Aliquando verò ex ſupernaturali: ſicut fuit in deuoratione Dathan. & Abiron à terra, vt habetur Nume. xxj. Et orãtibus apoſtolis, locus in quo congregati erant, motus eſt, Act. iiij.*

1 Et in voluntate eius aſpirab. *id eſt. flabit.*

2 Nothus, *id eſt, auſtralis ventus.*

3 Vox tonitrui. *Hic agit de tonitruo, & cum hoc reſumit de niue & quibuſdam alijs, dicens,* Vox tonitru. *impellendo aerem vſque ad ipsã. Sicut enim in proiectione lapidis intra aquam fiunt quædam gyrationes aquæ, & vna pars impellit aliam vſque ad locum remotum: Sic in formatione ſoni, quæ eſt ex percuſſione aeris, vna pars aeris impellit aliã vſque ad locũ, vbi terminatur auditus, vt habetur ij. de Anima. Et accipitur hic vox tonittru largè pro ſono, quia vox propriè non eſt niſi animatorũ.* 4 Tẽpe. aqui. *id eſt, quę procedit ab aquilone.*

5 Et congrega. ſpiri. *id eſt, venti, qui cauſant tempeſtatem: ſupple omnia hæc ſunt à Deo autore, Reſume, ſcilicet, verberauit terrã affligẽdo habitantes ſuper eam.*

6 Et ſicut auis deponens. *alas ſuas,*

7 Ad ſedendum, *ſuper arborem,*

8 Aſpergit niuem, *faciens eam requieſcere ſuper teram.*

9 Et ſicut locuſta. *id eſt, ſuper viridia deſcendens ad corrodendum.*

10 Deſcenſus eius. *ſcilicet, niuis, cuius flocelli deſcendunt in magna multitudine, ſicut locuſtæ.*

11 Pulchritudinem coloris: *ſic habent libri correcti* Admirabitur oculus, *& multò plus admirabilis eſt autor eius.*

12 Et ſuper imbrem eius, expaueſcit cor. *nam ex reſolutione ſubita niuium in aquam frequenter contingit ſubmerſio hominum.*

13 Gelu ſicut ſalem effun. &c. *Vocatur hic gelu prunia & grando parua, quę habet quandam ſimilitudinem cum ſale in apparentia, & etiam ſicut ſal in aqua calida, ſic & prædicta liquefiunt & reſoluuntur.*

14 Et dum flauerit, *ventus, reſolutiuus.*

15 Fiet tanquam cacumina tribuli. *quæ ſunt alba & diſparent ad modicum flatum venti.*

16 Frigid. *Hic conſequenter tractat de vento aquilonari, dicens:* Frigidus ventus Aquilo fla. *per imperium Dei.*

17 Et gelauit cryſtallus ab aqua. *id eſt, cryſtallus fit ex aqua congelata. Eſt enim cryſtallus glacies indurata per plures annos,*

Super

18 Super omnem congregationem aquarum requieſcet, *frigiditas venti aquilonaris, quia facit aquas in ſuperficie congelari.*

19 Et ſicut lorica induit ſe aquis, &c. *Aquæ enim in ſuperficie congelatæ ad modum veſtimenti operiunt frigiditatem deſubter latentem.*

20 Et deuorabit montes, & exuret deſertum, *id eſt, terrenaſcentia in montibus.*

21 Et exuret deſertum, *id eſt, viridia, quæ ſunt in deſerto. Ideo ſubditur.*

22 Et extinguet viride, *id eſt, deſtruet.*

23 Sicut ignem, *ſic habent hic libri correcti, id eſt, ſicut comburetur ab igne. Sed quoniam ſicut ventus aquilonaris facit terram ſterilem, vt dictum eſt; ſic econtrario ventus auſtralis, qui eſt calidus, inducẽs pluuiã & rorem, fœcundat terram; ideo ſubditur,*

24 Medicina omnium, *ſcilicet, exuſtorum per ventum aquilonarem,*

25 In feſtinatione nebulæ, *quæ per ventum auſtralem adducitur, et in pluuiam terræ fœcundatiuam conuertitur. Sed quia auſtro flante fit aliquando calor nimius, & terranaſcentium impeditiuus: Ideo ſubditur remedium, cùm dicitur,*

26 Et ros obuians. *dicto calori.*

27 Ab ardore. *id eſt, cauſato à ſole, & vento auſtrali.*

28 Humilem eff. *id eſt, temperabit caloris exceſſum.*

29 In ſer. *Hic ex effectibus qui fiunt in aqua declaratur excellẽtia diuina, cum dicitur,* In ſer. eius, *ſcilicet, Dei,*

30 Siluit ven. *vt patet Ionæ. j. a. Matt. viij. Marc. iiij. & Luc. viij.*

31 Cogita. ſua. *id eſt voluntate ſua.*

32 Placauit abyſus. *id eſt, oceanum ab eius commotionẽ.*

33 Et planta. ill. do. Ieſus. *id eſt, Deus qui eſt ſaluator omnium.*

34 Ieſus. *Ieſus enim interpretatur ſalus. Autor enim huius libri, qui fuit Hebræus, licet ſcripſerit hunc librũ Gręcè, interſeruit tamen hic nomen Hebraicum. Plantauit autẽ Deus oceanũ, quando congregauit aquas, quę ſub cęlo ſunt in locum vnum. Gene. j.*

35 Qui nauigant ma. *ſic habent libri correcti.*

36 Enarrant peri. *quæ ſunt valde multa.*

37 Audie. au. noſtris admirabi. *quia talia non vidimus.*

38 Illic præ. opera. *diuinę virtutis declaratiua.*

39 Va. be. *nam ſunt ibi piſces animalibus terreſtribus ſimiles in figura,*

❦ Et

A a *Propter ipſum confirmatus eſt itineris fin.* ✠ RABB. *Propter ipſum*, inquit hoc eſt, filium Dei, confirmatus eſt ordo trã- B ſeuntium rerum, & terminus cõſtitutus eſt ſæculi; quia ſicut ab ipſo verbo Dei vniuerſa originẽ acceperũt, ſic, & in ipſo finiũtur. Ipſe enim in Apocalypſi ait, Ego ſum α & ω principium & finis. C

ra, & omniũ pecorũ, & crea-
¶ Alias beſtiarum. a ¶ Chriſtum. 1
tura beluarũ. Propter ipſum
a ¶ Conſummatus. b ¶ Tranſeuntium rerum ordo, & terminus ſeculi: Ipſe eſt enim principium & finis. 2
confirmatus eſt itineris finis,
& in ſermone eius cõpoſita 3 4
ſũt omnia. Multa dicimus, & 5
deficimus in verbis: conſum- 6
a ¶ Perfectio ſicut, & naturæ noſtræ conditor. 7
matio autem ſermonum, ipſe 8
a ¶ Quid valet corporalis creatura de incomprehenſibili Deo diſputare?
eſt. In omnibus gloriãtes, ad 9
a ¶ In cuius ditione vniuerſa ſunt poſita. 10
quid valebimus? Ipſe enim omnipotens ſuper 11
a ¶ Dominus excelſus terribilis ſuper omnes deos. 12
omnia opera ſua. Terribilis dominus & mag- 13
nus vehemẽter, & mirabilis potẽtia ipſius. Glo- 14 15

16 rificantes dominum quantumcũque potueri-
tis, ſuperualebit adhuc & admirabilis magnifi-
cẽtia eius. Benedicentes dominũ exaltate illũ,
a ¶ Magnus dominus, & lau. nimis. b ¶ Humana.
quantũ poteſtis: maior eſt enim omni laude.
a ¶ Opere eius, vt poſſitis laudare. E
17 Exaltantes eũ replemini vir-
18 tute. Ne laboretis, non enim
19 † comprehendetis. Quis vi-
debit eũ, & enarrabit, & quis
¶ Digne.
20 magnificabit eũ, ſicut eſt † ab initio? Multa abſ-
21
a ¶ Si vniuerſa attendimus.
22 cõdita ſũt maiora his. Pauca enim vidimus o-
23
a ¶ q.d. hæc tamen confiteri debemus.
24 perum eius. Omnia autem dominus fecit, & F
a ¶ Religioſe viuentibus. b ¶ Cognitionem ſui quantum vtile nouit.
25 piè agentibus dedit ſapientiam.

b *Ne la.* RA. Cõprehendere quod eſt incomprehẽſibile. Vnde non quæras opes, ad quas pertingere non poſſis.

† peruenietis

† à principio

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et creatura belluar. *id eſt, monſtruoſorum piſcium, ſicut balenæ & huiuſmodi.* 2 Propter ipſum, *ſcilicet, oceanum reſtringendum,*
3 Confirmatus eſt, &c. *id eſt, poſitus eſt terminus à Deo, vltra quem nõ progreditur ſuper aridam, Iob. xxxviij. a.* Quis cõcluſit oſtijs mare. *Sequitur,* Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia & dixi: vſque huc venies, & non procedes amplius, &c.
4 Et in ſermone eius, *Dei,*
5 Compoſita ſunt, *id eſt, diſpoſita in pondere, numero & menſura, vt dicitur Sapien. xj d.*
e *Dilectus à Domi. &c.* (3.Reg.3.b.) Narrat hiſtoria, quod Dominus Samueli infanti, cùm dormiret in templo, apparuit, eūq; de futuris inſtruxit. (Ibid. 1. d.c.) Hic imperiū renouauit, cū regē ſuper Iſrael primum Saulem, & poſtea vnxit Dauid, (Ibid.16. c.) & debellauit hoſtes populi Dei, & holocauſtum domino obtulit; & cum offerret, Philiſtæi inierunt bellum contra Iſrael, & intonans Deus fragore magno exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. Hic per om- D
nia fidelis inuentus eſt, & ab omni auaritia alienus dormiuit in pace; & poſt mortem apparens Sauli, caſum futurū prędixit. (1.Reg.28.a.) Myſticè autem prophetarum locutio per omnia verax & fidelis inuenitur, quæ regnum Chriſti futurum prædixit, (Myſticè.) & oleo Spiritusſācti illum eſſe vngendum. Ipſa etiam poſt completionem veteris Teſt. (quā ſignificat mors Prophetæ. *Lex enim propheta vſque ad Ioannem; Et finis legis eſt Chriſtus*) (Matt.12 b. Rom. 10. a.) tempore gratiæ, cum legitur, pronunciat malis rectoribus pœnam futuram & mortem perpetuam.
E

f *Et exaltauit vocē eius de terra in Prophetia.*
✠ AVG. Poſſūt ſpiritus mortuorū aliqua, (Aug. de cura pro mortuis, cap. 15.) quæ hic aguntur, quæ neceſſariū non eſt eos noſſe eſſe, nō ſolū præterita vel præſētia, verùm etiam futura, ſpiritu Dei reuelante cognoſcere; ſicut non omnes homines, ſed Prophetæ, dum hic viuerent, cognoſcebant; nec ipſi omnia, quæ illis eſſe reuelanda Dei prouidētia iudicabāt. F
Mitti quoq; ad viuos aliquos ex mortuis; ſicut econtrario, quod Paulus ex viuis in paradiſū raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur, Nā Samuel propheta defūctus viuo Sauli etiā regi futura prædixit: quāuis nonnullli nō ipſum fuiſſe, qui potuiſſet magicis artibus euocari; ſed aliquē ſpiritū tā malis operibus congruentem, illius exiſtimēt ſimilitudinē figuraſſe; cū liber Eccleſiaſticus, quam Ieſus filius Syrach ☞ ſcri-

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dedit. *Hic ponitur laus Caleph, per ſe, cum dicitur:* Et dedit dominus ipſi Caleph fortitudinem, *corporis & animi cōtra hoſtes.*

2 Et vſque in ſenectutē per. *vnde dixit Ioſuæ xiiij. c.* Hodie octoginta quinq; annorum ſū, ſic valēs, &c. *Et ſubditur:* Fortitudo in me vſque hodie perſeuerat, tā ad bellādū, quàm ad gradiēdum.

3 Vt aſcenderet in excelſum terræ locum, & ſemen ipſius, &c. *Ideo ſubditur ibidem,* Da mihi montē iſtum. *Et cætera quæ patent.*

4 Et iudices, *Hic ponitur laus iudicum: Et primò plurium in generali, cum dicitur,* Et iudices ſinguli ſuo nomine; *ſcilicet Othonith, Aioth, Sangar, & ſic de aliis.*

5 Quorum non eſt corruptū cor, *per auaritiā & infidelitatem.*

6 Qui non auerſi ſunt à domino, *per idololatriam.*

7 Vt ſit memoria illorum in benedictione, *propter bona quæ fecerunt genti ſuæ: ſicut dicitur Iudicum. ij. c.* Suſcitauitque dominus iudices, qui liberarent eos à deuaſtantium manibus.

8 Et oſſa eorum pullulant de loco ſuo, *Erant enim ſepulta in celebri loco ad memoriam bonæ famæ: ideo ſubditur,*

9 Et nomen eorum permanet in æternum, *& non ſolum per celebrem ſepulturam, ſed etiam per ſucceſſorum bonitatem, qui fuerunt imitatores virtutum paternarum, ideo ſubditur.*

10 Permanente, ad filios eorum virorum gloria, *quæ non conſiſtit in diuitijs, ſed in operibus virtuoſis.*

11 Dilectus à domino. *Hic conſequenter ponitur laus Samuelis qui fuit vltimus iudex, dicens,* Dilectus à domino Deo ſuo Samuel propheta domini. *primo Regum. iij. d.* Cognouit vniuerſus Iſrael à Dā vſque Berſabee, quod fidelis Samuel propheta eſſet domini.

12 Renouauit imperium. *de mandato domini transferens regnum de tribu Beniamin ad tribum Iuda primi Regum, xvj. e.*

13 Et vnxit principes in gente ſua, *ſcilicet Saulem, primi Regum x. & Dauid. xvj.*

14 Vidit Deum Iacob. *i. cognouit in reuelatione prophetica: audiuit enim eum loquentem ſibi, primi Regum in pluribus locis; ideo hic accipitur* vidit, *pro audiuit, ſicut Exo. xx. c.* Cunctus autem populus videbat voces. &c.

15 Et in fide ſua. *i. in fidelitate ſua.*

16 Probatus eſt propheta. *Quia verba ſua fuerunt impleta.*

17 Et inuocauit dominum omnipotentem in oppu. hoſtes. j. *Regum. vij.*

18 In oblatione viri inuiolati. *i. in oblatione ſua. Dicitur enim ibidem:* Tulit autem agnū lactantē vnū, & obtulit illū holocauſtū integrū domino. *Dicitur autem hic Samuel vir inuiolatus, quia per auaritiam, vel aliud vitium à rectitudine iuſtitiæ non diſceſſit.*

19 Et in. de cælo dominus, & in ſonitu magno, &c. j. *Regū vij.*

20 Et ante tem. finis vi. &c. *i. reuelationis annorum ſuorum.*

21 Teſtimoniū præbuit in conſpectu domini & Chriſti. *i. Saulis in regē vncti. i. Reg. xij. a. dicens:* Loquimini de me corā domino & corā Chriſto eius, vtrum bouē cuiuſquam tulerim, *&c. Et ſubditur ibidē:* Et dixerūt, Nō es calūniatus nos, &c. *ideo ſubditur.*

22 Pecunias & vſque ad calcia. &c, *i. vſque ad rem minimam.*

23 Et poſt hæc dormi. *j. Re. xxv. a.* Mortuꝰ eſt autē Samuel, &c.

24 Et notū fecit regi. *ſ. Sauli, cui dixit mortē ſuā imminere in craſtino, dicēs. j. Reg. xxviij. c.* Cras autē tu & filij tui eritis mecū, &c.

25 Et exaltauit vocē eius de terra in prophetia. *Apparuit enim quaſi ſurgens de terra ad denunciādum Sauli mortem ſuam & populi. Sequitur enim ibi;* Sed & caſtra Iſrael tradet dominꝰ in manꝰ Philiſtijm, *ideo ſubditur,* Delere impietatem gentis, &c.

☞ ſcripſiſſe traditur, & propter eloquij nonnullam ſimilitudinem A Salomonis pronuntiatur, contineat in laude patrum, quod Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed ſi huic libro ex Hebræorum (qui in eorum eſt canone) contradicitur: quid de Moyſe dicturi ſumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia, qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe viuentibus?

CAP. XLVII. a b

a POſt hæc ſurrex. Ad literam, Facta Dauid commemorat, de quibus liber B Regum & Paralipo. pleniſſimè narrant.

b *Quaſi adeps.* Significat eum gratia Spiritus-ſancti repletum, à carnalium conſortio vita & moribus ſeparatum.

1.Reg.17.d. c *Cum leonibus luſit.* RAB. Dauid ſignificat Chriſtum, qui leonem, id eſt, diabolum & vrſum, id eſt, Antichriſtum contriuit, & gigantem, id Ibid.18.b. C eſt, ſathanam in funda, & lapide ſpirituali ſtrauit, ſcilicet ſenſu ſcripturarum, & ſcientia legis, & populum Dei ab hoſtibus, id eſt, malignis ſpiritibus liberauit: cui ab hoſtium cæde reuertens, mulieres, id eſt, ſanctæ animæ decantant, & decem milium victorem prædicant, quia omnes hoſtes, tam ſpirituales quàm corporales perfectè ſuperauit. Dauid quoque noſter oleo lætitiæ præ participibus ſuis in regem vnctus, omnes hoſtes eccleſiæ contriuit. Eccleſiaſticum D quoque miniſterium in domo Dei, quæ eſt eccleſia, ordinat, & officia ſingulorum ad laudandum Deum diſpenſat: vt in omni loco dominationis eius omnis creatura benedicat Dominum. Bene autem dicitur, quod *Chriſtus purgat peccata Dauid*, & exaltat in æternum cornu eius, quia in alio nemo poteſt ſaluari. In eius nomine pœnitentia prædicatur, & remiſſio peccatorum in omnes gentes. Ipſum autem propter obedientiam crucis Deus exaltauit, & dedit illi nomē, quod E eſt ſuper omne nomen.

## CAPVT XLVII.

a ¶ Qui Dauid de adulterio Bethſabee, & nece Vriæ corripuit.

POST hæc ſurrexit Nathan propheta 1
in diebus Dauid. Et quaſi adeps ſepa- 2
ratus † à carne, ſic Dauid à filijs Iſrael. 3
Cum leonibus luſit quaſi cum agnis, 4
& in vrſis ſimiliter fecit, ſicut in agnis
ouium in iuuentute ſua. Nunquid non 5
occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente? In tol- 6
lendo manum in ſaxo fundæ, deiecit exultationem Goliæ,
vbi inuocauit Dominum omnipotentem. Et dedit in dexte- 7
ra eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu
gentis ſuæ. † Sic in decem milibus glorificauit eum, & lau- 8
dauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi co- 9 10
ronam gloriæ. Contriuit enim inimicos vndique, & extir- 11
pauit Philiſthijm contrarios vſque in hodiernum diem.
Contriuit cornu ipſorum vſque in æternum. In omni ope- 12
re dedit confeſſionem, ſancto & excelſo in verbo gloriæ. De 13 14
omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fe-
cit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam. Et ſtare 15
fecit cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecit 16
† modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tem- 17
pora vſque ad conſummationem vitæ, vt laudarent nomen 18
ſanctum Domini, & amplificarent mane Dei ſanctitatem. 19 20
† Chriſtus purgauit peccata ipſius, & exaltauit in æternum 21
cornu eius. Et dedit illi teſtamentum † regni, & ſedem glo- 22 23
d riæ in Iſrael. Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus, & propter 24

† eſt. † 1.Reg.18. † modulos † Spiritus † regum

d *Poſt ipſum ſurrexit ſenſatus.* Myſticè, Salomon, qui interpretatur pacificus, Chriſtū ſignificat; de quo dicitur, *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abūdantia pacis. Multiplicabitur eius imperiū, & pacis non erit finis, &c.* Qui templum Dei ædificauit, id eſt, eccleſiam de viuis lapidibus conſtructam vbi F laus eius & gloria permanet in æternum, & dedit illi Deus diuitias Gentium: quia poteſtatem cęli & terræ contulit, & magnificauit eum ſuper reges terræ, & ſuper omnes ſanctos exaltat⁹ eſt Chriſtus: quoniam nullus æquabitur Domino in filijs Dei; & vniuerſa terra deſiderat videre vultum regis noſtri, id eſt, eccleſia catholica: vnde, *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam* ☞ *Domine*

## NICOLAVS DE LIRA.
## CAPVT XLVII.

☞ POſt hæc ſurrexit. *Hic conſequenter ponitur laus patrum tempore regum, quod propriè incipit à Dauid, in quo regnū fuit ſtabilitū. Et diuiditur in tres partes, nā primo ponitur laus patrum tranſmigrationem Babylonis præcedentium; ſecūdo, tempore trāſmigrationis exiſtentium, c,49.ibi,* Præter Dauid; *tertio, tranſmigrationem ſequētiū, ibi* Quomodo amplificemus Zorobabel: *Prima in tres, quia primo de regibus aliquibus loquitur, Secundo de prophetis aliquibus ſeq.c. Tertio, ad loquendum de regibus reuertitur, ibi:* Ezechias. *Prima in tres, qui primo ponitur Dauid commendatio, ſecundo Salomonis laus, & vituperatio, ibi:* Poſt ipſum, *tertio Roboam fatuitas, & Ieroboam enormis præuaricatio, ibi,* Et finem habuit, *vt virtutes bonorum magis eluceſcant iuxta vitia malorum. Circa primum dicitur:*

1 Poſt hæc ſurrexit Nathan propheta, *ad dandum populo virtutis exempla.*

2 In dieb. Dauid. *vt patet 2. lib. Regum. in pluribus locis. Et ſubditur de Dauid,*

3 Quaſi adeps ſep. à car. ſic Da. à fil. Iſ. *In ſacrificijs enim Deo oblatis pro peccato, & ſacrificijs pacificorum, quæ non totaliter cremabantur, adeps ſeparatim ad honorem Dei cremabatur: de cæteris carnibus vna pars erat ſacerdotum, & alia offerentium in hoſtijs pacificis; In ſacrificiis autem pro peccato totum erat ſacerdotū, excepto eo quod erat incenſum: per hoc antē intelligitur, quod licet totus populus Iſrael ſeruiret Deo, Dauid tamen multo deuotius alijs.*

4 Cum leonib. luſit &c. *id eſt, ita faciliter eos interfecit, ſicut agnos. 1. Reg, 17. d.* Veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos & percutiebam, &c.

5 In inuen. ſua. Nunquid non occid. gigantem, &c. *ſcilicet Goliath, vt patet 1, Reg. 17.*

6 Et abſtulit opprob. de gente ſua. *nam Goliath exprobrabat eis, quod nullus audebat cum eo pugnare ad certamen ſingulare.*

7 Et ded. in dex. eius tol. hom. *ſ. de vita præſenti per mortem.*

8 Sic in decem mil. glorif. eum. *id eſt laudari fecit. 1. Reg. xviij. b.* Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia, &c. *Et quia ipſe* ſolus pro decem milibus computabatur. *i. Reg. xviij.*

9 Et lau. e. in be. do. *i. laudabilē eū fecit. ex bonis, quæ ſibi tribuit.*

10 In offerendo illi coronam gloriæ, *id eſt, conferendo ſibi dignitatem regni prę cæteris fratribus ſuis maioribus.*

11 Contriuit enim inimicos vndique. *vt patet ij. Reg. v. & viij.*

12 Contri. cornu ipſorum. *i. ſuperbiā eorum & poteſtatem deiecit.*

13 In omni opere dedit confeſſionem ſancto, *id eſt, Deo, qui eſt ſanctus ſanctorum.*

14 In verbo gloriæ, *id eſt, gloriam de omnibus illi attribuendo. Cætera patent vſque ibi,*

15 Et ſtare fecit cantores circa altare. *ſ. holocauſtorum, vbi canebant laudes diuinas, quando offerebatur ibi ſacrificium.*

16 Et in ſono eorum dulces fecit mo. *quia fecit Pſalmos, quos canebant cantores in muſicis inſtrumentis.*

17 Et dedit in celebrationibus, &c. *quia diuinum cultum augmentauit in ſacerdotibus, Leuitis, & cantoribus. ij. Paralip. xxv.*

18 Et or. temp. &c. *i. ſolennitates, quæ fiebant diuerſis anni temporibus.* 19 Et amplific. mane Dei ſanct. *laudibus & hymnis.*

20 Chri. purga. pec. ip. *ſic habent libri correcti. Licet enim Chriſtus ſecundum humanitatem poſt Dauid fuerit, tamen ſecundū diuinitatē eſt æternus. Heb. 13. b.* Ieſus Criſtus heri & hodie ipſe & in ſecula. *Vnde & autor huius libri ſuprà 24. tractauit de incarnatione ſapientiæ increatæ, vt ibi dictū fuit, & ſic loquitur hic:* Chiſtus, *qui eſt ſapientia increata,* 21 Purg. pec. ipſius. *ſ. adulterij, proditionis, & homicidij in facto, Vriæ.* 22 Et exal. in æter. *i. poteſtatē & dignitatē regni, quod maximè verificatum eſt in Chriſto*, cuius regni non erit finis. *Luc. j. c.* & qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnē. *ad Rom. j. ca.* 23 Poſt ipſum *Hic proſequitur de Salomone, cuius primo ponitur commendatio, cum dicitur.* Poſt ipſum ſurrexit filius ſen. 3. *Reg 3. b.* Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, intantum, vt nullus ante te ſimil. tibi fuer. &c. 24 Et propter il. *ſ. Dauid.*

☞ *Domine requirã.* Huic omnes munera offerunt: vnde, *Adorabunt* A *eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei.* Bona verò Salomonis, Pſal.71.c. bonos qui ſunt in eccleſia ſignant, mala autem malos. Sicut in vna area bonos ſignificant grana, malos verò palea.

a *Vt faceres im.* RAB. Quia decẽ tribus ſecutæ ſunt Ieroboam, & 3.Reg.12.c. duç Roboã, de Ephraĩ fuit Ieroboã, qui primus in decẽ tribubus crudeliter regnauit.

b *Finem habuit Salomon, &c.* ✠ RABBANVS. Huius loci ſenſum ediſſerit hiſtoria Regum, quæ narrat, quòd Roboam filius Salomonis relicto vtili ſeniorum conſilio, conſilium iniit B cum pueris coæuis ſuis, & per durum reſponſum, quo reſpondit populo, dicens: *Pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem reddam ſuper iugum veſtrum; pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus*; iratus populus reliquit domum Dauid, & elegit Hieroboam filium Nabath. Omnis videlicet C Iſrael, exceptis duabus tribubus, hoc eſt, Iuda & Beniamin; decem autem tribus fuerunt ſub Hieroboam.

c *Et reliquit poſt ſe.* Matt.7.b. Myſticè. Roboã, qui interpretatur latitudo populi, ſignificat malos Eccleſiæ prælatos, qui ingrediuntur latam & ſpacioſam viam, quæ ducit ad mortem, per quam multi ambulant. Angustam verò, quæ paucorum eſt D & ducit ad vitam, ingredi detrectant; Relictóque ſanctorum patrum conſilio, iuuenum deſideria & adulationes ſequuntur, vnde, *Væ terræ, cuius rex puer eſt, & principes mane comedunt.* Eccle.10.c.

illum †deiecit omnem potentiam inimicorum. Salomon 1
a ¶ Quia fuit pax in diebus eius. 2
imperauit in diebus pacis, cui ſubiecit Deus omnes hoſtes, 3
a ¶ Templum. b ¶ Vtenſilia templi.
vt conderet domum in nomine ſuo, & pararet ſanctitatem
a ¶ A Deo à quo poſtulauit ſapientiam.
in ſempiternum, quemadmodum eruditus eſt in iuuentute 4
a ¶ Flumen Dei repletum eſt aquis. b ¶ Naturas rerum terrenarum.
ſua. Et impletus eſt quaſi flumen ſapientia, & terram rete- 5 6
a ¶ Salomon. b. ¶ i. multa diſpoſuiſti ænigmata.
xit anima ſua. Et repleſti in comparationibus ænigmata, ad 7 8
a ¶ Per ſapientiam & fortitudinem.
inſulas longè diuulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in
a ¶ In canticis canticorum. b ¶ In parabolis. c ¶ Similitudinibus.
pace tua. In cantilenis & prouerbijs & comparationibus &
a ¶ Expoſitionibus.
interpretationibus miratæ ſunt terræ, & in nomine Domini 9
a ¶ Quia multiplicauit ei Deus aurum & argentum. 10
†Dei, cui eſt cognomen Deus Iſrael. Collegiſti quaſi auri- 11
chalcum aurum, & vt plumbum compleſti argentum. †Et 12 13
a ¶ In ſenectute. b ¶ Non fuit timor Dei ante oculos eius.
inclinaſti femora tua mulieribus. Poteſtatem habuiſti in 14
a ¶ Infamiam. b ¶ Quam prius habuiſti.
corpore tuo. Dediſti maculam in gloria tua, & prophanaſti 15
a ¶ Filios. ¶ Dei. 16
ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæ- 17
a teris ſtultitiam tuam, vt faceres imperium bipertitum, & ex 18 19
a ¶ Non obliuiſc. miſereri Deus, nec continet in ira. 20
Ephrem imperare imperium durum. Deus autem non de- 21
a ¶ Quæ promiſit Iacob & Dauid. 22
relinquet miſericordiam ſuam, & non corrumpet, neque 23
¶ Iacob, vel Dauid.
delebit opera ſua, neque perdet à ſtirpe nepotes electi ſui, & 24
ſemen eius qui diligit Dominũ non corrumpet. Dedit autem 25
a ¶ Reliquam, ſcilicet, partem, quæ non ſecuta eſt Ieroboam. ¶ Vitæ.
b reliquum Iacob & Dauid de ipſa ſtirpe, & finẽ habuit Salo- 26
c mõ cum patribus ſuis. †Et reliquit poſt ſe de ſemine ſuo gen- 27
a ¶ Stultum filium. ¶ A ſe.
d tis ſtultitiã, & minutũ à ſua prudentia Roboã, qui auertit gen- 28

Ieroboam verò ſignificat hæreticos, qui catholicæ fidei vnitatem hæreſibus ſcindunt, & ſubditos ſuos cultui dæmonum tradunt. Interpretatur autem Ieroboam diiudicans populum. *Hæretici* enim populum diiudicare videntur, cum errorem ſuum ſequi faciunt. Vnde Ahias miſſus ad Ieroboam E ait: *Tolle tibi decem ſciſſuras: Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum Salomonis, & decem dabo tibi tribus. Porrò vna tribus remanebit propter ſeruum meum Dauid, &c.* quia Ieroboã legis præcepta violando corrupit, & vna tribus cum ſobole Dauid remanſit, dum ſanctorum ſors F iuſta apoſtolicam doctrinam in regula catholicæ fidæi permanſit. *Quia vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma.* 3.Reg.11.e. Epheſ.4.a.

d *Auertit gentem conſilio ſuo.* Credens, ſcilicet, conſilio iuuenum & dicens, *Pater meus cecidit vos flagellis, & ego cedam vos ſcorpionibus.* 3.Reg.12.d

†requieuit in ſalitudine †Dei †3.Reg.11.a †3.Re.12.c.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deiecit, *Dominus,*

2 Omnem poten. ini. &c. *populi Iſrael.*

3 Salomon imperauit in diebus pacis, *vt ędificaret templum domini ad quod requirebatur pax populi, propter magnitudinem expẽſarum, & multitudinem operariorum, vt patet iij. Reg. & ij. Paralip.*

4 Quemadmodum eruditus eſt, &c. *à Dauid patre ſuo, qui dedit ſibi exemplar, & deſcriptionem omnium fiendorum in templo, vt habetur j. Paralip. xxviij.*

5 Et impletus eſt quaſi flumen ſapientia, *ex infuſione diuina.*

6 Et terram retexit, &c. *diſſerẽdo de animalibus & iumentis greſſibilibus in terra, & diſputando de lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete, vt habetur. iij. Regum iiij.*

7 Et repl. *Mutat modum loquendi de tertia perſona ad ſecundam.*

8 In comparationi. ænigma. *dilucidando ea reginæ Saba, quæ venit in nomine domini tentare eum in ænigmatibus. ij. Regum. x. Cætera patent vſque ibi,*

9 Miratæ ſunt terræ. *i. habitatores, de his quæ feciſti & dixiſti.*

10 In no. &c *ſcilicet Dei, miratæ ſunt, ſcientes quòd omnia tibi data à Deo proceſſerunt.*

11 Cui eſt cognomen Deus Iſ. *cognomẽ enim alicuius determinat nomen principale, ſic eſt in propoſito. Eſt enim* Deus *omniũ per creationem, ſed cognominabatur Deus Iſrael per ſpecialem cultum.*

12 Collegiſti. *Hic conſequẽter ponitur eius vituperatio, cũ dicitur,* Colleg. quaſi aurichal. *Licet enim hoc fecerit ex magna induſtria, tamen fuit auaritiæ nota, & maximè quia grauabat populũ, hoc nõ obſtante, quòd aurum in multa haberet copia, ſicut dixerunt filio eius. iij. Re. vij. a.* Pater tuus duriſſimum iugum nobis impoſuit, *&c*

13 Et inclinaſti femora tua mu. *iiij. Reg. xj. a.* Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. *Et ſequitur ibidem:* Et auerterunt mulieres cor eius.

14 Poteſtatem habuiſti in corpote tuo, *id eſt, ad implendum corporis tui voluptatem.*

15 Dediſti maculam, *infamiæ,*

16 In gloria tua, *quam habuiſti ante ex magnitudine ſapientiæ & virtutis tuæ.*

17 Et prophan. ſemen tuum. &c. *id eſt, filium tuum abominabilem & odibilem feciſti demerendo.*

18 Et in cæteris, *de populo Iſrael.*

19 Stultitiam tuam, *induxiſti per effectum.*

20 Vt faceres imperium, &c. *nam propter eius peccata regnum eius fuit diuiſum in regnum Iſrael & Iuda. iij. Regum xij.*

21 Et ex Ephrem, &c. *Fuit enim Ieroboam primus rex Iſrael de tribu Ephraim. vt habetur. iij. Reg. xj.*

22 Imperium durum, *nam ad colendum vitulos aureos induxit populum. iij. Regum. xij. Sed quia propter merita Dauid remanſerunt filio Salomonis duæ tribus, ſequitur,*

23 De. au. non dere. miſe. ſu. *erga Dauid progeniem, ideo ſequitur.*

24 Neque perdet à ſtirpe, *regia,*

25 Nepotes electi ſui, *ſcilicet, Dauid, quem elegit ad regimen. j. Reg. xvj. Cætera patent ex dictis.*

26 Et finem. *Hic ponitur Roboam & Ieroboam vituperatio cũ dicitur:* Et finem habuit Salomon. *iij. Re. xj.*

27 Et reuel. poſt ſe de ſem. ſuo gen. *i. Roboã filiũ eius ſtultum.*

28 Qui auer. gent. conſi. ſuo. *relinquens enim conſilium ſenũ, & adhærens conſilio iuuenum, qui ſecum nutriti fuerunt, reſpondit populo*

Et· ☞ fatue

☞ a *Et Hieroboam filium Nabath.* ✠ RABAN. Hieroboam, qui decem tribus à domo Dauid & à templo Dei ſeparans ad idololatriam perduxit, ſignificat hęreticos, qui diſſenſionem amant, & vnitatem fidei catholicæ hæreſibus ſcindunt, ac ſic cultui malignorum ſpirituũ ſibi obſequentes tradunt; interpretatur autẽ Hieroboam diiudicãs populum. Nam & hæretici diiudicare populum videntur, cùm erroris ſui ſequacem faciant: cui rei bene cõueniũt verba prophetę Achię Salonitis, qui miſſus eſt ad Hieroboam, ita dicẽs: *Tolle tibi decẽ ſciſſuras, hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porro vna tribus remanebit ei propter ſeruum meũ Dauid & ciuitatem Hieruſalem, quã elegi ex omnibus tribubus Iſrael.* Decem enim ſciſſuras Hieroboã accepit, cùm legis præcepta violando corrupit: & vna tribus cum ſobole Dauid remanſit, dum ſors ſanctorum iuxta Apoſtolicam doctrinam in regula fidei catholicæ permanſit, quia *vnus eſt Dominus, vna fides, vnum & baptiſma.* D

a ¶ Reliquit ſubaudis. b ¶ In cultura aureorum vitulorum, quos facit populo adorari.
a tem cõſilio ſuo: & Ieroboam filium Nabath, qui peccare fe- 1
a ¶ Decem tribus Ephraim, vel poſteris regibus.
cit Iſrael: & dedit viam peccãdi Ephraim, & plurima redun- 2
a ¶ Ne irent in Ieruſalem, vel vt ducerentur captiui in Aſſyrios. 3
dauerunt peccata eorum. Valde enim auerterunt illos à terra 4
a ¶ Vt inueniret nouas nequitias. b ¶ In aduentu Chriſti: ipſe enim conuerſos ad ſe defendit & liberat ab omnibus peccatis. 5
ſua. Et quæſiuit omnes nequitias, vſquedum perueniret ad il- 6
los defenſio, & ab omnibus peccatis liberauit eos. 7
8

NICOLAVS DE LIRA.

*fatuè & durè di.* Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autẽ cædã vos ſcorpionibus *propter quod receſſerunt ab eo decẽ tribus. 3. Re. 12.*

1 Et Ieroboã filium Na. qui pec. *per idololatriam, vt dictum eſt.*

2 Et dedit viam pec. Ephraim. *id eſt, ſuis ſucceſſoribus, eo quod idololatriam introduxit primus.*

3 Et plu. re. pec. ip. *Abyſſus enim abyſſum inuocat, ideo ex idololatria declinauerunt ad vitia multa & enormia.*

4 Valde enim auer. *id eſt, iſta peccata enormia fecerunt eos captiuari longe à terra ſua. 4. Regum 18.*

5 Et quæſiuit omnes ne. *tribus Ephraim ad inſtinctum Ieroboam.*

6 Vſque dum per. ad illos defenſio. *id eſt, licentia Cyri regis Perſarum, vt poſſent redire liberè in Iudæam, quæ licentia fuit publicata non ſolum in Babylonia, ſed etiam in regno Perſarum, & Medorum, in quibus regnabat Cyrus. 1. Eſdr. 1. Et in illis terris erant multi de regno Iſrael captiuati, ſicut patet de Tobia, qui fuit captiuus in Niniue, & Gabelus in Rages ciuitate Medorum, vt habetur Tob. 1.*

7 Et ab om. pec. *id eſt, à captiuitate eius inducta pro ſuis peccatis.*

8 Libe. eos. *ipſe Cyrus, quantum fuit in ſe, tamen pauci de decem tribubus redierunt, quia plures ſatis remanſerunt detenti amore vxorum, quas ibi acceperant, & prolis quam genuerant, & poſſeſſionum quas acquiſierant: propter quod dicunt Hebræi, quod illi de decem tribubus non redierunt de captiuitate, quia quod modicum eſt quaſi nihil reputatur, vt habetur 2. Phyſicorum.*

## CAP. XLVIII.

4. Reg. 1. b. a ET *ſurrexit qua. ig.* RAB. Qui duos quinquagenarios ab Ozia rege miſſos, cæleſti igne combuſſit.

3. Reg. 17. a. Ibidem d. b *Qui induxit.* Myſticè, Fames trium annorum, verbi Dei, & fidei Trinitatis inediam figurauit. Quod filium matrisfamilias (expandens ſe tribus vicibus ſuper puerũ) ſuſcitauit, Chriſtum ſignificat, qui per fidẽ ſanctæ trinitatis genus humanum ſuſcitauit à morte peccati. Duo quinquagenarij ad eũ ducendum miſſi, cum militibus ſuis ſunt cõbuſti, tertius remanet incolumis. Quinquagenarius enim eſt confeſſio pœnitentiæ, quo declaratur remiſſio peccatorum. Iudæi nolentes Chriſtũ Deũ eſſe perfectum, nec principem pœnitentiæ dicunt ad eum: *Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidiſti?* (Ioan. 8. g.) Ideo diuini ignis incendio extinguuntur. Tertius verò, quia conuerſus ad fidem Trinitatis, pœnitentiæ ſacramenta cognouit, indulgentiam meruit. Iuſſu Dei reges vnxit, & prophetam Eliſeum in vltionem inimicorum, dicẽte ſibi Domino (3. Reg. 19. c.), *Quicunque fugierit gladium Azaelis occidet eum Iehu: & quicunque fugerit gladium Iehu, occidet eum Eliſæus, &c.* Non quod Eliſæus homicida fuerit, vel tyrannus, ſed diuina vltio vnicuique reddit ſecundum opera ſua. Aliquando per reges, aliquando per prophetas, alios mucrone, alios tranſuerberat gladio linguæ: vnde, *Dolaui eos in prophetis, occidi eos in verbo oris mei.* (Oſee 6. b.) Elias ſubleuatus in cælũ, aſcenſionẽ Domini ſignificat. (4. Reg. 2. b.)

Notandum autem, quòd Elias in curru aſcendit: homo enim purus adiutorio egebat alieno, id eſt, angelico, qui nec ad cælum aereum per ſe aſcendere poterat, quẽ naturæ infirmitas grauabat; Chriſtus autem non curru, neq; ab angelis leuatur: qui enim fecerat omnia, ſuper omnia ſua virtute ferebatur. (Eliæ & Eliſæo Chriſtus prefertur in aſcenſu.) Enoch tranſlatus vſque ad cælum aereum, Elias ſubleuatus, quos aſcenſionis ſuæ prænuncios, & teſtes voluit habere, vnum ante legem, alium ſub lege, vt quandoque veniret, qui cælos veraciter penetraret. (Gen. 5. d. Act. 1. b.) Vnde & ☞ ordo

† 3 Re. 17. a. † tabefacti ſunt

## CAPVT XLVIII.

a ET ſurrexit Elias propheta, quaſi ignis, 1
& verbum ipſius quaſi facula ardebat. 2
a ¶ Quia clauſit cælum tribus annis & ſex menſibus, vt non plu. ſuper ter.
b †Qui induxit in illos famẽ, & imitã- 3
a ¶ Sacerdotes Baal. 4
tẽs illum inuidia ſua † pauci facti ſunt.
Non enim poterant ſuſtinere præce- 5
pta Domini. Verbo Domini continuit 6
cęlum, & deiecit à ſe ignem terræ. Sic amplificatus eſt Elias 7
8
in mirabilibus ſuis. Et quis poteſt ſimiliter gloriari tibi? Qui 9
¶ Suſcitaſti.
10
ſuſtuliſti mortuum ab inferis, de ſorte mortis in verbo Do- 11
mini Dei: qui deieciſti reges ad perniciem: & confregiſti fa- 12
a ¶ Qui regi ægrotanti prædixit, quod de lecto ſuo non ſurgeret ſanus.
cilè potentiam ipſorũ, & glorioſos de lecto ſuo. Qui audiſti 13
14

NICOLAVS DE LIRA.

*CAP. XLVIII.*

ET ſur. Eli. *Hic conſequenter interſeritur laus quorundam prophetarum, & primo Eliæ, ſecundo Eliſæi, ibi:* Elias qui. &c. *Circa primum dicitur,*

1 Et ſur. Elias proph. quaſi ig. *id eſt, ardens zelo Dei, vnde dixit 3. Reg. 19. c.* Zelo zelatus ſum pro domino exercituum, &c.

2 Et verbum ipſius quaſi fa. ard. *accedendo auditores ad amorem diuinum.*

3 Qui in. in il. fa. *i. in regnum. 3. Reg. 17. a.*

4 Et imi. illum inui. ſua pau. fa. ſunt. *ſcilicet, ſacerdotes Baal, qui quærebant per ignem exaudiri in conſũptione ſui holocauſti, ſicut Elias 3. Reg. 18. f. Et quia non potuerunt, à populo interfecti fuerunt.*

5 Non enim pot. ſuſt. præc. do. *id eſt, eius reſiſtere voluntati, qui mortem eorum præcepit per Eliam.*

6 Ver. do. conti. *tribus annis & ſex menſibus è rore & pluuia. Iacobi quinto. d.*

7 Et de. à ſe ig. *i. orationis ſuæ virtute fecit ignem ad terrã de cælo deſcendere ſuper holocauſtum ſuum. 3. Reg. 18. f. & 4. Reg. j. c. ſuper duos quinquagenarios principes.*

8 Sic am. eſt Eli. *id eſt, declaratus laude dignus.*

9 In mi. ſu. *id eſt, in miraculis ad eius preces factis.*

10 Et quis po. ſi. gl. *q. d. valdè pauci.*

11 Qui ſu. mor. ab in. *ſcilicet, filium viduæ Sareptanæ, quem ſuſcitauit à morte.*

12 Qui de re. ad per. *id eſt, Achab, cui dixit 3. Reg. 21. f.* In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lãbent quoque ſanguinẽ tuum. *Et Ochoziam cui dixit 4. Reg. j. d.* Quia miſiſti nuncios ad conſulendum Beelzebub deũ Accaron, ideò de lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris.

13 Et gl. de le. ſu. *id eſt, duos quinquagenarios principes miſſos ad eum ab Ochozia iacente in lecto ſuo, ſuper quos fecit ignem deſcendere, vt dicitur ibidem.*

14 Qui au. in ſi. iu. *i. ſecretum Dei conſilium quo ſeptem milia virorum reſeruauerat, qui non coluerant Baal: Elia tamen opinante ſe ſolùm fidelem remanſiſſe. 3. Reg. 19.*

☞ ordo per quædam incrementa diſtinguitur, Enoch tranſlatus,
A Elias ad cælum ſubuectus, vt poſtea veniret qui nec tranſlatus nec ſubuectus cælum æthereum ſua virtute penetraret.

Luc. 6. f. 4.Reg. 2. b. a *Elias qui in turb.* Cùm non ſit diſcipulus ſuper magiſtrum, Eliſæus rogat Eliam dicens, *Fiat ſpiritus tuus duplex in me.* Sed niſi myſterium obſeruatur, non eſt opportuna petitio. Elias enim Chriſtum †4.Re. 2. b. ſignat caput noſtrum, Eliſæus verò corpus eius, id eſt, eccleſiam; B dat Elias petendi optionem; † audierunt & Chriſtus inquit: *Petite & dabitur vobis.* Petit ergo Eliſæus, id eſt, popu- 4.Reg. 2. b. lus Chriſtianus, *Fiat ſpiritus tuus duplex in me,* id eſt, duplex gratia Spiritus-ſancti, in remiſſionem, ſcilicet peccatorum, & collationem virtutũ. Chriſtus verò remiſsione peccatorum non eguit, qui peccatum C non habuit. Opera autem virtutum facit. *Si videris,* inquit Elias, *quando tollar à te, erit quod petiſti, ſi autem non videris, non erit.* Qui enim rectę fidei oculos in eum ponit, & fideliter credit paſsionem, reſur- †4.Re.18.c. rectionem & aſcenſionem, petitionis ſuæ fructum accipit. Proiectus eſt mortuus in ſepulchrum Eliſæi, & ad tactum oſsium

a ¶ Vbi. ſ. cum Deo locutus eſt, & vidit viſiones in monte Oreb. b ¶ Aſahel ſuper Syriam, & Iehu ſuper Iſrael.
in Sina iudicium, & in Oreb iudicia defenſionis. † Qui vn-
¶ Eliſæum, ſcilicet.
gis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis ſucceſſores poſt
¶ In cælum, ſcilicet.
te. † Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorũ igneo-
a ¶ Qui venturus eſt ante diem iudicij ſecundum Malachiam prophetam, vt conuertat corda pa. ad fi.
rum: Qui inſcriptus es in iudiciis temporum, lenire iracun-
diam Domini, cõciliare cor patris ad filium, & reſtituere tri-
bus Iacob. Beati ſunt qui te † viderunt, & in amicitia tua de-
corati ſunt. Nam nos vita viuimus tantum: poſt mortem au-
a ¶ Hic eſt, ſcilicet. b ¶ Ne videretur ab hominibus.
a tem non erit tale nomen noſtrum. Elias qui in turbine tectus
b eſt, & in Eliſæo completus eſt ſpiritus eius. In diebus ſuis non
pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. Nec ſu-
a ¶ Significat, quòd myſtica fuit reſuſcitatio mortui, qui proiectus in ſepulchro Eliſæi reuixit.
perauit illum verbum aliquod, & † mortuum prophetauit
corpus eius. In vita ſua fecit monſtra, & in morte † mirabilia
operatus eſt. In omnibus iſtis non pœnituit populus, & non
¶ In captiuitatem.
receſſerunt à peccatis ſuis, vſq; dum abiecti ſunt de terra ſua,
c & diſperſi ſunt in omnem terram, & relicta eſt gens per pau-
ca & princeps in domo Dauid. Quidam ipſorum fecerunt
quod placeret Deo, alij autem multa commiſerunt peccata.
a ¶ Chriſtus. b ¶ Reintegrans murum diſſipatum, & extruens turres. c Quia induxit aquam in ciuitatem.
d Ezechias muniuit ciuitatem ſuam, & induxit in medium
a ¶ De qua dicitur: Impetus lętificat ciuitatem Dei.
ipſius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam
puteum. † In diebus ipſius aſcendit Sennacherib & miſit
Rabſacẽ, & ſuſtulit manum ſuam contra illos, & extulit ma-
num ſuam in Sion, & ſuperbus factus eſt potentia ſua. Tunc
mota ſunt corda & manus ipſorum, & doluerunt, quaſi par-

oſsium eius reuixit: Qui enim firma fide tangit mortem Chri- D
ſti, particeps eſt eius reſurrectionis; vnde, *Ego ſum reſurre-* Ioan. 11. c.
*ctio & vita, qui credit in me, non morietur in æternum.*
b *In Eliſæo completus.* Qui orauit die. *Fiat ſpiritus tuus duplex in
me* & obtinuit. Vnde
in patientia & virtu-
1 te inſuperabilis fuit,
2 qui in vita & in mor- †3.Re.19.b.
te multa ſigna fecit.
3 c *Relicta eſt gens per*
4 *pauca.* Quia domus
5 Dauid, & tribus Iuda,
6 & Beniamin, non penitus abiecerunt cul-
turam Dei, ſed alij
7 eorum fuerunt ido-
8 lolatræ, ſicut Ioram E
9 & Achaz: alij adhæ-
10 ſerunt Deo, ſicut Eze-
11 chias & Ioſias.
12 d *Ezechias muniuit* † rectus Luc. 11. b.
13 *ciuitatem ſuam, & in-*
14 *duxit in medium ipſius*
15 *aquam, & fodit ferro*
16 *rupem, & ædificauit ad* †4.Re.13.d.
17 *aquã, &c.* Quod Eze-
18 chias fontem obtu- † ſua
19 rat, & riuum, qui in
20 medio terræ fluit, ne
21 reges Aſſyriorum in-
22 ueniant aquam; ſigni-
23 ficat, quòd ab hæreti- F
24 cis & Gentilibus di-
25 uina ſint velanda my-
26 ſteria. Quod Senna-
27 cherib rex Aſſyrio-
28 rum miſit manum va-
29 lidam in Ieruſalem per
30 Rabſacen, vt euerte-
31 ret eam, & orãte Eze- Eſa. 38. b.
32 chia & Iſaia cum po-
33 pulo ſuo, ciuitatem
34 extinctis hoſtibus li-
35 beratam in Paral. ple-
36 nè oſtenditur.

☞ a Nam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in Oreb iu. de. *id eſt, diuinæ vltionis, quibus dominus præcepit Eliæ, inungi Eliſæum in prophetam, & Azahel in regem Syriæ, & Iehu filiũ Naſi in regẽ Iſrael ad interfectionẽ idolatrarum. 3. Re. 19. c.*

2 Qui vn. re. ad pœ. *id eſt, ad punitionem idololatrarum. Et eſt repetitio eius quod dictũ eſt de Azabele, & Iehu ad maiorẽ expreſſionẽ.*

3 Et pro. fa. ſuc. *ſcilicet, Eliſæum & Ionam, quem ſuſcitauit Elias, vt prædictum eſt.*

4 Qui receptus es, *in paradiſo terreſtri,*

5 In turbine ignis, 4. *Reg.* 2. *b.*

6 Qui in. es in iu. tem. *id eſt, venire temporibus ante iudicium, ad detegendum perfidiam Antichriſti, Mal. vlt. a.* Mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, vt conuertat cor patrum ad filios, *&c.*

7 Beati ſunt qui te vi. *videntes ſanctam conuerſationem tuam, & tuam audientes doctrinam.*

8 Et in ami. tua de. ſunt. *decore virtutum.*

9 Nã nos vita viuimus tantum. *i. in vita præſenti habemus famam.*

10 Poſt mortem autem non erit tale no. noſtrum, *ſcilicet, quale tuum, quia nec vita noſtra, nec doctrina, nec facta ſunt tui ſimilia.*

11 Elias. *Hîc ponitur laus Eliſæi: Et ad continuationem cum parte præcedenti præmittitur:* Elias, &c.

12 Et in E. com. *id eſt, donum prophetiæ, & miraculorum. 4. Reg. 2. c.* Spiritus Eliæ requieuit ſuper Eliſęum.

13 In die. ſu. non per. *vnde dixit regi Iſrael. 4. Reg. 3. b.* Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. *Et ibid. ſequitur:* Si non vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerẽ, nõ attendiſſem quidẽ te, neq; reſpexiſſem. *Principes etiam miſſos ad capiendum eum à rege Syrię nõ timuit, ſed in mediũ Samarię eos duxit ſuis præcibus aoraſia percuſſos. 4. Re. 6.*

14 Nec ſuperauit illum verbum. *ſcilicet, comminationis vel adulationis ipſum à veritate retrahendo.*

15 Et mor. *ipſum fuiſſe prophetam ſanctum oſtendit, nam mortuus in ſepulchro eius proiectus, ſtatim vt tetigit oſſa Eliſęi, reuixit. 4. Reg. 13.*

16 In vi. ſua. *i. miracula oſtenſione digna, aquas Iordanis diuidẽdo, & aquas Iericho ſanando, Naaman leproſum curando, & filium Sunamitis ſuſcitando: & plura alia, quæ 4. Reg. diffuſe tractantur.*

17 Et in mor. *nam mortuus mortuum ſuſcitauit, vt dictũ eſt: moriens, tribus vicibus Syriã percutiendã à rege Iſrael prædixit. 3. Re. 13.*

18 In o. &c. & non re. à pec. *ſ. idololatria & alijs malis.*

19 Vſque dum abiecti. *per regem Aſſyriorum. 4. Reg. 18.*

20 Et relicta eſt gens per pau. *ſ. tribus Iuda, Beniamin & Leui.*

21 Et princeps *ſcilicet, Ezechias, in cuius anno quarto decem tribus Iſrael fuerunt captiuatę.*

22 Quidam ipſorum. *ſcilicet, regum Iuda.*

23 Fece. quod pla. de. *ſcilicet, Ezechias & Ioſias.*

24 Alij au. mul. com. *ſ. Ioram, Achaz, Manaſſes, & alij plures.*

25 Ezechias. *Hic reuertitur autor ad loquendũ de regibus: & primò de Ezechia, ſecũdo de Ioſia, ſeq. ca. Prima in duas, quia primò ponitur laus Ezechiæ per ſe, ſecundò ſimul cũ laude Iſaiæ prophetæ, ibi,* Nõ eſt commemoratus. *Circa primum dicitur.* Eze. mu. *armis, & victualibus.* 26 Ciui. ſu. *ſcilicet, Ieruſalem, quæ Metropolis erat in regno ſuo.* 27 Et in. *ſcilicet, fontem Siloe, quem fecit intra ciuitatem fluere, qui prius extra fluebat, vt ſic in ciuitate eſſet aquæ copia, & exercitu regis Aſſyriorum penuria.*

28 Et fo. *i. fodere fecit, vt fluxus montis haberet canalem.*

29 Et ædificauit ad aquam. *recipiendam,*

30 Puteum, *id eſt, piſcinam magnam.*

31 In dieb. ipſius aſcen. Semnac. *ad deuaſtandum Iudæam.*

32 Et miſit Rabſac. *de Lachis in Ieruſalem. 4. Reg. 18. & ſubditur.*

33 Et ſuſ. manum. *Ezechiæ, & eius populo comminendo.*

34 Et ex. ma. *comminando deſtructionem regiæ domus, & templi, quæ erant in monte Sion.*

35 Tunc mo. ſ. cor. *ex magno timore.*

36 Et inuocauer. do. *humiliter & deuotè.*

☞ Et

a *Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via patris ſui Dauid, quam mandauit illi Iſaias propheta magnus, & fidelis in cõſpectu Dei &c. v.* RABANVS. Qualiter Ezechias per bona opera placuerit Deo, & quomodo per Eſaiam prophetam ab ægritudine ſua ſanatus ſit, illoque petente ſignum, ſolis curſus pro hoc mutatus ſit, ita vt decem lineis retro rediret, libri Regum, & Paralipomenon, necnon & Eſaiæ volumen ſatis declarant. Hic ergo Eſaias ſpiritu prophetico futura & abſcondita myſteria de aduentu Chriſti, & de redemptione generis humani, de Eccleſiæ quoque ſtatu, & de iudicio Dei futuro copioſiſſimè in libro ſuo diſſeruit. De quo hic aliquid exempli gratia ponere ſuperfluum eſt, cùm penè totus liber, quantum ad ſpiritualem ſenſum pertinet, in his verſetur.

† domini

turientes mulieres. Et inuocauerunt Dominum miſericordem, & expandentes manus extulerunt ad cælum, & ſanctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipſorum. Non eſt commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis ſuis, ſed purgauit illos in manu Iſaiæ prophetæ ſancti. † De-
¶ Hæc in lib. Regum, & in lib. Paralip & in lib. Iſa. plenè exponuntur.
iecit caſtra Aſſyriorum, & contriuit illos angelus † Domini. a Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via patris ſui Dauid, quam mandauit illi Iſaias propheta ma-
a ¶ Ezechiæ. b ¶ Per decem lineas.
gnus & fidelis in conſpectu † Dei. In diebus ipſius retro re-
a ¶ Id eſt, oſtendit additam. ¶ Prophetico. ¶ ſ. Iſaias. ¶ i. vltima ætate futura.
dijt ſol, & addidit regi vitam. Spiritu magno vidit vltima, &
a ¶ Docendo, ſcribendo.
conſolatus eſt lugentes in Sion vſque in ſempiternũ. Oſten-
a ¶ Chriſti aduentum, redemptionem humani generis, & multa alia.
dit futura & abſcondita antequam euenirent.

D

† Subiecit
† 4. Re. 19. B

† Dei

NICOLAVS DE LIRA

1 Et inuocauerunt do. *humiliter & deuotè.* 2 Et ſan. do. Deus. audi. *vocem ipſorum, quia fecit recedere de Iudæa regem Aſſyriorum per regem Aethiopiæ inuadentem regnum ſuum. 4. Reg.* 19

3 Non eſt com. *Hic ponitur conſequenter Ezechiæ laus ſimul, & Iſaiæ, cum dicitur* Non eſt commend. *ſcilicet, dominus.*

4 Pec. illo. *ad puniendum ipſa per regem Aſſyriorum.*

5 Sed pur. illos in manu. *id eſt, per Iſaiam pro ipſis orantem ad Ezechiæ petitionem.* 6 Deiecit caſtra. *& ſubdit modum.*

7 Et con. il. *quia vna nocte percuſſit in caſtris Aſſyriorum, centum & octogintaquinque milia pugnatorum: propter quod Sennacherib fuit conpulſus fugere turpiter ad terram ſuam, vbi filij proprij interfecerunt eum. 4. Reg.* 19.

8 Nam fe. Eze. quod. *purgando Ieruſalem ab idololatria, & inuitando ſacerdotes Leui, & populum ad diuinum cultum. 2. Para.* 29. *&* 30. 9 Et fortiter, *id eſt, conſtanter.*

10 Iuit in via pa. &c. *imitando eum in bonis.*

11 Quam mandauit illi Iſaias, *cui humiliter obediuit Ezechias.*

12 In diebus ipſius, *ſcilicet, Ezechiæ, & ſimiliter Iſaiæ.*

13 Retro rediit ſol, *decem gradibus in horologio Achaz, per preces Iſaiæ ad poſtulationem Ezechiæ.*

14 Et addidit regi. *Ezechiæ, Iſaias denunciando, ſed Deus faciẽdo.*

15 Vitam, *prolongando eam quindecim annis. 4. Reg. 20. b.*

16 Spiri. ma. vi. *i. gratiæ tempora, nam Iſaias de cõceptione Chriſti prophetauit di.* Ecce virgo concipiet. *Eſa. 7. c. Et de eius natiuitate dicens,* Paruulus natus eſt nobis. *Iſa 9. b. Et de eius paſſione dicẽs,* Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. &c. *Iſa. 54.*

17 Et conſolatus eſt lu. in Sion vſque in ſempiter. *Eius enim prophetiæ ſunt ad magnam conſolationem fideliũ vſq; ad finem mundi.*

18 Oſten. fu. & ab. an. eue. *vt captiuitatem futuram per regem Babylonis, & eius liberationem per Cyrum regem Perſarum, Iſa. 45. b. & alia multa valde.*

CAP. XLIX.

a MEmoria Ioſiæ. RABA. Memoriã Ioſiæ regis comparat operi pigmentarij, & mellis dulcedini, & organo muſicæ: quia fama virtutis eius, & ſuauitas modeſtiæ, & ſtudium reſtaurandi cultũ Dei omnem odorem & dulcedinem, & cantilenam ſuperat; quia cum Dauid dicere poterat, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Ioſias (qui interpretatur fortitudo domini) Chriſtum ſignificat: de quo dicitur, *Dominus fortis, dominus potẽs in prælio.* Et, *Chriſtus ſaluum faciet pop. ſu.* Ipſe zelo Dei mundat terram Iuda, & Ieruſalem ab omnibus abominationibus, qui ait: *Zelus domus tuæ comedit me. Et habet ventilabrum in manu ſua, & purgat aream ſuam.*

Pſal. 17. a.
Pſal. 32. b.
Matth. 1. d.
Pſal. 68. b.
Matth. 3. c.
† reges
† potentis
† eius

b *Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes reges peccatum commiſerunt.* Hi tres comparatione aliorum non dicuntur peccaſſe Quod enim peccauerunt, condigna pœnitentia deleuerũt, & deuotiõe & pietate Deo placuerunt.

c *Incenderunt electã ciuitatem ſanctitatis, & deſertas fecerunt vias ipſius in manu Ieremiæ.* Quidam hunc locum in perſona Chriſti intelligunt: Ieremias enim interpretatur excelſus domini, qui deſtruxit regnum diaboli, & contrarias poteſtates, delens chirographum in cruce domini: vnde, *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ, &c.* His autem deſtructis, ædificauit eccleſiam Dei.

Pſal. 2. a.
† gentes

CAP. XLIX.

a MEmoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in cõuiuio vini. Ipſe eſt di-
a ¶ Quia docuit gentem Iudaicam pœnitere ſuper peccatis ſuis.
rectus diuinitus in pœnitentiã Gentis, & abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominum cor ipſius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. b Præter Dauid & Ezechiam & Ioſiam
¶ Ad comparationem horum,
omnes reges peccatum commiſerunt: nam reliquerunt legem † altiſſimi reges Iuda, & contempſerunt timorem Dei. Dederunt enim regnum ſuum alijs, & gloriam ſuam alienigenæ genti. c Incenderunt † electã ciuitatẽ ſanctitatis, & deſer-
a ¶ Sicut Ieremias prophetauerat & ſcripſerat.
tas fecerunt vias † ipſius in mãnu Ieremiæ. Nam malè tracta-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLIX.

MEmoria Ioſiæ. *Hic ponitur laus Ioſiæ regis, cum dicitur,*
1 Memoria Ioſiæ in compoſitio. *id eſt, in omni bono.*

2 In omni ore quaſi mel indul. *id eſt, ſicut eſt ſuauis ad audiendũ, ita dulcis ad referendum.*

3 Et vt muſica in con. vi. *i. ſicut harmonia inſtrumentorum muſicorum valde delectat in conuiuio ſplendido & copioſo, ſic delectabilis eſt memoria Ioſiæ.*

4 Ipſe eſt dire. di. in pœ. gen. *nam gentem regni ſui induxit ad pœnitentiam de peccatis ſuis, & ad cultum vnius veri Dei, deſtruẽs cultũ idololatriæ. 4. Reg* 23. 5 Et gub. ad do. cor. *i. cor Ioſiæ gubernationem regni totaliter ordinauit ad honorem Dei.* 6 Et in di. pec. *i. tempore quo regnabat idololatriæ peccatum, eo quòd pater ſuus Amõ & auus ſuus Manaſſes fuerunt idololatræ maximi.* 7 Corr. pie. *i. cultum Dei reſtituit, & firmiter ſtatuit obſeruandum.* 8 Præ. Da. *Superius poſitæ ſunt laudes patrũ tẽpus trãſmigrationis præcedentium. Hic cõſequenter ponitur laus eorũ qui fuerunt tẽpore trãſmigrationis. Circa quod primò ponitur trãſmigrationis ſeu captiuitatis cauſa, cũ dicitur:* Præter Da. & Ezech. & Ioſi. omnes reges. *tã Iuda, quã Iſrael.*

9 Com. pec. *ſ. idololatriæ aliquo modo. Nõ enim Dauid excuſatur ab alijs peccatis, vt à peccato adulterij homicidij, & proditionis in facto Vriæ, & à peccato iniuſtitiæ, dãdo medietatẽ hæreditatis Miphiboſeth ſeruo ſuo Sibæ. Nec Ezechias à peccato vanæ gloriæ, oſtẽdẽdo magnificentiam ſuam nuncijs regis Babylonis.* 10 Nam reliq. leg. altiſſi. *ſ. Dei, cuius eſt infinita potentia.* 11 Reges Iuda, & contem. timo. Dei *ſicut reliquerunt reges Iſrael.* 12 Dede. enim reg. ſu. ali. & glo. ſu. alienig. &c. *demerendo quod alijs daretur, vtpote Babilonis.* 13 Incend. elect. ciui. ſanc *ſ. Ieruſalem ad diuinum cultum electã, quæ fuit incenſa propter eorum demerita.* 14 Et deſer. fece. ci. ipſo. *nã ciuitate deſtructa nullus illuc veniebat.* 15 In ma. Iere. *i. ſecundã eius prophetiã qui frequẽter dixit eis ciuitatẽ deſtruẽdã, niſi ſe ſubijcerẽt regi Babylonis, Iere.* 38. 16 Nã ma. tra, &c. *ſ. Ieremiã, de quo dixit dominus Iere. 1. b.* Antequã exires de vtero matris ſãctificaui te, & prophetã in Gẽtibus dedi te. *Hũc autẽ malè tractauerunt, ponentes eũ in lacu, vbi nõ erat aqua, ſed lutum, vt ibi moreretur in anguſtia.*

¶ Vnde: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & plantes.
uerunt illum, qui à ventre matris conſecratus eſt propheta,
euertere, & eruere, & perdere, & iterum ædificare & renoua- 1 2
a ¶ In viſione.
a re. Ezechiel qui vidit conſpectum gloriæ, quam oſtendit illi 3
b in curru Cherubim. Nam cōmemoratus eſt inimicorum in 4
c imbre benefacere illis, qui oſtenderunt rectas vias. Et duo- 5
a ¶ Quia dignam memoriam poſteris reliquerunt. b ¶ Prædicatione ſua.
decim prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo: nam corro- 6
a ¶ Annuntiantes ſ. populo verbum Dei, oſtenderunt ſe immunes à crimine taciturnitatis.
borauerunt Iacob, & rēdemerunt ſe in † fide virtutis ſuæ. 7 8
a ¶ Chriſtum, qui eſt magiſter Babylonis. i. mundi.
¶ Ducem populi Iſrael, qui regreſſus de Babylone reſtaurauit templum Domini. 9
d Quomodo amplificemus Zorobabel. Nam & ipſe quaſi ſi- 10
a ¶ Sacerdotem magnum. 11
e gnum in dextera manu Iſrael. Et Ieſum filium Ioſedech: Qui 12 13
in diebus ſuis ędificauerūt domum, & exaltauerunt templum 14
f ſanctū Domino, paratū in gloriā ſempiternā. Et Neemias in 15
¶ Virtutes. 16
memoria multi tēporis, qui erexit nobis muros euerſos, & ſta- 17
a ¶ Doctores, vel opera. 18
g re fecit portas & ſeras, qui erexit domos noſtras. Nemo natus 19 20
h eſt in terra qualis Enoch, nam & ipſe receptus eſt à terra. Et 21

A a *Ezechiel qui.* Rab. Myſticè. Ezechiel, qui roboratus à Deo interpretatur, & in Babylone conuerſans peccatoribus prędixit captiuitatem, conuerſis & pœnitentibus veniam: Chriſtum ſignificat, Dei virtutem & Dei ſapientiam, nos in captiuitate huius ſeculi viſitaſſe, peccatoribus pœnas, & pœnitentibus prædixiſſe remedia. (Myſticè.)

b *In imbre.* Significat, quòd prædicauerit ſuper peccatores vēturam eſſe pluuiam vindictæ, & per viam mandatorum Dei gradientibus promiſerit conſolationem miſericordiæ.

B c *Et duodecim prophetarū oſſa pullulant, &c.* Rab. Duodecim prophetas illos (ni fallor) nuncupat, quos nos minores dicimus, quorum libelli ſimul extant cōſcripti, quorum etiam primus in catalogo eſt Oſee, vltimus verò Malachias: quem Eſdrā Scribam, legiſque doctorē C Hebræi eſſe autumant: horum ergo oſſa de loco ſuo pullulant, quia dignam memoriam bonorum exemplorum poſteris ſuis reliquerāt, qui corroborauerūt Iacob prædicationibus ſuis, & redemerunt ſe in fide virtutis, quando annunciantes populo verbum Dei, ſe immunes fecerunt à crimine noxiæ taciturnitatis, iuxta illam ſententiam Domini, quā ad Ezechielem prophetam, ait: *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, audiens ergo ex ore meo ſermonem annuntiabis eis me, ſi me dicente ad impiū, impie, morte morieris, nō fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram: ſi autē annunciante te ad impium, vt à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via, ipſe in iniquitate ſua morietur, porro tu animam tuam liberaſti.* D

d *Nam & ipſe.* Quia Chriſtum ſignat, qui eſt imago Dei: vt quicunque crediderit in Deum, hic quaſi anulo ſignetur. vnde Aggęus, *Ponā te quaſi ſign. quia te elegi, dicit dominus exercituum.* (Aggæi 2. d.)

e *Et Ieſum fil. Ioſedec.* Quia per gratiam Ieſu Chriſti, qui eſt rex noſter & ſacerdos: poſt captiuitatem diabolicę oppreſſionis reædificatur ecclesia. E

f *Nehemias.* Conſolator Deus, vel conſolatus à Domino. Hîc Chriſtū ſignificat, qui ait, *Rogabo patrē meum, & alium paracletū dabit vobis*; qui ædificat ciuitatem Dei, id eſt, eccleſiam, & conſolatur mœrentes: vnde, F *Ædifi. Ier. do. diſ. Iſ. con. Qui amat con. cord. &c.*

† via

g *Nemo na. eſt in ter. qua. Enoch. &c.* Enoch dedicatio: Hîc Chriſtum ſignificat, qui ædificauit & conſecrauit eccleſiam ſanguine ſuo, qui ſine peccato venit in mundum, & cū gloria ſuſcepturus eſt in cælum. De quo dicitur, *Speciosus forma præ filijs hom. &c.* Et alibi: *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.*

h *Et Ioſeph.* Ioſeph, ſicut Iacob pater eius terram promiſſionis deſiderabat, Ægyptum deteſtabatur; inſtruens nos, vt deſideremus terram viuentium, vt quieſcamus in pace.

Et

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Euertere & erue. & perdere. *Ad hoc enim conſecratus fuit propheta, vt denunciaret euerſionem ciuitatis, & templi, & deſtructionem populi per Chaldęos.*

2 Et iterum ædificare & reno. *per reges Perſarum. Et non ſolùm hoc prophetauit de filijs Iſrael, ſed etiam de multis alijs gentibus & regnis. Ierem. j. b.* Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes, &c. *Conſequenter ponitur laus Ezechielis, cùm dicitur,*

3 Ezechiel qui vidit conſpe. *Illa viſio ponitur c. j. quæ fuit ibi expoſita diffusè de quatuor regnis principalibus, & Deo omnibus præſidēte.*

Ezechiel.

4 Nam commemoratus eſt. *i. in verbis prophetæ ſuæ. Deu xxxij. a.* Cōcreſcat vt pluuia doctrina mea, &c. *Ezechiel enim mala futura illis gentibus, quę filios Iſrael iniuſtè afflixerant, prophetauit, & bona illis, qui eos miſericorditer & iuſtè tractauerant, vt patet eius prophetiam intuenti ſpecialiter à xxj. cap. vſque ad xxxij.*

Duodecim prophetæ.

*Conſequenter ponitur laus duodecim prophetarum ſimul, quorū tamen aliqui fuerunt ante trāſmigrationem Babylonis, & aliqui poſt. ſ. Aggæ⁹, Zacharias, & Malachias, propter quod eorū laus ponitur hic cum eorum laudibus, qui fuerunt tempore intermedio, cùm dicitur:*

5 Et duodecim prophetarum. oſſa pullu. *Tum quia ſepulti fuerūt honorificè ad prolongationem bonæ memoriæ; tum quia veriſimile eſt, quòd ad ſepulchra eorum, ſaltem aliquorum, fiebant miracula, ſicut dictum eſt de ſepulchro Eliſæi cap. prœcedenti.*

6 Nam corrob. Iacob. *id eſt, populum Iſrael in fide, & moribus, ſuis ſanctis exemplis & exhortationibus.*

7 Et redemerunt. *ſe à pœna & culpa peccantium.*

8 In fi. vir. ſuæ. *id eſt, in fidelitate prędicationis ſuæ, de contingētibus nihil omittendo. Et hoc modo dicitur Ezech, 4. f.* Ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.

9 Quomodo. *Hic ponitur laus patrū, tempus tranſmigrationis ſequentium. Et ſecūdò, per modū breuis recapitulationis laus quorūdā præcedentiū, ibi:* Nemo natus. *Circa primum dicitur,* Quomodo amplificem⁹. *i. dignè laudem⁹ Zorobabel, & ſubditur ratio cùm dicitur.* 10 Nam & ipſe quaſi ſig. in dex. manu, *ſcilicet Dei,*

11 Iſrael. *In datiuo caſu. i. populo Iſraelitico ad eius conſolationē. Ad intellectum huius ſciendū, quòd hoc accipitur de fine Aggæi prophetæ, vbi dicitur,* In die illa, dicit dominus exercituum: Aſſumam te Zorobabel fili Salathiel, & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. *Sicut fuit ibidem expoſitum ſecundū Rab. Sal. contra iſtud quod dicitur de Iechonia auo Zorobabel. Iere. 22. f.* Viuo ego dicit dominus, quia ſi fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. *Hic autem accipitur* ſignum, *& Aggęi vltim.* ſignaculū *pro annulo, eo quòd antiquitus literæ principum ſuis annulis ſignabātur, vt patet Eſther. 8. b. Eſt igitur ſēſus ſecundū Ra. Sa. quòd ſicut Iechonias fuit à Deo repulſus propter malitiam ſuam: ſic Zorobabel nepos eius Deo acceptus propter ſuā iuſtitiā; ſed ſicut dictum fuit Aggæi vl. ſcriptura illa melius exponitur de Chriſto. Autor autē iſte, qui fuit Hebræ⁹, videtur ſequi expoſitionē Hebręorum. Poteſt tamē dici, quòd illa litera Aggęi vl. intelligitur de vtroque. De Zorobabel minus perfectè, qui ædificauit templū materiale; & perfectius de Chriſto, qui ædificauit tēplū ſpirituale, ſicut illud. ij. Reg. vij. b.* Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, *intelligitur de Salomone & de Chriſto, etiam ad literam, ſicut diffuſius ſuper epiſtolam ad Heb. j. c. vbi hæc autoritas allegatur dicta de Chriſto.*

12 Et Ieſum filium Ioſedech, *qui fuit ſacerdos magnus in reditu captiuitatis Babilonicæ.*

13 Qui. *ſcilicet Zorobabel & Ieſus.* 14 In diebus ſuis, ædific. domum. *eam fundando tempore Cyri. j. Eſdr. iij.*

15 Et exal. &c. *nam opus impeditum per plures annos reſumpſerunt anno ſecundo Darij regis Perſarum, & conſūmauerunt anno eius ſexto. j. Eſdræ vj. Conſequenter ponitur laus Neemiæ, cùm dicitur.* 16 Et Neemias in me. &c. *ſupple debet eſſe apud bonos.* 17 Qui erexit no. mu. &c. *euerſos à Chaldæis.* 18 Et ſta. &c. & ſeras. *Neem. vij.*

19 Qui erexit, &c. *quia non ſolum muros Ieruſalem reparauit, ſed etiam intra muros plura ædificia.* 29 Nemo. *Hic per modū recapitulationis ponitur laus quorundam patrum tranſmigrationē præcedentium. & primo ipſius Enoch, à quo incepit laudare patres in ſpeciali, ſuprà xliiij. ca. dicit dicit igitur:* Nemo natus eſt in ter. qua. *ſ. in omnibus bonis cōditionibus. Quilibet enim ſanctus habet aliquā gratiā ſpecialem à Deo, quam non habet alius, ſaltē in æquali & ſimili gradu per omnia: propter quod de quolibet confeſſore canit eccleſia.* Nō eſt inuētus ſimilis illi, qui cōſeruaret legē excel. &c. 20 Nā & ipſe receptus eſt à terra. *noſtræ habitationis, & trāſlatus ad paradiſū terreſtrē, vt dictū eſt. ſuprà xliij. c. Cōſequēter ponitur laus Ioſeph, cū dicitur.* 21 Et Ioſeph qui na. eſt homo prin. fratrū. *i. ad hoc nat⁹ eſt, vt*

*eſſet*

a *Et oſſa ip.viſi.* RAB. Significat, quod Ioſeph ante mortem ſuã prænunciauit fratribus ſuis, *Deus viſitabit vos, aſportare vobiſcum oſſa mea de loco iſto.* Et hoc factum eſt, quia filij Iſrael aſportauerũt ſecum oſſa eius de Ægypto, & ſepelierunt in Sichem, quæ eſt Neapolis vrbs Samaritanorum.

A Gen. vlt. d. Exod. 13. d. Ioſ. 24. g.

b *Seth & Sem apud hom.* Seth filius Adam, & Sem primogenitus Noe, tam fide quàm moribus hominibus ſui tẽporis prelati sũt; in quibus Chriſtus ſignificatur, qui Deus & homo eſt, cui Deus *dedit nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,* &c.

† hi Phil. 2. b

a ¶ Auctus, id eſt, Chriſtus, qui eſt gratia Dei pleniſſimus, de cuius plenitudine omnes accepimus.

Ioſeph qui natus eſt homo princeps fratrum, firmamen-

a ¶ Iudeæ. b ¶ Apoſtolorum. vnde: Nunciate fra. me. &c. ¶ Chriſtiani: Ipſe eſt lumen ad reuel. gen. & glo. ple. tuæ Iſrael.

a tum. Gentis, rector fratrum & ſtabilimentum populi, & oſſa 1

a ¶ Præpoſtero ordine, prius prophetas, poſtea patriarchas antiquos poſuit.

b ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetauerunt. Seth 2

& Sem † apud homines gloriam adepti ſunt, & ſuper om- 3 4

nem animam in origine Adam.

∴ RAB. Ordine præpoſtero prius prophetas poſuit, & poſtea patriarchas antiquiſſimos: ſed hic vſus frequentiſſimus eſt ſcripturæ ſacræ, vt loca & tempora in narratione ſua commutet: Seth ergo filius Adam, Sem primogenitus Noe apud homines gloriam adepti ſunt, quia tam fide quàm etiam bonis moribus illius æui hominibus prælati ſunt: quãdo plurimi idololatriæ dijs ſeruiebant, & Deum pœnituit hominem ſe feciſſe in terra; ſed ſi hic ſenſus tibi diſplicuerit, transfer te ad allegoriam, & intellige in iſtis duobus hominibus hunc præfiguratũ, qui Deus & homo eſt, *quem Deus Pater ſuſcitauit à mortuis, & conſtituit ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnẽ principatum & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomẽ quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius.*

D Luc. 13. g.

NICOLAVS DE LIRA.

*eſſet principes fratrum ſuorum, per hoc enim conſeruauit patrẽ & totam cognationem ſuam, Gene xlv. ideo ſubditur:* Firma Gentis, &c.

1 Et oſſa ipſius. *nam filij Iſrael recedentes de Aegypto ea ſecũ portauerunt. Exod. xiij. d.* Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph, &c.

2 Et poſt mor. prophetauer. *Ioſeph fuiſſe verũ prophetã oſtẽderũt: nã hoc prædixerat. Gene. vl.* Deus viſit. vos, aſportare vobiſc. oſſa mea. *Cõſequẽter ponitur laus Seth filij Adæ. & Sẽ filij Noe. cũ dicitur,* 3 Seth & Sẽ apud ho. &c. *virtutis & preſidẽtię, ideo ſubditur,*

4 Et ſu. om. animam in ori. &c. *id eſt ſuper omnem hominem ab Adam deſcendentẽ. Dicit enim hic glo. quod iſti duo habuerunt dominium ſuper omnes homines ſui temporis ſaltem pro aliqua parte vitæ ſuæ: Seth ante diluuium, & Sem poſt ipſum. Non enim eſt veriſimile quod toto tempore vitæ ſuæ habuerint dominium tale, quia non permiſiſſent mala ſic augmentari in terra.*

† eos

CAP. L.

S*imõ Oniæ.* RAB. Ad homines in tempore ſuo peruenit, quia iſte Simon fuit filius Oniæ, qui de Simone cognomine iuſto natus eſt. Onias autem (vt Ioſephus refert) puſillanimis & auarus, Ptholomæo regi tributa nõ reddens, ad iracundiam prouocauit. Moriens autem Onias, Simoni filio ſacerdotiũ etiã reliquit, quo etiam mortuo filius Onias ſucceſsit. Fuit autem hic Simon pontifex Iudæorum, cũ Ptholomæus Euergetes regnaret in Ægypto, in Aſia & Syria Seleucus. Patet Ieſum huius libri ſcriptorẽ, & hunc iſtum Simonem eiſdem fuiſſe temporibus: cùm vitam Simonis & mores tam expreſsè deſcribat Ieſus.

† amplificatus eſt

## CAPVT L.

¶ Simon pone mœrorem, vel audi triſtitiam.

SImon Oniæ filius ſacerdos magnus,

a ¶ Verbo doctrinæ b ¶ Synagogam, ſicut doctores noſtris temporibus eccleſiam.

qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in 1

a ¶ Chriſti autem incarnatio, paſſio, reſurrectio, in fide credentium locata eſt,

diebus ſuis corroborauit tẽplũ. Tem- 2 3

pli etiã altitudo ab ipſo fundata eſt du- 4 5

a ¶ De vtroque populo venientes.

plex ædificatio, & excelſi parietes templi. In diebus † ipſius 6 7

a emanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt 8

ſupra modum. Qui curauit Gentem ſuam, & liberauit 9

a ¶ A peccatis, ſeruitute diaboli. b ¶ Per gratiam Chriſti prædicatorum labor proficit. c ¶ Numero credentium.

illam à perditionẽ. Qui præualuit amplificare ciuitatem, 10 11

a ¶ Ingreſſus domus & atrij eſt ordo doctorum.

b qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione Gentis, & † ingreſ- 12

a ¶ Differentiam doctorum ſignificat, quibus ſpiritus largitur diuerſas gratias, diuidens ſingulis prout vult.

ſum domus & atrij † amplificauit. Quaſi ſtella matutina 13 14 15 16

a *Putei aquarum.* Profunditates ſcripturarum, quæ in diuinis libris ſub figuris latent: ſed ore prædicatorum redundant, quaſi mare ad ſaturitatem plurimorum.

b *Et ingreſſum domus atrij amplificauit.* Quia in rudibus, quos ſignat atrium; & in perfectis, qui ſignantur per domum, magiſtrorũ excreſcit meritum.

⁂ RABBANVS. Ingreſſu domus & atrij excellẽtiſsimus ordo ſanctorũ prædicatorũ amplificatus eſt, quia tã in illis qui rudes adhuc ſunt in fide, quod atrium figurat, quàm etiam in perfectis, domum Dei inceſſu bonorum operum ingredientibus, magiſtrorum excreſcit meritũ, redundans illis ad cæleſte præmiũ. Quod autem eos comparat ſtellæ matutinæ, & luci lunæ, atque fulgori ſolis, diſtantiam eruditionis, & meritorum in ipſis doctoribus ſignificat. In quibus inuicem differunt, habentes gratias diuerſas: quia vt Paulus ait, *vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem: alij quidẽ* per

† ſuis

† in ingreſſu

NICOLAVS DE LIRA. CAP. L.

Simõ Oniæ filius.

SImon Oniæ filius. *Hic vltimò ponitur laus Simonis Oniæ filij, qui ſecundum omnes hiſtoriographos fuit ſummus pontifex Hebræorũ tẽpore Ptholomæi Euergetis regis Aegypti. Illa vero, quę hic dicũtur de laudibus eius, non habẽtur ex libris ſacræ ſcripturæ, tã canonicis quàm non canonicis, qui de ipſo nullam videntur facere mentionẽ. Sed dicũt expoſitores aliqui huius libri, quod Ioſephus eam narrat, ſed vbi, non dicunt: propter quod, reuolui librũ Ioſephi, qui dicitur antiquitatis Iudaicæ, in quo ſperabam eam reperire; ſed de iſto nihil plus repperi, niſi quod defuncto patre ſucceſſit in ſacerdotij principatũ. xij. libro, quod eſt mihi ſatis mirabile: nã ibi ſcribũtur, facta notabilia pontificũ aliorũ illius tẽporis. Et de iſto cuius deſcribitur hic excellentia valde notabilis: nihil amplius quàm illud, quod dictũ eſt cõtinetur. Præſẽs igitur ca. in tres partes diuiditur: nã primò ponitur huius Simonis cõmẽdatio, ſecũdo triũ gentiũ deteſtatio, ibi* Duas gẽtes; *tertiò ſcriptoris huius libri cõcluſio, ibi,* Doctrinam ſapientiæ. *Prima adhuc in tres: quia primò commendatur de ciuitatis & templi fulcimento; Secundo de virtutum ornamento, ibi,* Quaſi ſtella; *tertio de diuini cultus augmento, ibi,* Circa illum. *Circa primum dicitur,* Simon Oniæ fi. *Iſte Onias non eſt ille de quo fit mentio. ij. Macha. iij. ſed fuit ante illum.* 1 Qui in vita ſua ſuffulſ. do. &c. *i. templum, inueterata ipſius reſarciendo.*

2 Et in die, &c. *repetitio eſt eiuſdẽ ſentẽtiæ ad maiorẽ expreſſionem.* Templi

3 Templi etiam alti. &c. *Non poteſt hic accipi altitudo, prout ſignat profunditatem, ſicut dicitur Iohan. v. b.* Puteus altus eſt. *Tẽplum enim illud fundatum fuit per Zorobabel & Ieſum filium Ioſedech tempore Cyri: & per eoſdem conſummatum anno ſexto Darij, vt dictum eſt ca. præce: propter quod ſic exponendum eſt,*

4 Templi etiam alti. ab ipſo fundata eſt *reſarcita, & ad firmitatem reducta; erat enim expoſita ventis & pluuiis magis quàm partes cæteræ, propter quod indigebat reparatione.*

5 Duplex ædificatio, *nam ibi reparanda erant aliqua de lapidibus.*

6 Et ex. *quos fecit reſarciri in parte ſuperiori vbi magis indigebant ratione prædicta.* 7 In die, &c. *nã aquæductũ & piſcinã, quæ fecerat Ezechias, vt dictum eſt ſuprà, c. xlviij. reſtituit in meliorem ſtatum.*

8 Qui cura. gen. ſuam. *Iudaicã, ipſam inſtruendo debitè & regendo.*

9 Et lib. illam à perd. *ſ. peccatorũ, vel à tribulatione circunſtantiũ aduerſariorũ.* 10 Qui præua. ampliare. *aliàs* amplifica. ci. *numeroſitate habitantiũ, & copia victualium.* 11 Qui adep. eſt glo. *i. virtutem & honorem:* 12 In conuer. gen. ſuæ, *per meliorationem vitæ.*

13 Et ingreſſum domus. *i. veſtibulum templi.*

14 Et atrij, *ſacerdotum.*

15 Amplificauit. *antiquata reſarciendo, & in melius reformando.*

16 Quaſi ſtella. *Hic conſequenter cõmendatur de virtutũ ornamẽto, cùm dicitur,* Quaſi ſtella matutina, *quæ clarior eſt cæteris.*

In me.

per ſpiritum datur ſermo ſcientiæ, ſecundum eundẽ ſpiritum: alteri fi-
A des in eodẽ ſpiritu: alij gratia ſanitatũ, in vno ſpiritu: alij operatio vir-
tutũ: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonũ. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult & alibi ait: alia claritas eſt Solis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum: ſtella enim à ſtella differt in claritate. Omnes quidem lucent, ſed ſecundum donum
B ſibi datum à Deo.

a *In accipiendo ipſum ſtolam, &c.* Ordo prædicatorum accipiendo ſtolam glorię, & veſtiendo ſe conſummatione virtutum: iudicium dignitatis ſuæ, & ornatum fidei, & veſtitum bonæ operationis demonſtrat. Hæc enim debent in ſacerdotibus apparere, vt dignè poſſint docere: (quia *cœpit Ieſus fa. & do.*) & pro eis preces fundant.
C
Act. 1. a.

b *In accipiendo autem partes de manu ſacerd.* Partes accipit de manu ſacerdotis, qui bonæ operationis actum exigit à miniſtris.

c *Et conſummatione fungẽs in aram.* Cõſummata oblatio datur excelſo regi, quãdo corpus Chriſti offertur Deo.

d *Effudit in fundamento.* In commemorationem Chriſti, qui eſt fundamentũ eccleſiæ. Huius oblationis eſt odor ſuauiſſimus Deo omnipotenti.
D

a ¶ Doctrinæ verbo & bàptiſmi ſacramento: hoc curant doctores modo,
in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et 1 2
a ¶ Quia in obſcuritate literæ relucet ſplendor ſapientiæ.
quaſi ſol refulgens, ſic ille † effulſit in templo Dei. Quaſi 3 4
† refulſit
a ¶ Scientia ſcripturarum, per quam ſagittæ diuinorum teſtimoniorum. b ¶ Sanguis martyrum in virore naſcentis eccleſiæ.
arcus refulgens inter nebulas gratiæ, & quaſi flos roſarum 5 6
a ¶ Continentia & virginitas. b ¶ Labentis ſeculi.
in diebus vernis, & quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ, & 7
a ¶ Pura oratio. b ¶ In claritate fidei. ¶ Charitatis.
quaſi thus redolens in diebus æſtatis. Quaſi ignis efful- 8
a ¶ Paſſionis. b ¶ Anima. c ¶ Sapientiæ plena.
gens & thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidum orna- 9 10
a ¶ Omni genere virtutum. b ¶ Lux fidei & affectus miſericordiæ.
tum omni lapide precioſo. Quaſi oliua pullulans, & † cu- 11 12
† cypreſſus
a ¶ Altitudo perfectionis, odor bonæ voluntatis, ſicut habent ſancti.
a preſſus in altitudine ſe extollens. In accipiendo ipſum ſto- 13 14
lam gloriæ, & veſtiri eum in conſummatione virtutis. In 15
a ¶ Quia ſacerdotii ſui iura rectè cuſtodit, vt ſubiectos rectè doceat.
b aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictum. In 16 17
accipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe 18 19
a ¶ Primus opere & doctrina. ¶ Vt imitentur. b ¶ Presbyterorum, & eorum qui ſunt minoris ordinis, qui boni paſtoris ſequuntur exemplum.
ſtans iuxta aram. Circa illam corona fratrum, & quaſi plan- 20 21
tatio cedri in monte Libano, ſic circa illum ſteterunt quaſi 22 23
rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria ſua. Oblatio au- 24 25
a ¶ Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. ¶ Fidelium multitudine.
tẽ Domini in manibus ipſorum, coram omni ſynagoga Iſrael 26 27
c & conſummatione fungens in aram amplificare oblatio- 28
a ¶ Chriſti ſanguinem offerendo.
nem excelſi regis porrexit manũ ſuam in libatione, & liba- 29 30
d uit in ſanguine vuæ. Effudit in fundamento altaris odorẽ di- 31
e uinum excelſo principi. Tũc exclamauerũt filij Aaron in tu- 32 33
bis † ductilibus ſonuerunt, & auditã fecerunt vocẽ magnam
† productilibus
f in memoriam coram † Domino. Tunc omnis populus ſi- 34
† Deo
mul properauerunt, & ceciderunt in faciem ſuper terram 35
adorare Dominum Deum ſuum, & dare preces omnipo-

e *Tunc exclamauerũt filij Aaron.* Chriſti ſacerdotes prædicationem exhibuerunt per paſſionem cõſummatam. Ductiles tubæ bene dicuntur, quia prædicatores tãtò creſcunt, quantò tribulationum malleis percutiuntur.
E

f *Tunc omnis populus ſimul properauerunt, & ceciderunt in faciem ſuper terram adorare Dominum Deum ſuũ, &c.* Cum officium eccleſiaſticũ per miniſtros altaris agitur in memoriam Chriſti, populus ad laudem Dei prouocatus, proſternit ſe in faciem, id eſt cordis ſui exhibet humilitatem.
F

g *Dare preces omnipotenti.* Quia quidquid amore Dei agitur, coram Deo eſt oratio, & odor ſuauitatis. Quia omnis eccleſia ſatagit, vt perſeueret in prece vſque ad finem mundi, quando corpus Chriſti in incorruptione honorabitur, & membra capiti ſuo coniungentur.

*Et rog.*

---

## NICOLAVS DE LIRA.

1 In medio nebulæ. *q. d. etiam inter malos refulſit doctrinis & exemplis.*

2 Et quaſi luna. *q. d. in eo nihil apparuit defectus & obſcuritatis.*

3 Et quaſi ſol. *lumine ſuo illuſtrans alios, & ad feruorem charitatis inducens.*

4 Quaſi ar. ref. *diuerſis coloribus: ſic iſte refulſit varijs virtutibus.*

5 Et quaſi flos. *Tunc enim redolent maximè, per quod notatur diffuſio bonæ famæ. ij. Co. ij. d.* Chriſti bonus odor ſum⁹, in omni loco.

6 Et quaſi. *in quo notatur virtus caſtitatis.*

7 Et quaſi thus, *in quo notatur virtus ſuæ orationis, Pſalm. cxl. a.* Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.

8 Quaſi ignis effulgens. *fulgore doctrinæ.*

9 Et thus. *exponatur vt prius.*

10 Quaſi vas auri. *contentiuum ſapientiæ, quæ per aurum deſignatur,* 11 Solidum, *per virtutem patientiæ,*

12 Ornatum om. *i. in omni genere virtutum.*

13 Quaſi oli. *i. in opera miſericordiæ multiplicans, nam oleum oritur de oliua, quod miſericordiam ſignificat, Lucæ x. f.* Alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum.

14 Et cupreſſus in al. ſe. *per contemplationem cæleſtium.*

15 In accipiendo ipſum. *q. d. ex prædictis patet, quod dignus fuit accipere ſtolam gloriæ, id eſt tunicam hiacynthinam, qua ſolus ſacerdos ſummus vtebatur.*

16 Et veſtiri eum, &c. *i. ſuperhumerali & rationali & mitra & lamina ſancta quæ erant conſummatę virtutis ſigna.*

17 In aſcenſu &c. *i. ſignauit.*

18 Sanctitatis amictum. *i. amictus, accipiendo neutrum pro maſculino: Sicut enim dictum eſt, hæc ornamenta ſignificabant excellentiam ſanctitatis, quæ in pontifice debet eſſe præ cæteris, quia ſequeſter eſt, & medius inter populum & Deum.*

19 In accipiendo &c. *i. decimam decimarum, quas accipiebãt ſacerdotes à populo, & de illis decimã partem offerebant ſũmo ſacerdoti.*

Et ipſe

20 Et ipſe ſtans. *i. ſemper paratus ad exercitium ſui officij.*

21 Circa il. *Hic commendatur de diuini cultus augmento. Et primò in miniſtrorum collegio, ſecundo in toto populo, ibi,* Tunc omnis. *Circa primum dicitur,* Circa illum co. *i. ſocietas magna minorum ſacerdotum & Leuitarum ſibi miniſtrantium.*

22 Et quaſi cedri in monte. *ſicut cedri in monte Libano plantatæ ſunt in magna multitudine.*

23 Sic circa il. *ſacerdotes & Leuitæ.*

24 Quaſi ra. *i. ſicut rami palmæ circũdant ſtipitem, ſic iſti pontificẽ.*

25 Et om. fi. Aaron. *Iſti erant minores ſacerdotes, qui erãt nobilius ornati, quam Leuitæ: nam habebant tunicas lineas, balthęos, & mitras.*

26 Ob. au. *i. per manus ipſorũ fiebat in altari holocauſtorũ ideo ſubditur.* 27 Coram om. *i. coram multitudine plebis, quæ non admittebatur ad vidẽdũ oblationẽ incẽſi, quæ fiebat intra tẽplũ: vnde dicitur Lu. i.* Et omnis multitudo populi erat foris orans hora incenſi.

28 Et conſu. *ſuper aram incenſi: Oblato namque ſacrificio in altari holocauſtorum, quod erat ſub dio, cremabatur thymiama ſuper altare incenſi in templo, & tunc erat ſacrificium conſummatum vt habetur Heb. ix.*

29 Amplific. obla. *i. ad offerendum amplam & perfectam oblationem excelſo regi.*

3 Porrex. ma. *i. liquidorum oblationem, & potiſſimè de vino, ideo ſubditur:* Et libauit, &c.

31 Effudit in funda. *nam vinum oblatum ſuper altare in odorem ſuauitatis domino, decurrebat ad baſim altaris, &c.*

32 Tunc Eccl. filij Aaron. *i. minores ſacerdotes.*

33 In tubis. &c. *Dicit enim Ra. Sa. quòd quando fiebat libatio de vino in magnis ſolennitatibus, minores ſacerdotes incipiebãt buccinare & Leuitæ cantores canere.*

34 Tunc omn. po. *Hic commendatur de diuini cultus augmento in populo, cum dicitur,* Tunc omnis. *laudare Deum ſecundum modum ſuum: ideo ſubditur,*

35 Et ceci. in fa. ſuper. *ſ. humiliter & deuotè.*

Et am.

a *Et rog.* RAB. Quia quidquid in vnitate fidei Deo offertur, apud eum recipitur; quicquid extra, impietati deputatur. Magnus fit in eccleſia ſonus, qnando orantibus ſacerdotibus, & benedicentibus, reſpondet omnis populus, amen: qui ſonus tam ad clamorem vocis, quàm ad deuotionem cordis pertinet. *Homo enim videt in facie, Deus autem in corde.* (1.Reg.16.)

b *Tunc deſcen.* Cœtus ſanctorum exultans.

c *Extulit in o.* quando gratias agit pro perfectione laboris in ſalute vniuerſi populi, tunc laudes multiplicat; orationem iterat, quia nunquam à laudibus ceſſat.

d *Oſtendere virtu.* Prędicare ſcilicet miſericordiam eius, qui dat nobis iucũditatẽ cordis, & pacem in temporibus æternis, vt omnes viri iſraelitæ, & amatores regis æterni, prædicent potentiam & bonitatem Dei in liberatione populi ſui.

e *Duas gen.* Ruina duplex, Gentilitas, ſcilicet, quæ idololatria polluta eſt, & conuerſatione vana.

✠ RABBANVS. Duas gentes dicit ſe odiſſe, vna eſt gens Iudaica ſub legis litera conſtituta, quæ etiam & Seir nomine denotata eſt, quod interpretatur hiſpidus vel piloſus. Seir enim idem fuit qui & Eſau, &c. Cuius ideo minor calcaneum tenuit, quia myſticè maiorem populum minor ſuperaturus erat: hæc eſt enim generatio praua & peruerſa & peruerſa atque adultera, iuxta veridicam vocem Euangelij, *quæ occidit prophetas, & lapidauit eos, qui ad ſe miſi ſunt, &c.* (Luc.13.g.) Altera gens eſt Philiſtijm, quæ interpretatur mina duplex, ſignificans gentem nationum, quæ & in idololatria ſceleſtáque conuerſatione ſimul polluta fuit, & ideo odibilis, quia longè à veritatis via errando receſſit. Tertia autem eſt hęreticorum ſynagoga, cuius ſtultus popul⁹ habitat in Sichimis, hoc eſt, in humeris ſiue laboribus, cùm quotidie peruerſa ſcribendo atque praua docendo, ſtultè laborem ſuum cõſumit: quod autem dicit hanc non eſſe gentem, oſtendit, quia non ex vna generatione, vel ſimplici errore ipſi hęretici prodeant, ſed ex diuerſis locis orti, plurimi ſunt erroribus obnoxij, & tamen inter ſe inuicem contrarij: aliter enim Arriani docent, atque aliter Sabelliani, aliter Nouatiani, atque aliter Donatiſtæ. Similiter & cæteri falſis dogmatibus ab inuicem diſcordant, diſſimileſque ſunt ſermone, ſed pares errore.

f *Doctr. ſapi. & diſci. ſcrip.* Opus ſuum cõmendat, oſtendens quàm vtile ſit legenti, meditanti & operanti.

*Oratio Ieſu filij Sirach.* Melius ad totam eccleſiam refertur, quàm ad vnam perſonã, quia in ea multæ ſpecies tribulationum, & diuerſa ſolatia deſcribuntur.

tenti Deo excelſo. Et amplificauerunt pſallentes in vocibus
(¶ Eccleſia.)
ſuis, & in magna domo † factus eſt ſonus ſuauitatis plenus. Et (†auctus)
a rogauit populus Dominum excelſum in prece, vſque dum
perfectus eſt honor Domini, & munus ſuum perfecerunt.
b Tunc deſcendens manus ſuas extulit in omnem congrega-
c tionem filiorum Iſrael dare gloriam Deo à labijs ſuis, & in
nomine ipſius gloriari. Et iterauit orationem ſuam volens
oſtendere virtutem Dei. Et † plus orauit Deum omnium, (†poſt rurſũ)
d qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies noſtros à ventre
matris noſtræ, & fecit nobiſcum ſecundum ſuam miſericor-
diam. Det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacẽ in diebus
noſtris in Iſrael per dies ſempiternos, credere Iſrael nobiſcum
e eſſe miſericordiam Dei, vt liberet † nos in diebus ſuis. Duas (†eos)
(a ¶ Scilicet, hæretica. b ¶ Vna & ſimplex, ſed diuerſis compoſita erroribus.)
Gentes odit anima mea, tertiã autem non eſt Gens quam
(a ¶ Prima. ¶ Scilicet. b ¶ Superbiæ. ¶ Hiſpidi. ¶ Secunda. ¶ Tertia.)
oderim. Qui ſedent in monte Seir, & Philiſthijm, & ſtultus
populus qui habitat in Sichimis. Doctrinam ſapientiæ &
f diſciplinæ ſcripſit in codice iſto, Ieſus filius Syrach, Ieroſo-
lymita, qui renouauit ſapientiam de corde ſuo. Beatus qui
(a ¶ Meditando & opere implendo.)
in iſtis verſatur bonis, qui ponit illa in corde, ſapiens erit ſem-
(a ¶ Sapientia. ¶ Per quam. ſ. ad regnum peruenire valeamus.)
per. Si enim hæc fecerit ad omnia valebit, quia lux Dei ve-
ſtigium eius eſt.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et am. *i. amplè Deum laudauerunt.*
2 Pſallen. in. *Leuitæ cantores.*
3 Et in magna domo. *i. in templo Et accipitur hic templum largè, pro atrio ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum.*
4 Vſque dum perfectus eſt honor. *i. obſequium pontificis, & miniſtrorum ad honorem Dei.*
5 Tunc deſcendens, *pontifex Simon de altari,*
6 Manus ſuas, *ad regratiandum domino; ideo ſubditur,*
7 Dare glo. Deo, *ad benedicendum populo; ideo ſubditur,*
8 Et in nom. ipſius glori. *nam in nomine domini tetragrammatõ, quod dicitur glorioſum, benedicebat pontifex populum.* 9 Et iterauit oratio. &c. Dei. *qui toties paratus eſt dare, quoties deprecatur humiliter & deuote cũ alijs cõditionibus requiſitis ad exauditionẽ orationis.*
10 Et plus ora. *Quod in aliquibus libris interponitur:* Poſt rurſũ *non eſt in libris correctis.*
11 Deum omni. *i. creatorem omnium, & gubernatorem.*
12 Qui magna fe. in. *in omni namque terra apparent effectus Dei mirabiles & magni.*
13 Qui auxit di. no. &c. *alimentum & augmentum conferendo.*
14 Et fecit no. ſecundum ſuam miſe. *peccata noſtra remittendo.*
15 Det nobis iucun. cordis. *dona ſpiritusſancti conferendo.*
16 Et fie. pa. in die. no. in. *vt liberius ſibi ſeruiamus.*
17 Per dies ſem. cre. Iſrael. no. eſſe mi. Dei. *i. vt filij Iſrael per alia regna diſperſi ſemper credant nobis adeſſe miſericordiã Dei, vt ſic magis deſiderẽt venire in Iudæã, & ſuper hoc Deũ orent, ideo ſubditur.*
18 Vt liberet nos in die. ſuis. *à Gentilium ſeruitute.*
19 Duas Gen. *Hic conſequenter ponitur trium Gentium deteſtatio, cum dicitur:* Duas Gentes odit ani. *propter mala quæ fecerunt populo Iſrael.*
20 Tertia autem non eſt. *ſ. tantum quantum duas primas, ita exponunt aliqui. Sed videtur mihi per contrarium exponendum ſic,* Tertia. *ſcilicet, Gens quam odio,*
21 Non eſt gens, *aliqua alia,*
22 Quam oderim, *ſupple tantum quãtum ipſã, vt poſteà videbitur.*
23 Qui ſed. in mon. *hæc eſt, Gens prima. ſ. Idumęorum ab Eſau deſcendentium, qui fuit dominus montis Seir Gen. xxxij. Et ſicut ille perſequutor fuit Iacob fratris ſui, Gene. xxvij. ſic Idumæi ab eo deſcendentes perſequutores fuerunt filiorum Iſrael à Iacob deſcendentium.*
24 Et Phili. *qui multum perſequuti fuerunt filios Iſrael: vt patet j. Re. in pluribus locis.*
25 Et ſtultus popul⁹ qui habi. *Iſti ſunt Samaritani, quos rex Aſſyriorũ adduxit de regno ſuo ad habitandum Samariam, & alia loca circa ipſã, vt habetur iiij. Reg. xvij. & aliqui de iſtis habitabãt in Sichem, vſque ad tempus Chriſti, vt patet Ioh. iiij. Et iſti ſemper fuerũt Iudæis contrarij, & infeſti, vt patet. i. Eſdræ, & Neemiæ in pluribus locis: & magis quàm alij poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, quo tẽpore ſcriptus fuit liber iſte. Ideo dicũtur magis odioſi, quàm alij, qui illo tempore non leguntur Iudæis ſic fuiſſe moleſti; & quia magnam partem occupabant terræ Iudęorum. Dicuntur autem hic populus ſtultus: quia cum dominum colerent, dijs quoque ſuis ſeruiebant. iiij. Reg. xvij.*
26 Doctrinam. *Hic ponitur doctoris huius libri concluſio, cum dicitur,* Doctri. ſap. *quantum ad cognitionem diuinorum.*
27 Et diſ. *quantum ad informationem morum.*
28 Scrip. in co. iſto Ieſ. fil. Syrac *ad diſtinctionem Ieſu filij Ioſedech.* 29 Hieroſoly. *Fuit enim Iudæus natione.*
30 Qui reno. *Multa enim accepit de dictis antiquorum, & maximè de Prouerbijs Salomonis.*
31 De cor. *i. per ſtudium cordis ſui; Vel quia non ab alio fuit ad hoc excitatus, ſed propria voluntate fecit, cum auxilio tamen diuino.*
32 Beatus qui. *meditando & operando, ideo ſubditur:* Qui ponit.
33 Si enim. *i. valens erit in omnibus ad ſalutem ſuam ſpectantibus, & etiam aliorum per ſuam doctrinam.*
34 Quia lux. *i. ſapientia in hoc codice deſcripta, quæ eſt quædam impreſſio diuini luminis,*
35 Veſtigium eius. *i. via ad ipſum perducens.*

Non

☞ CAP.

CAP. LI.

A

*COnfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum.*

a *Quoniam adiutor factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione.*

✠ RABBANVS. Ieſus Chriſtus adiutor & protector eſt ſponſæ ſuæ, qui tradidit ſemetipſum pro ea, vt liberaret eam à perditione originalis peccati.

B

Dan.3.c.

b *Portis tribulationum quæ circundederunt me.* Hæc ſunt ora principum & tyrannorum, vnde minæ prodeunt & fraudulentiæ, quæ ſeruos Dei negare fidem compellunt.

c *A preſſura flammæ quę circundedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus de altitudine ventris inferi, &c.* hoc tribus pueris contigit in camino ignis corporaliter. Sed omnes ſancti ab æſtu perſequutionis liberantur ſpiritualiter:

C

d *Et vita mea appropinquans erat inferno.* Quia vita carnis quotidie deficiēdo ad mortē tendit. Mortē enim *infernum* vocat, quia mors carnis, primi peccati vindicta eſt, ſicut infernus peccantium animarum pœna perpetua.

D

e *Circundederunt me vndique & non erat qui adiuua.* Videns eccleſia ſe ab hoſtibus circundari, & humanum deeſſe ſolatium, à Deo quærit adiutorium, à quo eſt omne bonum, cui attribuit, quod liberatur ab inimicis.

E

f *Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ,*

✠ RABBANVS. Dies enim tribulationis & tempus ſuperborum præſens eſt, vbi boni tribulantur, & impij in ſuperbiam extollūtur. Orat enim ſpōſa Chriſti vt Deus omnipotēs pater Domini ſui Ieſu Chriſti ſe non derelinquat in tēpore neceſſitatis ſuæ: quando ſuperbia iniquorum eam affligere deſiderat cruciatu tormentorum, promittitque ſe nomen eius aſſiduè laudaturam, & collaudare illud in cōſpectu nominis eius vſque in finem vitæ.

F

Cum

*Oratio Ieſu filij Sirach.* CAP. LI.

a ¶ Dominus & rex Eccleſiæ Chriſtus, qui eſt caput & ſponſus eius.
COnfitebor tibi domine rex, & collauda-
bo te Deū ſaluatorē meū. Cōfitebor no-
mini tuo, quoniā adiutor & protector fa-
ctus es mihi, & liberaſti corpus meum à
a ¶ A perſuaſione idololatriæ, ne ſeruirem potius creaturæ quàm creatori.
perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à
a ¶ Perſuaſionibus. b ¶ Philoſophorum, hæreticorum. c ¶ Perſequutorum, vel: fidelium qui expectabant paſſionis meæ aduentum.
labijs operantium mendaciū, & in conſpectu aſtantiū factus
a ¶ A perſecutione. b ¶ Non merita.
es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundū multitudinem mi-
a ¶ Perſecutoribus. ſ. qui ſæuiunt, vt deuorent plebem Dei ſicut eſcam panis.
ſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam, de
manibus quærentiū animā meā, & de † portis tribulationum,
quæ circundederūt me. A preſſura flāmę quę circūdedit me
in medio ignis non ſum æſtuatus. De altitudine ventris inferi,
a ¶ Hæreticorum, vel falſorum teſtium. b ¶ Liberauit me, ſubaudis, ne ius inimicorum perueniret ad interitum animarum.
& à lingua coinquinata, & à verbo mēdacij, à rege iniquo &
à lingua iniuſta. Laudabit vſque ad mortē anima mea Domi-
nū, & vita mea appropinquās erat in inferno deorsū. Circun-
dederunt me vndique, & nō erat qui adiuuaret. Reſpiciēs erā
ad adiutoriū hominū & nō erat. Memoratus sū miſericordiæ
tuę Domine, & cooperationis tuæ, quę à ſeculo ſūt: quoniam
eruis ſuſtinentes te domine, & liberas eos de † manibus Gētiū.
a ¶ Doctrina & miraculis. b ¶ Pœnis & miraculis.
Exaltaſti ſuper terrā habitationē meā, & pro morte defluenti
a ¶ Ieſu Chriſti. Vel Deum.
deprecatus ſū. Inuocaui Dominū patrem domini mei, vt non
a ¶ Præſenti vita in qua impij ſuperbiunt.
derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſu-
perborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſi-
a In vnitate fidelium b ¶ Peccatis vel laudis, c ¶ Diſcedite à me om. qui opera. ini. quo. ex. &c.
duè, & collaudabo illud in confeſſione, & exaudita eſt

† multis tribulationibus

## NICOLAVS DE LIRA.
### CAP. LI

COnfitebor. *In hoc vltimo capitulo ſcriptor huius libri gratias & laudes reddit Deo: ſic procedens, quod Deum primo laudat; ſecūdo ad ſapientiam alios inuitat ibi,* Cum adhuc ſum iunior. *Prima in duas, quia primo ponitur huius laudis inchoatio, ſecūdo eius continuatio ibi.* Laudabit vſque ad mortem. *Circa primum dicit,*

1 Confitebor tibi domine. *omnium per creationem.*

2 Rex, *per eorum gubernationem.*

3 Et collaud. te d. ſal. *per ſpiritualem mei protectionem.*

4 Confi. no. *confeſſione laudis.*

5 Quoniam adiut. *Protector in tentatione diaboli, & adiutor in promotione boni.*

6 Et libe. corpus meum à perditione. *à vicio gulæ & luxuriæ.*

7 A laqueo lin. *i. à vitio detractionis.*

8 Et à la. o. menda. *perincioſum.*

9 Et in conſpe. aſtan. *ſ. angelorum, qui tibi aſtant. Dan. vij. c.* Milia milium miniſtrabant ei, & decies milies centena milia, &c.

10 Factus es mi. adiutor, *contra hoſtes ſpirituales, & corporales; ideo ſubditur,* 11 Et liberaſti me ſecun. mul. 1. *Pet. v. c.* Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret. 12 A preſſura. *incentiuorum libidinis.*

13 Quæ circum. me. *per fomitem exiſtentem in carne.*

14 Et in medi. ign. *libidinoſi ardoris.*

15 Non ſum æſtu. *per conſenſum mortalis peccati,*

16 De alti. *i. de profunditate. Ioh. iiij. b.* Puteus altus eſt. &c.

17 Ventris in. *in qua parte ſunt damnati, ſed ad limbum patrum deſcendebant tunc ſancti.*

18 Et à lin. *verbis ſcurrilibus & immundis.*

19 Et à verbo menda. *pernicioſi.*

20 A rege in. *à diabolo, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.*

Et à

21 Et à lin. iniu. *i. calumniante alios ſine cauſa. Et hæc omnia referuntur ad illud, quod ſuprà ponitur.* Liberaſti me ſecundum multi. no. tui, &c. 22 Lauda. *Hic conſequenter ponitur laudis continuatio cum dicitur:* Laudabit vſque ad mortem anima mea. *i. per totam vitam meam.* 23 Et vita mea ap. erat in infer. de. *ſupple, niſi mihi affuiſſet diuinum auxilium.*

24 Circundederunt me vndique, *ſpiritus maligni qui tentant ex omni parte,*

25 Et non erat qui adiuuaret, *ſ. ex hominibus; ideo ſubditur,*

26 Reſpiciens eram, *ad adiutor. hom. & non erat.*

27 Memoratus ſum miſericordiæ tuæ domi. *quæ ſemper parata eſt adiuuare.*

28 Et cooperationis tuæ, *quia liberaſti ſperantes in te per homines, ſicut liberauit filios Iſrael per Cyrum regem Perſarum de Babylonica captiuitate: & in talibus Deus cooperatur hominibus; ſed quando liberat per ſeipſum immediatè, eſt liberator, & operatur ſolus.*

29 Et libe. eos. de ma. gentium. *idololatrarum.*

30 Exaltaſti ſu. ter. habi. me. *concedendo mihi vitæ proſperitatē.*

31 Et pro morte defluenti. *i. corporali, in quam omnes homines fluunt, ex quo ſunt nati. Sapien. v. c.* Nos nati cōtinuo deſinimus eſſe.

32 Deprecatus ſum, *vt habeat finem bonum:*

33 Inuoca. do. pa. do. mei. *i. Meſſiæ, de cuius generatione æterna, & temporali locutus eſt autor iſte ſuprà xxiiij. ca.*

34 Et non derelin. me. in die tribu. meæ. *i. in die mortis meæ.*

35 Et in tempore ſuperborum. *i. dæmonū, qui tunc maxime impugnant hominem, eo quod ſi tunc euadat manus eorum non poſſunt vltra eum impugnare.*

36 Lauda. no. tuum aſſiduè. *i. horis ad hoc ordinatis.*

37 Et collaudabo il. in. *nam oratio humilis ante Deum eſt exaudibilis ſup. xxxv. b.* Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, *ideo ſubditur.*

38 Et exau. eſt oratio mea. *in ſpe firma: Et ſic intelligitur de hoc quod ſubditur.*

Et libe.

a *Cùm adhuc*. RAB. In iuuentute, vel pueritia maximè præualent vitia: Vnde, *Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris*. *Cũ adhuc*. Poſt cõmunem eccleſiæ orationem: refertquomodo ab infantia quæſierit ſapiẽtiam.

Pſal.14.b.

† oberrarã

b *Priuſquã ob, &c.* Signat ſe ante errorem pueritiæ, vel iuuentutis, deſideraſſe ſapiẽtiam, & à Domino poſtulaſſe, & vſque ad nouiſſimum perſeueraſſe.

c *Tanquam præc.* Decorem ſapientiæ comparat præcoquæ vuæ, vt oſtendat iocunditatem apud eã eſſe. Præcoqua enim vua dicitur, eo quod cito matureſcat.

d *Danti mihi ſapientiam dabo gloriam*.

✠ RABANVS. Rectè dat gloriam datori omnium bonorum pro dono ſapientiæ ſibi conceſſo, quia tanti muneris poſſidere largitatem agnoſcit non ſuæ ſolertiæ, ſed diuinæ gratiæ, ſed quo modo iuſtum eſt vt poſt perceptum donũ intelligẽtię homo ſemetipſum exerceat in bona operatione, iſte amator

† agnitionem

¶ Aliàs eruiſti,
ortio mea. Et liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de
a ¶ Præſentis vitæ.
tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam
a Benefaciendo, bene loquendo.
a tibi, & benedicam nomen Domini. Cùm adhuc iunior ſum
b priuſquam † oberrarem quæſiui ſapientiam palam in oratione mea. Ante tempus poſtulabam pro illa, & vſque in
c nouiſſimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua.
a ¶ Affectus,
Lætatum eſt cor meum in ea, ambulauit pes meus iter
¶ Mandatorum Dei. a ¶ Quia parum ex me profeci.
rectum, à iuuentute mea inueſtigabam eam. Inclinaui mo-
a ¶ Qui petit accipit, & qui quærit inuenit. b ¶ In voluntate mea.
dicè aurem meam & excepi illam. Multam inueni in meipſo
¶ Deo, non mihi.
d ſapientiam, & multum profeci in ea. Danti mihi ſapientiam
a ¶ Laudando, gratias agendo.
e dabo gratiam. Conſiliatus ſum enim, vt facerem illam, zelatus ſum bonum, & non confundar. Collućtata eſt anima
a ¶ Pijs precibus Dei, quærendo auxilium.
mea in illa, & in faciendo eam confirmatus ſum. Manus
a ¶ Totis viſceribus in illa meditando
meas extendi in altum, & in ſapientia eius luxit anima mea & ignorantias meas illuminauit. Animam meam direxi ad
a ¶ Illuminatæ mentis. b ¶ Amatoribus ſapientiæ. c ¶ Mundum.
illam, & in † agnitione inueni eam. Poſſedi cum ipſis cor
¶ Beati mundo corde, &c. a ¶ Ab ea quę dicit: Ego diligentes me di.
f ab initio, propter hoc non derelinquar. Venter meus cõtur-
a ¶ Quia omnis diſciplina in præſenti amata eſt. b ¶ Sapientiam.
batus eſt, quærendo illã, propterea bonã poſſidebo poſſeſſio-
g h nẽ. Dedit enim mihi Dominus linguã † mercedẽ meam, & in
ipſa laudabo eũ. Appropiate ad me indocti, & congregate vos
a ¶ Eccleſiam, vbi vera diſciplina dicitur.
in domum diſciplinæ. Quid adhuc retardatis, & quid dicitis

amator diuinæ ſapientię ſuum exemplũ cõſequenter profert in medium, vt auditor intentus ſuum imitetur ſtudium.

e *Conſi ſum*. Prius dicit ſe conſilium iniſſe vt faceret illã, deinde zelo boni exardeſcere poſtea animam ſuam in ea collućtari, & in faciendo eam ſe confirmatum. Et intellige primum eſſe conſilium, vt ſecernatur à malo bonum, deinde volendum, vt ametur bonum; Poſtremo ſtudium boni operis adhibendum, & aſſiduè. Sic enim confirmatus perueniet ad fructum ſapientiæ. Vnde Sapiẽtia ait, *Meũ eſt conſilium & equitas, prudẽtia mea & fortitudo, in vijs iuſtitiæ ambulabo, et in medio ſemitarũ iudicij, vt diligentes me ditẽ.*

Prou.8.b.

f *Venter meus*. Commotus ad pœnitẽtiam per ſapiẽtię notitiam.

g *Propterea*. Ad perfectionem ſapientiæ peruenire, non eſt humani ſtudij, ſed diuini muneris.

† eruditam

h *Dedit enim mihi Do.* Bona merces eſt lingua erudita: quæ fecit fratres inſtruere & corrigere.

Aperui

## NICOLAVS DE LIRA.

1 Et libe. me de perditione, *gehennæ.*

2 Et eripuiſti me de tem. &c. *i. præſentis vitæ, in quo regnat iniquitas.*

3 Propterea confitebor, *humiliter peccatã mea,*

4 Et lau. di. ti. *in oratione deuota.*

5 Et benedicam no. do. *i. bonum dicam.*

6 Cum adhuc. *Hic conſequenter ad Deum laudandum, alios inuitat. Et primo facto, exemplum ſui inducens, ſecundo, verbo, ibi,* Appropiat. *Circa primum dicitur,* Cum adhuc iu. ſum. *i. tempore quo ſenſus ſunt viuaces.*

7 Priuſquam oberrarem, *per vitia intellectum obſcurantia,*

8 Quæſiui ſapientiam, &c. *deuote & humiliter deprecando, vt aperiret mihi theſauros veritatis ſuæ abſconditos.*

9 Ante tempus, *ætatis prouectæ,*

10 Poſtula. *pro illa conſequenda.*

11 Vt vſque in nouiſ. inquiram eam. *per ſtudium & orationem, nam homo ſemper poteſt proficere in ea.*

12 Et florebit, *in me ſe manifeſtando.*

13 Tanquam præcox vua, *quæ præuenit generalem maturitatem.*

14 Lætatum eſt, &c. *nam meditationes ſapientiæ ſunt delectabiles valde,*

15 Ambulauit pes meus iter rectum. *iuſtitiæ per directionem ſapientiæ.* 16 Inclinaui modice aurem, &c. *ad ſapientiæ doctrinam audiendum. Et dicit* modicè, *quia licet in acquirendo, ſapientiã ſit magnus labor, tamen reſpectu boni magni, quod inde prouenit, eſt modicus reputandus.* 17 Multam inueni, &c. *à Deo mihi conceſſã, ideo ſubditur,* 18 Danti mihi ſapientiam. *ſibi totum attribuendo.*

19 Conſiliatus ſum, &c. *nam ſapientia, quæ eſt Dei donum, non eſt tantum ſpeculatiua, ſed etiam practica.*

20 Zelatus ſum bo. &c. *coram Deo.*

21 Collućtata eſt. &c. *ſ. ſapientia: nam in acquiſitione eius eſt quædam collućtatio animæ.*

22 Et in faciendo eam confirmatus ſum, *nam habitus per exercitium operis confirmatur.*

23 Manus meas extendi in altum. *i. opera mea, vel animam meam per rectitudinem intentionis direxi in Deum.*

24 Et in ſapientia eius luxit, *luce cognitionis diuinorum, & etiam humanorum. Quod autem ſubditur.*

25 Animam meam, & ignorantias meas illuminauit, *non eſt in libris correctis.*

26 Animam meam direxi ad illam, *acquirendam & implendam.*

27 Et in agnitione, *meæ mentis illuminatæ,*

28 Inueni eam, *à Deo mihi datam.*

29 Poſſedi cum ipſis. *ſcilicet effectoribus vel illuminatoribus ſapientiæ.*

30 Cor ab initio, *à iuuentute eam diligendo, & eam exquirendo.*

31 Propter hoc non derelinquar. *ab ipſa ſapientia, quæ dicit,* Ego diligentes me diligo, *Prouer. viij. b.*

32 Venter meus. *i. animus meus.*

33 Conturbatus eſt quærendo illam, *nam in principio antequam eius initium habeatur, anima quandam difficultatem patitur.*

34 Propterea bonam poſſidebo poſſeſſionem: *nam ipſa acquiſita facit delectabiles meditationes, & etiam operationes & locutiones; ideo ſubditur,*

35 Dedit enim mihi linguam, *ad proferendum verba ſapientiæ diſpoſitam, ideo in aliquibus libris ſcribitur,* Linguam eruditam: *ſed ly* eruditam *non eſt de textu: eſt enim quædam gloſſa interlinearis inſerta textui per ſcriptores.*

36 Mercedem meam; & in ipſa, &c *id eſt, per quam poſſum acquirere mercedem æternam, fideliter docendo, & humiliter exorando; ideo ſubditur,* Et in ipſa lau. eum.

37 Appropiate ad me indoc. *Hic conſequenter inducit alios ad ſapientiam verbo, dicens,* Appropiate ad me indocti, *vt efficiamini docti.*

38 Et congregate vos in domum diſci. *nam plures auditores ſimul magis proficiũt, quàm vnus ſolus: quia quod vnus non capit à magiſtro, alius capit; & ſic poſſunt vtiliter adinuicem conferre.*

39 Quid adhuc retar. *q. d. hæc retardatio eſt nociua, dicente poeta.* Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

40 Et quid dicitis in his. *q. d. non habetis excuſationem huius tarditatis.*

Animæ

a ¶ Verbum Dei.
b ¶ Q. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non ha. arg. venite emite.
a in his? Animæ veſtræ ſitiūt vehementer. Apérui os meum 1 2
a ¶ Materiali.
& locutus ſum. ✝ Comparate vobis ſine argento ſapientiam 3
a ¶ Rigorem ſuperbiæ.
& collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra
a ¶ Prope eſt Dominus inuocantibus eum.
diſciplinam. In próximo eſt enim inuenire eam. Videte 4
a ¶ Interioribus. b ¶ Quia ex me parum profeci.
oculis veſtris, quia modicum laboraui, & inueni mihi mul- 5 6
a ¶ Iocunditatem ſapientiæ. ¶ Ergo.
tam requiem. Aſſumite diſciplinam in multo numero ar- 7
a ¶ Diuinæ eloquentiæ. ¶ Senſum.
b gēnti, & copioſum aurum poſſidete in ea. Lætetur anima ve- 8 9
a ¶ Qui ingratus eſt confunditur.
ſtra in miſericordia eius, & nōn cōfundemini in laude ipſius. 10
a ¶ Non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.
¶ Dum lucem habetis, credite in lucem, vt ſitis filij lucis.
b ¶ Iudicij. c ¶ Remunerationem æternam.
Operamini opus veſtrum ante tēpus, & dabit vobis merce- 11 12
a ¶ Iudicio. ¶ Metemus non deficientes.
dem veſtram in tempore ſuo. 13 14

☞ a *Aperui os meum, & locutus ſum. Comparate vobis ſine argento ſapiētiam &c.* ✠ RABBAN. Mercimoniū eſt, vbi deuotio hoc promereri valeat, quod pecuniarum grandis impenſa impetrare nō poteſt: qui ergo intentè diſcit, & diſciplinabiliter viuit, donum cæleſtis ſapiētiæ veraciter obtinebit. Huic ſententiæ ſimile eſt illud Iſaiæ, quod dicit, *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite &c.* ſpreto igitur illo argento & pecunijs, quibus aquas Domini emere non poſſumus; pergamus ad eum, qui tenens calicē ſacramēti diſcipulis loquebatur, *Accipite & bibite hic eſt ſāguis me⁹*, quod vinum miſcuit & ſapientia in cratere ſuo, omnes ſtultos ſæculi mundíque ſapientiam non habentes prouocans ad bibendū: & non ſolum vinum emamus, ſed & lac, quod ſignificat innocentiam paruulorum. De quo lacte dicebat & Paulus. Ergo non iuxta abundantiam ipſam & delicatos cibos, Dominus animæ pollicetur, ſed illas delitias ad quas nos myſticè prouocat dicens, *Delectare ſiue delitijs fruere in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, &c.*

A B C D E F

Mat 26.c. Mar.14.c. Pſal. 36.a.

b *Lætetur anima.* Magna eſt iocunditas cordis, ſi recordatur miſericordiam ſuperni iudicis.

## NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Animæ veſtræ ſitiunt vehemēter. *Nam omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, vt dicitur in principio Metaphyſicæ: licet iſtud deſiderium per occupationem circa inutilia in aliquibus retundatur.*

2 Aperui os meum & locutus ſum. *i. paratus ſum gratis vos docere propter Deum: ideo ſubditur,*

3 Comp. vobis, &c. *& patet. Sed quia poſſet ſe aliquis excuſare propter difficultatem acquiſitionis ſapientiæ, ideo hoc remouet dicens,*

4 In proximo eſt enim inuenire eam, *quantum ad eius principia, quæ ſunt per ſe nota: Et inducit exemplum de ſeipſo, dicens,*

5 Videte oculis veſtris, quia modicum laboraui, *reſpectu magnitudinis boni conſecuti; ideo ſubditur,*

6 Et inueni mihi multam requiem, *id eſt ſapientiæ iocunditatem.*

7 Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti, *id eſt illam præponentes multæ pecuniæ numeroſitati Sapien. vij. a.* Tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius,

8 Et co. au. poſ. in ea *i. eius poſſeſſio melior eſt multo auro, Sapien. vij. a.* Omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua.

9 Lætetur &c. in miſer *ſcilicet Dei qui eſt ſapientia increata.*

10 Et non confun. &c. *ſed magis honorabimini.*

11 Operamini opus veſtrum. *i. vobis à Deo iniunctum.*

12 Ante tempus, *ſcilicet mortis, in qua ceſſabit tempus meritoriæ actionis:*

13 Et dabit vobis mercedem veſtram, *ſcilicet vitam æternam,*

14 In tempore ſuo. *i. in tempore à Deo diſpoſito, qui attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: Cuius nomen eſt benedictum in ſecula ſeculorum. Amen.*

Hic in aliquibus bibliis ſolet poni Oratio Salomonis, quam non poſuimus, quia habetur iij. Regum viij. c. & ij. Paral. vj. c.

# Romanæ correctionis,

## IN

# LATINIS BIBLIIS

## EDITIONIS VVLGATÆ,

## LOCA INSIGNIORA:

## IN LIBRVM IOB.

CAP. I. *v.* 5. Offerebat holocauſta pro ſingulis. *Melius clariuſq́; eſt* pro ſingulis, *ſexto caſu, eo quod in alÿs libris eſt* per ſingulos, *quarto.*

*Ver.*20. Et ſcidit veſtimenta ſua. *Alÿ libri ſcribunt* tunicam ſuam. ✠ *Sed Septuaginta habent* τὰ ἱμάτια, veſtimenta. *In Heb. ponitur in ſingulari.*

CAP. II. *v.* 10. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. *Non omittas* mulieribus. ✠ *In Hebræo non exprimitur, ſed in adiectiuo fœminino ſubintelligitur. 70. autem expreſſerunt* μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν, vna inſipientium mulierum.

CAP. III. *v.* 4. Non requirat eum Deus deſuper. *Redũdat quod ſubÿcitur à quibuſdam libris* non ſit in recordatione.

*Ibidem.* Et non illuſtretur lumine. *Pro paſſiuo* illuſtretur, *alÿ libri ſcribunt actiuum* illuſtret. ✠ *Sed propinquius accedit ad Heb. & Græca, vox paſſiua. In vtriſque enim dicitur,* non radiet (*aut Græcè veniat*) ſuper eam ſplendor.

*V.*9. Exſpectet lucem & non videat. *Non eſt mutandum ſingulare* exſpectet *in plurale* exſpectent. ✠ *Non enim loquitur de ſtellis, quaſi ipſæ debeant exſpectare lucem: ſed de die natiuitatis ſuæ; ac proinde in Heb. & Græco in ſingulari effertur hæc clauſula.*

*V.* 18. Et quondam vincti. *Non eſt omittendum* quondam *ab Interprete datum.* ✠ *Hoc eſt, illi qui quondam vincti erant, dum viuerent, beneficio mortis illis vinculis erepti quieſcunt.*

CAP. V. *v.* 2. Verè ſtultum interficit iracundia. *Malè quidam pro aduerbio* verè *ſuppoſuerunt nomen* virum. ✠ *In Heb. eſt coniunctio rationalis* chi *quia; in Græc.* καὶ γὰρ etenim.

*V.*6. Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non oritur dolor. *Præferendum eſt præſens* oritur *futuro* orietur. ✠ *Quamuis enim Hebræa habeant futurum (& 70. pariter) quia tamen indefinitas propoſitiones & doctrinales gnomas Latini potius enuntiant præſenti tempore, quas Hebræi futuro efferunt, ideo videtur interpretem poſitiſſe* fit, oritur, *non* fiet, orietur.

*V.*26. Ingredieris in abundantia ſepulchrum. *Caue ne ſcribas contrarium* egredieris *ſeu exibis, pro* ingredieris. ✠ *Hebr.* Tabhò, *Græ.* ἐλεύσῃ venies.

CAP. VI. *v.* 5. Numquid rugiet onager cùm habuerit herbam? *Caue ne ſcribas* fugiet *pro* rugiet *ſeu rudet.* ✠ *Hebr.* iinhak. *Græc.* κεκράξεται, *clamabit, rugiet.*

*V.*6. Aut poteſt aliquis guſtare quod guſtatum adfert mortem? *Quod ſubÿciunt libri quidam.* Animæ enim eſurienti, etiam amara dulcia eſſe videntur, *non eſt huius loci, ſed Prou.*7.*v.*7. ✠ *Agnoſcit tamen eam hoc in loco S. Gregorius; tanquam* vel ſit *reſtrictio quædam præcedentis ſententiæ, quaſi diceret, nemo guſtare poterit inſulſa, niſi fortè multum eſuriens; vel vt coniungatur cum ſequentibus, q. d. amareſcunt quidem iſta mihi, ſed ita nunc ſum affectus, vt tamen ea ipſa auidè ſumam. Cæterùm in hoc verſu transferendo diuerſiſſimè abierunt interpretes. LXX. pro eo quod noſter habet,* quod guſtatum affert mortem, *verterunt,* εἰ δὲ καὶ ἔστι γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς, *& ſi eſt ſapor vel guſtus in verbis inanibus: At recentiores iuxta Hebræa vertunt, An eſt ſapor in ſaliua vitelli? Hebræa verò ſunt,* Im ieſh tanghàm be rir hhallamuth; *&* rir *quidem apud omnes ſignificat ſaliuam, vox autem* hhallamuth *ab* hhalá *craſceſcere, tria habet ſignificata, nam Hebræis ſignificat vitellum oui, vt transfert hoc loco Chaldæus paraphraſtes; atque etiam ſomnia, quomodo intellexerunt 70. quaſi ſaliuam ſomniorum diceres, quod metaphoram explicando reddiderunt ſermones inanes, verba ſenſu vacua; At noſter accepit pro cõpoſito à* hhal *quod eſt dolere, &* muth *quod eſt mori, & ſaliuam pro guſtandi inſtrumento poſuit, vt ſignificet verbatim,* in ſaliua cibi ægrotatiui, *qui poteſt inducere mortem (vt expoſuit hic Liranus) pro qua metaphora paraphraſim dedit: Et eſt ſanè conuenientior ſequentibus & præcedentibus interpretatio.*

*V.*27. Et vt incaluerit, ſoluentur de loco ſuo. *Non mutes ſingulare* incaluerit, *in plurale* incaluerint. ✠ *Siquidem Heb. eſt* behhummò, *in incaleſcendo eo, ſcilicet, tempore, de quo initio verſus; dum incaleſcit tempus. 70.* θέρμης γινομένης, *adueniente æſtu, ſeu calore.*

CAP. VIII. *v.* 2. Et ſpiritus multiplex ſermones oris tui. *Retinendus eſt nominatiuus pluralis,* ſermones, *non ſubſtituendus genitiuus ſingularis* ſermonis. ✠ *Heb. enim eſt in plurali,* veruahh cabbìr imré píca, *& ſpiritus validus dicta oris tui; 70. verò habent* πνεῦμα πολύρημον τοῦ στόματός σου. *Spiritus multiloquus (ſpiritus) oris tui.*

*V.*7. In tantum vt ſi priora tua fuerint parua. *Correctores addiderunt coniunctionem* ſi. ✠ *Nam quamuis in Hebr. non addatur, ſenſus tamen conditionalem eam implicat: q. d. etſi priora tua fuerint parua, nouiſſima tua multiplicentur. Et ſimili ſenſu transferunt 70.* ἔσται οὖν τὰ μὲν πρῶτά σου ὀλίγα, τὰ δὲ ἔσχατά σου ἀμύθητα; *& erunt priora quidem tua parua, poſteriora vero tua ineffabilia.*

CAP. X. *v.* 3. Si calumnieris me & opprimas me opus manuum tuarum. *Neutro loco indicarunt Correctores omittendum pronomen* me. ✠ *Licet non habeatur in Hebr. ſed voluit interpres oſtendere, de quo opere manuum loquatur, nempe de ipſomet Iob à Deo plaſmato, & afflictionibus illis preſſo.*

*V.*16. Et propter ſuperbiam quaſi leænam capies me. *Accuſatiuum* leænam *prætulerunt Patres nominatiuo* leæna. ✠ *Ita enim poſſunt Hebræa verti; quaſi leænam capies me, aut, quaſi leæna capies me. Hoc ſecundo modo efferunt 70. Inter. noſter quia præmiſerat ſuperbiam, quaſi cauſam iræ diuinæ, ſumpſit leænam in accuſatiuo, q. d. vt ſuperbientem leænam & ferocientem venaberis me.*

*V.*22. Sed ſempiternus horror inhabitat. *Alÿ ſcribunt participium* inhabitans *loco verbi* inhabitat. ✠ *Phraſi Hebr. qui præſens tempus per participium enunciant.*

CAP. XI. *v.* 10. Quis contradicet ei? *Superfluit quod quidam codices ſubijciunt,* vel quis poteſt dicere, Cur ita facis? *quod non eſt huius loci, ſed ſuprà 9. v. 12.*

CAP. XII. *v.* 21. Eos qui oppreſſi fuerant releuans. *Non præponas his verbis coniunctionem* &. ✠ *De induſtria enim priori parte verſus poſuit verbum, & poſteriori participium, vt ſine repetitione copulæ (Hebræis vernacula, Latinis non ita grata) vtrumque membrum connecteret, Cæterùm hoc hemiſtichium, Hebr. facere videtur*

ſenſum contrarium, vmzíahh aphikim ripah, & robur fortium diſſoluens. At Septuaginta verterunt ſenſu noſtro, ταπεινὺς δὲ ἰάσατο, humiles autem ſanauit. Mezéahh enim ſignificat cingulum ſeu balteum: vt ſit ſenſus, diſſoluit cingulum militum opprimentium, vt humiles ab eis oppreſſos ſubleuaret: poſuerunt effectum, ſeu finem pro cauſa, aut medio ad finem.

CAP. XIII. v. 6. Audite ergo correptionem meam. Non mutes ſingularia in pluralia correptiones meas. ✠ Etenim Hebr. habentur ſingularia, & 70. τὸν ἔλεγχον, reprehenſionem, ſimiliter in ſingulari poſuerunt.

CAP. XIV. v. 6. Recede paululum ab eo. Non adijcias ergo. ✠ Vt nec in Heb. nec Græc. adijcitur.

V. 14. Putáſne mortuus homo rurſum viuat? Alij ſcribunt futurum indicatiui viuet.

V. 16. Sed parce peccatis meis. Interpres tranſtulit imperatiuum parce, haud dubium; non parces, aut parcis. ✠ Senſum videlicet cum affectu, & patheticos expreſſit; cùm in Heb. ſit lo tishmòr, non cuſtodies, non reſeruabis ad pœnam.

V. 19. Et hominem ergo ſimiliter perdes. Non mutes ſingulare hominem in plurale homines. ✠ Heb. eſt tikuath enosh, expectationem hominis perdes. & Septuaginta eodem planè modo ὑπομονὴν ἀνθρώπου.

CAP. XVII. v. 2. Et in amaritudinibus moratur oculus meus. Nec hîc mutes præſens moratur in futurum morabitur. ✠ Nam in Hebr. eſt perfectum tempus, quod habet ſignificationem ampliandam ad præterita etiam & futura; quaſi, diu moratus eſt & adhuc moratur oculus meus. Pro priore hemiſtichio, Non peccaui, Hebraicè eſt, im lo hathulim nghimmadi. Si non illuſiones apud me, vt vertunt Hebraizantes. Sed im etiam ſignificat aſſertionem, verè, certè illuſiones non ſunt apud me; quod idem eſt ac ſi diceret, non peccaui illudendo ſubditis meis, & eoſdem defraudando, vt vos mihi obijcitis.

V. 4. Cor eorum longè feciſti à diſciplina, propterea non exaltabuntur. Non interponas coniunctionem &. ✠ Vt nec in Hebr. aut Græc. interponitur.

CAP. XVIII. v. 3. Et ſorduimus coram vobis? Retinendum eſt plurale vobis, non ſurrogandum ſingulare te. ✠ Heb. eſt nghenechèm, oculis veſtris. 70. ἐνώπιον σου, coram te. Phraſis Heb. reuerentiam indicat, vt nunc vulgò ſeniorem aut præſtantiorem alloquentes, pronomine plurali vti ſolemus.

V. 11. Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius. Caue ne repetas pronomen eum poſt verbum inuoluent. ✠ Nempe non inuoluent eum pedes, ſed formidines ipſius pedes inuoluent.

CAP. XIX. v. 23. Vel celte ſculpantur in ſilice. Romani Patres prætulerunt nomen celte ſiue cælo, aduerbio certè. de quo nos latè in noſtris Notationibus. ✠ Et meritò prætulerunt. Voluit enim Iob ad affectum ſuum declarandum, omnes modos deſcribendi afflictiones ſuas ponere, quos ad quatuor reduxit, primam communem aut priuatam ordinariam, deinde publicam aliquam in archiuis conſeruandam; tertiam in metallo, ad diuturnitatem, quartam in lapideis monumentis, quorum firmiſſima ad antiquitatem conſeruandam dicit Plinius eſſe ex ſilice. Celte ergo poſuit Interpres, vt ſicut ſtylum adhibuit æri & plumbo, ita celte (hoc eſt cœlum, inſtrumentum ſculptorium, cicellum vocant vulgo) pro ſtylo adhiberet lapidi aut ſilici. Heb. eſt l'enghad, quod verti poteſt in perpetuum, aut in teſtimonium (quomodo legit Aug. lib. annotation. in Iob): quod quia continebatur in duritie & firmitate ſilicis, omiſit interpres, & expreſſit egregia paraphraſi celte, ſeu cœlo ſculpantur in duriſſimo ſilice. Quod autem volunt legi certè, nec habet tantam energiam, nec etiam conſequentiam; nam videtur Iob gradatim auxiſſe deſiderium perpetuandi hiſtoriam ſuarum paſſionum: at ſi legas certè, erit diminutio, quia ſic idem eſſet ac ſaltem, ſeu ad minimum.

V. 26. Et in carne mea videbo Deum meum. Non addas ſaluatorem. ✠ Non additur in Heb. aut Græc.

CAP. XX. v. 25. Eductus & egrediens de vagina ſua. Non addas gladius, quod quidam. ✠ Non eſt in Hebræo aut Græco.

CAP. XXI. v. 3. Suſtinete me & ego loquar. Nec hîc addas coniunctionem vt ante & ego. ✠ Non addunt Hebr. aut Græc.

CAP. XXII. v. 12. An non cogitas quod Deus excelſior cælo ſit? Non eſt legendum An abſque negatione, pro An non. ✠ Heb. Halò. Græcè, Μὴ οὐχί. An non.

CAPVT XXIIII. verſ. 21. Pauit enim ſterilem quæ non parit. Non interponas & coniunctionem. ✠ Non eſt in Hebræo.

CAP. XXV. v. 3. Et ſuper quem non ſurget lumen illius. Non ſubſtituas fulget, quod eſt ſplendet, pro ſurget, quod eſt oritur. ✠ Heb. lo iakom, non ſurget, non ſtabit.

CAP. XXVII. v. 22. Et mittet ſuper eum. Non ſcribas vnicam vocem emittet, pro duabus & mittet. ✠ Hebr. veiashlech, & mittet. 70. καὶ ἐπιρρίψει, & inijciet.

CAP. XXVIII. v. 7. Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis. Errant qui pro primo caſu ſingularis numeri oculus, legunt quartum pluralem oculos, omiſſo pronomine eam. ✠ Heb. lò Shezaphatho nghen aiàh; & 70. οὐ παρέβλεψεν αὐτὴν ὀφθαλμὸς γυπὸς. Et non aſpexit eam oculus vulturis.

CAP. XXX. ver. 12. Ad dexteram orientis calamitates meæ illicò ſurrexerunt. Quidam legunt duplicem genitiuum orientis calamitatis: Correctores, non ſine cauſa, prætulerunt eam lectionem, quæ conſtat genitiuo & nominatiuo orientis calamitates, de quo lege Notationes noſtras. ✠ Pro eo quod nos habemus ad dexteram orientis calamitates meæ, nghal iamìn pirhhàhh, quod Hebraizantes vertunt, ad dexteram meam, iuuentus, aut puerilis ætas, petulantes iuuenes, inſurgent & illudent. Nam parahh eſt germinauit, floruit, & Pirhhahh eſt germinatio, flos iuuenum, aut pubes, Latinis. Noſter interpres, accepit aut pro oriente, ſenſu non incommodo, quòd ab orientali parte irruerint in ipſum aduerſarij; vel fortè quaſi Orientis. i. Dei dextra calamitates immiſſæ fuerint, ob quas inſultant illi; aut tandem (quod optimè conuenit lectioni 70. ἐπὶ δεξιῶν βλαστοῦ à dextris germinis vel germinantis) vt intelligatur de lepra ſua, quæ eadem phraſi Hebræa & Græca in Leuitico, dicitur floreſcere, germinare, oriri; q. d. Statim ac calamitates obortæ & florente lepra in me irruiſſent, inſultarunt mihi.

V. 15. Abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum. Non eſt commutanda ſecunda perſona abſtuliſti cum tertia abſtulit. ✠ Hebr. eſt Tidhdòph in perſona ſecunda, abſtuliſti; quare mirum eſt quod etiam Hebraizantes hic voluerint transferre in tertia, abſtulit.

V. 24. Verumtamen non ad conſumptionem eorum emittis manum tuam, Non ſcribas pronomen primæ perſonæ meam, pro tertiæ eorum. ✠ Non enim loquitur de ſe tantum, ſed de omnibus morientibus.

V. 28. Conſurgens in turba clamabam. Pro turba, quod eſt multitudine, quidam omiſſa vna litera ſcripſerunt tuba, quod eſt buccina, quidam terra, quidam tenebris; omnes vitiosè. ✠ Hebr. bakkahàl, & Septuaginta ἐν ἐκκλησίᾳ, in ſynagoga, in congregatione, cœtu, eccleſia.

CAP. XXXI. v. 7. Etſi ſecutum eſt oculos meos cor meum. Retinendi ſunt accuſatiui plurales oculos meos. nõ ſupponẽdi nominatiui ſingulares, oculus meus, Eſt enim incongrua loquutio.

Sequitur: Et ſi manibus meis adhæſit macula. Non præponas in præpoſitionem voci manibus. ✠ Nam Latina Grammatica non permittit.

V. 19. Si deſpexi pereuntem, eò quòd non habuerit indumẽtum. Germana loquutio eſt pereuntem, frigore ſcilicet, non prætereuntem, quod eſt, prætergredientem. ✠ Nam in Hebr. eſt ohedh mibbeli lebush; pereuntem ſine veſte; quod 70. reddiderunt γυμνὸν ἀπολλύμενον, nudum pereuntem.

V. 35. Quis mihi tribuat auditorem. Vocum affinitas fecit, vt pro auditorem, ab audiendo dictum, quidam erroneè legerent adiutorem, ſeu auxiliatorem, ab adiuuando. ✠ Hebraicè enim eſt, mi ijtten li shoméanghli, & eodem modo Græcè, τίς δῴη ἀκούοντά μου. Quis det audientem me.

CAP. XXXII. v. 22. Et ſi poſt modicum tollat me factor meus. Duæ ſunt dictiones & ſi, non vnica etſi. ✠ Id eſt, & (neſcio) ſi poſt modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII. v. 2. Loquatur lingua mea in faucibus meis. Pro loquatur, non ſcribas, aut præſens loquitur, aut futurum loquetur.

V. 3. Et ſententiam puram labia mea loquentur. Non opus eſt mutare ſententiam cum ſcientiam, quamquam hæc vox legatur Hebraicè. ✠ Videtur enim noſter expreſſiſſe tranſlationem LXX. quæ habet: σύνεσις δὲ χειλέων μου καθαρὰ νοήσει, intellectus labiorum meorum pura ſentiet. Eſt autem ſententia quaſi concluſio ipſa ſcientificè deducta, aut experientiæ vi acceptata.

V. 7. Et eloquentia mea non ſit tibi grauis. Non ſcribas neutra pro fœmininis, & eloquium meum non ſit tibi graue. ✠ Hebraicè eſt. ve acphi nghalléca lo ijcbhàdh, & manus mea non tibi grauis ſit. Quod verbatim Septuaginta verterunt οὐδὲ ἡ χείρ μου βαρεῖα ἔσται ἐπὶ σοί. Noſter ergo aut non legit acphi, à caph, quod eſt manus, ſed ſolummodo phi, quod eſt os; & pro ore poſuit eloquentiam; aut iuxta ſubiectam materiam per manum ſeu volam intellexit vim dicendi, qua Elihu ſe plurimum præſtare iactabat.

V. 17.

*V.* 17. Vt auertat hominem ab his quæ facit. *Præſens* facit *præferendum eſt præterito* fecit. ✠ *Heb.* Lehasìr adàm manghaſéh, *vt faciat recedere hominis operationem: quod eſt auertere hominem ab his quæ facit.* 70. ἀποςρέψαι ἄνθρωπον τῆς ἀδικίας, *auertere hominem ab iniuſtitia.*

*Verſ.* 23. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus. *Neque maſculinum* vnus *mutandum eſt cum neutro* vnum: *neque pro* millibus *poſito pro* plurimis, *ſubſtituendum eſt* ſimilibus, *quod eſt* talibus. ✠ *Heb.* maleach melits ehhadh minni aleph; angelus eloquens vnus de mille.

CAP. XXXIV. *v.* 24. Conteret multos & innumerabiles. *Non omittas* & *coniunctionem, tametſi Hebraicè non addatur.*

*V.* 37. Quia addit ſuper peccata ſua blaſphemiam. *Non mutes coniunctionem* quia *in relatiuum* qui. ✠ *Hebr.* Chi ioſiph, *quia addit.*

CAP. XXXVI. *v.* 7. Et reges in ſolio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. *Non commutes pronomen* illi *cum aduerbio* illic. ✠ *Eſt in Heb. ſimpliciter ſine pronomine*, ijgbáhu; *itemq́ apud* 70. καὶ ὑψωθήσονται, *& exaltabuntur.*

*V.* 27. Qui aufert ſtillas pluuiæ. *Similitudo vocum quoſdam errare fecit, ita vt pro* ſtillas, *quod eſt guttas, legerent* ſtellas, *quod eſt ſidera.* ✠ *Heb. enim legitur* nitphe maìim, *ſtillas aquarum.* 70. σταγόνες ὑετοῦ, *ſtillæ pluuiæ.*

*V.* 28. Qui de nubibus fluunt. *Non ſcribas* pluunt *pro* fluunt, *id eſt*, p *pro* f, *tenuem pro inſpirata.* ✠ *Heb.* ijzzelu, *fluēt, ſtillabunt, à verbo* nazal, *fluxit, ſtillauit.*

CAP. XXXVII. *ver.* 15. Quando præceperit Deus pluuijs. *Non mutes coniunctiuum* præceperit *cum indicatiuo* præcepit.

CAP. XXXVIII. *v.* 13. Et excuſſiſti impios ex ea. *Alij minus rectè habent* excluſiſti, *ab* excludo, *pro* excuſſiſti *ab* excutio. ✠ *Heb.* ijnnangharù, *excutiantur*, nanghar *autem eſt de loco excutere, aut deturbare.*

CAP. XLI. *v.* 14. Mittet contra eum fulmina. *Non mutes* fulmina, *quod eſt fulgura, in* flumina, *quod eſt fluuios.* ✠ *In Heb. eſt* iatsùk nhalaù bàl ijmmòt; *Quod aliqui exponunt:* concreta in eo, non mouebitur; *alij* fuſa in eo, *alij* fundens in eum, *alij* fortis in eo, *vel* in eum. 70. *vero* καταχέει ἐπ' αὐτὸν, οὐ σαλευθήσεται, effundet in ipſum, non commouebitur. *Verbum* jatsàk (*vnde eſt participium* iatsuk) *propriè ſignificat fundere liquidum vt oleum, aquam atque etiam metalla liquefacta; vnde* 70. *verterunt* καταχέει, effundit; *ſed participium creberrimè per metaphoram transfertur ad ſignificandum robur, & ſoliditatem, quoniam metalla fuſa ſolent fortiùs concreta dureſcere, & ideo alij verterunt*, fortis in eo; *Noſter à generali ſignificatione fundendi addit* flumina, *vel* fulmina; *Si primum legas, ſenſus erit, tantum eſſe robur Leuiathan, (Ceti, aut diaboli ſub figura Ceti ſeu Balænæ) vt ſi fluminibus ſe opponat tanquam aggere quodam vaſti corporis impediat ne moueantur, aut deuoluantur aquæ. Si legas* fulmina, (*quod Correctores rectè prætulerūt, vt oſtendatur viuidiore tropo, robur & vaſtitas Leuiathan*) *ſenſus erit: etiamſi fulmina coruſcaſq́ tempeſtates in eum immittat Deus, non mouebitur, ob induratam ferocitatem; aut, alia omnia facilè contemnet, fulmina tamen irati Dei tantùm poſſunt eum domare, quæ in eius vaſto corpore quaſi ſubmerſa non reſiliunt, aut aliò feruntur, ſed in eo quaſi extinguuntur.*

*Sequitur:* Et ad locum alium non ferentur. *Pro futuro plurali* ferentur, *alij ſcribunt præſens, nonnulli quidem plurale* feruntur, *nonnulli ſingulare* fertur. ✠ *Pro Hebræo* non mouebitur, *Interpres poſuit*, ad alium locum non ferentur; *Hebræa habent ſingulare verbum, quia participium, illi reſpondens* (*effundens*, iatsùk) *eſt etiam ſingulare: Noſter autem reſoluens participium, in illa duo*, mittet fulmina, *vſus eſt etiam verbo plurali*, non ferentur, *ſc. fulmina.*

CAP. XLII. *verſ.* 4. Interrogabo te, & reſponde mihi. *Alij pro* reſponde *ſcribunt* oſtende, *minus rectè.* ✠ *Melius enim redditur interroganti reſponſio, quàm oſtenſio.*

## PSALMI.

*Interpres in Pſalmis expreſſit editionem Græcam communem, quæ eſt 70. Interpretum emendata, ideoq́ ad Græca præcipuè in his correctionibus attendebant Correctores; licet etiam ad Hebræa ſæpe reſpexerint.*

PSAL. I. *v.* 5. Ideò non reſurgent impij in iudicio. *Seruandum eſt futurum* reſurgent, *non ſubſtituendum præſens* reſurgunt.

*Sequitur:* Neque peccatores in concilio iuſtorum. Concilio *hic acceptum pro cœtu, per c potius eſt ſcribendum quàm per ſ.* ✠ *Nam pro* reſurgent, *in Hebræo eſt futurum* iakumù, *quod alij* ſtabūt, *at æquè frequenter ſignificat reſurgere poſt ſeſſionem, vel caſum, vel ſomnum.* 70. *etiam habent in futuro*, οὐκ ἀναστήσονται, *non reſurgent, vel non ſuſcitabuntur. Quod autem in hoc verſu, ſcribendum ſit* concilium, *conſtat, quia Hebr. eſt* banghadhàth, *in cœtu, ſeu conuentu, à* ianghàdh, *conuenire in locum condictum, aut ad ſtatutum tempus; in primo autem verſu eſt* conſilium, *quia vox Hebræa reſpondens*, banghatſàth, *in conſilio, eſt à verbo* ianghats, *conſulere, deliberare;* 70. *vtrobique poſuerunt* ἐν βουλῇ, *quæ vox & conſilium, & ſenatum, ſeu concilium ſignificat.*

PSAL. II. *v.* 6. Prædicans præceptum eius. *Non eſt mutandum pronomen* eius *cum nomine* Domini. ✠ *Nam quamuis* 70. *ad explicatiorem ſenſum, addiderint*, Domini; *cùm in Hebræo non inueniatur bis, ſemel additum precepto, iterum principio verſus ſequentis, ſed tantùm in initio verſus: noſter interpres maluit ponere* eius, *quia ex præcedentibus intelligitur cuius præceptum prædicet; nec ſolet apponere ferè vnquam vocem* (Domini) *niſi vbi in Hebræo habeatur expreſſe nomen tetragrammaton ſoli Deo proprium, quod ſemel tantùm hoc loco inuenitur. Heb. eſt* el hhòk; *ſi* el *legatur cum* ſegol, *vt nūc habemus, eſt nota accuſatiui*, τῶν ἐντολῶν; *ſi verò legatur cum* tsere, *vel* e *longo, eſt nomen Dei*, Dei præceptum, *atque ita legiſſe videntur LXX. & Hieronymus in verſione iuxta Hebræum; illam autem vocem* el, *ſolent Septuaginta aliàs per* θεὸν ἰσχυρὸν, Deum, *aut* Fortem *reddere.*

PSAL. IV. *v.* 5. Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini. *Non interponas coniunctionem* &. ✠ *Non enim interponunt* 70.

PSAL. VII. *v.* 13. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit. *Non mutes futurum* vibrabit *cum præterito* vibrauit. ✠ 70. τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει *in futuro, romphæam ſuam vibrabit, radiare faciet.*

*Verſ.* 15. Ecce parturijt iniuſtitiam. *Hic non mutes præteritum* parturijt *in præſens* parturit. ✠ *LXX.* ὠδίνησεν ἀδικίαν, *cum dolore parturiuit; Quamuis Heb. habeant futurum* iehhabhèl, *parturiet; ſed hæc duo tempora præteritum, & futurum, ſunt apud Hebræos ampliatiuæ & indefinitæ ſignificationis, ideoque creberrimè vnū pro altero (cùm in noſtrum ſermonem transferimus) ponitur.*

PSAL. IX. *ver.* 22. Deſpicis in opportunitatibus. *Nec hic præſens* deſpicis *in futurum* deſpicies. ✠ *Etiam hic in Hebr. eſt futurum* tanghelìm lenghittòth, *abſcondes in temporibus; ſed* 70. *in præſenti efferunt* ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις, *deſpicis in opportunitatibus, cùm opportuna ſunt auxilij oſtendendi tempora.*

*V.* 10. In laqueo ſuo humiliabit eum. *Hoc loco ſeruandum eſt futurum, non ſubſtituendum præteritum* humiliauit. ✠ *LXX.* ταπεινώσει αὐτὸν, *humiliabit eum. Heb.* humiliabitur, *poteſtq́ referri, vel ad pauperem, quem humiliat & opprimit iniquus; vel ad ipſum iniquū, qui ſe humilem fingit, vt ſecurius fallat.*

*V.* 12. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua. *Non interponas coniunctionem* &. ✠ *Non eſt enim in Græ. nec Heb.*

PSAL. X. *v.* 1. Tranſmigra in montem ſicut paſſer. *Alij legunt plurali numero* montes. ✠ 70. *habent in plurali*, ἐπὶ τὰ ὄρη *ad montes, Heb. habent in ſingulari*, harchem *montem veſtrum. Quod in ſingulari etiam reddit Hieronym. in tranſlatione iuxta Hebræum.*

PSAL. XII. *v.* 5. Ne vnquam obdormiam in morte. *Alij pro ſexto legunt quartum caſum* mortem. ✠ 70. *habent etiam in accuſatiuo*, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. *Correctores poſuerunt ablatiuum, intelligentes*, obdormire in morte, *idem eſſe, ac mori æterna morte, ſine gratia Dei, & opponi alteri loquutioni, qua decedentes in Dei gratia, dicuntur* in Domino mori: *aut*, dormire in pace.

PSAL. XIV. *v.* 5. Et munera ſuper innocentem non accepit. *Plurale* innocentes *quod alij ſcribunt, expoſitio eſt ſingularis* innocentem. ✠ 70. ἐπ' ἀθώοις, *ſuper innocentes: & Hebr. etiam in plurali*, nakè; *ſed quia reliqua dixit ex Græc. & Hebr. in ſingulari, noluit hic numerum illum commutare, ſed in eadem ſynechdoche perſtitit.*

PSAL. XV. *v.* 3. Sanctis qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. *In primis non eſt hic omittendum pronomen* eius: *deinde non eſt ſubſtituendum futurum* mirificabit, *pro præterito; adhæc præteriti ſeruanda eſt tertia perſona* mirificauit, *non ſupponenda prima* mirificaui: *inſuper pronomen primæ perſonæ* meas, *non eſt variandum in* ſuas *tertiæ: denique non eſt commutandum* in eis *cum* inter illos. *Hæc enim ſunt varia codicum errata.* ✠ 70. τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσε πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς. Sanctis, qui in terra eius mirificauit omnes voluntates eius in eis. *At in his vltimis pronominibus maluerunt Correctores accedere ad textum Hebræum, in quo habemus*, col hhephthibam; omnis voluntas mea in eis.

PSAL. XVI. *v.* 3. Et non eſt inuenta in me iniquitas.

*Non omittas medium illud* in me. ✠ *Eſt enim apud LXX.* οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία, *quia & in Hebræo habetur, vt videntur legiſſe LXX. & D. Hieronym.* lo timtsà zimmathi; *non inueniſti iniquitatem meam: quod eodem ſenſu dicitur paſſiuè, & non eſt inuenta* (à te) *iniquitas in me Licet Maſoretæ nunc alia puncta adiecerint, quorum iudicio longè præferenda eſt* 70. *autoritas.*

*V.* 14. Saturati ſunt filijs. *Non mutes* filijs *caſu ſexto, in* filij *caſu primo, multoque minus pro* filijs *ſubſtituas* porcina, *quæ de re lege, ſi placet, Notationes noſtras.* ✠ *Hebraicè habetur* ijshbenghù banim, *quod vtroque modo verti poteſt,* ſaturati ſunt filij, *vel* ſaturati ſunt filijs, *quomodo intellexerunt* 70. ἐχορτάσθησαν υἱῶν: *Et quia facilis eſt ab* υἱῶν *quod filios ad* ὑῶν, *quod ſues ſeu porcos ſignificat: inde aliqui legerunt,* ſaturati ſunt porcina: *ſed in Hebr. nihil ſimile habet vox* banim, *filios ſignificans.*

PSAL. XVII. *v.* 18. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis. *Quidam libri ſcribunt futurum* eripiet: *ſed retinendum videtur præteritum, vt ab Interprete datum, qui futurum præteriti loco acceperit.*

*Verſ.* 20. Saluum me fecit quoniam voluit me. *Idem iudico de futuro* faciet, *quod quidam hic ſubſtituunt pro præterito* fecit.

*V.* 33. Deus qui præcinxit me virtute. *Non eſt mutandus caſus ſextus in quartum* virtutem, *ſiue hoc verſu, ſiue infrà v.* 40 Et præcinxiſti me virtute ad bellum. ✠ *LXX.* περιζωννύων με δυνάμιν; *in accuſatiuo; ſed Latini alio modo loquendi vtuntur: nam aut dicendum eſt,* præcinxit me virtute, *aut mihi virtutem.*

PSAL. XLVIII. *v.* 14. Si mei non fuerint dominati. *Maſculino genere ſcribendum eſt* dominati: *nam* dominata *neutro genere eſt alterius editionis.* ✠ *Quoniam in altero verſu præceſſit,* ab alienis parce ſeruo tuo, *quod tractatores referunt ad peccata quæ vocantur aliena, ideo hic voluerunt aliqui legendum,* ſi mei non fuerint dominata, *ſi illa peccata aliena non prædominentur mihi. Eſt autem ambiguum vtrum* 70. *referant ad peccata, an ad inimicos ſuperbos, dæmones & impios: nam vtroque modo poteſt ſumi* ἀπὸ τῶν κρυφίων μου, *ab occultis meis,* ἀπὸ ἀλλοτρίων *ab alienis: quæ vel neutra poſſunt eſſe vel maſculina, vnde & adijciunt quod vtrique poſſet conuenire,* ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, *ſi mihi non præualuerint. Cæterùm ex Hebræo conſtat referenda eſſe ad perſonas, impios ſcilicet vel dæmones; nam illud* ab alienis *in Hebr. eſt* mizzedim, *quod Hieronymus vertit à ſuperbis: Septuaginta autem propter maximam ſimilitudinem literarum* daleth & resh, *legiſſe videntur* mizzarim, *alienos* ἀλλοτρίους; *vt proinde dicendum ſit, ſi mei (genitiuus caſus eſt) non fuerint dominati (alieni illi de quibus orat Deum ſibi parcere) ita vt eorū peccatis non coinquiner, ero immaculatus.*

PSAL. XXI. *v.* 1. In finem pro ſuſceptione matutina. *Pro* ſuſceptione, *alij legunt* aſſumptione. ✠ *Eadem eſt vtriuſque vocabuli vis, ſiue enim intelligatur, de ſacrificio, ſiue de auxilio,* ἀντίληψις, *erit ſuſceptio, aut aſſumptio ſacrificij in ſuam exauditionem, aut ſupplicis in tutelam.*

*V.* 2. Deus Deus meus reſpice in me. *Complures libri omittunt præpoſitionem* in. ✠ *Septuaginta* πρόσχες μοι, *intende mihi,* reſpice in me.

*V.* 17. Concilium malignantium obſedit me. *Non magis hic ſcribas* conſilium *per* ſ, *quàm ſuprà* 1. *ver.* 5. ✠ *Græcè hic non eſt ea vox ambigua* βουλή, *quæ ſuprà: ſed* συναγωγὴ πονηρευομένων, *ſynagoga malignantium, & Hebraicè* nghadath, *conuentus, cœtus, concilium.*

PSAL. XXIV. *v.* 12. Legem ſtatuit ei in via quam elegit. *Præterito* ſtatuit *Interpres expoſuit futurum* ſtatuet.

PSAL. XXVI. *v.* 4. Vt videam voluptatem Domini. *Cauendum eſt ne recidatur in vetus mendum, eorum qui hactenus ſcripſerunt* voluntatem *quod eſt beneplacitum, mutata vna littera, pro* voluptatem, *quod eſt, delectationem ſiue iucunditatem, quo modo Romani Patres correxerunt.* ✠ *Heb.* lahhazoth benonghan, ad videndum in pulchritudine, ſeu amœnitate. *LXX.* τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα τοῦ κυρίου, *cauſa videndi delectationem, iucunditatem, voluptatem Domini.*

PSAL. XXVII. *v.* 1. Pſalmus ipſi Dauid. *Præferendum eſt pronomen* ipſi *pronomini* huic. ✠ *Heb.* Ledauid, *quod eſt Dauidis, vel Dauidi in datiuo; quomodo ſemper vertunt Septuaginta,* τῷ Δαυίδ.

*V.* 3. Ne ſimul trahas me cum peccatoribus. *Egregiè Correctores Romani ſublato veteri errato ſcribentium* tradas, *quarta alphabethi litera media, quod eſt* παραδῷς *reſtituerūt* trahas, *mediæ aſpirationis nota, quod eſt* ἑλκύσῃς. ✠ *Hebr.* al timshechini *à verbo* mashàc, *trahere.*

*V.* 7. In ipſo ſperauit cor meum & adiutus ſum. *Non præponas his verbis & coniunctionem.* ✠ *Quam non habent Hebr. nec Græ.*

PSAL. XXX. *v.* 12. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium, & vicinis meis valde. *Non his omittas* & *coniunctionem præpoſitam nomini* vicinis. ✠ *Quam Heb. & Græc. contextus habet eo loco.*

PSAL. XXXII. *v.* 1. Pſalmus Dauid. *Non addas* in finem, *quod quidam libri.* ✠ *Editio Romana* 70. *interp. habet in titulo ſolùm* τῷ Δαυίδ; *& in Hebr. nullus omninò eſt titulus: vnde editio Complutenſis habet pro titulo,* ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, Pſalmus Dauid carens titulo in Hebræis codicibus.

PSAL. XXXIV. *v.* 1. Ipſi Dauid. *Non addas* pſalmus, *quod alij.* ✠ *Nihil enim amplius eſt in Hebræo & Græc. quàm* Dauidi.

*Ibidem.* Expugna impugnantes me. *Non mutes* impugnantes *cum* expugnantes. *Heb.* Lehham lohhamai; *pugna cum pugnantibus mecum;* 70. πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με: *eodem ſenſu, non enim petit, vt expugnētur qui eum expugnarunt, aut vicerunt: ſed vt prius expugnentur à Domino, quàm ipſum expugnent, quum vndique impugnarent.*

*V.* 8. Et in laqueum cadat in ipſum. *Caue legas* in idipſum, *pro* in ipſum. ✠ *Heb. enim eſt* iippol bàh, *cadet in eam: præceſſit autem* beshoahh, in laqueum. *&* 70. *eodem modo* ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ. *In laqueo cadet in ipſo. i. in ipſummet laqueum cadet, quem alijs tetendit.*

*V.* 11. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. *Non eſt mutanda prima perſona ſingularis in tertiam pluralem* ignorabant.

*V.* 14. Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam. *Non omittas coniunctionem* & *ante poſterius* quaſi. ✠ *Non eſt tamen in Hebræo, nec Græc. ſed Interpres addidit diſtinctionis gratia.*

*V.* 25. Nec dicant deuorauimus eum. *Caue ne præteritum* deuorauimus, *pro inolito ſcribentium vitio, cum futuro* deuorabimus *commutes.* ✠ *Heb. & Græca habent præteritum,* κατεπίομεν, manducauimus; *quaſi certa ſpe iam ipſum deuoraſſent: non quaſi animando ſe vt deuorarent.*

*Verſ.* 26. Induantur confuſione & reuerentia qui magna loquuntur ſuper me. *Et hic cauendum eſt, ne* τὸ magna, *quod eſt grandia, iterum corrumpatur, addita vna ſyllaba,* maligna, *quod eſt peruerſa. Heb.* Hammagdelim nghalaì, *magnificantes, magnificè ſe ipſos efferentes ſuper me: &* 70. μεγαλορρημονοῦντες, *q. d. magniloquentes: glorioſè inſolenterq́ue inſultantes.*

PSAL. XXXVI. *v.* 6. Et iudicium tuum tanquam meridiem. *Preferendus eſt quartus caſus ſexto* meridie. ✠ *Atque ita etiam habent* 70. ὡς μεσημβρίαν, *quaſi meridiem; producet iudiciū tuū æquè manifeſtum, ac eſt meridies.*

*V.* 14. Vt deijciant pauperem & inopem. *Romanæ correctionis eſt* deijciant, *compoſitum à iacio, pro eo quod vulgo minùs rectè legitur* decipiant, *quod eſt fallant, compoſito ex capio.* ✠ *Nam Heb.* lehappil, *vt ruere faciant, & Septuaginta* τοῦ καταβαλεῖν, ad deijciendum.

*V.* 21. Mutuabitur peccator, & non ſoluet: iuſtus autem miſeretur & tribuet. *Non mutes futura in præſentia,* mutuatur, ſoluit, tribuit: *nullo verò modo, pro ſimplici* tribuet, *ſcribas compoſitum* retribuet *aut* retribuit. ✠ *Septuaginta pro* mutuabitur *ponūt præſens,* δανείζεται *mutuatur,* ἀποτίσει, *ſoluet, in futuro; rurſus* δίδωσι, *donat, tribuit in præſenti: pro quo eſt in Heb. participium* nothèn, *donans; neutro in textu eſt ſignificatio retribuendi: q. d. miſericorditer largietur indigentibus.*

*V.* 23. Apud Dominum greſſus hominis dirigentur. *Seruandum eſt plurale* dirigentur, *pro ſingulari* dirigetur. ✠ *Hebr. enim & Græc. habent in plurali,* διαβήματα, *greſſus.*

PSAL. XXXVII. *v.* 1. In rememorationem de ſabbato. *Vt eſt præferendus quartus caſus ſexto* rememoratione: *ita non eſt commutanda præpoſitio* de *cum nomine* die, *vel ablatiuus* ſabbato *cum genitiuo.* ✠ *Noſtra enim lectio fideliter exprimit Græcam:* εἰς ἀνάμνησιν περὶ τοῦ σαββάτου, *in rememorationem de ſabbato: Hebr. ſolum habet,* lehazzechir, *ad reducendum in memoriam, ad commemorandum.*

*V.* 11. Cor meum conturbatum eſt. *Non addas* in me. ✠ *Non eſt in Græc. nec Heb.*

PSAL. XXXVIII. *v.* 1. Ipſi Idithun. *Alij pro nomine* ipſi *legunt præpoſitionem* pro ✠ *Sed* 70. *habent* τῷ Ἰδιθοὺν, ipſi Idithun; *ſic etiam Heb. habent ſignum datiui.*

PSAL. XXXIX. *v.* 6. Multiplicati ſunt ſuper numerum. *Nonnulli libri genere fœminino, habent* multiplicatæ; *nonnulli neutro* multiplicata: *ſed maſculinum* multiplicati, *noſtræ editionis eſſe videtur.* ✠ *Et meritò præfertur alijs duabus; tum vt detur locus myſterio: quaſi diceret Chriſtus, aut propheta in typo eius, innumerabiles ſunt qui euangelio, quod annunciaui, credunt. Tum etiam quia ſi referatur ad cogitationes Dei, de quibus, in alia parte verſus, non eſt neceſſe, mutare genus, quia refertur ad cognatum ſubſtantiuū, cogitatus:*

cogitatus: ſic in Heb. cogitationes tuæ, mahhshebhothéca, formam habet fœmininam, cùm tamen hoc verbum, multiplicati ſunt, nghatſemù, & 70. ἐπληθύνθησαν poſſint quouis genere efferri.

V. 9. Et legem tuam in medio cordis mei. Hæc vulgata noſtræ editionis eſt lectio: altera, qua pro cordis, quidam ſcribunt ventris, alterius eſt tranſlationis. ✠ Et ita habent 70 atque Hebræa; ſed noſter Interpres voluit phraſim Latinis vſitatiorem adhibere; cordi enim tribuimus ea quæ amantur, non ventri; euphoniam (ait Hieronymus) ſequutus eſt.

V. 13. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei. Non mutes fœmininum multiplicatæ in maſculinum multiplicati. ✠ Refertur enim ad iniquitates de quarum multitudine dolet.

PSAL. XL. v. 2. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Non apponas adiectiuo beatus ſubſtantiuum vir, hoc quidem loco. ✠ Non eſt in Heb. nec Græco. Ashrè mashchil; μακάριος ὁ συνιῶν beatus intelligens.

V. 7. Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem ſibi: egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. Numeri ſingulares nequaquã mutandi hic ſunt in plurales, ingrediebantur, viderent, eorum, congregauerunt, egrediebantur, loquebantur, quod quidam faciunt. Pro nomine vana, nonnulli ſcribunt aduerbium vanè: tametſi vtrumque eodem redeat. Alij ita diſtinguunt, vt cor eius iungatur verbo præcedenti loquebatur. Alij denique præteritum congregauit, mutant in futurum cõgregabit. Sed prima tum lectio tum diſtinctio meritò probata eſt Romanis Patribus. ✠ Diſtinctio reſpondet Hebræo, in quo, cor eius refertur ad verbum congregauit, & in loquebatur, ponitur accentus rebhíangh diſtinguens à ſequenti membro: alia autem diſtinctio eſt Græcorum codicum; Cæterùm tam in Hebræis quàm Græcis, numeri ſunt ſingulares, non plurales.

PSAL. XLI. v. 2. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum. Conſtanter retinenda eſt vox fortem, quæ eſt robuſtum, pro ea quæ in plerìſque hactenus vitiosè inoleuerat libris fontem, quarto caſu à nominatiuo fons: in quã eò facilior lapſus fuit, quod & præcedat ſitiendi verbum, & ſubſequatur epitheton viui. ✠ Heb. leel hhai, & 70. ad verbum, πρὸς τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα; ad fortem viuentem.

V. 6. Salutare vultus mei & Deus meus. Non temerè omittenda eſt & coniunctio.

PSAL. XLIII. v. 1. In finem, filijs Core. Non præponas præpoſitionem pro nomini filijs. ✠ Hebr. Libné. 70. τοῖς υἱοῖς, filijs Core, vtrobique in datiuo.

V. 6. Et in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Pro in nobis, quidam libri ſcribunt in nos, alij nobis, omiſſa præpoſitione.

PSAL. XLIV. v. 1. Canticum pro dilecto. Caue legas delicto, quod eſt peccato, pro dilecto, quod eſt, amato. ✠ 70. ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ ſuper dilecto, vel pro dilecto. Hebr. Shir iedidòth; canticum dilectarum, aut, dilectionum, ſeu amorum.

V. 5. Intende, proſperè procede, & regna. Caue ne ita diſtinguas, vt aduerbium proſperè iungatur verbo præcedenti intende, cùm cohærere debeat verbo ſubſequenti procede. ✠ 70. vnico verbo illas duas dictiones ſignificant κατευοδοῦ, benè, feliciter, proſperè tibi cedat via, ſeu iter, vno verbo, proſperare.

V. 13. Et filiæ Tyri in muneribus. Non omittas primum &. ✠ Hebræa habent & Græca.

V. 14. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Vt non eſt omittendum pronomen eius, ita non ſcribendum filia nominatiuo caſu, nec regum numero plurali. ✠ 70. πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως; omnis gloria filiæ regis. Heb. nunc eſt, Col chebudàh bath melech, tota glorioſa filia regis; Sed ſi legatur chebodàh, (cum mappic, vt Interpres noſter videtur legiſſe) erit, omnis gloria eius.

V. 18. Memores erunt nominis tui. Non eſt addendum, quod quidam libri ſubdunt, Domine. ✠ Non eſt in Hebræo, nec Græco.

PSAL. XLVI. v. 5. Speciem Iacob quam dilexit. Fœmininum quam, non eſt mutandum in maſculinum quem. ✠ Heb. poteſt referri vel ad Iacob, vel ad ſpeciem: at 70. hoc poſterius habent, ἣν ἠγάπησεν; quam dilexit.

PSAL. XLVII. v. 1. Filijs Core ſecunda Sabbati. Non eſt omittendum illud ſecunda ſabbati. ✠ Eſt enim apud 70. δευτέρα σαββάτου, ſed non habetur in Heb.

V. 3. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion. Pro nominatiuo ſingulari mons, non eſt ſcribendus aut genitiuus montis, aut pluralis numerus montes. ✠ LXX. quidem habent ὄρη Σιών, montes Sion: ſed Heb. eſt in ſingulari, har tsiòn, mons Sion.

PSAL. XLVIII. verſ. 8. Non dabit Deo placationem ſuam. His verbis non eſt præponendum &.

V. 9. Et laborabit in æternum. Non mutes futurum laborabit in præteritum laborauit, multoq; minus in liberauit. ✠ Græcè eſt, ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, laborauit in æternum; Hebraicè etiam eſt præteritum, ſed cum vau conuerſiuo vehhadàl, quod indicat præteritum debere exponi in futuri ſignificatione. At illud hhadàl (quod nunc eſt in Hebræo) ſignificat quieuit, ceſſauit; & tunc legendum foret Græcè, non ἐκοπίασεν laborauit, ſed ἐκόπασεν quieuit. At Septuaginta videntur legiſſe non hhadàl, ſed hharàl, ob literarum daleth & resh ſimilitudinem. haaràl autem ſignificat, cruciauit, pupugit inſtar vrticarũ: Duobus autem modis poteſt hoc exponi, vel quòd qui ſperat in diuitijs, cruciabitur, ærumnosè laborabit in æternum, & viuet tantùm ad tempus ipſi ſtatutum, vt alibi, non dimidiabunt dies ſuos, de peccatoribus dictum vel ita vt poſteriora legantur interrogatiuè: etſi laborauerit toto hoc ſæculo vitæ ſuæ, nunquid adhuc id ei ſufficiat vt viuat vitam æternam in cælis? aut ſine interrogatione eodem ſenſu: cruciabitur quidem laboribus ſæculi huius prolixis, & adhuc, ſeu nihilominus, viuet in finem vſque ad periodum præfixam, poſteà enim impij non viuere, ſed mori morte ſecunda dicuntur.

V. 10. Et viuet vſque in finem. Non omittas aduerbium adhuc. ✠ Quamuis enim in Græco non ſit, Hebraicè tamen habetur, vihhinghodh, & viuet adhuc, vel vlterius.

V. 13. Et homo cùm in honore eſſet non intellexit. Non eſt hic omittenda coniunctio &, vt nec infrà v. 21. eſt addenda: Homo cùm in honore eſſet, non intellexit. ✠ Heb. hic eſt ve adam, Græcè καὶ ἄνθρωπος & homo. Infrà verò v. 21. additur quidem in Græco, ſed non in Hebræo contextu. Quod autem in vtroque verſu legant LXX. οὐ συνῆκε non intellexit, fecerunt vt tanquam verſus intercalares ſimiles facerent; vel legerunt vtrobique idem verbum, cùm nunc in hoc verſu Hebræo ſit bal ialin, non pernoctabit; in v. 21 lo iábin, non intellexit; ſed idem eſt ſenſus, ideo enim non pernoctauit in honore, quia eum, quantus eſſet, non intellexit.

PSAL. XLIX. v. 4. Aduocabit cælum deſurſum. Retinendum eſt futurum aduocabit, non ſubſtituendum præteritum aduocauit. ✠ Hebraicè enim eſt, iikrà, vocabit, & Græcè etiam in futuro, προσκαλέσεται aduocabit.

V. 15. Eruam te & honorificabis me. Non præponas verbo eruam alterum &. ✠ Licet in Græca lectione nunc addatur: ſed Hebr. tamen non habent eam hoc loco.

PSAL. L. v. 1. Quando intrauit ad Bethſabee. Caue ſcribas Berſabee, litera r, quod eſt nomen loci Gen. 21. v. 31. pro Bethſabee litera th quod fœminæ nomen eſt, vxoris Vriæ. ✠ Qui error eſt nunc in Græcis exemplaribus quæ habemus, ſed reclamat textus Hebr. & hiſtoria; nec eſt vlla ſimilitudo literarum, vnde oriri poſſet diuerſitas in Hebræo, cùm locus vocetur Beerſabe, fœmina autem illa Bathshabangh: Quare abſque dubio 70. ſcripſerunt Βεθσαβεέ, & ex τ facta eſt ρ litera errore amanuenſium.

V. 9. Aſperges me hyſſopo & mundabor. Non interponas Domine. Non enim interponunt 70 aut Hebr.

V. 19. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Non eſt commutanda ſecunda perſona cum tertia deſpiciet. ✠ Et tamen Græca exemplaria nunc habent, οὐκ ἐξουδενώσει, non deſpiciet, non nihili faciet: deeſt nimirum vnica litera s, quomodo ſcripſiſſe putandum eſt 70 οὐκ ἐξουδενώσεις, non deſpicies, cùm in Hebræo ſit perſona ſecunda, lo tibhzèh: non ſpernes.

V. 20. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion. Non eſt omittendum Domine. ✠ Non eſt quidem in Heb. ſed LXX. addiderunt ἀγάθυνον κύριε, benignè fac, benefac Domine.

PSAL. LI. v. 1. Et nunciauit Sauli: Venit Dauid in domum Achimelech. Fruſtrà addunt quidam, Et annunciauit Sauli & dixit: erroneè autem Achimelech, quod eſt frater meus rex, mutant alij cum Abimelech quod eſt pater meus rex: qua de re latè Notationes noſtræ. ✠ Fruſtrà quidem additur illud & dixit (licèt ſit in Heb. & Græc.) quia ſatis intelligitur in eo quod nuntiauit, id enim nuntiauit, quod ſequitur, ſ. venit Dauid. Qui autem hic in Hebr. dicitur Achimélech, fortè fuit binomius, quemadmodum 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 8. eius nepos ex Abiathare vocatur Achimelec & Abimelec. Cæterùm hic in Hebr. vocatur Achimelec. 70. autem (fortè ob cauſam dictam) Abimelech, &c.

PSAL. LII. v. 1. Pro Maëleth intelligentiæ Dauid. Caue ne pro Maëleth, ſcribas, tranſpoſitis primis literis, Ameleth, aut quod peius eſt, Amalech. Denique non mutes genitiuum intelligentiæ cum nominatiuo intelligentia aut intellectus. ✠ Hebraica ſunt ambigua ad genitiuum, vel nominatiuum, quia Heb. non habent varias caſuum inflexiones; At 70 poſuerunt genitiuum ὑπὲρ μαελὲθ συνέσεως; ſuper maeleth intelligentiæ. Pſalmus ſc. intelligentiæ & myſteriorum plenus. LXX. reliquerunt ipſum nomen Hebræum mahhalath intactũ; quod alij vertũt ſuper choro, alij ſuper inſtrumẽto muſico, ſic appellato; alij ſuper infirmitatibus; alij ſuper hæreditate. Hhalah ſignificat ægrotare, nahhal ſignificat hæreditare; Ita pro varia originatione vocabuli varias ſortitur ſignificationes.

PSAL. LIII. v. 7. Et in veritate tua diſperde illos. Quidam virtute, quod eſt, fortitudine, legunt pro veritate quæ opponitur falſitati, malè: nec minùs malè alij, diſperge, quod eſt diſſipa pro diſperde, quod eſt, perde. ✠ Heb. baamittecà, hatſmithèm; vnde 70. verbatim,

batim, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, in veritate tua, ἐξολόθρευσον diſperde; omnino deſtrue. Tsamàth eſt deſtruere, & in coniugatione actiua, hitsmith, omnino deſtruere, funditus diſperdere, quod eſt Græcis ἐξολοθρεύειν, ad interitum (ὄλεθρον) perducere.

PSAL. LIV. v. 10. Præcipita Domine, diuide linguas eorum. Non interijcias coniunctionem &. ✠ Non additur in Hebr. licet Græca habeant. Cæterùm pro eo quod noſter habet, præcipita, Græcè eſt καταπόντισον demerge, Heb. Ballangh abſorbe; q.d. demerge eos, præcipitando in infernum vt abſorbeantur à cruciatibus.

PSAL. LV. v. 1. In tituli inſcriptionem. Non mutes quartum caſum in ſextum inſcriptione. Simile infrà 56. v. 1. 57. v. 1. 59. v. 1. ✠ Ita enim eſt in editione Græca, εἰς στηλογραφίαν, quæ vox (ſicut & Hebræa illi reſpondens michtam, aureola vel celata inſcriptio) ſignificat in marmoreis tumulis, ſepulchralibus, aut trophæis ſeu pyramidibus (quos titulos Latini vocant) inſcriptiones factas ad laudē aut dedecus alicuius ad perpetuam rei memoriam factas.

V. 4. Ab altitudine diei timebo. Caue interponas non negationem ante timebo. ✠ Correxerunt ſiue Hieronymus, ſiue alij iuxta Hebræum, in quo non eſt negatio. Habent autem Heb. duplicem lectionem, vnam Maſoretarum, qui pro ab altitudine legunt marom, & in eo ponunt finem verſus, faciūtq́ epitheton Dei, q. d. multi bellantes aduerſum me, ô excelſe; deinde ordiuntur alium verſum, die timebo, ego autem &c. i. quamuis die timor me inuadat, tamen ſperabo in Deo. Alia lectio, quam videntur ſequuti 70. cum alia interpunctione merom ab altitudine, & vt inde ſumatur initium verſus, ἀφ᾽ ὕψους ἡμέρας, ab altitudine diei. Editio Græca Complutenſis habet negationem, οὐ φοβηθήσομαι, non timebo. Editio Romana longè aliter: Ἀπὸ ὕψους ἡμέρας, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες με φοβηθήσονται. Conculcauerunt me inimici mei tota die, ab altitudine diei, quia impugnantes me timebunt; ego verò &c. At noſtra ſimpliciter reſpondet Hebr. ſi negligamus Maſoretarum puncta, & legamus vt poteſt legi, merom iom irà; ab altitudine diei timebo; quæ eſt forma hypothetica Heb. vſitata, quod nos aliter diceremus, Quando timuéro, vel ſi timuero, tunc ſpes in Deo me ſtabiliet.

V. 12. In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi. Vt non eſt omittendum pronomen tua, ita non eſt facilè mutandus nominatiuus pluralis laudationes, in genitiuum ſingularē laudationis. ✠ Pronomen quidem poſſeſſiuum non habent 70. ſed ex Hebræo additum eſt ab Hieronymo noſtræ editionis emendatore, (prout indicat aſteriſcus qui eſt in antiquis libris) eſt enim in Hebr. nedareca, vota tua, & quod habent 70. εὐχαὶ ἃς ἀποδώσω αἰνέσεως σου, vota, quæ reddam laudationis tui; in Hebræo eſt ſine pronomine relatiuo quæ, aſhallem todhòth làc, reddam laudationes tibi: quod noſtra correctio exprimit.

PSAL. LVI. v. 8. Cantabo & pſalmum dicam: Non ſubijcias ſiue Domino, ſiue tibi, quod quidam libri, multoq́ minus in gloria mea, quod eſt Pſal. 107. v. 2.

PSAL. LVII. v. 2. Si verè vtique iuſtitiam loquimini, recta iudicate filij hominum. Retinendum eſt nomen recta, non ſupponendum aduerbium rectè. ✠ Heb. mesharìm: 70. εὐθείας, rectitudines. Eſt autem εὐθεία, recta linea, ſine vlla prorſus exorbitantia.

V. 10. Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos. Pro ſic, alij repetunt ſicut.

PSAL. LVIII. v. 12. Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos. Futurum oſtendet mutandum non eſt in præſens vel præteritum oſtendit. ✠ 70. δείξει, oſtendet

V. 17. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo manè miſericordiam tuam. Legendum eſt exultabo vocali quinta, non exaltabo vocali prima: quod ſi ſcriberetur exſultabo addita litera ſ, ceſſaret erroris anſa. ✠ Græcè enim eſt ἀγαλλιάσομαι, quod eſt exſultabo; & Heb. aranen, exclamabo præ lætitia.

PSAL. LXI. v. 9. Deus adiutor noſter in æternum. Non omittas poſtremum in æternum. ✠ Quia licet non ſit in Græco, ponitur tamen pro Selah quod eſt in Heb. & ſolet ita exponi.

V. 13. Quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Caue legas tua ſecundæ perſonæ pronomen, pro ſua tertię. ✠ 70. ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, vnicuiq; iuxta opera ipſius, vel ſua. Heb. leish che manghaséhu, viro (vnicuique) iuxta opus eius, vel ſuum.

PSAL. LXII. v. 7. Si memor fui tui ſuper ſtratum meum. Pro ſic aduerbio ſimilitudinis, Romani Patres correxerunt ſi, quæ eſt conditionalis coniunctio. ✠ Et ita eſt in Hebr. im zechartíca, & 70. εἰ ἐμνημόνευόν σου, ſi recordabar tui.

Ibidem. In matutinis meditabor in te. Non ſubſtituas præteritum imperfectum meditabar, pro futuro meditabor. ✠ Quamuis ita ſit in Græco, ἐμελέτων meditabar: At in Hebr. eſt futurum, 'ehghèh bac, meditabor in te.

PSAL. LXIII. v. 7. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Non eſt opus ſextum caſum numeri ſingularis ſcrutinio, vertere in quartum pluralis ſcrutinia. ✠ Licet ita ſit apud 70. ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις: & Heb. pariter: Hhephes mehhuphas, ſcrutando ſcrutinium; ſed vbique idem eſt ſenſus: & noſtra lectio in ſingulari reſpondet Hebræo.

V. 8. Accedet homo ad cor altum. Non iudicarunt Romani Correctores, præpoſitionem ad commutandum cum coniunctione &, quod alij multi indicant. ✠ Nam Græca quidem, in quibus non eſt ea præpoſitio, ſed copula (προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα, accedet homo & cor altum) ferè verbatim expreſſerunt Hebræa, vekérebh ish, velebh nghamok, & intimum viri, & cor, profundum; Noſtra autem editio doctè exprimit ſenſum: idem enim eſt dicere, accedet homo ad cor altum, quod, intimum viri & cor (erit) profundum, ſeu altum. Legerunt verò LXX. vekaràbh ish, quod eſt, & accedet homo; cùm nunc ſecundum puncta habeamus, ve kérebh ish, & intimum ſeu medium hominis.

PSAL. LXIV. v. 1. Canticum Hieremiæ & Ezechielis. Vt non oportet addere Aggæi, Zachariæ, aut Ezechiæ: ita non oportet omittere Hieremiæ & Ezechielis, qui duo prophetę, incipientis tranſmigrationis tempore vixerunt. ✠ Non quod hunc pſalmum condiderint, ſed quod eundem habeat ſcopum, quem eorum prophetiæ, ſc. lætum ex captiuitate reditum. Porrò in Heb. nullius eſt nomen; & in Græ. ſolum Ieremię & Ezechielis.

Ibidem. Populo tranſmigrationis, cùm inciperent exire. Non prępones ablatiuo populo præpoſitionem de: nec ſcribas mutatis caſibus de populi tranſmigratione; multoq́ minus vel ſubſtituas vel addas de verbo peregrinationis, quæ altera tranſlatio eſt. Adhæc exire melius eſt quàm proficiſci. Denique non eſt pars iſta tituli Hieremiæ & Ezechielis populo tranſmigrationis cùm inciperent exire, facilè omittenda, quamuis Hebraicè non exſtet. ✠ Extat enim eiſdem prorſus verbis apud 70. τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας ὅτι ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι, populo tranſmigrationis cùm inciperent exire.

V. 11. Riuos eius inebria. Noli mutare verbum inebria in participium inebrians. ✠ 70. enim habent imperatiuum, μέθυσον, inebria, Sicut & Heb. rauéh, inebria.

PSAL. LXV. v. 17. Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea. Hic contrà quàm ſuperiùs Pſal. 58. v. 17. legendum eſt exaltaui vocali prima, verbum ſcilicet deductum à nomine altus, non exultaui vocali quinta, verbum adductum à ſalio. ✠ LXX. ὕψωσα, exaltaui, ſublimaui: Hebr. veromàm, & exaltatus eſt ſub lingua mea.

PSAL. LXVI. v. 5. Quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Quidam legunt futuro tempore diriges: ſed veriſimile eſt, Interpretem duplici præſenti vſum vertiſſe iudicas, dirigis. ✠ In Heb. quidem & Græco eſt duplex futurum, ſed cuius ſignificatio pro ratione materiæ amplietur (vt ſic dicam) ad omne tempus: quam ſignificationem Latini potius in præſenti efferunt.

PSAL. LXVII. v. 5. Turbabuntur à facie eius. Nequaquam omittenda ſunt hæc verba. ✠ Non ſunt quidem in Hebr. ſed 70 addiderunt maioris emphaſeos cauſa.

V. 23. Conuertam in profundum maris. Quidam pro quarto caſu legunt ſextum profundo, vel profundis. Heb. eſt mimmetsuloth iàm, de profundis maris: LXX. ἐν βυθοῖς θαλάσσης. in profundis maris; ſed ſenſus vbique idem eſt.

PSAL. LXIX. v. 1. In rememorationem, quod ſaluum fecerit eum Dominus. Retinendus eſt caſus quartus rememorationem, nec facilè mutandum pronomen tertiæ perſonæ eum, cū prima me, quanquam hoc Græcè legatur. ✠ Heb. tantùm eſt, lehazchìr, ad commemorandum. 70. autem reliqua addiderunt, εἰς ἀνάμνησιν, εἰς τὸ σῶσαί με κύριον, in rememorationem, eo quod ſaluauerit me Dominus.

PSAL. LXX. v. 16. Introibo in potentias Domini. Alij ſcribunt numero ſingulari potentiam. ✠ Prout habent 70. ἐν δυναστείᾳ, in potentia, ſed Heb. habent plur. bigburòth, in potentijs, aut in potentias.

V. 20. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas. Non ſcribas neutrum quanta, pro fœminino quantas. ✠ Sic 70. ὅσας, quantas. Hebr. autem eſt ashèr hirithàni, qui oſtendiſti mihi.

PSAL. LXXI. v. 15. Et adorabunt de ipſo ſemper. Quidam libri, pro compoſito adorabunt, ſcribunt ſimplex orabunt: compoſitum enim eſt loco ſimplicis, quemadmodum de eſt loco pro.

Verſ. 16. Et erit firmamentum in terra in ſummis montium. Non eſt ſcribendum frumentum, quod eſt triticum, pro firmamentum: quamquam frumentum fortaſſe firmamenti nomine ſit intelligendum. ✠ Nam (vt notauit hoc loco doctiſſimus Collector) vſitata eſt Scripturæ loquutio, eo nomine panem vocare, quo ſuſtentatur hominum vita, & vires confirmantur. Sic enim pſ. 104. πᾶν στήριγμα ἄρτου συνέτριψεν, omne firmamentum panis contriuit. Et Iſaiæ 3. c. omne robur panis, & omne robur aquæ, ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος. Et hic ergo στήριγμα, firmamentum à 70. Interpr. poſitum eſt pro frumento.

*frumento, quod Hebraicè hoc loco eſt* piſſath bar, particula frumenti: *Exponitur autem non ſine maxima probabilitate de myſterio Euchariſtię: nam & Iudæorum antiqui Doctores de placenta, quam Meſſias daturus, eiuſq; ſacerdotes oblaturi eſſent, hunc interpretati ſunt locum, & Ionathæ tranſlatio eiuſdem verſus ſic habet,* iehi kurbàn denghibhurà bearnghà beresh turaià biſhchintà; Erit ſacrificium frumenti in terra in capite montium in Eccleſia. *Quare & plerique recentiores de ſanctiſſimo ſacramento locum hunc intelligunt. Vide Genebrardum in hunc pſalmum, & Galatinum libr.* 10. *c.* 4. *&* 5. *Ita ferè Collector in annot. huius loci.*

*Sequitur:* Superextolletur ſuper libanum fructus eius. *Caue legas* fluctus *pro* fructus, *id eſt* l *pro* r, *liquidam primam pro quarta.* ✠ *Septuaginta,* ὁ καρπὸς ἀυτȣ̃, fructus eius, *vt & Hebraicè* pirò.

PSAL. LXXIII. *v.* 19. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. *Non mutes accuſatiuum* confitentes *in genitiuum* confitentium. ✠ *Septuaginta habent in ſingulari* ψυχὴν ἐξομολογȣμένην σοι, animam confitentem tibi, *pro quo noſter eodem caſu poſuit numerum pluralem. Hebraicè nunc eſt* nephesh toréca, animam turturis tuæ, tor *enim turturem ſignificat, & ab ea radice etiam vox latina* turtur *per geminationem orta eſt. Sanctus Hieronymus tranſtulit* animam eruditam in lege tua: *accepit ergo* toréca *pro* toratheca; *nam* torah *legem ſignificat. At* 70. *videntur legiſſe* todéca (*ob ſimilitudinem literarum* resh & daleth) *Eſt autem* Todéca *futurum à themate* iadah *confiteri, laudare, gratias agere;* todéca, *confitebitur tibi, vt ſubaudiatur relatiuum, animam (quæ) confitebitur tibi. j. animã confitentem tibi. Eſt autem idem omnium lectionum ſcopus, quod ad ſenſum attinet: nam anima quæ Deo confitetur, legem eius meditatur, & turtur Dei eſt. Hæc ex Collectore.*

PSAL. LXXIV. *verſ.* 1. In finem, ne corrumpas. *Quidam libri pro* corrumpas, *habent* diſperdas, *quod idem vnum eſt.*

PSAL. LXXV. *v.* 4. Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium & bellum. *Retinendus eſt genitiuus pluralis* arcuum, *non ſurrogandus accuſatiuus ſingularis* arcum. ✠ *Siquidem Græcè eſt* τὰ κράτη τῶν τόξων, potentias *vel* robora arcuum: *& Heb.* riſhphè kâſhet, iacula ignita arcus, *vt* arcus *ſit genitiuus, vt oſtendit præcedens vox* riſhphè *in regimine mutata.*

*V.* 12. Omnes qui in circuitu eius affertis munera. *Legendũ eſt* affertis *prima vocali, potiùs quàm quarta* offertis. ✠ 70. οἴσȣσι δῶρα, afferetis munera.

PSAL. LXXVI. *v.* 11. Et dixi, Nunc cœpi. *Non mutes primam perſonam* cœpi *in tertiam* cœpit. ✠ *LXX.* Νυ̃ν ἠρξάμην. Nunc incœpi.

PSAL. LXXVII. *v.* 16. Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. *Non eſt poſteriori loco vt priori legendum* eduxit. ✠ *Nam LXX. priore loco habent* ἐξήγαγεν ὕδωρ, eduxit aquam; *poſteriori vero* κατήγαγεν ὡς ποταμȣ̀ς, deduxit, *ſeu* deriuauit vt flumina. *Heb. etiam prius eſt* iotsè, exire fecit: *poſterius* iorèd. deſcendere fecit: *quod eſt,* deduxit.

*V.* 38. Et abundauit vt auerteret iram ſuam. *Pro* abundauit, *alij verterunt* multiplicauit, *quod proinde non eſt noſtræ editionis.* ✠ *Idem eſt ſenſus, & hoc poſterius habent LXX.* πληθυνεῖ; *& Hebr.* hirbà, multiplicauit; *ſed communis lectio Latinorum retinet* abundauit.

*V.* 45. Miſit in eos cœnomyiam, & comedit eos. *Scribendum eſt, etiam D. Hieronymo doctore,* cœnomyiam, *quod interpreteris muſcam communem, non* cynomyiam, *quod muſcam caninam: id eſt, conſonanti primæ danda eſt diphtongus* œ, *non* y *Græcum, quod* ypſilõ *dicitur.* ✠ *Licet exemplaria Græca nunc habeant* κυνόμυιαν, *muſcam caninam. Cùm tamen in Hebræo ſit* ngharòbh, mixtionem (*quod alij exponunt,* omne genus muſcarum) *veriſimilius eſt* 70. *ſcripſiſſe* κοινόμυιαν, muſcarum mixtionem, omnigenas muſcas.

*V.* 50. Non pepercit à morte animabus eorum. *Non præponas & coniunctionem.* ✠ *Vt non præponitur in Hebr.*

*V.* 53. Et deduxit eos in ſpe, & non timuerunt. *Non ſcribas, pro* deduxit, *ablata* d *litera,* eduxit. ✠ 70. ὡδήγησεν deduxit, *vel dux fuit, ductauit eos.*

*V.* 69. Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra. *Quidam libri genitiuum pluralem* vnicornium, *mutant cum genitiuo ſingulari* vnicornis. ✠ *Atque ita eſt in Gręco; ſed voluerunt euitare amphibologiam, ne* vnicornis *ſumeretur tanquam nominatiui caſus, cùm ſit genitiui.*

PSAL. LXXX. *v.* 1. Pſalmus ipſi Aſaph. *Non addas quod ſequitur in quibuſdam libris* quinta ſabbati. ✠ *Non eſt in Hebr. nec apud* 70.

PSAL. LXXXVIII. *v.* 2. *&* 5. In generationem & generationem. *Seruandus eſt duplex accuſatiuus, non mutandus prior in ablatiuum.*

*V.* 27. Ipſe inuocabit me: Pater meus es tu. *Non mutes futurum* inuocabit *in præteritum* inuocauit, *quod libri multi.* ✠ 70. ἐπικαλέσεταί με, inuocabit; *vt & Hebraicè in futuro,* hu ijkraéni, ipſe inuocabit me.

*V.* 34. Neque nocebo in veritate mea. *Non ſcribas* decipiam *pro* nocebo. ✠ *LXX.* μὴ ἀδικήσω, non iniuriam faciam, *quod eſt,* non nocebo.

*V.* 40. Euertiſti teſtamentum ſerui tui. *Vulgare hactenus vitium notariorum fuit, vt prima vocali ſcriberent* auertiſti, *quod ſit, in aliam partem tranſtuliſti, pro* euertiſti, *ſecunda vocali, quod eſt, ſubuertiſti, aboleuiſti.* ✠ *Græcè* κατέστρεψας, euertiſti.

*V.* 43. Exaltaſti dexteram deprimentium eum. *Non legas* inimicorum eius, *pro* deprimentium eum. ✠ *LXX.* τῶν θλιβόντων ἀυτὸν, affligentium, deprimentium. *Heb.* tsaraù, *afflictorum, oppugnatorum, oppreſſorum eius,*

*V.* 45 Deſtruxiſti eum ab emundatione, & ſedem eius in terrã colliſiſti. *Quidam pro* ab emundatione *legunt* à mundatione, *id eſt, ſimplex pro compoſito: porrò omninò accuſatiuus* terram *præferendus eſt ablatiuo* terra, *quem multi habent.* ✠ 70. εἰς τὴν γῆν κατέρραξας, in terram colliſiſti, *j. deieciſti in terram à ſublimitate in qua erat. Heb.* laárets *eodem ſenſu.*

PSAL. LXXXIX. *v.* 1. Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem. *Non eſt ſcribendum duplici ablatiuo, hoc modo* in generatione & generatione, *quod Interpres clarius vertit cum duplici præpoſitione* à generatione in generationem.

*V.* 14. Et delectati ſumus omnibus diebus noſtris. *Non addas* in *præpoſitionem.*

PSAL. XC. *v.* 15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum. *Futurum* clamabit *præferendum eſt præterito* clamauit. ✠ *Atque ita eſt in Heb. & Græc.* iikraéni, κεκράξεται πρὸς με, clamabit ad me, inuocabit me.

PSAL. XCI. *v.* 4. In decachordo, pſalterio. *Crediderim, comma medium, poſitum à Correctoribus, loco coniunctionis* &, *quæ Hebraicè inſeritur:* ✠ *Heb.* venghále nábel, & in pſalterio; *& eadem diſtinctio poteſt adhiberi lectioni Græcorum.*

*V.* 12. Et in inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. *Non omittas alteram præpoſitionem* in, *præpoſitam participio* inſurgentibus. ✠ 70. ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις, in inſurgentibus. *Hebr.* bakkamim, in inſurgentibus.

*V.* 13. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Non eſt pręponenda coniunctio* &. ✠ *Non eſt in Heb. nec Græco.*

PSAL. XCII. *v.* 5. Domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinem dierum. *Non mutes quartum caſum in ſextum* longitudine. ✠ *Id eſt, vſque ad longiſſimam temporis durationem.*

PSAL. XCIII. *v.* 15. Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium. *Non legas tranſpoſita in præpoſitione:* Quoadvſque in iuſtitiam conuertatur iudicium. ✠ *Significat Deum non deſerturum homines, & Eccleſiã ſuã; illos quamdiu iuſtitiæ ſtudebunt; nam iuſtitiam conuerti in iudicium, eſt iuſtitiam reduci in opus & actum. Aut non deſeret Deus Eccleſiam vſque ad iudicij extremi diem: hodie enim corrupta ſunt mortalium iudicia, Chriſtus autem tunc rectiſſimè pro iuſtitia ſuorum in iudicio ſtabit.*

*Sequitur:* Et qui iuxta illam, omnes qui recto ſunt corde. *Non mutes ſingulare* illam *cum plurali* illa. ✠ *LXX.* καὶ ἐχόμενοι ἀυτῆς, & habentes eam; *ſc. iuſtitiam:* δικαιοσύνην. *i. quamdiu recti corde adhęrebunt iuſtitiæ.*

*V.* 20. Qui fingis laborem in præcepto. *Interpres noſter, ex Græco atque Hebræo ambiguo, tranſtulit perſonam, non tertiam* fingit, *ſed ſecundam* fingis: *pro qua deprauatè alicubi legitur, omiſſa media litera* n, figis. *Porrò an* laborem, *an verò* dolorem, *tranſtulerit Interpres, non ſatis liquet, cùm & Hebręa & Græca ſimiliter ambigua ſint, & Latina exemplaria admodum varient. Cæterùm* laborẽ, *quod vulgatius eſt, retinuerunt Romani Correctores.* ✠ *Heb. eſt* iotsèr nghamal, creans aut formans laborem: 70 πλάσσων κόπον, fingens laborem; *vbi participium vtrobique poteſt verti in ſecunda vel tertia perſona, & tam Hebræum* nghamàl *quàm Græcum* κόπος, *vt & Latina vox* labor, *ad animam, aut corpus poteſt referri.*

PSAL. XCIV. *v.* 9. Probauerunt me & viderunt opera mea. *Non omittas pronomen* me *additum verbo* probauerunt. ✠ *Sic eſt apud* 70. ἐδοκίμασάν με, *ſicut & Hebr.* behhánuni, probauerunt me.

PSAL. XCVI. *v.* 1. Huic Dauid, quando terra eius reſtituta eſt. *Non ſubijcias, vel pronomen* ei, *vel nomen* Pſalmus. ✠ *Nihil enim amplius eſt in* 70. *niſi quod quædam exemplaria habeant,* ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις. Sine titulo apud Hebræos; *quod verum eſt.*

*V.* 4. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ. *Primę dictionis initialis litera ſit vocalis tertia, non prima.*

PSAL. XCVII. *v.* 1. Saluauit ſibi dextera eius. *Non eſt mutandum*

*mutandum præteritum* ſaluauit *in futurum* ſaluabit. ✠ *Eſt enim in Hebræo & Græco præteritum, non futurum,* ἔσωσεν, hoshiangh ſaluauit.

PSAL. XCVIII. *v.* 1. Qui ſedet ſuper Cherubim, moueatur terra. *Caue, ne pro tertia perſona* ſedet, *ſcribas ſecundam* ſedes, *vt multi hactenus vitioſè.*

PSAL. CI. *v.* 10. Et potum meum cum fletu miſcebam. *Alij libri* poculum *habent, eodem ſenſu.* ✠ *Hebræa vox* sshiikkuuai *omnes exponunt conſtanter* potus meos; *quod Latinius dicitur in ſingulari; & quia Græca vox* πόμα *eſt ambigua ad* potum & poculũ, *rectè Correctores ſignificationem Hebreæ voci propinquiorem acceperunt.*

*V.* 11. A facie iræ & indignationis tuæ. *Non omittas mediam coniunctionem* &. *LXX.* τῆς ὀργῆς σου, καὶ τοῦ θυμοῦ σου; *& eodem modo Hebræa per coniunctionem diuidunt inter iram & indignationem.*

*V.* 13. Et memoriale tuum in generationem & generationem. *Non mutes priorem accuſatiuum* generationem *in ablatiuum, vt multi. Idem infrà verſ.* 25. *& Pſalm.* 105. *verſ.* 31. *atque alibi.*

*V.* 14. Tu exurgens miſereberis Sion. *Non addas* Domine. ✠ *Quia non addunt* 70 *nec eſt in Heb.*

*V.* 19. Scribantur hæc in generatione altera. *Quidam obſcuriùs ſcribunt numerum ſingularem* ſcribatur: *quidam clariùs accuſatiuos* generationem alteram. ✠ *LXX.* γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν. Scribatur hæc (*ſc. oratio pro liberatione quam fuderat*) in generationem alteram, ad perpetuam rei memoriam. *Hebræa ſunt,* ticcatheb zòth ledòr ahharòn; ſcribatur hæc (*oratio, vel hoc quod oraui, quia Hebræi vtuntur fœminino pro neutro genere Latinorum*) ad generationem poſteriorem, *aut nouiſſimam. nempe Chriſtianæ Eccleſiæ. Latius ergo interpres retulit,* ſcribantur hæc, *ad ea quæ in oratione continentur, & exoptantur.*

PSAL. CIII. *v.* 12. Rigans montes de ſuperioribus ſuis. *Corruptè quidam legunt ſecundæ perſonæ pronomen* tuis, *pro tertiæ* ſuis. ✠ *Quam tertiam habent Heb. & Græc.*

*V.* 5. Vt educas panem de terra. *Non eſt ſecunda perſona in tertiam* educat *mutāda* ✠ *Heb. eſt* lehotſi, ad educendũ; *&* 70. τοῦ ἐξαγαγεῖν, cauſa educendi panem; *ſed quia v.* 9 *tam Heb. quàm Græca habent perſonam ſecundam, & reliqua per participia aut infinitiuos modos efferunt; ideò rectè interpres Latinus hic reſumſit perſonam ſecundam.*

*V.* 25. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus. *Non eſt omittenda vox* manibus, *multoq́; minus mutanda cum* nauibus. ✠ 70. *habent,* καὶ εὐρύχωρος, mare magnum & latè patens. *Sed Heb. eſt,* rehhabh iadaim, latum manibus, *hoc eſt. ſinubus, quibus velut manibus aut brachijs amplectitur terram.*

PSAL. CIV. *v.* 30 Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipſorum. *Vnam vocem* edidit, *quæ eſt produxit, non diſtrahas in duas,* & dedit, *multoq́; minus legas* terram *quarto caſu.* ✠ *Heb.* Sharats artsàm, *& Græcè ſimiliter* ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν, ſcaturiuit, reptificauit terra eorum.

*V.* 31. Dixit & venit cœnomyia *Romani Patres, ex D. Hieronymo, correxerunt* cœnomyia, *pro eo quod plerique libri habent* cynomyia, *quemadmodum & ſuprà Pſal.* 77. *v.* 45.

PSAL. CV. *v.* 12. Et crediderunt verbis eius. *Non addas* in *præpoſitionem.*

*V.* 15. Et dedit eis petitionem ipſorum. *Non omittas coniunctionem* &.

*V.* 38. Et infecta eſt terra in ſanguinibus. *Romani Patres prætulerunt* infecta, *quod eſt polluta, voci* interfecta, *quam alij legunt cum D. Auguſtino.* ✠ *Eſt in Græco,* ἐφονοκτονήθη, cæde polluta eſt.

PSAL. CVI. *verſ.* 2. Et de regionibus congregauit eos. *Non omittenda eſt* & *coniunctio.*

*V.* 8. 15. 21. 31. Confiteantur Domino miſericordiæ eius *Non facilè mutandus eſt, numeri pluralis nominatiuus* miſericordiæ, *in nominatiuum vel ablatiuum ſingularem* miſericordia. ✠ 70 *ſiquidem habent* ἐξομολογησάσθωσαν τὰ ἐλέη αὐτοῦ, confiteantur Domino miſericordiæ eius; *hoc eſt, beneficia à Deo miſericorditer collata hominibus, confiteantur & notam faciant eius bonitatem. At in Hebr. eſt, confiteantur (homines à Deo tot beneficijs ornati) Domino miſericordiam eius, .j. celebrent eam.*

*Ibidem.* Et mirabilia eius filijs hominum. *Caue ne pro datiuo* filijs, *ſcribas nominatiuum* filij. ✠ *Eſt enim datiuus in Græco & Hebræo.*

*V.* 40. Effuſa eſt contemptio ſuper principes. *Inſignis correctio, qua* contemptio, *quod eſt deſpectio ſiue contemptus, reſtitutum eſt, pro eo quod vulgò legitur* contentio, *quod eſt, litigatio. Erroris occaſio fuit ex ſimilitudine literarum* m *&* n, *id eſt, ſecundæ liquidæ & tertiæ: nam* contemtio *à doctis ſcribitur abſque* p. ✠ 70. ἐξουδένωσις, *nihilipenſio, annihilatio. & Heb.* bun, contemptus.

PSAL. CVII. *v.* 2. 3. Cantabo & pſallam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cythara. *Correctores addiderunt* exurge gloria mea, *prout Græcè legitur; licet Hebraicè* gloria mea *&* exurge *non niſi ſemel ſcribantur, quemadmodum & in plerisque Latinis libris.*

PSAL. CVIII. *ver.* 19. Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur, & ſicut zona qua ſemper præcingitur. *Non ſunt mutanda præſentia in futura,* operietur, præcingetur. ✠ *LXX. enim efferunt in præſenti,* περιβάλλεται, περιζώννυται, operitur, præcingitur.

*Verſ.* 27. Et ſciant quia manus tua hæc, & tu Domine feciſti eam. *Quidam, pro fœminino* eam, *legunt neutrum* ea, *expoſitionis forſitan cauſa.* ✠ *Eſt autem apud* 70. αὐτήν eam, *j. opus hoc tuum eſt, & à te factum.*

*V.* 31. Quia adſtitit à dextris pauperis. *Non mutes coniunctionem* quia *cum relatiuo* qui. ✠ *Heb.* Chi ianghmod; 70. ὅτι παρέστη, quia aſtitit.

PSAL. CIX. *v.* 7. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. *Non mutes futura in præterita,* bibit, exaltauit. ✠ *LXX. habent* πίεται bibit *in præſenti, &* ὑψώσει exaltabit, *in futuro; at* in *Hebr. vtrumque eſt futuri temporis.*

PSAL. CX. *v.* 1. Alleluia. *Non addas* Reuerſio *vel* Reuerſionis Aggæi & Zachariæ. ✠ *Quæ non adduntur in Hebræo aut Græco.*

*V.* 9. Redemptionem miſit populo ſuo. *Non addas* Dominus *ex officio Eccleſiaſtico.*

PSAL. CXVII. *v.* 3. Dicat nunc domus Aaron, quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Non interponas* quoniam bonus, *quod eſt duorum verſuum præcedentium, non huius & ſubſequentis.* ✠ *Et tamen etiam in hoc & ſubſequenti apud* 70. *interponitur: ſed non in Heb.*

*V.* 4. Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Non addas* omnes *ante relatiuum* qui, *nec* quoniam bonus *ante* quoniam in ſeculum. ✠ 70. *habent illas duas additiones ſed non ex Hebræo.*

*V.* 10. 11. 12. Et in nomine Domini quia vltus ſum in eos. *Non eſt omittenda coniunctio* quia, *nec ſubſequens præpoſitio* in. ✠ *Coniunctionem non habent Gr. ſed Heb. Præpoſitio eſt ſeruanda, quia aliàs faceret diuerſum ſenſum. Vlciſcimur enim cauſam noſtram aut noſ ipſos, ſed in alios.*

*V.* 23. A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris. *Alij mutant coniunctionem* & *cum pronomine* hoc. ✠ *Quia in Heb. eſt eius loco* hu, hoc *ſiue* iſtud.

*V.* 25 Benedictus qui venit in nomine Domini. *Non ſcribas* venturus es *pro* venit, *id eſt, perſonam ſecundam pro tertia.* ✠ *Heb. habent tertiam perſonam, Græca ambigua ſunt.*

PSAL. CXVIII. *v.* 28. Dormitauit anima mea præ tædio. *Noſter Interpres vertit* dormitauit, *non* ſtillauit, *vt alij.* ✠ *Noſter expreſſit vocem Græcam* ἐνύσταξεν. *Alij vocem Hebræam* dalepàh; *ſed idem eſt ſenſus.*

*V.* 35. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum. *Non mutes quartum caſum in ſextum* ſemita. ✠ *Quaſi diceret; reduc me ab errore in viam. Sed Græcè eſt ſignificatio ablatiui* ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ; *Sicut & Heb.* hadricheni Bintthibh: *deduc, vel manuduc me in via, ſeu ſemita.*

*V.* 41. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine. *Non mutes præſens imperatiui* veniat *cum futuro indicatiui* veniet. ✠ *Græcè eſt imperatiuus* ἐλθοι. veniat. *Hebraicè eſt futurum, loco tamen imperatiui, qui apud eos habet ſolùm ſecundam perſonam.*

*V.* 46. Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum. *Nõ ſcribas* de *loco prioris* in. ✠ *Nam ſic eſt in Heb. & Græc. textu,* benghedhotheca, ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου, in teſtimonijs.

*V.* 48. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebar in iuſtificationibus tuis. *Correctores prætulerunt præteritũ imperfectum* exercebar *futuro* exercebor. ✠ *Sequentes in hoc* 70. *qui habent in imperfecto,* ἠδολέσχουν exercebar, *cùm in Heb. ſit futurum* ashihha, exercebor, meditabor. *Sed futurum apud Hebræos ſæpiſſimè eſt loco imperfecti.*

*V.* 53 Pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Non mutes* pro *quod eſt propter, cum* præ *vel* a.

*V.* 59. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. *Videtur* conuerti *eſſe noſtræ editionis, potius quàm* auerti: *ſed error eſt, quod quidam pro prima perſona, legant ſecundam,* conuertiſti *vel* auertiſti. ✠ *Noſtra enim lectio,* conuerti, *reſpondet Hebræo, quod eſt eadem perſona & ſignificatione,* vaashíbhah, *& Græco,* ἐπέστρεψα.

*V.* 73. Da mihi intellectum, & diſcam mandata tua. *Non mutes coniunctionem copulatiuam* & *in cauſatiuam* vt. ✠ *Heb. & Gr. habẽt copulatiuam* &, *non verò cauſalem* vt.

V. 81.

*V.*81. Defecit in ſalutare tuum anima mea. *Nec hîc mutes præteritum* defecit *in præſens* deficit. ※ *Præſens* deficit; *reſpondet Græco,* ἐκλείπει; *ſed præteritum* defecit, *Heb.* calethàh.

*Verſ.* 86. Omnia mandata tua veritas: iniquè perſecuti ſunt me, adiuua me. *Retinendum eſt aduerbium* iniquè, *non ſurrogandum nomen* iniqui. ※ *Eſt enim Græcè aduerbium* ἀδίκως, iniuſtè; *& in Heb.* shéker, *mendacium, & aduerbiaſcendo, mendaciter, ſine cauſa.*

*V.* 90. In generationem & generationem veritas tua. *Non eſt mutandus prior accuſatiuus in ablatiuum* generatione.

*V.* 95. Teſtimonia tua intellexi. *Corruptè in quibuſdam libris ſcribitur* dilexi, *quod eſt amaui, pro* intellexi. ※ *Græcè* συνῆκα; *Heb.* ethbonàn, intellexi.

PSAL. CXX. *v.* 5. Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua. *Non mutes verbum præſens* cuſtodit, *in futurũ* cuſtodiet. ※ *Hoc quidem habent* 70 φυλάξει cuſtodiet; *illud tamen Hebr. eſt,* shomeréca, *Dominus custos tuus.ſ. eſt.*

*V.* 8. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum. *Præſens imperatiui* cuſtodiat *ſeruandum hic eſt, nec ſupponendum futurum indicatiui* cuſtodiet. ※ *Græc.* φύλαξοι, *imperatiuus*, cũſtodiat.

PSAL. CXXIV. *v.* 5. Declinantes autem in obligationes. *Vt non eſt mutandus numerus pluralis in ſingularem* obligationem: *ita pro* obligationes *non eſt ſcribendum* obliquationes, *poſitum pro* obliquitates, *quod quidam conijciunt.* ※ *Multo rectius* obligationes, *quàm obliquationes poſuerunt; nàm quamuis* nghakalkaloth, *vt & Græcum* στραγγαλίαι *ſignificet primaria impoſitione, peruerſitates, & tortuoſitates; tamen vſitatior ſignificatio eſt tropica quæ denotat obligationes, ſtrophas, tendiculas ad fallẽdum & nocendum diſpoſitas, nodos nexuſq; intricatos, laqueos.*

PSAL. CXXVIII. *v.* 4. Dominus iuſtus concidit ceruices peccatorum. *Correctores ſcripſerunt præteritum* concidit, *pro futuro*, concidet. ※ *Græcè, in aoriſto* συνέκοψεν, concidit.

*V.* 7. De quo non impleuit manum ſuam qui metit. *Idem obſeruarunt hoc loco, dum* impleuit *ſurrogarunt pro* implebit. ※ *Gr.* ἐπλήρωσε *eadem aoriſti ſignificatione*, impleuit.

PSAL. CXXX. *v.* 2. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea. *Quidam libri, pro maſculino* ablactatus, *ſcribunt neutrum* ablactatum; *pro quo vitiosè nonnulli ſupponunt* ablatus *ſeu* ablatum. *Complures libri omittunt verbum ſubſtantiuum* eſt. *Denique alij legunt quarto caſu* matrem ſuam, animam meam, *pro ſexto*, matre ſua, anima mea. ※ *Græcè eſt* ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. *ſicut ablactatum ſuper matrem ſuã, quia ſubauditur* βρέφος, *vel* νήπιον, *vel* παιδίον, *vel quid ſimile, quo Græci neutro genere ſignificant infantulum. Senſus eſt, ſi non humiliter ſentiebam, ſicut infantulus vixdum depulſus à matris vberibus. Cæterùm Hebræa alij ſic transferunt,* Si non poſui & ſilere feci animam meam ſicut ablactatus apud matrem ſuam, ſicut ablactatus apud me *anima mea. Vox enim* gamul *quæ in priori parte hemiſtichij ſignificat ablactatum; ponitur etiam in poſteriori; vbi noſter vertit eam, retributio; quomodo etiam verterunt LXX.* ἀνταπόδωσις *retributiones; quia* gamul *vtrumque ſignificat, & ablactatum atque etiã retributionem, beneficium.*

PSAL. CXXXI. *v.* 9. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. *Quartus caſus præferendus eſt ſextò* iuſtitia. ※ *Potuit vtrouis caſu poni; ſed voluerunt etiam* 70 *exprimere:* ἐνδύσονται δικαιοσύνην, *induantur iuſtitiam.*

*V.* 11. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eam. *Seruandum eſt pronomen fœmininum* eam, *quod refert* veritatem; *non ſubſtituendum maſculinum* eum, *quod referat* Dauid.

*V.* 16. Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt. *Pronomen tertiæ perſonæ* eius, *quod eſt in poſteriori huius verſiculi membro, multi mutant cum pronomine ſecundæ perſonæ* tui; *ſed malè.* ※ *Eſt enim tam Heb. quàm Græcè tertiæ perſonæ fœmininæ; de eccleſia enim loquitur.*

PSAL. CXXXIV. *v.* 9. Et miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte. *Alij libri, pro duabus voculis* & miſit, *vnicam habent* emiſit.

PSAL. CXXXVI. *verſ.* 1. Pſalmus Dauid, Hieremiæ. *Loco datiui* Hieremiæ, *non ſcribas* propter Hieremiam; *multoque minùs interponas* & *coniunctionem inter* Dauid *&* Hieremiæ. ※ *LXX. editionis Romanæ habent* τῷ Δαυὶδ Ἱερεμίου; pſalmus Dauid, Ieremiæ. *Editio Complutenſis* τῷ Δαυὶδ διὰ Ἱερεμίου, Dauidi per Ieremiam. *Præpoſuerunt autem hanc inſcriptionem (quę non eſt in Hebræo) quia idem argumentum poſtea fuit à Ieremia tractatum.*

*Ibidem.* Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, cùm recordaremur tui Sion. *Non addas pronomen* tui *ante* Sion. ※ *Non addunt Græc. nec Heb.*

*V.* 9. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. *Caue ne relabaris in vetus mendum, eorum qui nomini* paruulos *addiderunt pronomen tertiæ perſonę* ſuos, *pro ſecundæ* tuos. ※ *LXX.* τὰ νήπιά σου, infantulos tuos: *vt & Hebr.* ngholaláic, paruulos tuos.

PSAL. CXXXVII. *v.* 1. In conſpectu angelorum pſallam tibi. *Non præponas coniunctionem* &. ※ *Non præponitur in Heb. licet præponant LXX.*

PSAL. CXXXVIII. *v.* 14. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis. *Non mutes verbum præſens* cognoſcit *in futurum* cognoſcet. ※ *LXX. in præſenti,* γινώσκει. *Sic Hebræa.*

*V.* 16. Dies formabuntur. *Quidam libri, pro* dies, *clariùs legunt ſexto caſu* die: *ſed vitiosè ſcribunt, qui habent* dij, *vt & illi qui dicunt* firmabuntur, *quod eſt ſtabilientur, pro* formabuntur, *quod eſt fingentur.* ※ *LXX.* ἡμέραι πλασθήσονται, dies formabuntur, *ſeu fingentur; & Heb.* iamìm iutſarù, *eodem ſenſu & tropo.*

*V.* 20. Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates tuas. *Egregiè correctus eſt locus, repoſito pronomine ſecundæ perſonæ* tuas, *pro eo quod irrepſerat* ſuas. ※ *LXX* τὰς πόλεις σου, ciuitates tuas; *Hebraice nunc ab hebraizantibus exponitur* nghareca, hoſtes tui; *at* 70. *non à* nghar, hoſtis, *ſed à* nghir vrbs, *ciuitas deduxerunt; quomodo aliàs ſæpe, & Leuit.* 26. Vrbes veſtras redigam in ſolitudinem. *Eſt Heb.* ngharechèm. *Eſt autem vox exprobrantium infidelium, quod ſancti Dei fruſtra accepturi ſint ciuitates, id eſt præmia à Deo, quaſi ipſi iactent ſe Deo inuito fideles ab eis detecturos.*

PSAL. CXXXIX. *v.* 4. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis. *Genitiuus ſingularis* ſerpentis, *meritò prælatus eſt nominatiuo plurali* ſerpentes. ※ *Ita eſt enim in Græco textu:* ὡσεὶ ὄφεως, ſicut ſerpentis.

PSAL. CXLII. *v.* 12. Et in miſericordia tua diſperdes inimicos meos. *Non addas* omnes. ※ *Non enim addunt Græc. nec Hebr.*

PSAL. CXLIII. *v.* 2. Qui ſubdit populum meum ſub me. *Præferenda eſt tertia perſona* ſubdit *ſecundæ* ſubdis. ※ *Hebr. Grecaq; efferunt iſta verba,* docet, ſubdit *per participia; ideoq; poſſent in ſecunda vel tertia perſona efferri: ſed non eſt vllibi in iſtis verſibus ſignum vocatiui.*

*V.* 10. Qui das ſalutem regibus, qui redemiſti Dauid ſeruum tuum. *Hic contrà præferendæ videntur ſecundę perſonæ tertijs,* dat, redemit, ſuum.

PSAL. CXLIV. *v.* 7. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt. *Legendum eſt* iuſtitia tua *ſexto caſu, ſubaudita præpoſitione* in, *potiùs quàm* iuſtitiam tuam *quarto caſu. Certè mendum eſt quod quidam habent* iudicia tua, *vt & illud, quod pro* exultabunt, *nonnulli ſcribant* exaltabunt, *prima vocali: nonnulli* eructabunt, *repetito verbo proximè antecedenti.* † *Græc. enim eſt,* τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται; *quod eſt vel in datiuo* iuſtitiæ tuæ, *vel in ablatiuo*, *iuſtitia tua exultabunt.*

PSAL. CXLV. *v.* 8. Dominus erigit eliſos, Dominus diligit iuſtos. *Caue pro* diligit, *quod eſt amat, legas* dirigit, *quod eſt gubernat.* * *Græcè,* ἀγαπᾷ δικαίους; *Heb.* ohèbh tſadikìm; *amat, diligit iuſtos.*

*V.* 10. Regnabit Dominus in ſæcula, Deus tuus Sion in generationem & generationem. *Non mutes priorem accuſatiuum* generationem, *in ablatiuum* generatione, *vt multi.*

PSAL. CXLVI. *v* 4. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. *Non eſt mutandum verbum* vocat *in participium* vocans. * *Petit enim ratio copulæ Latinæ, vt ſimilia tempora modoſq; conglutinet.*

PSAL. CXLIX. *v.* 2. Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum; & filij Sion exultent in regè ſuo. *Rectè Romani Patres, fœmininum* filiæ *quod vulgo legitur, emendarunt repoſito maſculino* filij. * *Ita enim eſt in Heb. & Gr.* bené tſion. υἱοὶ σιών, filij Sion.

*V.* 4. Et exaltabit manſuetos in ſalutem. *Et hic rectè, præteritũ* exaltauit, *correxerunt ſubſtituto futuro* exaltabit. * *Suffragantibus etiam hic Heb. & Grę c. codicibus, in quibus eſt futurum;* iephaèr; ὑψώσει, *glorificabit, exaltabit.*

*V.* 6. Exaltationes Dei in gutture eorum. *Hic denique inſigniter reſtituerunt vocem* exaltationes, *deductam ab* altus, *pro ea quæ vitiosè legi conſueuerat* exultationes, *deducta à* ſalto: *illa, cuius tertia litera eſt vocalis prima, ſignificat laudes; hæc, cuius tertia litera eſt vocalis quinta, ſignificat exultantias, animi pręlætitia ſaltus.* * *Heb. Grecaq; habent vocem ab altitudine deductam;* Romemòth. Αἱ ὑψώσεις, exaltationes.

V. 9. Vt faciant in eis iudicium conſcriptum. Quidam commutant numerum pluralem faciant, cum ſingulari faciat; minus recte. ✠ Heb. langhaſeth, ad faciendum; ſic etiam Græcè τῦ ποιῆσαι, cauſa faciendi; ſed loquitur de pijs, & Dei amatoribus.

S. Hieronymus pſalteriũ iuxta 70. Latinè ab antiquo interprete verſum, ita correxit, vt aliqua tamen iuxta Hebræum mutauerit: ſed illa erunt talia, vt non facerent diuerſitatem vulgò perceptibilem, quod illa editione vtebatur.

## PROVERBIA.

CAP. III. v. 9. Et de primitijs omnium frugum tuarum da ei. Non mutes pronomen ei cum nomine pauperibus. ✠ Manifeſtè enim verſus hic in Hebræo & Græco de ſolo Deo loquitur.

Verſ. 13 Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Non facile mutandum eſt affluit in effluit, vocalis prima in ſecundam; nec prudentia ſextus caſus, in quartum prudentiam. ✠ Heb. eſt iaphik tebunàh, profert ſapientiam; & Græcè εἶδε φρόνησιν, vidit, nouit ſapientiam. Loquitur autem de ſapientiæ acquiſitione, non de eius communicatione alijs facta, ideo ſequitur, Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti. Vnde & alij transferunt, qui haurit ſapientiam: quaſi beatus ſit qui abundè aſſequitur eam: quomodo & interpres noſter vertit hanc vocem iaphìk 8. cap. huius libri, & hauriet ſalutem à Domino. Effluere etiam in malum dicitur, Affluere verò de abundantia dictum, eſt Latinis vſitatiſſimum; vnde D. Bernardus ſermone quem in hunc locum ſcripſit, ait: Sic inuenies corde ſapientiam (inquit) ore afflues prudentia; ſed affluere, nõ effluere vel euomere cura. Hæc fere ex Collectore.

V. 14. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, & auri primi & puriſſimi fructus eius. Malè plerique, auri ponunt ante argenti; & epitheta primi & puriſſimi iungunt cum fructus, quæ ad auri pertinent. Legantur Notationes noſtræ in varias Bibliorum lectiones. ✠ Vbi reprobat primum, quia turbat gradationis ordinem, quæ ſapiens hic paulatim à precioſis ad precioſiora progreditur; Secundum verò, quia fructus eius eſt nominatiuus ſingularis non pluralis, nec genitiuus ſingularis Heb. tebuathàh, prouẽtus fructus eius. Pro auro autem primo & puriſſimo ponitur Heb. vnicum vocabulum Haarùts, quod ſignificat aurum colatum, purgatum, igne liquefactum atque ita purificatum.

V. 18. Et qui tenuerit eam, beatus. Non mutes ſingularia in pluralia. Et qui tenuerint eam, beati. ✠ Hebr. Thomechéha meüſhàr; ſuſtentantes eam, beatus; j. vnuſquiſque eorum, qui eam habent, Quicumque eam habuerit, beatus.

V. 25. Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Non ſcribas timore pro terrore, nec mutes ablatiuos in accuſatiuos repentinum terrorem vel repentinos terrores. Similiter in poſteriori ſententiæ membro, retine irruentes, nec corrigas irrumpentes, multoq; minus intuentes: denique pro potentias non ſubſtituas ruinas, quod eſt alterius verſionis.

V. 28. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, cras dabo tibi. Melius eſt ne in initio ſententiæ quàm nec: & omiſſio coniunctionis & ante cras, cum gratia coniuncta eſt.

V. 35. Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio, ignominia. Legendum eſt hic exaltatio vocali prima, non exultatio vocali quinta, quemadmodum Pſalm. 149. v. 6. ſæpiùs enim varietatem parit affinitas vocularum iſtarum duarum. ✠ Græcè ὕψωσιν ἀτιμίαν (ſubaudias, κληρονομήσουσιν ex priore hemiſtichio) exaltantem ignominiam hæreditabunt; nam ſtulti quo altiori dignitate pollent, eò manifeſtior eſt eorum ſtultitia, ac proinde turpior ignominia. Sic & Hebraicè eſt, merim kalon, exaltans ignominia.

CAP. IV. v. 11. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis. Non mutes futura cum præteritis, monſtraui, duxi. ✠ Heb. eſt horethica, hidhdractíca, docui te, deduxi te, in præterito; LXX. habent in præſenti, διδάσκω, ἐμβιβάζω, doceo, inſtituo. Sed ſenſus petit futurum Latinum, præcedente enim verſu hortatur ad audiendum, & in hoc promittit ſe docturum.

V. 13. Tene diſciplinam, ne dimittas eam: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua. Erroneè plerique hactenus, in poſteriori huius prouerbij membro, ſcripſerunt via, quod eſt, ſemita, pro vita, poſito pro vitæ cauſa. ✠ Heb. enim habes Chi hi hhaiéca. quia ipſa vita tua; & Græcè; φύλαξον αὐτὴν σεαυτῷ εἰς ζωὴν σου, cuſtodi eam tibi ipſi in vitam tuam; hoc eſt, vt ſit vita tua.

V. 16. Et rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Non eſt præponenda negatio verbo rapitur, prout legunt codices alij, quidam & non rapitur, quidam nec rapitur: multoque minus rapitur, cuius litera initialis eſt r vltima liquidarum, mutandum eſt in capitur, cuius litera initialis eſt c tertia alphabeti. ✠ Non habent Hebræa nec Græca negationem; & vtrobique habetur rapiendi ſignificatum; Græcè ἀφῄρηται ὕπνος, aufertur, rapitur ſomnus. Heb. verò nigzelah, à radice gazal; quod eſt, aperta vi rapere, diripere.

V. 27. Vias enim quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ verò ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos, itinera autem tua in pace producet. Non ſunt hæc omittenda, tametſi Hebraicè non exſtent. ✠ Sũt enim apud 70 interpretes in optimis quibuſque exemplaribus Græcis.

CAP. V. v. 22. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Non mutes verba præſentia in futura, capient, conſtringetur. ✠ Hebraicè quidem ſunt iſta in futuro, at 70. habent in præſenti, idq; maiorem habet energiam, vt ſignificatur, impios ſemper ſua ſecum tormenta & ſupplicia circumferre; & iam ſæpe diximus futura Hebræorum ad omne tempus ampliari.

CAP. VI. v. 5. Et quaſi auis de manu aucupis. Quod quidam libri, pro manu ſcribunt inſidijs, aut laqueo, expoſitio eſt. ✠ Nã Heb. eſt miiad iakùsh, de manu aucupis; 70. verò ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος, vt auis ex laqueo.

V. 11. Si verò impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas longè fugiet à te. Latini libri manuſcripti ſententiam hanc minimè omittunt, tametſi Hebraicè non legatur. ✠ Sed in editione Græca 70. habetur.

V. 31. Et omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. Nõ ſubjicias quod quidam, & liberabit ſe, quippe ſuperfluum.

CAP. VII. v. 2. Fili ſerua mandata mea, & viues. Inter nomen fili, & verbum ſerua, multi libri interjiciunt hæc: Honora Dominum & valebis: præter eum verò ne timueris alienum: quæ vt ſuperflua à Correctoribus ſunt prętermiſſa. ✠ Habentur tamen in Græco 70. interpret. ſed forte prætermiſſa ſunt, non ſolum quia non ſunt in Hebr. ſed etiam quia non videntur connexa præcedentibus & ſubſequentibus.

V. 8. Qui tranſit per plateam iuxta angulum. Non mutes numerum ſingularem plateam in pluralem plateas. ✠ LXX. quidem habent pluraliter ἐν γωνίᾳ ἐν διόδοις, in angulo, in diuerticulis aut flexibus vicorum: At Hebr. eſt numerus ſingularis nghober bashùk, Qui tranſit in platea.

V. 10. Præparata ad capiendas animas. Non commutes ſimplex capiendas, cum compoſito decipiendas. ✠ Hebraicè eſt netſuràth lebh; cauta ſeruata corde; quæ dolos in corde verſat, quos externa amoris ſpecie ſimpliciore occultat. Græcè eſt ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι τὰς καρδίας, quæ facit adoleſcentum auolare corda; quod noſter æquè clara paraphraſi expreſſit, metaphora ab aucupibus aut venatoribus ducta; ideoque longè euidentior hic eſt ſignificatio capiendi, quàm decipiendi.

V. 24. Victimas pro ſalute voui. Neque hic ſcribas compoſitũ deuoui loco ſimplicis voui. ✠ Deuouere enim eſt execrari, aut ſeipſum in perniciem obligare; at vouere dicitur de oblatis & promiſſis Deo factis.

V. 27. Penetrantes in interiora mortis. Non omittas præpoſitionem in, nec ſubſtituas inferiora per f digamma, pro interiora per t mutam. ✠ Hebraicè ſiquidem eſt Hhadré máueth, & eadem metaphora Græcè, εἰς τὰ ταμιεῖα τοῦ θανάτου, in penetralia, ſecreta cubicula mortis.

CAP. VIII. v. 11. Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis. Superfluit quod quidam addunt opibus. ✠ Heb. mippeminin; vt & Gręcè, λίθων πολυτελῶν; margaritis, gemmis, lapidibus pretioſis. Reliquit noſter interpres Scripturam in ſua amplitudine, vt nõ gemmis ſolum, ſed omnibus, quæ pretioſa apud homines eſſe ſolent, præferret ſapientiam.

V. 20. In vijs iuſtitiæ ambulo. Non ſcribas futurum ambulabo, loco præſentis ambulo. ✠ Sequutus eſt verſionem Græcam, in qua eſt περιπατῶ, ambulo; nam Hebraicè eſt ahallèc, ambulare faciam.

V. 25. Ante colles ego parturiebar. Non addas omnes. ✠ Græca habent πρὸ δὲ πάντων βουνῶν, ante omnes colles; ſed non eſt in Hebręo.

CAP. IX. v. 15. Qui eſt paruulus, declinet ad me. Alij pro relatiuo qui legunt interrogatiuum quis. ✠ Hebræa ferunt vtrumque mi pethi, quis paruulus, aut qui (eſt) paruulus. LXX. verò ὃς ἐστιν ὑμῶν ἀφρονέστατος, qui è vobis eſt inſipiens. Id autem ſignificat & Latino interpreti paruulus.

Ver. 18 Et in profundis inferni conuiuæ eius. Quod ſequitur in multis libris. Qui enim applicabitur illi, deſcendet ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea, ſaluabitur, meritò à Correctoribus eſt ſublatum. ✠ Vt-pote nec in Hebr. nec in Græcis codicibus inuentum.

CAP. X. v. 4. Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aues volantes. Multi etiam Latini libri

bri

*bri omittunt hunc verſum : à quibus autem legitur, non eſt ſcribendum* ſpargit, *quod eſt diſpergit, ſed* paſcit, *nec* id eſt, *ſed* idem autem ipſe. ✠ *Nec iſtum verſum agnoſcunt Hebræi, & Græci codices legunt* ποιμαινέμ⊛, paſtor ventorum.

*V.* 8. Sapiens corde præcepta ſuſcipit. *Non mutet præſens* ſuſcipit *in futurum* ſuſcipiet. ✠ *In Hebr. Græcoq́ futurum eſt*, iikàhh, δέξεται ſuſcipies: *cæterùm iam antea diximus axiomata moralia & gnomas doctrinales apud Hebræos efferri futuro tempore, apud Latinos vſitatiùs præſenti. Quanquam nec Latinus Interpres hoc accuratè obſeruat: vt in his & ſimilibus Correctores prætuliſſe eam lectionem cenſeantur, quam in libris aut pluribus, aut certè correctioribus inueniſſent.*

*V.* 10. Et ſtultus labijs verberabitur. *Quod ſequitur in quibuſdam exemplaribus* qui palàm arguit, pacificat, *ſuperfluum eſt, quippe ex Græca Latinæ editioni aſſutum.*

*V.* 26. Sic piger his qui miſerunt eum. *Non addas* in via. †*Quod nec Heb. habent nec Græca.*

CAP. XI. *v.* 10. In bonis iuſtorum exultabit ciuitas. *Pro neutro* exultabit *deducto à* ſalto, *malè quidam ſcribunt paſſiuum* exaltabitur, *deductum ab* altus. ✠ *Heb.* Tanghalòts; lætabitur, exultabit; *Græcè verò* κατώρθωσε dirigitur, *vel directa fuit ciuitas, erecta, inſtaurata.*

*V.* 13. Qui autem fidelis eſt animi, celat amici commiſſum. *Latinorum librorum, quidam legunt* animi, *quidam* amici, *quidam iungunt vtrumque: quod poſtremum Romani Patres conſulto ſecuti ſunt.* ✠ *Cùm nec Græca nec Hebræa habeant* amici, *ſed tantum ſit in illis* πιϛὸς πνοῇ, neeman ruahh; fidelis ſpiritu, *ſeu animo celat rē, .i. arcanum ab amico commiſſum.*

CAP. XII. *v.* 2. Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino. *Verbo* hauriet *non addas pronomen* ſibi. ✠ *Sicut nec in Hebr. Græcòve additur.*

*V.* 8. Doctrina ſua noſcetur vir. *Futurum* noſcetur *præferendū eſt præſenti* noſcitur. ✠ *Heb. enim eſt* iehulàl; *laudabitur, celebrabitur, nobilitabitur. LXX. habent in præſenti*, ἐγκωμιάζεται celebratur.

*V.* 11. Qui ſuauis eſt in vini demorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam. *Hanc ſententiam Correctores indicarunt eſſe, non omittendam, ſed ita emendandam, vt nos annotaueramus in Notationibus noſtris*; in vini *pro* viuit in: demorationibus *pro* moderationibus; munitionibus *pro* monitionibus. ✠ *Sic enim habent Græca, in quibus ſolis inuenitur hic verſus : non eſt enim in Hebræis.*

*V.* 12. Deſiderium impij munimentum eſt peſſimorum. *Caue legas* monimentum *vel* monumentum *à monendo deductum, pro* munimentum *à muniendo, quo modo Romani doctè correxerunt.* ✠ *Heb. eſt* Hhamàdh rashangh metſor ranghim. *Quod alij exponūt*, deſiderauit impius rete malorum. *Atſi pro* hhamadh *reiectis Maſoretarum punctis legamus* hhemedh, *erit* deſiderium, *quod noſter interpres poſuit. Et illud* metſor, *vt nunc legitur, ſignificat rete ; à* tsor *quod eſt venari : Sed ſi legatur alijs punctis* matſùr, *munitionem ſeu munimentum ſignificabit.*

*V.* 13. Effugiet autem iuſtus de anguſtia. *Non commutes futurum* effugiet *cum præſenti* effugit. ✠ *LXX. legunt in præſenti*, ἐκφεύγει, effugit : *Hebræa nunc habent futurum*, ietsè egredietur.

*V.* 17. Qui quod nouit loquitur, index iuſtitiæ eſt. *Caue ne recidas in inolitum vitium, eorum qui ſcripſerunt* iudex *pro* index, *vocalem inquam* u, *pro conſonante* n, ✠ *Heb.* iaghidh tſédek, annunciabit iuſtitiam; *LXX.* ἀπαγγέλλει, annunciat, indicat.

CAP. XIV. *v.* 16. Stultus tranſilit & confidit. *Non mutes* tranſilit, *compoſitum ex* ſalio, *cum* tranſit, tranſiuit, *aut* tranſibit, *compoſitis ex* eo. ✠ *Heb.* mithnghabèr, tranſiens, *tranſitum faciens, tranſiliens.*

*V.* 17. Et vir verſutus, odioſus eſt. *Vitioſè quidam legunt* verboſus *pro* verſutus.

*V.* 20. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit. *Non eſt mutandum futurum* erit *in præſens* eſt.

*V.* 23. In omni opere erit abundantia. *Non addas adiectiuum* bono *ad ſubſtantiuum* opere.

*V.* 27. Timor Domini fons vitæ, vt declinent à ruina mortis. *Pro ſingulari* declinet, *quod eſt in plerisq; libris, Correctores ſcripſerunt plurale* declinent *.ſ. homines.*

*V.* 33. Et indoctos quoſque erudiet. *Nomen* quoſque *non eſt mutandum in coniunctionem* quoque: *pro eo, quod eſt in Heb.* in medio ſtultorum cognoſcetur, *poſuit interpres*, indoctos quoſque erudiet.

CAP. XV. *v.* 10. Doctrina mala deſerenti viam vitæ. *Datiuus ſingularis* deſerenti, *non eſt mutandus in genitiuum pluralem* deſerentium.

*V.* 17. Melius eſt vocari ad olera cum charitate. *Neque hic facilè mutandus eſt infinitiuus paſſiuus* vocari *in actiuum* vocare. *Heb.* aruhhath iaràk, conuiuium oleris. 70. ξενισμὸς λαχάνων hoſpitium olerum, *excipi oleribus.*

*V.* 19. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum. *Non eſt ſcribendum* impiorum, *quod eſt, iniquorum, loco* pigrorum, *quod eſt deſidioſorum. LXX.* ὁδοὶ ἀεργῶν, viæ otioſorum: *ſic & Heb.* dérec nghàtſel. via pigri.

*V.* 28. Mens iuſti meditatur obedientiam. *Retinendum eſt præſens* meditatur, *non ſubſtituendum futurum* meditabitur: *vt & vox* obedientiam *ſeruanda eſt, minimeq́ mutanda cum* ſapientiam *aut* iuſtitiam. ✠ 70. μελετῶσι πίστεις, corda iuſtorum meditantur fidelia. *Heb.* ieheghè langhanòth, meditatur ad reſpondendum, *ſiue* obediendum : *vnde iuxta Hebr. verſio noſtra eſt*, iuſtitiam *poſuere alij ex Græco.*

CAP. XVI. *v.* 2. Omnes viæ hominis patent oculis eius. *Non ſcribas plurale* hominum *pro ſingulari* hominis. *In Heb. eſt* iſh viri *ſingul.*

*V.* 11. Et opera eius omnes lapides ſacculi. *Egregiè hic reſtitutus eſt locus, repoſita voce* ſacculi, *quæ eſt diminutiuum à* ſaccus, *loco* ſeculi. ✠ *Ita eſt Hebraicè* abnè chìs, *lapides ſæculi crumenæ, vel marſupij; his enim vocibus Hebræum* chìs *reddit interpres alibi Deut.* 23. *c.* 13. Non habebis in ſæculo diuerſa pondera: *Et Prou.* 3. Marſupium vnum ſit omnium noſtrum. *Nulla eſt autem ſimilitudo inter Hebræas voces* chis, *quæ* ſacculum, *&* ngholàm, *quæ* ſeculum *ſignificat, at inter has ipſas voces Latinas magna eſt affinitas, vnde & procliue erat deſcriptoribus in eis errare. Lapidibus ponderum genera veteres Iudæi diſtinguebant, eoſque in ſacculis reponebant:* Lapides *ergò* ſacculi ſunt opera Domini, *quia ſuum eis Dominus ſiue per ſe, ſiue per reipublicæ gubernatores, pondus ſtatuit, quod mutari non vult ; & ideò Græcè reddiderunt interpretes*, ἔργα αὐτοῦ στάθμια δίκαια, opera eius pondera iuſta.

*V.* 13. Qui recta loquitur, diligetur. *Et hæc egregia emendatio eſt, qua* diligetur *ſcribit, quod eſt amabitur pro* dirigetur, *quod eſt, gubernabitur.* ✠ *Heb.* ieehàbh, diliget, *ſc. vnuſquiſque, vel Dominus, vt exponunt* 70. ἀγαπᾷ κύριος, diligit Dominus.

*V.* 21. Et qui dulcis eloquio, maiora percipiet. *Alij pro* percipiet *legunt* reperiet, *minus rectè.* ✠ *Heb.* ioſiph lékahh : *addet doctrinam perceptam .i. vlterius percipiet vberiorem doctrinam.* 70. *in plurali:* πλείονα ἀκούσονται, plura audient, *auditus verò ſenſus eſt diſciplina.*

*V.* 24. Dulcedo animæ, ſanitas oſſium. *Non præponas & coniunctionem voci* dulcedo, *nec verbum* eſt *voci* ſanitas.

*V.* 27. Vir impius fodit malum. *Pro* impius *non ſcribas* inſipiens. ✠ *Licet enim Græcè habeatur* ἄφρων, inſipiens: *Hebraicè tamen eſt* belinghal: *aut* Belial, *quod eſt vir impius.*

*V.* 30. Mordens labia ſua perficit malum. *Præſens* perficit *non eſt mutandum in futurum* perficiet. ✠ *Heb.* chillàh ranghah, iam perfecit malum. ✠ 70. οὗτος κάμινός ἐστι κακίας, hic caminus eſt malitiæ.

CAP. XVII. *v.* 12. Quàm fatuo confidenti in ſtultitia ſua. *Non addas pronomen* ſibi *participio* confidenti.

*V.* 16. Et qui euitat diſcere, incidet in mala. *Pro verbo* diſcere, *caue ſubſtituas, aut nomen* ducem *aut verbum* diſcedere. ✠ *Non eſt in Heb. verſus iſte. Græcè hic eſt*, σκολιάζων τοῦ μαθεῖν, *deflectens, euitans, declinans diſcere.*

*V.* 19. Et qui exaltat oſtium, quærit ruinam. *Spurium eſt, quod multi libri, pro vna voce* oſtium, *quæ ianuam ſignificat, legunt duas* os ſuum. ✠ *Eſt enim Hebraicè* pithhhò, oſtium ſuum. *Pro quo Gr. eſt* σκληροκάρδιος, qui duro eſt corde.

CAP. XVIII. *v.* 5. Accipere perſonam impij non eſt bonum. *Non ſubdas* in iudicio, *poſt vocem* impij.

*V.* 10. Ad ipſum currit iuſtus. *Correctores prætulerunt maſculinum* ipſum *fœminino* ipſam. ✠ Ad ipſum, *nomen ſc. Domini, quod præceſſit, & ita eſt in Heb.* Bò, in ipſo; *& Græcè* αὐτῷ δὲ δραμόντες, ad ipſum accurrentes. *Qui* ad ipſam *legerunt, retulerunt ad* turrim fortiſſimam, *cui comparatur nomen Domini.*

*V.* 21. Mors & vita in manu linguæ. *Non ſcribas plurale* manibus *pro ſingulari.* ✠ *Heb.* Bijàd lashòn; *Græcè* ἐν χειρὶ γλώσσης, in manu linguæ.

*V.* 22. Qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & impius. *Legendum eſt potiùs* impius, *quod eſt iniquus, quàm* inſipiens, *quod idem eſt cum eo quod præcedit* ſtultus. ✠ 70. ἄφρων καὶ ἀσεβής, ſtultus & impius. *Cæterùm non habetur hic verſus in Heb.*

*V.* 23. Cum obſecrationibus loquetur pauper. *Præferendum eſt futurum* loquetur *præſenti* loquitur. ✠ *Eſt enim Hebr.* iedabèr, loquetur.

*V.* 24. Vir amabilis ad ſocietatem. *Non augeas vocem* amabilis *vna ſyllaba, ita vt ſit* amicabilis.

CAP. XIX. *v.* 19. Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. *Non eſt addenda coniunctio* enim.

V.21. Voluntas autem Domini permanebit. Nec hîc addendum eſt in æternum.

V.22. Et melior eſt pauper quàm vir mendax. Denique neque hîc addenda eſt vox iuſtus poſt vocem pauper.

V.23. Abſque viſitatione peſſima. Præferendus eſt caſus ſextus generis fœminini peſſima, ſecundo caſui generis ſiue maſculini ſiue neutri peſſimi. ✠ Hebr. enim eſt, bal iippakedh rangh, non vſitabitur malo.

V.26. Qui affligit patrem & fugat matrem, ignominioſus eſt & infelix. Rectè Romani Patres, fugit tertiæ coniugationis, quod à plerìſque legitur, correxerunt, dato fugat primæ coniugationis, quod eſt, in fugam vertit. ✠ 70. enim habent ἀπωθούμενος τὴν μητέρα, expelles matrem. Et Hebraicè eſt, iabriahh em, fugabit matrem.

CAP. XX. v. 15. Et vas pretioſum labia ſcientiæ. Quidam pro & vas ſcribunt vas autem.

V.22. Ne dicas: Reddam malum. Non ſubijcias quod quidam, pro malo, ſed ſubaudias. ✠ Ideo 70. verterunt τίσομαι τὸν ἐχθρόν, vlciſcar inimicum.

V.25. Ruina eſt homini deuorare ſanctos. Nequaquam legendum eſt, aut deuocare, aut denotare, aut deuotare, vel deuouere, ſed deuorare, quod eſt deglutire ſeu abſorbere, quod in Notationibus noſtris oſtendimus. Poſtremò maſculinum ſanctos dedit Interpres noſter, non neutrum ſancta. ✠ Heb. eſt ialàngh kodesh, deuorare, abſorbere ſanctitatem, ſeu rem Deo dicatam. At Interpres videtur legiſſe alijs punctis Kadòsh, ſanctum, & dediſſe plurale pro ſingulari. At Græci hîc vertunt ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι, cito aliquid ſuum dedicare, deuouere, aut conſecrare Deo; quod conuenit & cum Hebr. ſanctitatem, ſeu ſanctificatum deuorare, & cum ſequenti hemiſtichio. Idẽ poteſt eſſe ſenſus etiam noſtræ lectionis, vt deuorare ſanctos, ſit, ea, quæ ad vſum ſanctorum ſacraueris, eripere.

Sequitur: Et poſt vota retractare. Alij pro compoſito retractare legunt ſimplex tractare.

CAP. XXI. v. 18. Pro iuſto datur impius. Quidam libri pro præſenti datur, habent futurum dabitur.

V.22. Et deſtruxit robur fiduciæ eius. Non facilè ſcribas detraxitque pro deſtruxitque, vel & deſtruxit. ✠ Heb. iored, deſcendere fecit; At Septuaginta καθεῖλε, quod eſt aut detraxit, aut deſtruxit.

V.27. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. Non mutes coniunctionem quia in relatiuum quæ. ✠ Hebr. aph chi, etiam quia: & 70. καὶ γάρ, etenim.

CAP. XXII. v. 1. Super argentum & aurum gratia bona. Non addas coniunctionem cauſalem enim.

V.3. Callidus vidit malum & abſcondit ſe. Seruandum eſt præteritum vidit, non commutandum cum præſenti videt. ✠ Hebr. Vidit & abſcondet. 70 ἰδὼν πονηρὸν τιμωρούμενον παιδεύεται, cùm viderit malum pœna affectum, eruditur.

V.5. Arma & gladij in via peruerſi. Non ſcribas ſuperbi pro ſuperbi. ✠ Heb. eſt bedérec nghakàsh, in via peruerſi: Græcè verò ἐν ὁδοῖς σκολιαῖς, in vijs peruerſis, deprauatis.

V.17. Inclina aurem tuam. Superfluum eſt quod quidam præponunt filium.

CAP. XXIII. v. 16. Cùm locuta fuerint rectum labia tua. Singulare rectum non eſt mutandum cum plurali recta. ✠ Vt euitetur ambiguitas, nequis putet recta eſſe epithetum labiorum, & non caſus accuſatiui. Heb. mesharìm, rectitudines.

V.29. Cui ſuffuſio oculorum? Germanam hanc eſſe lectionem, vt legatur ſuffuſio, nomen deriuatum à verbo ſuffundo, non ſuffoſſio à ſuffodio, aut confuſio à confundo, multóque minus cõfeſſio, à confiteor, iam olim docuimus. ✠ Hebraicè eſt lemì hhacheliluth nghenáim: cui rubedo oculorum? quæ contrahitur ſuffuſo ſanguine ex paſſione verecundiæ aut pudoris. Græcè τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί, cuius liuidi ſunt oculi? vel ex intemperantia ſordidi, vel rixis & pugnis læſi.

V.33. Oculi tui videbunt extraneas. Præferendum eſt fœmininum genus extraneas, neutro extranea: nam maſculinum extraneos ſpurium eſt prorſus. ✠ In Hebræo eſt zaròth, quod aliqui exponunt alienas aut extraneas, & ſubintelligunt viſiones, quaſi vino dediti ludificationibus ſint & animi & corporis obnoxij. Sed rectius vertitur extraneas, ſubaudiendo mulieres impudicas; quia comes ebrietatis eſt luxuria, & vinum deſpumat in libidinem. 70. hic hypotheticam poſuerunt: quando oculi tui (poſt vinum) viderint alienam (mulierem) tunc os tuum loquetur peruerſa, ſeu praua, & à bono abhorrentia.

CAP. XXIV. ver. 10. Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua. Inſignis correctio, qua reſtitutum eſt laſſus, quod eſt fatigatus, pro lapſus à labi, cadere.

V.16. Septies enim cadet iuſtus & reſurget. Non addas in die. ✠ Non enim eſt in Heb. aut Græco.

V.27. Vt poſtea ædifices domum tuam. Non mutes vt cauſatiuum cum & copulatiuo.

V.32. Et exemplo didici diſciplinam. Parum inquam dormies. Quod interponunt alij Vſquequo piger dormies, vſquequo de ſomno conſurges? redundat.

V.34. Et veniet tibi quaſi curſor egeſtas. Non temerè addendum eſt pronomen tua.

CAP. XXV. v. 20. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo. Nec hîc temerè interijcienda eſt coniunctio &, vt minimè mutandus datiuus cordi in ablatiuum.

Sequitur: Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi. Verſiculum hunc non facilè eſſe omittendum, tametſi à multis omittatur, docent noſtræ Notationes. ✠ Habetur enim Græcè; & citatur ab Auguſtino 21. de ciuitate c. 9. in hunc modum: Sicut tinea veſtimento, & vermis lignum, ſic mœror excruciat cor viri; Erat enim in vſu tunc Græcorum tranſlatio. Sed & Chaldæus paraphraſtes habet eum, quanquam parùm mutata ſententia, omiſſáque tineæ ac veſtimenti comparatione: Et ſicut putredo aut vermis in ligno (ait) ſic ſtoliditas incitat cor viri. Hæc in illa annotatione Collector.

CAP. XXVI. v. 2. Sicut auis ad alia tranſuolans. Non præponas coniunctionem nam: nec mutes vocem alia triſſyllabam, cum diſſyllaba alta, quæ excelſa ſignificat: nam ad alia, idem eſt quod quolibet, quod mox ſequitur: Et paſſer quolibet volans. ✠ Hebr. Catſippòr lanud; ſicut auis eſt vagari.

V.15. Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eam conuerterit. Retinendus eſt numerus ſingularis manum, eam. ✠ Sic enim eſt in Hebræo & Græco contextu.

V.20. Et ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcent. Præferendum eſt futurum præſenti conquieſcunt. ✠ Græcè eſt præſens ἡσυχάζει μάχη, pugna conquieſcit; ſed Hebraicè futurum, ijshtòk madòn ſilebit contentio.

V.26. Reuelabitur malitia eius in concilio. Vox concilio, accepta pro cœtu, per c potiùs ſcribitur quàm per ſ. ✠ Nam Hebraicè eſt bekahàl, quod Septuaginta ſine ambiguitate verterunt ἐν συνεδρίῳ.

CAP. XXVII. v. 4. Et impetum concitati ferre quis poterit? Superfluit quod quidam codices addunt, ſubſtantiuum ſpiritus, participio concitati.

V.11. Vt poſsis exprobranti reſpondere ſermonem. Alij libri, pro ſecunda perſona poſsis, ſcribunt primam poſsim: hæc Hebræo conſonat, illa Græco.

V.15. Tecta perſtillantia. Caue perſtillantia, quod eſt perfluentia, mutes in peſtilentia, id eſt, peſtem adferentia.

V.16. Et oleum dexteræ ſuæ vocabit. Pro futuro indicatiui vocabit, quidam libri ſcribunt coniunctiuum vocet aut euocet: ſed nullo modo ferendum eſt, quod eſt in nonnullis, euacuet, id eſt, exhauriat. ✠ Heb. iikrà, vocabit.

V.24. Sed corona tribuetur in generationem & generationem. Non addas pronomen tibi verbo tribuetur, nec mutes priorem accuſatiuum in ablatiuum generatione.

V.26. Agni ad veſtimentum tuum, & hœdi ad agri pretium. Vt priori membro non eſt addendum verbum ſunt, ita poſteriori non eſt auferenda præpoſitio ad.

CAP. XXVIII. v. 8. Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas. Caue, ne tranſpoſito commate, coniungas vocem liberali, cum eo quod præcedit ſubſtantiuo fœnore. ✠ Non enim refertur ad fœnus præcedens; ſed ad ſequentia; vt ſit ſenſus, eum, qui vſuris corradit opes, relicturum eas hæredi qui eas faciliter ſit diſſipaturus. Heb. ad largiendum pauperibus congregat eas. Græcè eodem ſenſu, τῷ ἐλεοῦντι πτωχοὺς συνάγει αὐτὸν ſup. πλοῦτον. miſericordiam facturo erga pauperes congregat. Non quod eo animo congreget fœnerator, ſed quod ita diſponat Deus.

V.10. Et ſimplices poſsidebunt bona eius. Non temerè omittendum eſt pronomen eius. ✠ Senſus eſt, Deum ſimplicibus & perfectis bona largiturum.

V.26. Qui autem graditur ſapienter, ipſe ſaluabitur. Malè alij pro ſaluabitur, quod eſt, fiet ſaluus, ſcribunt laudabitur, laudibus celebrabitur. ✠ Heb. hu iimmalèt; ipſe euadet, è periculis, ſcilicet. Græcè, σωθήσεται, ſaluabitur.

CAP. XXIX. v. 5. Rete expandit greſsibus eius. Præferendum eſt eius, ei quod alij libri habent reciproco ſuis. ✠ Eius, amici ſcilicet, cui doloſè loquitur, non autem ſuis ipſius pedibus; non enim hoc meditatur ipſe, quamuis ſæpe Deo faciente accidat vt ipſe cadat in rete, quod amico tetenderat,

V.15. Virga atque correptio tribuit ſapientiam. Præfertur vox correptio deriuata à corripio, voci correctio à corrigo.

V.20. Stultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correptio. Idem hoc loco obſeruatur.

CAP. XXX. v. 3. Non didici ſapientiam, & non noui ſcientiam ſanctorum. Quidam libri poſterius membrum legunt abſque negatione, ſicut Hebræa & Græca: Correctores maluerunt negationem

*nem ex alijs libris repetere.*

*V. 19.* Viam colubri ſuper petram. *Seruanda eſt vox* petram, *quæ rupem; non ſubſtituenda* terram, *quæ humum ſignificat.* ✠ *Hebr.* nghalè tsùr; *& Græcè* ἐπὶ πέτρας, ſuper petram.

*Ibidem.* Et viam viri in adoleſcentia. *Non facile pro* adoleſcentia, *quod iuuentutem, ſcribas* adoleſcentula, *quod iuuenculam declarat.* ✠ *Heb. eſt* benghalmàh, in adoleſcentula. *Græcè nunc eſt* ἐν νεότητι, in adoleſcentia; *forte interpretes ſcripſerint* ἐν νεοτιδι, νεότις *enim adoleſcentulam,* νεότης *adoleſcentiam ſignificat. Indicat autem hæc ſententia virum & adoleſcentulam omnibus modis ſatagere, vt non cognoſcatur ab alijs ipſorum congreſſus. Sed quia ille ſenſus eſt paulo humilior, nec reuera ita difficile eſt ſapienti cognoſcere viam viri in adoleſcentula, quæ prius incognita corrumpitur; (aufertur enim ſignaculum virginitatis, atque ita relinquitur veſtigium viæ) ideoque plerique omnes referunt ad myſterium conceptus & partus virginei: Eſt enim hic vox* almàh, *quæ ſignificat virginem abſconditam, ſeu intactam viro: & hic videtur poni pro ea, quæ etiam virgo permanet. ideoque ponitur etiam vox* gaber, viam viri, *non iuuenis aut adoleſcentis, ſed viri perfecti, quod optime conuenit Chriſto Domino. Reliqua vide apud Liranum & Ianſenium.*

*V. 31.* Nec eſt rex qui reſiſtat ei. *Caue omittas aliquod trium primorum verborum* nec eſt rex: *aut* rex *quod eſt* ὁ βασιλεὺς, *corrigas* res, *id eſt* πρᾶγμα: *aut denique pronomen ſingulare* ei *ſcribas pluraliter* eis: *hæc enim ſunt codicum quorundam vitia. Lege, ſi placet, noſtras in varias Bibliorum lectiones Notationes.* ✠ *Hebraicè eſt, vt nunc habent puncta,* vmélech alkùm nghimmò, & rex non ſurgens cum eo. *vel* & rex non reſiſtens ei. *LXX. habent* καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει; *acceperunt* al *non pro negatiuo, ſed pro relatiuo; ſicut & Chaldæus Paraphraſtes (vt Arabibus hodieque vſurpatur, quibus* alphurkan, *eſt, ipſa ſalus: titulus Mahometici euangelij) & non legerunt* nghimmò, cum eo, *ſed* nghammò, populo ſuo. & kum, *quod eſt ſtare, expoſuerunt,* concionari. *Noſtræ lectionis ſenſus videtur. (vt Hebraiſmus exponatur) nec eſt rex (talis) vt audeat aliquis ei reſiſtere.*

*V. 32.* Eſt qui ſtultus apparuit, poſtquam eleuatus eſt in ſublime. *Egregiè emendatus eſt locus, reſtituto verbo ſubſtantiuo* eſt, *pro ea quæ in pleriſque libris coniunctione copulatiua* &. *Porro ſiue legas* apparuit *ſiue* apparuerit, *ſiue* eleuatus *ſiue* elatus, *nihil refert.*

CAP. XXXI. *v. 9.* Et iudica inopem & pauperem. *Non mutes* iudica *in* vindica, *quanquam hoc illius expoſitio ſit.* ✠ *LXX.* διάκρινε. diſcerne. *Heb.* shephàt tsedek vedin, iudica iuſtitiam & iudicium.

## ECCLESIASTES.

CAP. II. *v. 1.* Dixi ego in corde meo. *Non mutes pronomen* ego *in coniunctionem* ergo. ✠ *Heb.* amàrti ani; *Græc.* εἶπον ἐγὼ, dixi ergo.

CAP. VII. *v. 22.* Ne fortè audias ſeruum tuum maledicentem tibi. *Non omittas pronomen poſſeſſiuum* tuum. ✠ *Eſt enim in Heb.* nghabdecà, *& Gr.* τοῦ δούλου σου, ſeruum tuum.

CAP. VIII. *v. 16.* Et intelligerem diſtentionem. *Caue ne ſcribas* diſſenſionem, *quod eſt, diſcordiam, à* diſſentio, *pro* diſtentionem, *quod eſt, occupationem, à* diſtendo. ✠ *LXX* περισπασμὸν, diſtenſionem. *Heb* eth hanghinjan. occupationem.

CAP. X. *v. 1.* Pretioſior eſt ſapientia & gloria, parua eſt ad tempus ſtultitia. *Hic locus, quia obſcurus, multis modis fuit adulteratus, quod docent noſtræ Notationes. Quidam addiderunt* auro *poſt* pretioſior eſt: *quidam vocem* gloria *poſtpoſuerunt voci* paruæ: *quidam ſubſtantiuo* gloria *adiunxerunt adiectiuum* parua, *quod eſt ſubſtantiui* ſtultitia: *quidam omiſerunt* & *medium inter* parua & *ad* tempus *(quod tamen non vitiat ſenſum, cùm non ſit niſi exegeticum, poſitum loco* id eſt*) denique quidam ſcripſerunt ſecundum caſum* ſtultitiæ *pro primo* ſtultitia. ✠ *Hebraicè habetur,* iakàr mehhochmàh miccabhòdh ſiclùth menghàt, pretioſum à ſapientia à gloria, ſtultitia ad modicum *Quod Græci exponunt, ita vt non adhæreat præcedenti hemiſtichio:* τίμιον σοφίας ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλης; pretioſius eſt vel parum ſapientiæ, magna ſtultitiæ gloria. *Alij ex Hebræo ita vertunt, vt cohæreat præcedenti membro; ſicut muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti, ita parua ad tempus ſtultitia magnam gloriam ſapientiæ obſcurat & vileſcere facit. Poteſt noſtra lectio hunc ſenſum etiam admittere, vt dicatur, parua & ad tempus ſtultitia pretioſior eſt ſapientia & gloria (quæ ſunt apud Heb. in ablatiuo caſu, vt indicat præpoſitio illis præfixa) Nam Sapientia laude celebris ſiquid agat perperam, manifeſtè apud omnes vileſcit: ita vt ſtultitia maioris pretij ſit apud homines quàm ipſa pretioſiſſima rerum omnium ſapientia. Sic autem exponentes, Hebraica verbatim interpretari debemus,* pretioſum à ſapientia & gloria parum ſtultitia.

*V. 19.* In riſum faciunt panem & vinum, vt epulentur viuentes. *Vulgò legitur* bibentes, *quod eſt potantes: correctio eſt* viuentes, *quod eſt, viui ſiue mortales.*

CAP. XI. *v. 2.* Da partem ſeptem, necnon & octo. *Non eſt mutandum ſingulare* partem *in plurale* partes. ✠ *Heb.* Tēn hhilek; *& Græcè etiam in ſingulari,* δὸς μερίδα, da partem.

*V. 8.* Vanitatis arguentur præterita. *Ita potiùs ſcribendum eſt, quàm* vanitas arguuntur. ✠ *Arguentur vanitatis, vel arguentur non aliud eſſe, quàm vanitas.*

CAP. XII. *v. 2.* Antequam tenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ. *Alij ſcribunt plurale* tenebreſcant: *ſed ſingulare genuinum eſt.*

*V. 14.* Pro omni errato. *Quidam antiqui libri legunt* erratu: *ſed ſpurium eſt, quod nonnulli, tranſpoſitis primis literis, ſcribunt* reatu. *Porro* abſcondito, *quod habent alij, altera interpretatio eſt.* ✠ *Heb.* col nenghelàm, pro omni abſcondito. *LXX.* ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, pro omni errato *aut* negligentia.

## CANTICVM CANTICORVM.

*Heb.* Shir hashirim. *Græc.* ᾆσμα ᾀσμάτων.

GErmanus libri titulus eſt canticum *numero ſingulari, non plurali* cantica.

CAP. I. *v. 1.* Oſculetur me oſculo oris ſui. *Non ſcribas* ab oſculis *pro* oſculo. † *Quamuis ita ſit in Heb.* minneshikòth, *vt Græcè* ἀπὸ φιλημάτων, ab oſculis. *Sed Latinius exprimitur vt noſtra habet lectio.*

*V. 3.* In odorem vnguentorum tuorum. *Non ſunt omittenda hæc verba, licet Hebraicè non exſtent.* ✠ *Leguntur autem in Græco, poſita à 70. interpr.*

*V. 5.* Poſuerunt me cuſtodem in vineis. *Non eſt auferenda præpoſitio* in. ✠ *LXX.* ἐν ἀμπελῶσιν. In vineis. *Hebr.* noteràh eth-hacceramìm. Cuſtodem vinearum.

*V. 7.* Et abi poſt veſtigia gregum. *Non ſubijcias pronomen* tuorum.

CAP. II. *v. 4.* Introduxit me in cellam vinariam. *Non addas* rex. ✠ *Quia non eſt in Heb. nec Græc.*

*V. 10* En dilectus meus loquitur mihi. *Alij, pro aduerbio demonſtrandi* en, *ſcribunt coniunctionem copulatiuam* &. ✠ *Hebraicè & Græcè neutrum eſt.*

*Sequitur:* Surge, propera, amica mea, columba mea. *Non facilè omittas* columba mea, *tametſi adſit ab Hebræo.* ✠ *Additur à 70.* περιστερά μου, columba mea.

*V. 13.* Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni. *Non eſt hoc loco addendum verbum* propera, *multoque minus* proſpera, *verbo* ſurge. *Rurſus* ſpecioſa, *quod eſt* pulchra, *non eſt corrigendum* ſponſa. *Poſtremo non eſt* columba mea, *è proximo verſu transferendum in hunc ante* & veni. ✠ *Et tamen illam clauſulam huc tranſtulerunt Græci interpretes.*

*V. 17.* Similis eſto, dilecte mi, capreæ hinnuloque ceruorum, ſuper montes Bether. *Quia obſcurum eſt nomen* Bether, *quod ſignificat concauitatem ſeu diuiſionem; notiſſimum è contrà eſt nomen* Bethel, *quod domum Dei ſignificat: hinc factum eſt, vt notarij plerique, pro* Bether *(quæ eſt Romanorum Patrum docta correctio) ſcripſerint* Bethel, *id eſt,* l *pro* r, *primam liquidarum pro vltima.*

CAP. V. *ver. 6.* Anima mea liquefacta eſt vt locutus eſt. *Non addas* dilectus. ✠ *Heb.* Naphshi iatseàh bedabberò; anima mea egreſſa eſt eo loquente; *Sic etiam Græcè* ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ; anima mea egreſſa eſt in ſermone eius.

CAP. VI. *v. 10* Deſcendi in hortum nucum. *Caue ſupponas pronomen* meum *pro nomine* nucum, *quod quidam.* ✠ *Hebr.* el ghinnath egòz; *Græcè,* εἰς κῆπον καρύας, ad hortum nucis aut coryli.

*Sequitur:* Vt viderem poma conuallium. *Alij libri ſcribunt numero ſingulari* conuallis. ✠ *Sic Heb.* beibbe hànnahhal, poma conuallis; *70. etiã in ſingulari* ἐν γεννήμασι τοῦ χειμάρρου, *in germine aut fructu torrentis; quia vox Hebr.* nahhal *ſignificat* vallem, & torrentem *in* valle.

*V. 12.* Reuertere, reuertere Sulamitis. *Idem accidit hoc loco quod ſuprà 2. v. 17.* Sulamitis, *quod eſt nomen fœmininum, deductum à maſculino* Salomon, *quia alibi non legitur, corruptum fuit, ſuppoſito nomine* Sunamitis, *celeberrimo in tertio & quarto libris Regum, vtpote vna ſola litera differente. Legenda itaque hic eſt litera* l, *id eſt, prima liquidarum, prout habet Romana correctio, non* n *tertia.* ✠ Sulamitis, *pacificam, vt Salomon ſignificat pacificum.*

CAP. VII. *v. 1.* Quid videbis in Sulamite. *Eadem eſt huius loci ratio, quæ præcedentis.*

*Ibidem.* Iuncturæ femorum tuorum. *Alij ſcribunt* feminum.

*V. 5.* Sicut purpura regis vincta canalibus. *Pro* vincta, *quod eſt participium à* vincio, *non ſcribas* iuncta *à* iungo, *multoque minus*

tincta

tincta à tingo. ✠ *Hebræa, iuxta Maſoretarum puncta nunc habent aliam diſtinctionem:* Vedallàth roshèch caargamàn : mélech asùr barehatim; coma capitis tui ſicut purpura : rex ligatus in canalibus; *quæ etiam eſt lectio 70. interpretum verbatim :* πλόκιον κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα. βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς. *Vocat autem hæc lectio aures ſponſæ capillos canales, quia diffluentes comæ exhibent ſpeciem riuulorum aut canalium; quibus rex ſe vinctum & implicatum fatetur; alij transferunt (vt Tigurini)* rex ligatus in tignis; *ſed ſine cauſa diſcedunt à vulgato in hac voce, quia vox* rehatim *quæ hic ponitur, & exponitur* canales, *eadem ſignificatione ſumitur ab omnibus Gen. 30. vbi Iacob virgas decorticatas in canalibus, quibus oues adaquabantur, collocat. Alij transferunt,* rex ligatus in plicis, *nempe comarum plicis, quæ referunt canales, aut per veſtimenta decurrunt. At noſter interpres diſtinctione ſeu pauſa* athnach *abiecta, poſuit purpuram regis vinctam canalibus, religatam ſcilicet ad canales à tinctoribus purpurarijs.*

*V.* 8. Et odor oris tui ſicut malorum. *Non repetas vocem* odor *ante* malorum.

CAP. VIII. *v.* 2. Et ducam in domum matris meæ. *Non ſubijcias, vt multi,* & in cubiculum genitricis meæ, *quod eſt capitis* 3. *v.* 4.

*V.* 5. Quæ eſt iſta quę aſcendit de deſerto. *Caue mutes* de *cũ* in. ✠ *Heb.* Min-hammidbhàr. *& Gr.* ἀπὸ ἐρήμου, de vel ex deſerto.

*V.* 7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. *Alij pro præterito* potuerunt, *ſcribunt futurum* poterunt. ✠ *Et ſic eſt in Hebr.* lo iòchelù, non poterunt; *& Gręcè* ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται, aqua multa non poterit.

*V.* 12. Mille tui pacifici. *Non eſt opus genitiuum* pacifici, *commutare cum vocatiuo* pacifice, *præſertim cùm non ſuppetant exemplaria.*

## SAPIENTIA.

CAP. I. *v.* 6. Et non liberabit maledicum à labijs ſuis. *Malè hactenus, pro* maledicum, *quod ſignificat procliuem ad maledicendum, ſcriptum fuit in pleriſque libris, addita vna litera,* maledictum, *quod eſt, execratum.* ✠ *Græcè* βλάσφημον; blaſphemum.

*V.* 15. Iuſtitia enim perpetua eſt & immortalis. *Superfluit quod ſequitur in pleriſque libris:* Iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio. ✠ *Non eſt enim in Græca editione, vnde iſta facta eſt verſio; Quod idem de alijs locis intellige, quę Collector dicit ſuperfluere; niſi nos aliud notemus.*

*V.* 16. Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam. *Notum eſt, quod quidam libri habent,* pedibus, *pro* verbis, *quod eſt, ſermonibus.* ✠ *Gr.* τοῖς λόγοις, ſermonibus.

*Ibidem.* Quoniam digni ſunt qui ſint ex parte illius. *Caue ne vel addas vocem* morte (morte digni ſunt) *vel mutes coniunctiuum* ſint *cum indicatiuo* ſunt. ✠ *G.* ἄξιοί εἰσι τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι, digni ſunt illius partis eſſe.

CAP. II. *v.* 2. Quoniam fumus flatus eſt in naribus noſtris. *Nequaquam interijcienda eſt coniunctio* &, *inter nomen* fumus *& nomen* flatus, *ſeu, quod aliàs legitur, & idem vnum eſt,* afflatus. ✠ *Gr.* ὅτι καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν, quoniam fumus eſt flatus ille, qui in naribus &c.

*Ibidem.* Et ſermo ſcintilla ad commouendum cor noſtrum. *Probus eſt caſus primus* ſcintilla; *reprobus ſecundus, qui eſt in alijs libris,* ſcintillæ. ✠ καὶ ὁ λόγος σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν, & ſermo (*eſt*) ſcintilla in motu cordis noſtri.

*V.* 3. Qua extincta cinis erit corpus noſtrum. *Miſerè deprauatus erat hic locus, cùm legeretur* quia extinctus *aut* extinctum, *pro ablatiuis abſolutè poſitis,* qua extincta, *ſ. ſcintilla.* ✠ *Gr.* οὗ σβεσθέντος τέφρα ἀποβήσεται τὸ σῶμα, quâ (ſcintilla) extinctâ cinis euadet corpus.

*V.* 9. Nemo noſtrûm exors ſit luxuriæ noſtræ. *Non mutes pronomen primæ perſonæ* noſtrûm, *in ſecundæ* veſtrûm. ✠ *Græc.* μηδεὶς ἡμῶν. *Pro* luxuria *Græcè eſt* ἀγερωχία, *quę & petulantiam ſonat, & ſuperbiam, & delicatorum ciborum curam.*

*Ibidem.* Quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors. *Non repetas pronomen* noſtra *ad nomen* ſors. ✠ *Græcè* καὶ ὁ κλῆρος οὗτος.

*V.* 10. Et non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. *Quidam pro ſecundo caſu legunt tertium* veterano, *& repetunt negationem* nec *ante* reuereamur; *ſed malè.* ✠ *Græ. enim eſt* μηδὲ πρεσβύτου ἐντραπῶμεν πολιὰς πολυχρονίους, nec ſenis reuereamur canos multi temporis, *ſeu* annoſos.

*V.* 11. Si autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ. *Temeritas ſcribarum miris modis hic graſſata, pro* iuſtitię, *id eſt,* τῆς δικαιοσύνης, *ferè ſcripſit contrarium,* iniuſtitiæ, *iniquitatis.*

CAP. III. *v.* 2. Et æſtimata eſt afflictio exitus illorum. *Sequitur v.* 3. Et quod à nobis eſt iter, exterminium. *ſ. æſtimatum eſt: id eſt: Illorum ex humanis diſceſſus, habitus eſt pro exterminio ſeu exitio. Hoc alij libri miris modis corrumpunt, dum non ſolùm pro nominatiuo* exterminium *legunt genitiuum* exterminij, *verũ etiam duas eiuſdem huius loci corruptiones copulantes, ſcribunt :* Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium, & quod à nobis eſt iter exterminij. ✠ *Græc. eſt* καὶ ἡ ἀφ᾽ ἡμῶν πορεία σύντριμμα; *& profectio à nobis contritio. ſ.* ἐλογίσθη *æſtimata eſt.*

*V.* 15. Et quæ non concidat radix ſapientiæ. *Præferendus eſt cõiunctiuus* concidat *indicatiuo* concidit. ✠ *Græ.* ἀδιάπτωτος *vna voce* indeciduus, *non obnoxius caſui.*

*V.* 16. Filij autem adulterorum in inconſummatione erunt. *Vni voci* inconſummatione, *compoſitæ ex præpoſitione* in *& nomine* conſummatione, *præponenda eſt præpoſitio* in, *ita vt ſit* in inconſummatione : *pro quo quidam codices, eodem ſenſu, legunt participium* inconſummati. *Nam vitanda eſt lectio, quæ contenta vnico* in, *effert voces duas* in conſummatione. ✠ *Græcè eſt vnica vox* ἀτέλεστα, inconſummati, *imperfecti; aut (vt alij) non initiati, non conſecrati.*

*V.* 19. Nationis enim iniquæ, diræ ſunt conſummationes. *Vt genitiuus* nationis *non eſt mutandus in nominatiuum* nationes : *ita nec nominatiuus* conſummationes *in genitiuum* conſummationis. ✠ γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη. generationis, *ſeu progeniei, aut prolis iniquæ,* iniuſtæ, difficiles exitus, *diri duriue fines ſolent eſſe.*

CAP. IV. *v.* 3. Et ſpuria vitulamina non dabunt radices altas. *Pro* ſpuria vitulamina *quod alij libri legunt,* adulterinæ plantationes, *altera interpretatio eſt, eaq; clarior teſte D. Auguſtino lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 12.* ✠ *Expreſſit non male vocem ipſam Græcam,* μοσχεύματα, *vitulamina, ſtolones, ſurculos.* μόσχος *enim Græcis eſt vitulus, & eſt etiam tenella planta vitis cum radice humo commendata, viniradix; Sicut ergo Græci à* μόσχος *formarunt* μόσχευμα; *ita noſter à viti deflexit vitulamen, i. viniradicem viticulæ. Fortè etiam (ait hic Collector) à ſtolida vituli vitulatione (i. lætitia, ſeu exaltantia) ſtolidas plantas, quæ Latinè ſtolones dicuntur, vitulamina ad Græcæ vocis ſimilitudinem appellauit.*

*V.* 6. Ex iniquis enim ſomnis, filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes. *Vt plurima huius libri loca Romani Patres feliciſſimè reſtituerunt quod videre licet, ita inter cætera hunc, vbi pro* omnes *nota vniuerſitatis (qui error pleroſque omnes codices inuaſit) repoſuerunt, quod rectum eſt, & Græco conſentaneum,* ſomnis, *id eſt,* ὕπνοις, *poſitum pro concubitu : quemadmodum infrà 7. verſ. 2. idem Sapiens, ex* delectamento ſomni *conceptum ſe dicit.*

*V.* 12. Et inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia. *Non facile mutes vocem* inconſtantia, *quæ ſignificat inſtabilitatem, in* inſtantia, *quę dempta vna ſyllaba, ſolicitationem declarat.* ✠ *Græ.* ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας, *inconſtantia, vagatio concupiſcentię.* ῥέμβος *enim ſignificat vagabundum, qui multùm vagatur, & rarò domum reuertitur, &* ῥεμβάζω *eſt ita vagari.*

*V.* 15. Quoniam gratia Dei & miſericordia eſt in ſancto eius. *Alij libri ſubaudiunt omiſſum verbum ſubſtantiuum* eſt; ✠ *quod etiã ſubauditur in Gręco.*

*V.* 18. Videbunt & contemnent eum. *Non eſt hic repetenda coniunctio* enim.

CAP. V. *v.* 9. Et tanquam nuncius percurrens. *Legendum eſt* percurrens, *quod eſt tranſcurrens, non* præcurrens, *quod eſt, antè currens.* ✠ ἀγγελία παρατρέχουσα, nuncium (*id quod nuntiatur,*) *tranſcurrens.*

*Verſ.* 11. Aut tamquam auis. *Non omittas aduerbium* tamquam.

*Ibidem.* Argumentum itineris. *Non ſubijcias pronomen* illius, *quod alij codices.*

*V.* 17. Et brachio ſancto ſuo defendet illos. *Non præponas præpoſitionem* in *nomini* brachio; *vt nec coniunctionem* & *ei quod ſequitur:* Accipiet armaturam zelus illius.

*V.* 21. Acuet autem duram iram in lanceam. *Etiam noſtra antiqua manuſcripta legunt* duram, *quod eſt rigidam, pro eo quod alij libri* diram, *quod eſt, crudelem, id eſt ſcribũt* u *vocalẽ quintã pro* i *tertia.* ✠ ἀπότομον ὀργὴν εἰς ῥομφαίαν, *acuet præruptam (rigidam, aſperam) iram in gladium, ſeu romphæam.*

*V.* 22. Et tamquam à bene curuato arcu. *Duæ diſtinctiunculæ ſunt,* à *præpoſitio, & aduerbium* benè, *non vnum nomen* habenæ. ✠ ἀπὸ εὐκύκλου τόξου, à bene circulato (*vt ſic dicam*) arcu.

*V.* 23. Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines. *Scribenda eſt dipthongo ſyllaba vltima, ita vt ſit nomen* plenæ, *non aduerbium* plenè. * *Græcè ſiquidem eſt nomen* πλήρεις χάλαζαι, plenę grandines, *denſi magniq; grandinis lapides.*

V. 24.

*V.*24. Et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum. *Nominatiuus* iniquitas, *non eſt commutandus cum genitiuo* iniquitatis. ✠ *Græcè poſt nominatiuum* ἀνομία iniquitas, *non ſequitur pronomen* illorum.

CAP. VI. *v. 6.* Quoniam iudicium duriſſimum his qui præſunt fiet. *Non eſt præponenda præpoſitio* in *pronomini* his. ✠ *Et tamen eſt Græcè* ἐν τοῖς ὑπερέχουσι, *in his qui præſunt aut præcellunt, ſed & ſine præpoſitione idem eſt ſenſus.*

*V.* 8. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus. *Pro* Deus, *multi boni codices legunt* Dominus: *porrò* qui eſt omnium dominator, *quod ſubijciunt non pauci libri, optimi quique omittunt. Legantur Notationes noſtræ.* ✠ *Gr. pro* Deus *ponitur* ὁ πάντων δεσπότης, *qui eſt omnium Dominus. Sed pro periphraſi illa poſuit interpres vnicam vocem* Deus, *vt concinnius curreret oratio, quàm ſi diceret*, cuiuſquam perſonam omnium dominator.

*V.*11. Qui enim cuſtodierint iuſta iuſtè, iuſtificabuntur. *Quadruplex fuit hoc loco multorum codicum error; vnus, quòd pro adiectiuo neutro* iuſta, *ſcriberent ſubſtantiuum fœmininum* iuſtitiam *(quamquam hic minutus) Alter, quòd nomini* iuſti *ſiue* iuſtitiam, *ſuperfluè adiungerent pronomen* eius; *Tertius, quòd præpoſito commate ſeu inciſo, aduerbium* iuſtè *iungerent verbo ſequenti, non, vt oportet præcedenti; Poſtremus, quòd* iuſtificabuntur, *verbum compoſitum ex* iuſtus *&* facio, *commutarent cum verbo ſimplici* iudicabuntur. ✠ *Græcè non eſt vlla errandi occaſio:* οἱ γὰρ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια ὁσιωθήσονται, qui enim cuſtodierint ſanctè ſancta ſanctificabuntur.

*Sequitur:* Et qui didicerint iſta, inuenient quid reſpondeant. *Caue ne pronomen* iſta *corrigas ſuppoſito nomine* iuſta. ✠ *Gr.* καὶ οἱ διδαχθέντες αὐτὰ, & qui edocti fuerint ea, *vel* iſta.

*V.*17. Et in vijs oſtendit ſe hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. *Nomini* vijs *non eſt addendum pronomen* ſuis: *nec præſentia* oſtendit, occurrit, *mutanda ſunt in futura*, oſtendet, occurret. ✠ *Gr.* ἐν ταῖς τρίβοις φαντάζεται αὐτοῖς, in ſemitis apparet illis. *Et poſteà*, ἀπαντᾷ obuiat, occurrit.

*V.*22. Si ergo delectamini ſedibus. *Vt nomini* ſedibus *non eſt præponenda præpoſitio* in; *ita non eſt poſtponendum nomen* perpetuis.

CAP. VII. *v.* 1. Et ex genere terreni illius qui prior factus eſt. *Seruandus eſt genitiuus* terreni, *non ſubſtituendus ablatiuus* terreno. ✠ *Græcè* γηγενοῦς ἀπόγονος πρωτοπλάστου, terrigenæ propago protoplaſti *i. Adami.*

*V.*16. Et operum ſcientia & diſciplina. *Malè multi libri, ſublato poſteriori* &, *ſcribunt caſum ſecundum* ſcientiæ, *pro primo.* ✠ *Græcè*, φρόνησις καὶ ἐργασιῶν ἐπιστήμη, ſapientia & opificiorum ſcientia.

*V.* 17. Vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum. *Non mutes ſingulare in plurale* diſpoſitiones. ✠ *Gr.* σύστασιν κόσμου, conſtitutionem mundi.

*V.*18. Viciſſitudinum permutationes & commutationes temporum. *Legendum eſt potiùs* commutationes temporum, *quod eſt varietates, quàm* conſummationes, *quod eſt, fines. Porro quod ſubijciunt plerique libri*, morum mutationes & diuiſiones temporum, *ſpurium eſſe, & ex altera verſione noſtræ adiectum multis alijs præterea mendis admiſſis, docuimus in Notationibus.* ✠ *Græc.* τρόπων ἀλλαγὰς, καὶ μεταβολὰς καιρῶν, morum permutationes, & commutationes temporũ, *habet interlinearis Montani; At illud* τρόπων *ibi nõ ſignificat mores hominum, ſed conuerſiones aut viciſſitudines cælorum, & orbium, neque enim ibi de morum, ſed de naturæ cognitione ſermo eſt. &* τρόπος *non ſolùm eſt mos, ſed etiam conuerſio, vt conſtat vel ex vſu grammaticorum, qui vocem à natiua in aliã ſignificationem tranſlatam tropum vocant.*

*V.* 22. Quem nihil vetat, benefaciens. *Alij libri ita ſcribunt vt vnica hic proprietas ſancti Spiritus declaretur, mutatis, quarto caſu relatiui* quem *in primum* qui, *& participio* benefaciens *in infinitiuum* benefacere: Qui nihil vetat benefacere. *Sed Romana correctio, quæ duas proprietates dat intelligendas, vnam* quem nihil vetat, *quod eſt, expeditus, qui prohiberi non poteſt, alteram* benefaciẽs, *quod eſt, beneficus, ſincera eſt loci ſcriptura.* ✠ *Græcè ſiquidem pro illa periphraſi*, quem nihil vetat, *eſt vnica dictio*, ἀκώλυτον, inimpedibilis, εὐεργετικὸν benefactiuus, *ſeu* beneficus.

CAP. VIII. *verſ.* 2. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea. *Non addas pronomen* eam *verbo* exquiſiui.

*V.*12. Tacentem me ſuſtinebunt. *Non mutes accuſatiuum* tacentem *in ablatiuum.* ✠ σιγῶντά με περιμενοῦσιν, ſilentem, *aut* tacẽtem me expectabunt.

*V.*17. Quoniam immortalis eſt in cognatione ſapientiæ. *Triplex mendum ex his verbis à Romanis Correctoribus eſt ſublatum; Vnum, quòd adiectiuum* immortalis, *quod eſt in pleriſque libris, commutauerint cum ſubſtantiuo* immortalitas; *Alterum quòd pro* cogitatione, *quod eſt meditatione, ſcripſerint* cognatione, *id eſt, affinitate; Tertium quòd reiecto nominatiuo* ſapientia, *receperint genitiuum* ſapientiæ. ✠ *Græca ſunt clara:* ἀθανασία ἐστὶν ἐν συγγενείᾳ σοφίας.

*V.*21. Et hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire. *Secundus caſus* ſapiẽtiæ, *non eſt mutandus in primum* ſapientia, *multoq́ minus addendum eſt adiectiuum* ſumma. ✠ *Gr.* τοῦτο δὲ ἦν φρονήσεως τὸ εἰδέναι τίνος ἡ χάρις. *Hoc autem erat ſapientiæ ſcire cuius gratia, ſeu cuius illa gratia, à quo petenda eſſet gratia continentiæ.*

CAP. IX. *v* 6. Nam & ſi quis erit conſummatus. *Non eſt omittenda coniunctio* nam. ✠ κἂν γάρ τις, Etſi enim quis.

*V.*18. Et ſic correctæ ſint ſemitæ eorum. *Retinendum eſt aduerbium ſimilitudinis* ſic, *non mutandum in coniunctionem conditionalem* ſi. ✠ καὶ οὕτως διωρθώθησαν. Et ſic directæ ſunt. *Correctum enim dicitur, quod eſt ſine prauitate & errore, ſiue antea habuerit errorem aut vitium, ſiue non habuerit.*

CAP. X. *v.* 1. Hæc illum qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum. *Pro* formatus, *quidam codices habẽt* factus, *quidam* fictus: *ſed adulterinum eſt prorſus quod in nonnullis eſt*, fornicatus. *Rurſus nominatiuum* pater, *quidam libri vertunt in ablatiuum* patre, *quaſi ad Deum referatur; ſed malè.* ✠ *Græcè duobus vocabulis*, πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου. Protoplaſtum patrem mundi.

*V.* 2. Et eduxit illum à delicto ſuo. *Quod ſubijciunt multi libri* & eduxit illum de limo terræ, *ſpurium eſt, & omninò iugulandum. Lege Notationes noſtras.* ✠ *Nulla enim exemplaria Græca habent.*

*V.* 3. Ab hac vt receſsit iniuſtus in ira ſua. Ab *non* ad, hac *fœmininum non* hoc, vt *vel* cùm *non negatio* non, receſsit, *quod eſt, defecit, non* præceſsit, *quod eſt anteceſſit, legendum eſt: ſunt enim hæ librorum quorumdam corruptelæ.* ✠ Ἀποστὰς δὲ ἀπ' αὐτῆς ἄδικος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, diſcedens ab ea (*ſapientia*) iniuſtus (*de Cain loquitur*) in ira ſua.

*Sequitur:* Per iram homicidij fraterni deperijt. *Inſignis correctio, qua* fraterni *genitiuus adiectiui nominis, reſtitutus eſt, pro ſubſtantiui, ſiue nominatiuo* fraternitas, *ſiue genitiuo* fraternitatis, *qui pleroſque omnes codices inuaſerant.* ✠ *Græcè*, ἀδελφοκτόνοις συναπώλετο θυμοῖς, fratricidialibus deperijt furoribus.

*V.*4. Propter quem cùm aqua deleret terram. *Non mutes maſculinum* quem *in neutrum* quod: *nec pro nominatiuo* aqua *ſcribas accuſatiuum, quomodo quidã:* Cùm aquã deleret de terra. ✠ Δι' ὃν κατακλυζομένην γῆν πάλιν ἔσωσε, propter quem inundatam terram rurſum ſaluauit, Sapientia.

*Ibidem.* Per contemptibile lignum iuſtum gubernans. *Quidam codex, omiſſa præpoſitione, & mutato quarto caſu in primum, ſcribit* Et contemptibile lignum iuſtus gubernans; *ſed prauè.* ✠ *Nam Græca noſtræ lectioni conformia prorſus*, δι' εὐτελοῦς ξύλου τὸν δίκαιον κυβερνήσασα, per contemptibile lignum (*arcæ*) iuſtum (*Noe*) gubernans *Sapientia.*

*V.*5. Hæc & in conſenſu nequitiæ, cùm ſe nationes contuliſſent. *Seruandæ ſunt voces*, nequitię, *quod eſt malitiæ; &* contuliſſent, *quod eſt congregaſſent; non ſurrogandæ*, ſuperbiæ, *quod eſt. arrogantiæ, &* extuliſſent *ſeu eleuaſſent.* ✠ ἐν ὁμονοίᾳ πονηρίας ἐθνῶν συγχυθέντων, in concordia malitiæ gentibus confuſis, *ſeu ſimul collectis.*

*Ibidem.* Et in filij miſericordia fortem cuſtodiuit. *Duplex ſcripturæ vitium, vtrumque inolitum, hinc abſtulerunt Correctores; Ablatiuum pluralem* filijs, *ſuppoſitum in locum genitiui ſingularis* filij, *& accuſatiuum* miſericordiam, *ſurrogatum pro ablatiuo* miſericordia. ✠ ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις τὸν ἰσχυρὸν ἐφύλαξεν, in filij viſceribus fortem cuſtodiuit. *Quia ſcilicet Abraham non obſtante paterna pietate, fortis in fide, filium immolare paratus fuit.*

*V.* 6. Hęc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit. *Caue ſcribas nomen* parentibus, *pro participio* pereuntibus, *aut* filijs *pro* impijs. ✠ *Græc. eſt* ἐξαπολλυμένων ἀσεβῶν, depereuntibus impijs, *ablatiuo abſolutè poſito; Correctores iudicarunt interpretem diuiſiſſe præpoſitionem* ἐξαπολλυμένων, à, *vel* de pereuntibus; *id eſt, de numero pereuntium liberauit.*

*V.*7. Fumigabunda conſtat deſerta terra. *Non omittas vocem* deſerta. ✠ *Pro* deſerta terra *ponitur Græ. vna dictio idem ſignificans*, χέρσος.

*Sequitur:* Et incerto tempore fructus habentes arbores. *Vox vna eſt* incerto, *non diſtrahenda in duas* in certo. ✠ *Græcè ſine ambiguitate*, ἀτελέσιν ὥραις, imperfectis temporibus; *non ſtatis aut definitis.*

*Ibidem.* Et incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis. *Non eſt ſcribendum*, incredibiles *primo caſu numeri pluralis, ſed* incredibilis *ſecundo numeri ſingularis; nec eſt omittenda vox* animæ; *denique numerus ſingularis* figmentum, *non eſt vertendus in pluralem* figmenta, *ſunt enim hæc codicum quorumdam vitia.* ✠ ἀπιστούσης ψυχῆς μνημεῖον ἑστηκυῖα στήλη ἁλός, incredulæ animæ monumentum ſtans columna ſalis; *in quã nimirũ conuerſa eſt vxor Lot.*

*V.* 10.

*V.* 10. Hæc profugum iræ fratris. *Non addas coniunctionem* autem.

*V.* 17. Et fuit illis in velamento diei. *Pro ſecundo caſu* diei, *non legas ſextum* die, *ſed intelligas.*

*V.* 18. Tranſtulit illos per mare rubrum. *Non pręponas* & *coniunctionem.*

CAP. XI. *v.* 2. Et in locis deſertis fixerunt caſas. *Caue ne legas, aut* fecerunt *præteritum à facio, pro* fixerunt *à figo*; *aut* caſtra, *quod eſt exercitum, pro* caſas, *tabernacula.* ✠ Ἐν ἀβάτοις ἔπηξαν σκηνάς, in (*locis*) inacceſſibilibus fixerunt tabernacula.

*V.* 5 Et in eis cùm abundarent. *Correctores à ſuis libris addiderunt tres iſtas voculas* & in eis.

*V.* 15. Non ſimiliter iuſtis ſitientes. *Caue ne relabaris in vetera vitia, eorum qui ſcripſerunt, aut* iniuſtis, *quod eſt impijs, pro* iuſtis, *pijs*; *aut* faciens, *participium numeri ſingularis à* facio, *pro* ſitientes *participio numeri pluralis à* ſitio, *quod eſt ſitim patior.* ✠ οὐχ ὅμοια δικαίοις διψήσαντες, non ſimilia iuſtis ſitientes.

*V.* 16. Pro cogitationibus autem inſenſatis iniquitatis illorũ, quòd quidam errantes *&c. Rectè ab his verbis Correctores inchoarunt periodum ac ſententiam nouam*; *& ſubſtituerunt genitiuum ſingularem* iniquitatis, *pro nominatiuo plurali* iniquitates, *qui pleroſque libros iniuſtè occupauerant.* ✠ *Eſt enim genitiuus* ἀδικίας *in Græcis.*

*V.* 16. Mutos ſerpentes. *Caue legas* multos, *pro* mutos, *quod eſt, irrationales.* ✠ ἄλογα ἑρπετά; irrationalia reptilia.

*V.* 19. Aut noui generis ira plenas ignotas beſtias. *Plerique libri præponunt coniunctionem* aut *vel* & *nomini* ignotas, *ſed abſque coniunctione ſunt etiam Græca.*

CAP. XII. *v.* 2. Ideoq́ue eos qui exerrant, partibus corripis. *Meritò ita diſtinxerunt Romani Patres, vt* partibus *iungatur verbo ſubſequenti, non præcedenti. Nam & notha ſcriptura eſt, quæ vt clarius iungat præcedenti, vel tranſponit præpoſitionem, hoc modo,* errant ex partibus, *vel addit pronomen* ſuis *aut* tuis. ✠ *Gr.* κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις, paulatim corripis.

*V.* 5. Et deuoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo. *Verba iſta* à medio ſacramento tuo, *hoc loco retinenda ſunt, non transferenda in verſum ſextum proximè ſequentem poſt* perdere voluiſti, *quod faciunt multi.*

*V.* 20. Cum tanta cruciaſti attentione. *Quod ſequitur in pleriſque omnibus libris* & liberaſti. *Correctores ſuperfluum iudicarunt.*

*V.* 26. Qui autem ludibrijs & increpationibus non ſunt correcti. *Non mutes* correcti *à corrigo, cum* correpti *à corripio.*

*V.* 27. In quibus enim patientes indignabantur. *His verbis præponunt plerique libri alia idem ſignificantia:* In his enim quæ patiebantur, moleſtè ferebant: *quæ quidem, vt alterius verſionem, Romani Correctores conſultò ſuſtulerunt.*

*Ibidem.* Propter quod & finis condemnationis eorum venit ſuper illos. *Non eſt mutandum pręteritum* venit *cum futuro* veniet. ἐπῆλθε ſuperuenit.

CAP. XIII. *v.* 11. Vas vtile in conuerſationem vitæ. *Caue errorem plerorumque codicum, pro* vtile, *quod eſt aptum, idoneum, ſcribentium contrarium,* inutile, *ineptum.* ✠ χρήσιμον σκεῦος.

*V.* 12. Reliquijs autem eius operis. *Non mutes ſextum caſum* reliquijs *cum quarto* reliquias.

*V.* 13. Et reliquum horum quod ad nullos vſus facit, *verbũ indicatiuum* facit *nullo modo vertendum eſt in ſubiunctiuum* faciat, *addito verbo ſubſtantiuo* eſt, *quod vtique ſuperfluit:* Quod ad nullos eſt vſus faciat. ✠ τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπόβλημα εἰς οὐθὲν εὔχρηστον. Quod autem ex illis abiectum (*eſt*) ad nihil vtile.

*Sequitur:* Lignum curuum & verticibus plenum. *Siue* vorticibus *vocali quarta, ſiue ſecunda* verticibus *legas, ſignificatur lignum verticoſum ſiue nodoſum.* ✠ ὄζοις συμπεφυκός, ramis enaſcentibus plenum.

*V.* 14. Et omnem maculam quæ in illo eſt perliniens. *Nõ ſubijcias* terra, *quod quidam libri.*

*V.* 17. Cum illo qui ſine anima eſt. *Non commutes genus maſculinum cum neutro, nec hac parte, nec ſequentibus omnibus vſque ad finem capitis.*

CAP. XIV. *v.* 3. Tua autem pater prouidentia gubernat. *Spurium eſt quod addunt libri quidam* ab initio cuncta: *adeoq́; obeſt ſenſui, neque enim hoc ſubaudire oportet. Porrò* gubernat *perſona tertia, non eſt cum* gubernas *mutanda, perſona ſecunda.*

*V.* 4. Oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſaluare. *Retinendum eſt* ſaluare, *quod eſt ſeruare*; *non ſupponendum* ſanare. ✠ σώζειν ſaluare.

*Sequitur:* Etiamſi ſine arte aliquis adeat mare. *Legendum eſt* arte, *qua humana ſignificatur induſtria*; *non, tranſpoſitis primis duabus literis,* rate, *quod eſt, naui.* ✠ ἄνευ τέχνης.

*V.* 11. Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus. *Non eſt omittenda prępoſitio* in.

*V.* 14. Superuacuitas enim hominum aduênit in orbem terrarum. *Quidam libri, verbo* aduênit *præponunt nomen* hæc; *ſed malè prorſus illi qui corrigunt* adinuenit, *quod eſt reperit, pro triſyllabo* aduênit, *quod tranſitiuè acceptum, tanquam ſit quintæ coniugationis Hebræorum, poſitum eſt pro adduxit, aduexit.* ✠ *Græcè eſt,* κενοδοξία γὰρ ἀνθρώπων εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, vana gloria enim hominum ingreſſa eſt in mundum. *Quanquam illud* κενοδοξία *poteſt eſſe ſuperuacuitas, aut inanis exiſtimatio, nam* δόξα *non ſolum gloriam, ſed opinionem etiam ſignificat.*

*V.* 30. Vtraque ergo illis euenient dignè. *Non ſcribas* quoque *pro* ergo.

*V.* 31. Non enim iuratorum virtus. *Egregia loci emendatio; qua & omiſſum eſt verbum ſubſtantiuum* eſt, *& pro* iurantium *participio actiuo, poſitum eſt* iuratorum, *participium paſſiuum, quod eſt, eorum per quos iuratur.* ✠ ὀμνυομένων.

*Ibidem.* Perambulat ſemper iniuſtorum præuaricationem. *Caue ne aduerbium* ſemper *mutes in præpoſitionem* ſuper, *vel vnum vocabulum* iniuſtorum, *diſtrahas in duo.* ✠ ἀεὶ τῶν ἀδίκων παράβασιν.

CAP. XV. *v.* 6. Malorum amatores, digni ſunt qui ſpem habeant in talibus. *Cauendum hic eſt triplex vitium; vnum, ne poſt* digni ſunt, *addatur* morte, *alterum ne ſcribatur* habent *modo indicatiuo, pro* habeant *coniunctiuo, tertium ne* talibus, *quod eſt, huiuſmodi, tranſpoſitis literis mutetur in* tabulis, *imaginibus.* ✠ ἄξιοι τοιούτων ἐλπίδων, dignique talium expectationum; *hoc eſt, digni qui in talibus ſpem expectationemq́; ponerent.*

*V.* 8. Et poſt puſillum reducit ſe vnde acceptus eſt. *Præferendum eſt* reducit ſe, *quod eſt, reuertitur, eis quæ in alijs libris leguntur,* ſe ducit, *&* ducit ſe. ✠ μετ' ὀλίγον πορεύεται ἐξ ἧς ἐλήφθη; poſt puſillum abibit (*in eam*) ex qua ſumptus eſt.

*V.* 12. Sed & æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram. *Alij libri ſcribunt* ludum, *id eſt, d pro ſ, quod ferè ęquiualet: ſed* lutum, *id eſt, cœnum, quod eſt in nonnullis, ſpurium omnino eſt.* ✠ *Græ.* παίγνιον, ludicrum.

*V.* 14. Supra modum animæ ſuperbi. *Non addas nomini* animę *pronomen* ſuæ.

*Ibidem.* Et imperantes illi. *Legendum eſt* imperantes, *quod eſt, dominantes, non* improperantes, *quod eſt, exprobrantes.* ✠ καταδυναστεύοντες, imperantes, *prædominantes.*

*V.* 15. Quibus neque oculorum vſus eſt ad videndum. *Cauendum hic eſt ne recidatur in vetus vitium, eorum qui ſcripſerunt, addita vocali tertia,* viſus *à video, pro* vſus *ab vtor.* ✠ ὀμμάτων χρῆσις.

*V.* 18. Sed & animalia miſerrima colunt. *Male quidam hic legunt* alia *pro* animalia, *bruta nimirum; &* miſerrimi *genere maſculino, pro neutro* miſerrima. ✠ ζῶα τὰ ἔχθιστα, animalia odioſiſſima.

*V.* 19. Sed nec adſpectu aliquis. *Non eſt mutandum maſculinum* aliquis *cum neutro ſiue* aliquod *ſiue* aliquid.

CAP. XVI. *v.* 1. Propter hæc & per his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta. *Quidam libri, pro plurali* hæc, *ſcribunt ſingulare* hoc, *& omittunt coniunctionem* & *ſubſequentem, conformiter Græco: quidam omittunt præpoſitionem* per, *malè.*

*V.* 11. In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſaluabantur. *Duæ dictiones* in memoria, *non ſunt contrahendæ in vnam* immemoria: *nec pro* ſermonum, *quod eſt, verborum, ſubſtituendum eſt* ſeruorum *ſiue famulorum: adhęc* examinabantur *non eſt mutandum cum* exterminabantur, *quod eſt, delebantur: inſuper nec aduerbium* velociter *eſt omittendum: poſtremò neq; pro* ſaluabantur *legendum eſt* ſanabantur, *ſed intelligendũ* ✠ *Græc.* εἰς γὰρ ὑπόμνησιν τῶν λογίων σου ἐνεκεντρίζοντο καὶ ὀξέως διεσώζοντο In rememorationem enim oraculorum tuorum exſtimulabantur, & velociter ſaluabantur.

*V.* 14. Homo autem occidit quidem per malitiam. *Quod ſubdunt plerique libri* animam ſuam, *Correctores non inconſultò iudicarunt ſuperfluere.* ✠ *Quia non eſt in Græco.*

*V.* 16. Et per ignem conſumpti. *Pro* conſumpti, *quod eſt, deleti, non ſcribas,* conſummati, *finiti.* ✠ καταναλισκόμενοι, prorſus conſumpti.

*V.* 19. Exardeſcebat vndique. *Quidam alij libri legunt* exardebat, *quidam* ardebat.

*Sequitur:* Vt iniquę terræ nationem exterminaret. *Legendum eſt* iniquæ *ſecundo caſu, non* iniquam *quarto*; *&* exterminaret *tertia perſona, non ſecunda* exterminares. ✠ ἵνα ἀδίκου γῆς γεννήματα διαφθείρῃ, vt iniquæ terræ genimina corrumperet.

*V.* 21. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat. *Multi codices nominatiuos* ſubſtantia tua, *mutatos in accuſatiuos* ſubſtantiam tuam, *media coniunctione* &, *iungunt cum accuſatiuis* dulcedinem tuam, *& tertiam perſonam* oſtendebat *vertunt in ſecundam* oſtendebas; *ſed malè omnia.* ✠ ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασίς σου τὴν σὴν πρὸς τέκνα ἐνεφάνιζε γλυκύτητα. Etenim hypoſtaſis

poſtaſis tua tuam erga filios manifeſtabat dulcedinem.

*V.* 23. Hic autem iterum vt nutrirentur iuſti, etiam ſuæ virtutis oblitus eſt. *Legendum eſt pronomen, non neutrum* hoc, *ſed maſculinum* hic: *& ſubaudiendum nomen* ignis, *non addendum.*

*V.* 25. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebat. *Vt non eſt omittenda* in *præpoſitio præpoſita nomini* omnia: *ita non eſt vertendus numerus ſingularis* deſeruiebat, *in pluralem* deſeruiebant. ✠ εἰς πάντα μεταλλοιουμένη. *Creatura tua (de qua antea v. 24.) transfigurata in omnia;* ὑπηρετεῖ deſeruit.

*Sequitur:* Ad voluntatem eorum qui à te deſiderabant. *Seruandum eſt* à te, *caſu ſexto, non ſurrogandum* ad te, *caſu quarto: denique actiuum* deſiderabant, *quod eſt, rogabant, poſcebant, non eſt deprauandum, repoſito paſſiuo* deſiderati ſunt, *quod eſt in plerisque libris.* ✠ *Græcè breuius & clarius:* πρὸς τὴν τῶν δεομένων θέλησιν, ad voluntatem deſiderantium, *vel egentium; vtrumque enim voce* δεομένων *poteſt ſignificari.*

*V.* 28. Et ad ortum lucis te adorare. *Meritò Correctores, pro* orientem, *quod eſt in pleriſque omnibus codicibus, emendarunt* ortum; *nec aut omittendum iudicarunt pronomen* te, *aut addendum aduerbium* ibi, *aut denique actiuum* adorare *mutandum in paſſiuum* adorari: *quæ ſunt quorumdam codicum vitia.* ✠ καὶ πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς ἐντυγχάνειν σοι, & ad ortum lucis occurrere tibi.

*V.* 29. Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet. *Alij libri, pro* ſpes, *quæ eſt* ἐλπὶς, *habent* fides, ἡ πίστις; *malè, & Græco diſſentaneè.*

CAP. XVII. *ver.* 2. Fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. *Caue legas* placuerunt *aut* latuerunt, *pro* iacuerunt. ✠ *Græ.* ἔκειντο.

*V.* 7. Et ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. *Genitiuus* gloriæ *non eſt commutandus cum nominatiuo* gloria. ✠ *Dilucidiora ſunt Græca,* τῆς ἐπὶ φρονήσει ἀλαζονίας ἔλεγχος ἐφύβριστος, iactantiæ in prudentia correptio contumelioſa, *ſeu ignominioſa.*

*V.* 10. Cùm ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis. *Pro genitiuo* condemnationis, *quidam codices habent datiuum* condemnationi, *quidam participium* condemnata: *ſed quod in nonnullis legitur:* data eſt in omnium condemnationem, *adulterinum eſt. Huic porrò ſententiæ præponunt multi libri aliam his verbis:* frequenter enim præoccupant peſſima, redarguente conſcientia. *Verùm, non multi, ſed omnes, poſtponunt eandem, alijs licet verbis:* Semper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia. *Quare Romani Patres, priorem illam quæ præponitur* Frequenter enim *&c. meritò è textu ſuſtulerunt vt ſuperfluam.*

*V.* 11. Nihil enim eſt timor, niſi proditio cogitationis auxiliorum. *Plerique libri, inter* niſi *&* proditio, *interijciunt hæc duo verba* præſumtionis adiutorium: *verùm illa redundare, confodiendaque eſſe cenſuerunt Romani Patres non inconſultò.* ✠ *Quia non ſunt in Græco.*

*V.* 12. Et dum ab intus minor eſt exſpectatio. *Non ſubijcias pronomen* eius.

*Sequitur:* Maiorem computat inſcientiam. *Correctores emendarunt* inſcientiam, *quod eſt, ignorantiam, quomodo eſt Græcè, pro eo quod legunt, alij* ſcientiam, *alij* ſententiam, *alij* conſcientiam, *alij* potentiam, *alij* audaciam, *alij denique* pœnam. *Porrò ſiue legatur* computat *compoſitum, ſiue ſimplex* putat, *res eadem vna eſt.*

*Sequitur:* Eius cauſæ de qua tormẽtum præſtat. *Genitiuus* cauſæ *non eſt commutandus cum ablatiuo.*

*V.* 13. Illi autem qui impotentem verè noctem. *Multæ reperiuntur Notariorum circa hæc verba corruptelæ, ſed præcipuæ duæ; vna, quà, vox vna* impotentem, *diſtrahitur in duas* in potentem, *vel* in potenti; *altera, quà aduerbium* verè *conuertitur in verbum* venere. ✠ *Gr.* Οἱ δὲ τὴν ἀδύνατον ὄντως νύκτα; qui autem impotentem verè noctem.

*Sequitur:* Et ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem. *Nequaquam omittenda eſt vox* inferis, *cui dantur epitheta duo,* infimis *&* altiſſimis, *idem ſignificantia, profundiſſimis inquam.*

*Sequitur:* Eundem ſomnum dormientes. *Quædam manuſcripta, pro participio* dormientes, *ſcribunt verbum* dormiebant: *ſed non opus erat hac mutatione, cùm participio ſubaudire liceat verbum ſubſtantiuum* erant.

CAP. XVIII. *v.* 1. Et horum quidem vocem audiebant. *Non addas* inimici.

*Ibidem.* Et quia non & ipſi eadem paſſi erant. *Non præponas præpoſitionem* per *voci* eadem.

*V.* 2. Quia non lædebantur, gratias agebant. *Non ſubijcias pronomen vel* tibi *vel* cuique.

*Sequitur:* Et vt eſſet differentia, donum petebant. *Retinendum eſt* donum, *quod eſt munus, non ſubſtituendum* te Deum *aut* Dominum. ✠ *Græc.* τοῦ διενεχθῆναι χάριν ἐδέοντο, pro differendi gratia orabant.

*V.* 9. Et iuſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt. *Non mutandus ablatiuus in accuſatiuum* concordiam. ✠ *Gr.* ἐν ὁμονοίᾳ, in concordia.

*Ibidem.* Patrum iam decantantes laudes. *Pro genitiuo plurali* patrum, *ſubſtituunt quidam datiuum ſingularem* patri. *& pro aduerbio* iam *nomen* omnium; *ſed malè. Quidam vnicam vocem ſcribunt* patrias: *ſed prima ſcriptura,* patrum iam, *vt Græco conſentanea, ita germana Interpretis eſt.* ✠ πατέρων ἤδη, patrum iam.

*V.* 11. Simili autem pœna ſeruus cum Domino afflictus eſt. *Non mutes ablatiuum* ſimili *in nominatiuum* ſimilis. ✠ *G.* ὁμοίᾳ δὲ δίκῃ.

*V.* 13. De omnibus verò non credentes propter veneficia. *Sic legendum eſt,* veneficia, *quod ſignificat incantationes, à veneno deductum; non* beneficia, *quod dona ſiue munera denotat: denique nec addendum eſt pronomen* ſua. ✠ διὰ τὰς φαρμακείας, propter veneficia.

*Sequitur:* Tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorum. *Non eſt inuertendus ordo, ita vt* cùm *ponatur ante* primùm, *quod poſtponendum eſt.*

*Sequitur:* Spoponderunt populum Dei eſſe. *Meritò omiſerunt Correctores pronomen* ſe, *quod plerique præponunt verbo* eſſe.

*V.* 15. Omnipotens ſermo tuus de cælo. *Superfluit* exiliens, *quod quidam interijciunt, ante* de cælo.

*V.* 17. Et timores ſuperuenerunt inſperati. *Nominatiuus* inſperati, *non eſt mutandus in datiuum* inſperatis. ✠ *Græcè* ἀδόκητοι, inopinati.

*V.* 22. Non in virtute corporis, nec armaturæ potentia. *Genitiuus* armaturæ *& ablatiuus* potentia *retinendi ſunt; non conuertendi, ita vt ablatiuus* armatura, *genitiuus* potentiæ *ſit, prout plerique omnes libri habent.* ✠ *Græcè,* ὅπλων ἐνεργείᾳ, armorum efficacia.

*V.* 24. Et magnificentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat. *Pro* ſcripta, *à ſcribo, quod eſt in pleriſque exemplaribus, Correctores repetiuerunt verbum* ſculpta, *à ſculpo.* ✠ *De lamina potius ſculptura quam ſcriptura dicitur.*

CAP. XIX. *v.* 2. Quoniam cùm ipſi permiſiſſent. *Quidam libri, pro* permiſiſſent, *ſcribunt* reuerſi eſſent: *plures vtrumque ſcribunt,* reuerſi eſſent *&* permiſiſſent. *Cæterùm ſcribendum eſſe* permiſiſſent, *& quidem ſolùm, docuimus in Notationibus noſtris.* ✠ *Gr.* ἐπιτρέψαντες τοῦ ἀπιέναι, cùm promiſiſſent abire.

*Sequitur:* Vt ſe educerent. *Seruandæ ſunt duæ dictiones* ſe educerent, *poſitæ pro exirent, non contrahendæ in vnam* ſeducerent.

*Sequitur:* Et cum magna ſolicitudine præmiſiſſent illos. *Nequaquam eſt hoc omittendum.* ✠ *Habetur enim Græcè.*

*Sequitur:* Conſequebantur illos pœnitentia acti. *Legendum eſt plurale,* conſequebantur, *non ſingulare* conſequebatur; *ablatiuus* pœnitentia, *non genitiuus* pœnitentiæ; *denique participium plurale* acti, *non nomen* actus. *ſiue pluraliter ſiue ſingulariter accipiatur. hæc enim ſunt plerorumque codicum vitia.* ✠ *G.* διώξουσι μεταμεληθέντες, perſequerentur pœnitentiam agentes. *i. Ægyptij.*

*V.* 8. Quæ tegebatur tua manu. *Caue legas* regebatur, *quod eſt gubernabatur, pro* tegebatur, *quod eſt protegebatur.* ✠ σκεπαζόμενοι, protecti.

*V.* 12. Per vim fulminum. *Cauendum eſt vetus mendum* fluminum, *quod eſt fluuiorum, pro germana ſcriptura* fulminum *quod eſt fulgurum.* ✠ τῇ βίᾳ τῶν κεραυνῶν, vi fulminum.

*V.* 14. Sed & alius quidam reſpectus illorum erat. *Correctores ſcripſerunt nomen* quidam, *pro eo quod vulgo legitur aduerbio* quidem. ✠ *G.* ἀλλ᾽ ἤ τις ἐπισκοπή, alia quædam viſitatio.

## ECCLESIASTICVS.

IN *prologo.* Et dicentes & ſcribentes doctiſſimos fieri. *Pro* dicentes, *quod eſt loquentes, plerumque legitur* diſcentes, *vna litera addita; ſed malè.* ✠ *Eſt enim Græcè* καὶ λέγοντας καὶ γράφοντας.

Et illorum periti facti. *Non mutes participium* facti *in verbum infinitum* fieri. ✠ τούτων ἔνοχοι γενόμενοι, horum compotes facti.

Deficere in verborum compoſitione. *Correctores ſuſtulerunt coniunctionem* &, *quæ à pleriſque libris præponitur his verbis.*

Nam deficiunt verba Hebraica. *Et hinc ſuſtulerunt* & *coniunctionem, quæ interponebatur ante* verba.

CAP. I. *v.* 8. Vnus eſt altiſſimus creator omnipotens. *Non addas* omnium *nomini* creator.

*V.* 12. Et longitudinem dierum. *Seruanda eſt coniunctio* &, *non mutanda cum præpoſitione* in.

*V.* 16. Cum electis fœminis graditur. *Non præponas his verbis coniunctionem* &.

*Ver.* 18. Religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor. *Quidam libri habent* viuificabit,*quidam, vt correctio,* iuſtificabit. ✠ *Porro hic verſus non eſt in Græco.*

*V.* 25. Et rami illius longæui. *Non eſt mutanda copulatiua &* *in cauſalem* enim.

CAP. II. *v.* 17. Et quid facient. *Non eſt mutanda tertia perſona in ſecundam* facietis. ✠ *Quamuis in Græco ſit* τί ποιήσετε; *quid facietis; quia etiam cætera ſunt ſecundæ perſonæ, quæ noſter in tertia perſona effert.*

CAP. III. *v.* 10. Vt ſuperueniat tibi benedictio ab eo. *Romani Correctores, pro eo quod vulgò legitur* Deo, *repoſuerunt pronomen* eo *referendum ad* patrem tuum. ✠ *Gr.* παρ' αὐτοῦ.

*V.* 12. Non enim eſt tibi gloria, eius confuſio. *Et hic, pro coniunctione aduerſatiua* ſed, *repoſuerunt pronomen* eius. ✠ *Græc.* πατρὸς ἀτιμία, patris ignominia.

*V.* 16. Nam pro peccato matris, reſtituetur tibi bonum. *Caue commutes* peccato, *quod eſt delicto, cum eo quod contrarium eſt,* bono facto, *vt quidam.* ✠ *Gr. eſt* ἀντὶ ἁμαρτιῶν, pro peccatis; *& non habetur* matris.

*V.* 26. Multos quoque ſupplantauit ſuſpicio illorum. *Non ſcribas* enim *pro* quoque. ✠ *Græca neutrum habent, in editione Complutenſi. Romana habet* enim.

*V.* 28. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus. *Pro* ſucceſſus *quidam legunt* requiem.

*V.* 30. Frutex enim peccati radicabitur in illis. *Inſignis correctio, qua pro verbo compoſito* eradicabitur, *quod eſt radicitus euelletur, emendatū eſt ſcriptumq́ verbum ſimplex contrariæ ſignificationis*, radicabitur, *quod eſt, radices aget.* ✠ *Gr.* ἐρρίζωκεν, radices egit.

*V.* 34. Et Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. *Non mutes* proſpector, *quod eſt retributor, cum* conſpector *aut* protector.

*Sequitur:* Meminit eius in poſterum. *Correctores addiderunt pronomen* eius.

CAP. IV. *v.* 8. Et reſponde illi pacifica in manſuetudine. *Nomen* pacifica *non eſt mutandum in aduerbium* pacificè. ✠ *Græ.* εἰρηνικά.

*Ver.* 13. Complectentur placorem eius. *Quidam pro* placorem, *quod eſt, ſuauitatem, non intellecto, abſurdè* placatorem *ſcripſerunt*.

*V.* 17. Et erunt in confirmatione creaturæ illius. *Singulare* illius *non eſt vertendum in plurale* illorum.

*V.* 32. Nec coneris contra ictum fluuij. *Caue ſcribas* fulminis, *quod eſt fulguris, pro* fluuij *ſiue fluminis.* ✠ μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ, ne vim inferas curſui fluminis.

CAP. V. *v.* 4. Altiſſimus enim eſt patiens redditor. *Non interponas &* ante redditor.

*V.* 13. Eſto manſuetus ad audiendum verbum. *Non ſubijcias, quod multi codices,* Dei: *ſuperfluit enim.*

*V.* 17. Et denotatio peſſima ſuper bilinguem. *Caue ſcribas* deuotatio *aut* deuoratio, *pro* denotatio, *quod eſt, vituperatio.* ✠ *Gr.* κατάγνωσις, condemnatio.

CAP. VI. *v.* 12. Si humiliauerit ſe contra te. *Non mutes* contra *in* coram. ✠ κατὰ σοῦ contra te.

*V.* 19. Quaſi is qui arat & ſeminat. *Non repetas* qui *ante* ſeminat.

*V.* 31. Et vincula illius alligatura ſalutaris. *Quidam libri interijciunt* fila hyacinthina *ante* alligatura ſalutaris: *verùm alterum ſolùm eſt noſtræ editionis. Græcè ad verbum ferè legitur*, fila hyacinthina: *verùm id videtur Interpres iuxta ſenſum vertiſſe* alligatura ſalutaris.

*V.* 32. Stolam gloriæ indues eam. *Nequaquam mutandus eſt accuſatiuus* ſtolam *in ablatiuum* ſtola.

*V.* 33. Fili, ſi attenderis mihi, diſces. *Quod ſequitur in quibuſdam libris pronomen* eam, *ſuperfluit.*

CAP. VII. *v.* 4. Noli quærere à Domino ducatum. *Romani Patres correxerunt* à Domino, *Deo ſcilicet, quod vulgò legitur* ab homine. ✠ *Eſt enim Gr.* παρὰ κυρίου, à Domino.

*V.* 6. Et ponas ſcandalum in æquitate tua. *Et hic, pro eo quod vulgò legitur* agilitate, *id eſt, alacritate, emendando ſubſtituerunt* æquitate, *quod eſt, rectitudine. Gr.* ἐν εὐθύτητί σου, in rectitudine tua.

*Verſ.* 7. Non pecces in multitudinem ciuitatis. *Accuſatiuus* multitudinem *à Correctoribus repoſitus, nequaquam mutandus eſt in ablatiuum* multitudine. ✠ εἰς πλῆθος, in, vel contra multitudinem.

*V.* 13. Noli arare mendacium aduerſus fratrem tuum. *Cauendum hic eſt, ne recidatur in vetus mendum, Romana correctione ſublatum, quo* amare *quod eſt diligere, ſcriptum fuit, pro* arare, *quod moliri, fabricare, phraſi Hebraica denotat. Differentia vnius literulæ anſam præbuit indoctis ſcribis, mutandi quod non intelligebant, vt plerumque aliàs.* ✠ *Gr.* μὴ ἀροτρία ψεῦδος, non ares mendacium.

*V.* 29. In toto corde tuo honora patrem tuum. *Rectè Correctores periodum inchoarunt ab his verbis*, in toto corde tuo, *quæ alij iungunt periodo præcedenti.*

*V.* 33. Et propurga te cum brachijs. *Hanc lectionem prætulerunt Correctores, ei quæ eſt in alijs libris*, & propugnato cum brachijs. ✠ *Græca* δόσιν βραχιόνων καὶ θυσίαν ἁγιασμοῦ: *donum brachiorū (offer) & ſacrificium ſanctificationis.*

*V.* 37. Gratia dati in conſpectu omnis viuentis. *Pro* dati, *alij legunt* datus, *genitiuum quartæ declinationis inuſitatum: porrò* datur *verbum & participium* data, *quæ in quibuſdam reperiuntur libris, vitia ſunt.* ✠ χάρις δόματος, gratia doni.

CAP. VIII. *ver.* 6. Memento quoniam omnes in correptione ſumus. *Caue pro* correptione, *quod eſt reprehenſione, ſcribas* corruptione, *id eſt pro e ſecunda vocali* u *quintam.* ✠ *Gr.* ἐν ἐπιτιμίοις in increpationibus. *j. correptioni obnoxij.*

*V.* 8. Et in gaudium nolumus venire. *Et hic cauendum ne pro* nolumus *negatiuo, ſubſtituamus* volumus *affirmatiuum.*

*V.* 12. Et in tempore neceſſitatis dare reſponſum. *Infinitiuus* dare *non eſt mutandus in futurum indicatiui* dabis. ✠ δοῦναι ἀπόκρισιν.

CAP. IX. *v.* 2. Ne ingrediatur in virtutem tuam. *Non mutes quartos caſus in ſextos* virtute tua. ✠ *Gr.* ἐπὶ τὴν ψυχήν σου. in animam tuam.

*V.* 4. Ne fortè pereas in efficacia illius. *Malè quidam ſubſtituerunt* effigie, *id eſt, ſpecie, pro* efficacia, *virtute.* ✠ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, in exercitijs.

*V.* 10. Quaſi ſtercus in via conculcabitur. *Non addas* ab omnibus prætereuntibus.

CAP. X. *v.* 3. Et ciuitates inhabitabuntur per ſenſum potentium. *Noli ſcribere* prudentium, *quod eſt ſenſatorum, pro* potentium, *quod eſt principum.* ✠ *Gr.* δυναστῶν, Dynaſtarum, Poteſtatū, *vt nunc loquuntur.*

*V.* 4. In manu Dei poteſtas terræ. *Quod ſequitur in pleriſque omnibus libris* & execrabilis omnis iniquitas gentium. *Correctores iudicarunt ſuperfluere hoc loco, eſſe verò verſus ſeptimi ſubſequentis.*

*V.* 5. In manu Dei proſperitas hominis. *Probata Correctoribus lectio eſt* proſperitas, *quod eſt, felicitas; reprobata* poteſtas. ✠ εὐοδία, felix via.

*V.* 26. Noli deſpicere hominem iuſtum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem. *Seruandum eſt verbum imperatiui modi repetitum* noli, *non commutandum cum aduerbio negandi* non. ✠ *Gr. phraſis eſt*, non deſpicere, *pro* ne deſpicias.

*V.* 27. Magnus & iudex & potens eſt in honore; & non eſt maior illo qui timet Deum. *Plerique codices coniunctionem* &, *quæ præponitur nomini* iudex, *vertunt in verbum ſubſtantiuum* eſt (magnus eſt iudex) *cui non pauci adiungunt nomen* diues, *hoc modo:* Magnus eſt diues iudex; *ſed malè hæc. Tria enim hominum genera hic recenſentur quæ ſint in honore,* magnus *ſiue magnas,* iudex, *&* potens, *ſiue quod Græcè eſt,* dynaſta. ✠ *Gr.* Μεγιστᾶνες, καὶ κριταὶ καὶ δυνάσται, Magnates & iudices, & dynaſtæ.

CAP. XI. *v.* 8. Et in medio ſermonum ne adijcias loqui. *Egregia correctio, quæ reſtituit vocem* ſermonum, *pro ea quæ corruptè à pleriſque legitur* ſeniorum, *quod eſt, presbyterorum.* ✠ *Græcè enim eſt,* ἐν μέσῳ λόγων, in medio ſermonum *j. non inciuiliter interrumpas ſermonem.*

*V.* 9. De ea re quæ te non moleſtat, ne certeris. *Interpres, vocabulo certandi, vſus genere deponenti, dixit* certeris, *pro* certes *aut* certaueris.

*V.* 20. Et neſcit quod tempus præteriet. *Vt vocula* quod, *non pro coniunctione, ſed pro nomine adiectiuo, eſt accipienda: ita futurum indicatiui* præteriet, *non eſt mutandum cum præſenti coniunctiui* prætereat. *Porrò pronomen* ipſum, *quod adiungunt quidam verbo* præteriet, *redundat.* ✠ *Gr. enim eſt* καὶ οὐκ οἶδε τίς καιρὸς παρελεύσεται, & neſcit quæ occaſio præteribit.

*V.* 24. Et in hora veloci proceſſus illius fructificat. *Correctores emendarunt* hora, *quod eſt, tempore, pro eo quod vulgò legitur, & quidem vitiosè,* honore. ✠ Ἐν ὥρᾳ ταχινῇ, in hora velociter abeunte.

*Ver.* 32. Sicut enim eructant præcordia fœtentium. *Alij libri ſcribunt prima coniugatione* fœtantium, *quod eſt,* fœtarum.

*Ibidem.* Et ſicut proſpector. *Quidam libri habent* proſpectator.

*V.* 34. A ſcintilla vna augetur ignis. *Non addas coniunctionem* enim.

*V.* 36. Et abalienabit te à tuis proprijs. *Retinendum eſt pronomen* tuis, *non ſurrogandum nomen* vijs, *quod eſt, ſemitis.* ✠ *Græ. enim tantum eſt* ἐκ τῶν ἰδίων σου, à proprijs tuis.

CAP. XII. *v.* 4. Et impijs & peccatoribus reddet vindictā.

*Caue*

*Caue ſcribas imperatiuum ſecundæ perſonæ* redde, *pro tertia perſona futuri indicatiui* reddet.

*V.*6. Prohibe panes illi dari. *Non mutes paſſiuum* dari *in actiuum* dare.

*V.*12. Nec ſedeat ad dexteram tuam, ne fortè conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam. *Plerique libri, ante hæc verba* ne fortè conuerſus in locum tuum, *interijciunt alia prorſus ſimilia*, ne conuerſus ſtet in loco tuo. *ſed quæ indicata ſint ſuperfluere.*

*V.*13. Et ſic qui comitatur cum viro iniquo. *Non omittas aduerbium* ſic, *nec præponas coniunctioni* &.

*V.* 18. Et quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. *Caue mutes pronomen ſecundæ perſonæ* tuas, *in tertiæ* ſuas.

CAP. XIII. *v.* 10. Attende, ne ſeductus in ſtultitiam humilieris. *Caſus quartus* ſtultitiam, *præferendus eſt ſexto, tum hoc tum proximo verſu.*

*V.*14. 15. Et ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis Immitis animus illius conſeruabit verba tua. *Hanc germanam eſſe tum lectionem tum diſtinctionem, docuimus olim in Notationibus noſtris. Quidam enim libri, proximam ſententiam auſpicantur ab illis verbis* de abſconditis tuis: *quidam, pro nomine* immitis, *habent verbum* immittis, *& pro nominatiuo* animus, *datiuum* animo: *quidam denique vnicum verbum* conſeruabit, *diuidunt in duo* non ſeruabit. *Nam hæ corruptelæ huc occurrunt.*

*V.*17. Audiens verò illa, quaſi in ſomnis vide. *Nec addas nomen* verba, *nec ſcribas loco coniunctionis* verò.

*V.*21. Si communicabit lupus agno aliquando. *Coniunctio* ſi *non eſt mutanda in aduerbium* ſicut.

*V.*22. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? *Pro* ſancto homini *quidam legunt* ſancti.

*Sequitur:* Aut quæ pars diuiti ad pauperem? *Nomini* pars *non addas epitheton* bona.

CAP. XIV. *v.* 10. Oculus malus ad mala. *Subijciunt quidam libri* erigit *aut* erigitur, *ſed ſuperfluè.*

*Sequitur:* Et non ſatiabitur pane, ſed indigens & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. *Correctores addiderunt coniunctionem aduerſatiuam* ſed.

*V.*12. Memor eſto quoniam mors non tardat. *Non mutes præſens* tardat *in futurum* tardabit. ✠ χρονιεῖ, tardabit.

*Sequitur*: Et teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi. *Pro coniunctione* quia, *non ſcribas nomen* quod, *aut aduerbium* iam.

*Sequitur:* Teſtamentum enim huius mundi, morte morietur. *Quidam libri pro futuro indicatiui* morietur, *habent imperatiuum* moriatur: *ſed ſpurium eſt, quod legitur in nonnullis,* mortem operatur.

CAP. XV. *v.* 9 Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Quod ſubijciunt quidam libri,* quia non eſt à Domino miſſus, *meritò Correctores indicarunt ſuperfluere.*

*V.*16. Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te. *Multi codices ſcribunt compoſitum* conſeruare: *ſed & quod ſubijciunt nonnulli, redundat.*

*Sequitur:* Et in perpetuum fidem placitam facere. *Pro* facere *non ſubſtituas* ſeruare, *multoq; minùs futurum indicatiui* ſeruabunt *aut* facient.

*V.* 17. Appoſui tibi aquam & ignem. *Tertia perſona* appoſuit *non eſt mutanda in primam* appoſui. ✠ παρέθηκέ σοι, appoſuit tibi.

CAP. XVI. *v.* 5. Ab vno ſenſato inhabitatbitur patria, tribus impiorum deſeretur. *Perſuaſi Latini, vni ſenſato opponi tres impios, ſcripſerunt plerique* & à tribus impijs, *pro germana ſcriptura* tribus impiorum, *quæ* tribus *ſubſtantiuum eſt pro familia acceptũ: quàm Romani Patres reſtituerunt.* ✠ φυλὴ δὲ ἀσεβῶν.

*V.*9. Et non pepercit peregrinationi Loth. *Et hîc reſtituerunt nomen proprium* Loth, *pro pronomine* illorum, *quod alios pleroſque omnes libros occupat.*

*V.*14. Et non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis. *Pro primo caſu,* ſufferentia, *non ſcribas quartum* ſufferentiam. ✠ ὑπομονὴ, expectatio, præſtolatio.

*Ver.* 19. Cùm conſpexerit illa Deus. *Non præponas coniunctionem* &.

*V.*22. Et interrogatio omnium in conſummatione eſt. *Vocula* omnium, *id eſt, cunctorum, non eſt mutanda in* hominum.

*Ver.* 30. Anima omnis vitalis denunciauit ante faciem ipſius. *Correctores ſuſtulerunt coniunctionem* autem, *quæ poſtponebatur voci* anima: *& futurum* denunciabit, *quod antea legebatur à pleriſque, commutarunt cum præterito* denunciauit, *quàm optimè.* ✠ *Gr. eſt* ψυχὴν παντὸς ζῶου ἐκάλυψεν τὸ πρόσωπον αὐτῆς. Animam omnis viuentis abſcondit vultus eius, *ſc. terræ.*

*Sequitur:* Et in ipſam iterum reuerſio illorum. *Et hîc rectiſſimè, in locum ſexti caſus* ipſa, *ſurrogarunt quartum* ipſam. ✠ εἰς αὐτὴν.

CAP. XVII. *v.* 7. Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorum. *Retinendum eſt pronomen reciprocum* ſuum, *non ſubſtituendũ* ipſorũ, *quod eſt in alijs multis.* ✠ τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, oculũ ipſius.

*V.*18. Eleemoſyna viri quaſi ſignaculum cum ipſo. *Caue ne recidas in vetus mendum, eorum qui ſcripſerunt* ſacculus, *diminutiuũ à* ſaccus, *pro* ſignaculũ, *quod eſt ſigillum.* *G. ὡς σφραγὶς, velut ſigillũ.

*V.* 19. Et conuertet in interiores partes terræ. *Præferendũ eſt* conuertet, *ei quod quidam libri habent* conteret: *&* interiores *per* t *mutam probatur præ* inferiores *per* f *ſemiuocalem.*

*V.*26. A mortuo quaſi nihil, perit confeſſio. *Non indicarunt Romani Patres omittendam vocem* confeſſio, *tametſi à non paucis manuſcriptis omittatur. Cauſam intelligere poteris ex Notationibus noſtris.* ✠ *Græcè* Ἀπὸ νεκροῦ, ὡς μηδὲ ὄντος, ἀπόλλυται ἐξομολόγησις. A mortuo, vt ne quidem exiſtente, perit cõfeſſio. *Et ita legit S. Auguſt. in pſ.* 113. *&* 138 *& alijs in locis.*

*Verſ.* 30. Aut quid nequius quàm quod excitauit caro & ſanguis? *Nec hîc omittendum indicarunt* quàm quod.

CAP. XVIII. *v.* 6. Et cùm quieuerit, aporiabitur. *Vulgò legitur* operabitur, *quod eſt, laborabit, videbit ſibi de integro eſſe laborandum: ſed Patres ſenſerunt, vocem Græcam ab Interprete fuiſſe retentam, vt alibi, & ſcriptum fuiſſe* aporiabitur, *quod eſt, perplexus erit.*

*Ver.* 8. Quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt. *Scribendum eſt* gutta *numero ſingulari, non plurali* guttæ.

*V.*14. Miſeretur excipientis doctrinam miſerationis. *Vt præſens indicatiui* miſeretur, *non eſt mutandum in præſens imperatiui* miſereatur; *ita neque genitiuus* excipientis, *in nominatiuum* excipiens. ✠ *Græcè in plurali,* τοὺς ἐκδεχομένους παιδείαν ἐλεεῖ; excipientium diſciplinam miſeretur.

*Sequitur*: Et qui feſtinat in iudicijs eius. *Conſequenter nec hîc mutandum ſingulare* feſtinat *in plurale.*

*V.*22. Et ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. *Multi codices legunt* veteris: *Patres prætulerunt* verearis. ✠ *Græcè eſt,* μὴ μείνης ἕως θανάτου δικαιωθῆναι, non expectes vſque ad mortem iuſtificari; *non differas.*

*V.* 24. Et tempus retributionis in conuerſatione faciei. *Caue ne genitiuum* faciei, *mutes ſiue in nominatiuum ſiue in verbum* facies, *aut participium* faciens. ✠ ἐν ἀποστροφῇ προσώπου, in auerſione vultus.

*V.*25. Et neceſſitatum paupertatis in die diuitiarum. *Neque hîc, genitiuum pluralem* neceſſitatum, *mutes in accuſatiuum ſingulare* neceſſitatem.

*V.* 27. Homo ſapiens in omnibus metuet. *Præferendum eſt futurum præſenti* metuit. ✠ *Indicat enim hoc præmeditationem antequam aliquod opus ſuſcipiat;*

*V.*29. Et impluerunt prouerbia & iudicia. *Correctio eſt,* impluerunt, *compoſitum ab* in *&* pluo, *quod eſt, inſtillauerunt; pro vulgari lectione* implorauerunt, *ab* in *&* ploro. ✠ ἀνώμβρησαν, ſtillauerunt, *pluerunt.*

*V.*33. Et eſt tibi nihil in ſacculo. *Duo vitia ex hoc verſiculo ſublata ſunt; Vnum, quod omiſſa eſt negatio* non, *quæ interponebatur media inter* & *&* eſt: *alterum, quod pro* ſeculo, *quod eſt æuo, reſtitutum eſt* ſacculo, *quod eſt marſupio.* ✠ οὐδὲν σοί ἐστιν ἐν μαρσυπίῳ, nihil tibi eſt in marſupio.

*Sequitur*: Eris enim inuidus vitæ tuæ. *Non ſubſtituas* animæ *pro* vitæ. ✠ ἐπίβουλος τῆς ἰδίας ζωῆς, inſidiator propriæ vitæ.

CAP. XIX. *v.* 12. Sagitta infixa femori carnis. *Caue legas* canis, *omiſſa litera* r, *pro* carnis, *quod eſt, corporis.* ✠ ἐν μηρῷ σαρκὸς, in femore carnis *.i. carneo, vel carnoſo.*

V. 24. Et eſt qui ſe nimium ſubmittit. *Meritò omiſſa eſt vox* iuſtus *quæ interponebatur media inter* & *&* eſt; *nec ſolùm in hac pericope, ſed & in ſubſequente:* Et eſt qui inclinat faciem ſuam.

*Sequitur*: Et fingit ſe non videre quod ignoratum eſt. *Caue omittas negationem* non. ἐθελοκωφῶν, voluntariè obſurdeſcens, *ſponte ſe audire aut videre ſimulans.*

CAP. XX. *v.* 6. Et eſt tacens, non habens ſenſum loquelæ. *Non addas coniunctionem* autem.

*Sequitur:* Et eſt tacens, ſciens tempus aptum. *Adiectiuo* aptũ, *è quarto caſu mutato in ſecundam* apti, *multa exemplaria adiungunt ſubſtantiuum* temporis: *ſed illud cùm minùs congruere videretur, alij adiunxerunt* ſermonis. ✠ εἰδὼς καιρὸν, ſciens opportunitatem.

*Verſ.* 16. Odibilis eſt homo huiuſmodi. *Non præponas* & *coniunctionem.*

*V.* 20. Sic caſus malorum feſtinanter veniet. *Numerus ſingularis* veniet, *non eſt mutandus in pluralem* venient. ✠ πτῶσις κακῶν ruina, lapſus, caſus malorum. ἥξει, veniet.

*V.* 21. Homo acharis quaſi fabula vana. *Pro* acharis, *quidam ſubſtituerunt* ingratus, *volentes interpretari Græcam vocem, quam Interpres reliquerat.*

*V.*31.Xenia & dona excæcant oculos iudicum.*Pro* xenia *quidam ſcripſerunt* munera,*explicandi cauſa.*

CAP. XXI. *v.* 5. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiam. *Pro* obiurgatio, *quidam ſcribunt* catapleƈtatio, *quam vocem à Græca formatam, putant ab Interprete fuiſſe datam, eiuſque loco tandem ſubſtitutam interpretationem* obiurgatio.

*V.* 6. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures eius perueniet. *Non mutes pronomen* eius,*in nomen* Dei,*ſed ita intelligas.*

*V.*11.Via peccantium complanata lapidibus.*Spurium eſt,quod quidam ſcribunt* complantata *à planto,pro* complanata,*à planus.* ✠ ὁδὸς ὡμαλισμένη,complanata,*ſtrata.*

*Sequitur:*Et in fine illorum inferi,& tenebræ & pœnæ. *Caſus ſextus* fine,*non eſt mutandus in quartum* finem.

*V.*15.Eſt autem ſapientia quæ abundat in malo.*Pro* ſapientia, *quidam contrarium putauerunt eſſe corrigendum,*inſipientia; *ſed malè.* ✠ πανουργία πληθύνουσα πικρίαν, aſtutia multiplicans amaritudinem.

*Sequitur:* Et non eſt ſenſus, vbi eſt amaritudo. *Poſterius* eſt *quidam mutant cum* abundat.

*V.* 18. Verbum ſapiens quodcumque audierit ſcius laudabit, & ad ſe adijciet. *Non omittas voculas illas duas,*ad ſe.✠Scius, ἐπιστήμων,ſciens *aut prudens.* ἐπ᾽ αὐτὸν προσθήσει *ad illud adijciet; ſubintellige,vel* animum,*vt in eo conſeruet; vel, quod augebit ſententiam, in vſum producens,& alia ſimilia theſaurizans.*

*V.*31. Et qui cum eo manſerit,odioſus erit. *Nec hinc auferas voculas* cum eo.

CAP. XXII. *v.* 3. Filia autem in deminoratione fiet.*Nomini* filia,*nec præponas* in *præpoſitionem, nec poſtponas adiectiuum* fatua: ✠ θυγάτηρ δὲ ἐπ᾽ ἐλαττώσει γίγνεται. Filia verò in diminutione, *(ſeu minoratione)* erit.

*V.* 8. Qui narrat verbum non audienti. *Alij* non attendenti, *quæ expoſitio eſt.*

*V.*10. Supra mortuum plora,defecit enim lux eius:& ſupra fatuum plora, deficit enim ſenſus. *Pro nominatiuo* ſenſus, *quidam ablatiuum legunt,* ſenſu: *ſed nominatiuus eſt & in priori membro, ex quo non eſt poſteriori addendum pronomen* eius(ſenſus eius) *ſed ſubaudiendum.* ✠*Græc.*ἐξέλιπε γὰρ φῶς. ἐξέλιπε γὰρ σύνεσις, defecit enim lux. defecit enim ſenſus.

*V.*11.Modicum plora ſupra mortuum, quoniam requieuit. *Quod ſequitur in quibuſdam libris:* Plurimum verò ſuper vitam fatui,*ſuperfluit.*

*V.*19. Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non diſſoluetur. *His verbis non eſt præponendum aduerbium* ſicut, *etſi ſubaudiendum: porrò* loramentum, *quod eſt, ligamentum, deductum à lorum,ineptè quidam mutant in* ornamentum: *adhæc* in *præpoſitio non facilè eſt omittenda: denique futurum* diſſoluetur, *verti non debet in præſens* diſſoluitur.✠ ἱμάντωσις ξυλίνη connexio lignea. οὐ διαλυθήσεται,non diſſoluetur.

*V.*20. Metu non deprauabitur. *Voci* metu *non præponitur coniunctio* vel.

*V.* 21. Sicut pali in excelſis,& cæmenta ſine impenſa.*Nec huic verſui præponendum eſt* Sicut ornatus arenoſus in pariete limpido, &; *nec verſui* 23. (*quidam enim libri vni, quidam alteri verſui præponunt*) *omnino enim ſuperfluit, videturque altera eſſe interpretatio eius quod noſter reddidit* cæmenta ſine impenſa, *quod docuimus in Notationibus. Porrò hoc verſu* 21. *rectè Correctores ſcripſerunt* pali, *quod ſignificat ſtipites aut arundines, pro eo quod alij plerique corruptè legunt* paleæ: *vbi & conſequenter, ineptè quidam omiſerunt præpoſitionem* ſine, *quidam etiam* impenſa, *quod eſt expenſa, mutarunt in* immenſa, *quod eſt, magna.* ✠ χάρακες, pali, ſuſtentacula.

*Sequitur:*Poſita contra faciem venti non permanebunt. *Quod ſubijciunt quidam codices.* Et cor confirmatum in cogitationibus ſenſus non turbabitur,*non eſt huius loci ſed altera eſt eius quod præceſſit verſio.*

*V.*22. Sic & cor timidum, in cogitatione ſtulti, contra impetum timoris non reſiſtet. *Non ſubijcias quod quidam,*in omni tempore. *De hoc autem & tum præcedenti, tum ſubſequenti verſu, lege Notationes.*

*V.* 27. Ad amicum ſi aperueris os triſte, non timeas. Τὸ ad amicum,*quod alij finem faciunt præcedentis verſus, Correctores initium huius: deinde pro tertia perſona* aperuerit,*emendarunt* aperueris *perſona ſecunda.*

*Verſ.* 31. Amicum ſalutare non confundar. *Et hic emendarunt* confundar,*prima perſona,quod alij plerique ſcribunt ſecunda perſona* confundaris.✠ οὐκ αἰσχυνθήσομαι,non erubeſcam,*non me pudebit.*

CAP. XXIIII. *v.* 1. Nec ſinas me cadere in illis.*Legendum eſt* in illis, *non,vt multi,*in illa exprobratione, *aut* in illam exprobrationem,ἐν αὐτοῖς.

*V.*2.Quis ſuperponet in cogitatu meo flagella. *Futurum* ſuperponet *non eſt mutandum in præſens* ſuperponit. ✠ τίς ἐπιστήσει; quis imponet.

*V.* 3. Et gaudeat ſuper me inimicus meus. *Non eſt omittendum medium illud* ſuper me. ✠ ἐπιχαιρεῖταί μοι, gaudeat ſuper me.

*V.* 14. Replebitur enim retributione domus illius.*Non addas nomini* retributione,*epitheton* peſſima,*quod quidam.*

*V.* 24. Non fatigabitur,tranſgrediens vſque ad finem. *Non commutes verbum* fatigabitur *cum verbo* ceſſabit.

*V.*33. Secundò in virum ſuum deliquit. *Caue vetus notariorum vitium, qui ſcripſerunt* dereliquit, *quod eſt, deſeruit, pro* deliquit, *quod eſt,peccauit.* ✠ ἐπλημμέλησε deliquit.

*V.*36. Derelinquet in maledictum memoriam eius. *Futurum ſingulare* derelinquet, *non eſt vertendum, vel in plurale* derelinquent, *vel in paſſiuum* relinquetur; *vt nec accuſatiuus* memoriam, *in nominatiuum.*✠ καταλείψει εἰς κατάραν τὸ μνημόσυνον,derelinquet in maledictionem memoriale.

CAP. XXIV. *v.* 16. Et in parte Dei mei hereditas illius. *Non eſt mutandus ablatiuus ſingularis* parte,*in accuſatiuum pluralem* partes.✠ ἐν μερίδι κυρίου,in parte Domini.

*V.*25. In me gratia omnis viæ & veritatis. *Correctores emendarunt* viç,*quod eſt ſemita,pro* vitæ, *quod multi habent.*

*V.*39. Amari enim abundauit cogitatio eius. *Retinendum hic eſt,ex Patrum ſententia, præteritum* abundauit, *non ſubſtituendum futurum* abundabit.✠ ἐπληθύνθη τὰ διανοήματα, multiplicatæ ſunt cogitationes.

*Sequitur:* Et conſilium illius ab abyſſo multa. *Caue commutes præpoſitionem* ab *cum* in. ✠ ἀπὸ ἀβύσσου μεγάλης, ab abyſſo magna.

*V.* 41. Ego quaſi fluuij dioryx. *Nobilis huius loci emendatio, qua* fluuij *ſcriptum eſt caſu genitiuo, pro eo qui vulgò legitur nominatiuo* fluuius,& dioryx *triſſyllabum,pro diſſyllabo* doryx,*quod quidam peius legunt* dorax *alij peſſimè* vorax. *Primi erroris occaſio ex eo ſumpta eſt,quod exiſtimatum ſit,* dioryx *eſſe nomen proprium,quod eſt appellatiuum, ſignificans Græcè alueum.* ✠ ὡς διῶρυξ ἀπὸ ποταμοῦ; ὡς ὑδραγωγός, quaſi foſſa à fluuio, quaſi aquæductus.

*V.* 42. Et inebriabo prati mei fructum. *Caue mutes* prati, *quod quidam legunt* pratus,*& ſignificat paſcuum,in* partus, *deriuatũ à pario.* ✠ τὴν πρασιάν τὴν δικαίαν,viriditatem iuſtam.

CAP. XXV. *v.* 4. Diuitem mendacem, ſenem fatuum. *Non interponas coniunctionem* &,*vt quidam.*

*V.*7. Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus & conſilium. *Seruandus eſt tertius caſus pluralis numeri* glorioſis, *non ſupponendus primus numeri ſingularis* glorioſus. ✠ δεδοξασμένοις,glorificatis.

*V.*24.Et obcæcat vultum ſuum tamquam vrſus. *Legendum eſt præſenti tempore* obcæcat,*potiùs quàm futuro* obcæcabit: *quemadmodum &* oſtendit *præſens, potiùs quàm futurum* oſtendet, *in eo quod ſequitur:*Et quaſi ſaccum oſtendit.*Porrò quod proximum eſt,* in medio proximorum eius,*Correctores fecerunt initium verſus* 25. *quod alij faciunt finem huius.*

*V.*31.Et plaga cordis mulier nequam. *Pro* cordis,*quod eſt* καρδίας,*alij vitiosè ſcribunt* mortis,*quod eſt* θανάτου.

*V.*35. Confundet te. *Non præponas coniunctionem* &.

CAP. XXVI. *v.* 1. Numerus enim annorum illius duplex. *Vulgo ſcribitur plurale* illorum;*Correctio eſt, ſingulare* illius.✠*Scilicet,viri,ſeu mariti talis mulieris.*

*V.*3. In parte timentium Deum. *Subſtantiuo* parte *non adijcias adiectiuum* bona.

*V.*9. In muliere zelotypa, *Correctores prætulerunt vocem* zelotypa, *ei quam alij legunt voci* infideli. ✠ *Græcè* ἀντίζηλος. Eodem ſenſu.

V.14. Ab omni irreuerentia oculorum eius caue.*Non mutes genitiuum* oculorum, *in datiuum* oculis, *nec omittas pronomen* eius. ✠ ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφθαλμοῦ φύλαξαι,*poſt inuerecundum oculum caue.*

CAP. XXVII. *v.* 2. Et emptionis anguſtiabitur peccatũ. *Retinendus eſt nominatiuus ſingularis* peccatum, *non mutandus in ablatiuum pluralem* peccatis. ✠ συντριβήσεται ἁμαρτία, comprimetur peccatum.

V.5. Sicut in percuſſura cribri remanebit puluis. *Correctores prætulerunt* puluis *ei quod alij legunt* ſtercus. ✠ κόπρια,ſordes.

*V.*7. Sic verbum ex cogitatu cordis hominis. *Genitiuus* cordis *non temerè vertendus eſt in accuſatiuum* cor. ✠ ἐν καρδίᾳ, in corde.

*V.*9 Si ſequaris iniuſtitiam,apprehendes illam. *Verbum* apprehendes,*non eſt mutandum in participium* apprehendens, ✠ καταλήψῃ,comprehendes.

V. 13. In medio inſenſatorum ſerua verbum tempori. *Vitiosè quidam,pro imperatiuo ſecunda perſona* ſerua, *ſcripſerunt indicatiuum*

*tiuum tertiæ perſonæ* ſeruat. ✠ σωτήριον καιρὸν, ſerua verbum.

*V.*14. Et riſus illorum in delicijs peccati. *Patres emendarunt* deliciis, *quod eſt delectationibus, pro eo quod vulgò legitur* delictis, *id eſt, offenſionibus.* ✠ ἐν σπατάλῃ, in cibo peccati.

*V.*26. Condulcabit os ſuum. *Caue, pro* condulcabit, *deducto à dulcis, ſcribas* conculcabit *à calco.* ✠ γλυκανεῖ.

*V.*27. Multa odiui. *Correctio eſt* odiui, *quod eſt, odi; reprobata lectio* audiui, *ab audio.* ✠ πολλὰ ἐμίσησα, odio habui.

CAP. XXVIII. *v.* 7. Tabitudo enim & mors. *Caue legas* Beatitudo, *quod eſt felicitas, pro* tabitudo, *corruptio.*

*V.*14. Si ſufflaueris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit. *Correctores rectè addiderunt* in ſcintillam, *quod plerique libri omittunt.*

*Sequitur:* Et ſi exſpueris ſuper illam, extinguetur. *Retinendum eſt pronomen fœminini generis* illam, *non ſubſtituendum maſculinum* illum. ✠ *ſ. in ſcintillam.*

*V.*15. Multos enim turbabit pacem habentes. *Alij pro futuro ſcribunt præteritum* turbauit.

*V.* 19. Lingua tertia mulieres viratas eiecit. *Quod quidam legunt* fortes *pro* viratas, *ſeu* viritas, *expoſitio eſt.* ✠ γυναῖκας ἀνδρείας viriles.

*V.*25. Et vtilis potiùs infernus, quàm illa. *Alij, pro* infernus *ſcribunt* inferus: *ſed vitioſè quidam tertio caſu* inferis. ✠ ὁ ᾅδης, orcus, infernus.

*Ver.*28. Linguam nequam noli audire. *Non præponas his verbis & coniunctionem.*

*Sequitur:* Et ori tuo facito oſtia & ſeras. *Quod ſequitur in plerisque codicibus* auribus tuis, *Patres ſuperfluere cenſuerunt.*

CAP. XXIX. *v.* 6. Et loquetur verba tædij. *Non ſcribas Græcam vocem* acediæ, *pro Latina* tædij.

*V.*7. Si autem potuerit reddere, aduerſabitur, ſolidi vix reddet dimidium. *Pro* aduerſabitur, *quidam legunt* auerſabitur, *quidam* aduerſatus, *quidam* auerſatus: *inter quæ parua differentia eſt rerum, non minùs quàm vocum: ſed nomen* ſolidi *retinendum eſt, nequaquã mutandum in aduerbium* ſolidè. ✠ μόλις κομιεῖται τὸ ἥμισυ, vix afferet dimidium.

*V.*10. Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt. *Non omittas alterum* non, *ſiue prius ſiue poſterius.*

*V.*15. Concludè eleemoſynam in corde pauperis. *Pro* corde *non ſcribas* ſinu.

*V.*16. Super ſcutum potentis. *Quæ his verbis præponunt plerique omnes libri,* Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput illorum; *Correctores iudicarũt redundare, omninoque eſſe auferenda, vt quæ non huius ſint loci, ſed illius qui ſuprà cap.* 17. *v.* 18. 19.

*V.* 19. Vir bonus fidem facit pro proximo ſuo. *Non eſt omittenda præpoſitio* pro.

*V.*24. Repromiſſio nequiſſima, multos perdidit dirigentes. *Caue, pro* dirigentes, *quod eſt, feliciter agentes, legas aut* diligentes *aut* delinquentes. ✠ κατευθύνοντας, dirigentes; *exponunt alij, diuites, quibus rectè ſuccedunt opes.*

*V.*34. Hoſpitio mihi factus eſt frater. *Non mutes perſonam tertiam* eſt *in ſecundam* es.

CAP. XXX. *v.* 15. Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, melior eſt omni auro & argento. *Non interijcias coniunctionem* & *ante comparatiuum* melior.

*Sequitur:* Et corpus validum, quàm cenſus immenſus. *Scribendum eſt* cenſus *per* c *tertiam alphabeti literam, non* ſenſus *per* ſ. ✠ ὄλβος diuitiæ.

*V.*20. Portans mercedes iniquitatis. *Non præponas his verbis* & *coniunctionem, ſicut nec his v.* 24. Congrega cor tuum in ſanctitate eius.

*V.*27. Splendidum cor & bonum in epulis eſt. *Hinc non auferas* & *coniunctionem mediam.*

CAP. XXXI. *v.* 1. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum. *Duplex futurum quidam mutant cum duplici præſenti,* tabefacit, aufert. ✠ *Sic eſt in Græco,* ἐκτήκει, ἀφιστᾷ, tabefacit, auertit.

*V.*10. Qui probatus eſt in illo, & perfectus eſt, erit illi gloria æterna. *Alij pro relatiuo* qui, *ſcribunt interrogatiuum* quis, *& futuro* erit *præponunt coniunctionem* &. *Porro participium* inuentus, *quod quidam addunt participio* perfectus, *ſuperfluit.*

*Sequitur:* Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus. *Pro* qui *non facilè hic ſubſtituendum eſt interrogatiuum* quis.

*V.*13. Non dicas ſic: Multa ſunt quæ ſuper illam ſunt. *Multi libri, aduerbium ſimilitudinis* ſic, *iunctum ijs quæ præcedunt, mutant in coniunctionem conditionalem* ſi *iunctam ijs quæ ſequuntur; malè, ſed peiùs illi, qui duas voces* ſi multa *contrahunt in vnam* ſimulata.

*V.*16. Cùm viderit, ne extendas manum tuam prior. *Alij præcedenti verſui, Correctores huic, diſtinguendo iungunt* τὸ, cùm viderit.

*V.*19. Ne, cùm manducas multum, odio habearis. *Pro* ne, *alij minùs clarè* & non.

*V.*25. Surge è medio, euome. *Vnicam vocem* euome *ne diſtrahas in duas* & vome.

*V.*29. Nequiſſimo in pane murmurabit ciuitas. *Doctè Correctores præpoſitionem* in, *collocarunt mediam inter* nequiſſimo *&* pane, *quam alij incommodè collocant ante* nequiſſimo.

*V.*33. Quæ vita eſt ei qui minuitur vino. *Plerique libri habent* quæ, *pro eo quod Correctores dexterrimè emendarunt* ei qui.

CAP. XXXII. *v.* 2. Curam illorum habe, & ſic conſide. *Caue ne* conſide, *quod eſt* ſede, *auctum vna ſyllaba, mutes in* conſidera, *quod eſt, animaduerte.* ✠ κάθισον, ſede.

*V.* 5. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum, diligenti ſcientia. *Nominatiuus* maior *non eſt mutandus in datiuum* maiori: *vt nec ablatiui* diligenti ſcientia, *mutandi ſunt in alios caſus.*

*Verſ.* 13. In medio magnatorum ne præſumas. *Non addas* loqui.

*V.*15. Et illic auocare. *Pro* auocare, *non ſcribas addita* d *litera,* aduocare, *vel vna voce in duas abſtracta,* aduoca te.

*Verſ.* 19. Scandalizabitur in ea. *Non eſt mutandum* in *cum* ab.

CAP. XXXIII. *v.* 2. Et non illidetur. *Caue ſcribas* illudetur, *quod eſt, riſui exponetur, pro* illidetur, *quod eſt, impinget, vocalem inquam quintam pro tertia.*

*Verſ.* 11. In multitudine diſciplinæ Dominus ſeparauit eos. *Nominatiuus* Dominus *nequaquam mutandus eſt in genitiuum* Domini.

V. 15. Duo & duo, & vnum contra vnum. *Malè alij plerique libri, pro priori coniunctione* &, *repetunt coniunctionem* contra: Duo contra duo.

V. 24. Ne dederis maculam in gloria tua. *Retinendus eſt ſextus caſus* gloria tua, *non mutandus in quartum.*

*Verſ.* 31. Si eſt tibi ſeruus fidelis. *Pro* fidelis, *in quibuſdam libris eſt* bonus, *in quibuſdam* ſenſatus: *in quibuſdam nihil eſt horum, ſed ſubauditur huiuſmodi aliquid. Quod vltimum eſt Græcæ editionis.*

CAP. XXXIV. *v.* 3. Hoc ſecundum hoc, viſio ſomniorum. *Non eſt omittendum prius* hoc, *ſed vtrumque legendum.* ✠ τοῦτο κατὰ τούτου.

*Sequitur:* Ante faciem hominis ſimilitudo hominis. *Non addas* alterius *poſteriori voci* hominis.

*V.*8. Et ſapientia in ore fidelis complanabitur. *Pro* complanabitur, *à planus, quidam minùs rectè, addita vna litera, ſcribunt* complantabitur, *à planto.*

*V.*10. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. *Retinendum eſt præſens* recognoſcit, *non ſubſtituendum futurum.*

*Sequitur:* Qui autem in multis factus eſt, multiplicat malitiã. *Non eſt legendum nomen* fatuus *pro participio* factus; *nec futurum* multiplicabit, *pro præſenti* multiplicat.

*V.*11. Qui implanatus eſt, abundabit nequitia. *Caue pro* implanatus, *quæ eſt vox ficta à græca* πλανᾶσθαι *vagari, ſcribas, addita* t *litera* implantatus, *à planto, aut futurum* abundabit, *mutes in præteritum* abundauit.

*V.* 12. Multa vidi errando. *Correctores* errando *emendarunt, quod eſt, vagando, pro eo plerique libri habent* enarrando, *quod eſt, explanando.* ἐν τῇ ἀποπλανήσει μου, in errore meo.

*V.* 14. Et in reſpectu illius benedicetur. *Non mutes* reſpectu *in* conſpectu.

*V.*25. Panis egentium, vita pauperum eſt. *Non mutes plurale* pauperum, *in ſingulare* pauperis. ✠ ζωὴ πτωχῶν, vita mendicorum.

*V.*30. Et iterum tangit eum. *Pro* eum *non legas* mortuum, *ſed ſubaudias: nullo vero modo omittas hæc verba.*

CAP. XXXV. *verſ.* 1. Qui conſeruat legem, multiplicat oblationem. *Tametſi fortè Interpres reddiderit* verbum, *Correctores tamen retinuerunt id quod clarius eſt* legem: *qui & pro* orationem, *quod eſt precem, ex ſuis codicibus repoſuerunt* oblationem, *quod eſt, ſacrificium. Nam & ita eſt Græcè:* Qui conſeruat legem, multiplicat oblationes.

*V.*3. Et propitiationem litare ſacrificij. *Alij, pro genitiuo ſingulari, legunt datiuum pluralem* ſacrificijs.

V. 12. Ad inuentionem facito manuum tuarum. *Non eſt vnica dictio* adinuentionem, *ſed duæ,* ad, *quod eſt ſecundum,* inuentionem.

V.17. Non deſpiciet preces pupilli. *Caue ſcribas* populi, *quod eſt plebis, pro* pupilli, *quod eſt orphani.*

V.19. Et Dominus exauditor non delectabitur in illis. *Non eſt omittenda negatio.*

CAP.

CAP. XXXVI. *v.* 9. Tolle aduerſarium & afflige inimicum. *Rectè Patres* tolle *ſcripſerunt, quod eſt, aufer è medio, pro eo quod plerique legunt, & contrarium eſt,* extolle. ✠ ἔπαρον ἀντίδικον, tolle aduerſarium, aufer.

*V.* 13. Vt cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnalia tua. *Alij libri, contrario ordine, priùs ſcribunt* &, *poſteriùs* vt; *malè.*

*V.* 17. Da teſtimonium his qui ab initio creaturæ tuæ ſunt. *Multi libri, pronomina* his qui, *mutant in coniunctionem* quia; *malè itidem.*

*Sequitur:* Et ſuſcita prædicationes. *Legẽdum eſt* prædicationes, *poſitum pro prophetias, non* precationes, *quod eſt, orationes.*

*V.* 19. Secundùm benedictionem Aaron de populo tuo. *Præpoſitio* de *non eſt commutanda cum verbo* da, *ac proinde non inchoanda ab his verbis noua periodus, ſed præcedenti iungenda ſunt prout Correctores iunxerunt.*

*V.* 21. Fauces contingunt cibum feræ, & cor ſenſatum verba mendacia. *Pro* ſenſatum, *quod eſt, prudens, intelligens, caue ſcribas contrarium,* inſenſatum.

*V.* 28. Quis credit ei qui non habet nidum. *Interrogatiuũ* quis, *non eſt mutandum in relatiuum* qui, *nec nominatiuus* quis *in datiuũ* cui, *ablato ſubſequente datiuo* ei: Cui credit qui, *corrupta enim hæc lectio eſt, à Correctoribus reſtituta integritati.*

CAP. XXXVII. *v.* 6. Et non immemor ſis illius in opibus tuis. *Correctores emendarunt* opibus, *quod eſt, diuitijs, pro eo quod vulgò legitur,* operibus, *quod eſt, actis ſiue geſtis.* ✠ ἐν χρήμασί σου, in diuitijs tuis.

*V.* 7. Noli conſiliari cum eo qui tibi inſidiatur, & à zelantibus te abſconde conſilium. *Et hîc, pro eo quod plerique libri habent* cum ſocero tuo, *emendarunt* cum eo qui tibi inſidiatur: *neque hunc verſum paulò pòſt repetendum iudicarunt, vt quidam libri, his verbis:* Noli conſiliari cum eo qui ſuſpectum te habet, & ab æmulantibus tibi abſconde conſilium. ✠ *Græcè repetitur, & eſt* μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου σε, cum eo qui reueretur te; *aut qui ſuſpectum te habet,* καὶ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ συμβουλεύεται; ipſe enim ſibi conſulet.

*V.* 9. Et ipſe enim animo ſuo cogitabit. *Pro* & ipſe enim, *quidam legunt,* & quid ipſe: *pro* ſuo *tertiæ perſonæ pronomine, nonnulli* tuo *ſecundæ ſcribunt: denique pro* cogitabit *futuro indicatiui, alij habent præſens ſubiunctiui* cogitet; *ſed minus rectè hæc omnia.*

*V.* 12. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cũ iniuſto de iuſtitia. *Quidam libri, pro* irreligioſo, *quod eſt impio, ſcribunt contrarium* religioſo, *quod eſt, pio, &* iuſto, *pro* iniuſto: *alij quidam ad finem ſententiæ adijciunt* noli conſiliari: *verùm hæc Correctores ſequenda non eſſe cenſuerunt.* ✠ *Græcè* μετὰ βασκάνου περὶ εὐχαριστίας cum inuido de gratitudine.

*Sequitur:* Et cum muliere de ea quæ æmulatur. *Ablatiuum ſingularem generis fœminini* ea, *non mutes in pluralem* his.

*V.* 16. Et qui, cùm titubaueris in tenebris, cõdolebit tibi. *Malè alij plerique codices, voculis* qui cum *contractis in vnam* quicũque, *& ſecunda* titubaueris *verſa in tertiam* titubauerit, *denique addita* non *negatione ante* condolebit, *ſcribunt:* Et quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi. ✠ καὶ ἐὰν πταίσῃς συναλγήσει σοι; &, ſi titubaueris, condolebit tibi.

*V.* 17. Cor boni conſilij ſtatue tecum. *Non præponas his verbis coniunctionem* &.

*V.* 22. Eſt vir aſtutus, multorum eruditor, & animæ ſuæ inutilis eſt. Vir peritus multos erudiuit, & animæ ſuæ ſuauis eſt. *Harum duarum ſententiarum, ſola prior legitur à libris Græcis; ſola poſterior à pleriſque Latinis: Patres vtramque receperunt & iunxerunt.*

*V.* 33. Et auiditas appropinquabit vſque ad choleram. *Pro* auiditas *Græcè eſt* apleſtia, *vt & proximo verſu pro* crapulam, *vbi dicitur:* Propter crapulam multi obierunt: *quam Græcam vocem, quæ propriè ſignificat inſatiabilitatem, alij Latini libri retinent his duobus locis.*

CAP. XXXVIII. *v.* 4. Altiſſimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. *Alij libri minùs rectè, pro nomine* medicamenta *& pronomine* illa *neutris, legunt nomen* medicinam, *& pronomen* illam *fœminina.* ✠ φάρμακα.

*V.* 6. Ad agnitionem hominum. *Non præponas his verbis coniunctionem* &.

*V.* 20. In abductione permanet triſtitia. *Correctores cenſuerunt* abductione *non eſſe mutandum in* obductione, *id eſt, vocalem primam in quartam.* ✠ ἐπαγωγῇ, inductione.

*V.* 25. Sapientia ſcribæ in tempore vacuitatis. *Vulgaris lectio eſt,* Sapientiam ſcribe, *qua verbum* ſcribe *regit accuſatiuum* ſapientiam: *ſed germana lectio eſt, qua nominatiuus* ſapientia *regit genitiuum nominis* ſcribæ. *Porrò ſpuria ſunt,* natiuitatis *&* vanitatis, *quæ quidam ſcribunt pro* vacuitatis, *quod eſt, otij.* ✠ σοφία γραμματέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς, ſapientia ſcribæ in opportunitate otij.

*V.* 26. Qua ſapientia replebitur qui tenet aratrum? *Caue ne ablatiuum* qua, *mutes in coniunctionem* quia, *vt plerique hactenus, ac proinde præcedentibus iungas illud* quia ſapientia replebitur. ✠ τί σοφισθήσεται, quo ſapiens erit.

*V.* 28. Qui ſculpit ſignacula ſculptilia. *Non mutes accuſatiuum pluralem* ſignacula, *in ablatiuum ſingularem* ſignaculo. ✠ γλύφοντες γλύμματα σφραγίδων. ſculpentis ſculpturas ſigillorum.

*V.* 31. Et vigilia ſua ornabit in perfectionem. *Duæ ſunt voces* in perfectionem, *non vnica* imperfectionem, *vt plerique ſcribunt.* ✠ ἐπὶ συντελείας, in conſummationem.

*V.* 32. Et in numero eſt omnis operatio eius. *Et hic duæ ſunt dictiones* in numero, *quod eſt, certo numero; non vna* innumera, *quam alij habent, & contrarium ſignificat, abſque numero.* ✠ ἐναρίθμιος πᾶσα ἐργασία αὐτοῦ. Numerabilis omnis operatio eius.

*V.* 39. Accommodantes animam ſuam, & conquirentes in lege Altiſſimi. *Quidam libri pro participijs pluralibus* accommodantes *&* conquirentes, *legunt genitiuos ſingulares* accommodantis *&* conquirentis, *qua de re Notationes noſtræ. Porrò* animam ſuam *numero ſingulari, non eſt mutandum in pluralia* animas ſuas. ✠ πλὴν τοῦ ἐπιδιδόντος, præter accommodantem, *&c.*

CAP. XXXIX. *v.* 5. Bona enim & mala in hominibus tentabit. *Legendum eſt* hominibus, *quod eſt,* ἀνθρώποις, *non* omnibus, *quod eſt* πᾶσι.

*V.* 15. Si permanſerit, nomen derelinquet plus quàm mille. *Non addas pronomen* eius *voci* nomen.

*V.* 17. In voce dicit. *Non præmittas* & *coniunctionem. Porrò præſens* dicit, *quidam mutant cum præterito* dixit, *quidam cum futuro* dicam; *quidam cum participio* dicens. *Nam imperatiuus* dicito, *& futurum tertiæ perſonæ* dicet, *non videntur alicuius eſſe auctoritatis.*

*Ver.* 23. Quoniam in præcepto ipſius placor fit. *Non legas* placatio, *ſed per* placor *intellige beneplacitum.* ✠ εὐδοκία, complacentia.

*V.* 27. Benedictio illius quaſi fluuius inundauit. *Non mutes præteritum* inundauit *in futurum* inundabit. ✠ ἐπεκάλυψε, cooperuit.

*V.* 31. Sal, lac, & panis ſimilagineus. *Non omittas* ſal. ✠ *Eſt enim in Græco,* ἅλας, ſal.

*V.* 34. Et furorem eius qui fecit illos placabunt. *Legendum eſt* placabunt, *potiùs quàm id quod in pleriſque eſt libris* confundent. ✠ κοπάσουσι, ſi ſtent, *quieſcere facient.*

*V.* 37. Et ſuper terram in neceſſitatem præparabuntur. *Non mutes accuſatiuum* neceſſitatem *in ablatiuum.* ✠ *Quando opus erit.*

*V.* 39. Et omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. *Seruandum eſt futurum* ſubminiſtrabit, *non ſubſtituendum præteritum* ſubminiſtrauit. ✠ *Eſt enim in Græco futurum* χορηγήσει, præbebit.

CAP. XL. *v.* 3. A reſidente ſuper ſedem glorioſam. *Ablatiuus ſingularis* reſidente, *nequaquam mutandus eſt in nominatiuum pluralem* reſidentes, *omiſſa præpoſitione* à. ✠ ἀπὸ καθημένου, à ſedente.

V. 5. Somnus noctis. *Caue ſcribas* mortis, *quod eſt* θανάτου, *pro* noctis.

*V.* 11. Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur. *Non addas coniunctionem* enim.

*Sequitur:* Et omnes aquę in mare reuertentur. *Præferendum eſt* reuertentur, *ei quod alij legunt* conuertentur. ✠ ἀνακάμπτει reflectunt.

*V.* 13. Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt. *Præſtat retinere pluralia* ſiccabuntur *&* perſonabunt, *quàm ſubſtituere ſingularia,* ſiccabitur *&* perſonabit. ✠ *Græcè pluralia ſunt.*

*V.* 15. Super cacumen petrę ſonant. *Non mutes præſens* ſonant *in futurum* ſonabunt.

*V.* 17. Et miſericordia in ſeculum permanet. *Neque hic mutes accuſatiuum* ſeculum *in ablatiuum* ſeculo.

*V.* 18. Et in ea inuenies theſaurum. *Alij, pro ſecunda perſona, ſcribunt tertiam,* inueniet.

V. 19 Filij & ædificatio ciuitatis confirmabit nomen. *Nec omittas coniunctionẽ* &, *nec vertas futurum in præteritum* cõfirmauit.

*Sequitur:* Et ſuper hęc mulier immaculata cõputabitur: *Neutrum plurale* hęc *ſeruandum eſt, non ſubſtituendum fœmininum ſingulare* hanc.

*V.* 22. Et ſuper hæc, virides ſationes. *Neque hic, pro plurali* hæc, *ſubſtituas ſingulare* hoc.

V. 25. Aurum & argentum eſt conſtitutio pedum. *Correctores prætulerunt,* eſt conſtitutio pedum, *ei quod quidam libri habent* conſtituit, *vel* conſtituet pedẽ. ✠ *Quę eſt lectio Græca* ἐπιστήσουσι πόδα.

*V.* 26. Facultates & virtutes exaltant cor. *Caue legas* victus, *quod eſt, ſumtus, pro* virtutes, *quod ſignificat vires.* ✠ χρήματα καὶ ἰσχύς, opes & virtus, *ſeu vires, robur.*

V. 32.

*V.*32. In ore imprudentis condulcabitur inopia. *Quidam, pro* imprudentis, *legunt* impudentis, *quod eſt inuerecundi: ſed pro* condulcabitur, *quod eſt dulceſcet, nullo modo legendum eſt* conculcabitur, *id eſt, tertia alphabeti litera, pro quarta.* ✠ ἐν ϛόματι ἀναιδοῦς, γλυκανθήσεται, in ore impudentis condulcabitur.

CAP. XLI. *v.* 4. Et incredibili qui perdit patientiam. *Correctio Patrum eſt* patientiam, *quod eſt, tolerantiam: reproba lectio,* ſapientiam. ✠ τὴν ὑπομονὴν, ſufferentiam.

*V.*6. Et quid ſuperueniet tibi. *Quidam libri legunt numero plurali* & qui *vel* quæ ſuperuenient tibi.

*V.*17. Sapientia enim abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? *Non commutes* inuiſus *cum* occultus. ✠ ἀφανὴς non apparens.

*V.*19. Verumtamen reueremini in his quæ procedunt de ore meo. *Legendum eſt* reueremini, *quod eſt, pudorem habete; non* reuertimini, *quod eſt, redite.*

*V.*20. Non eſt enim bonum omnem reuerentiam obſeruare. *Malè & hoc loco, plerique, pro* reuerentiã, *quod eſt, verecundiã ſiue pudorẽ, ſcribunt contrariũ* irreuerentiaã. ✠ αἰσχύνην, verecundiã.

*V.*28. Ab amicis, de ſermonibus improperij. *Non præponas verbum* caue.

CAP. XLII. *v.* 5. De corruptione emptionis. *Correctores prætulerunt* corruptione, *quod eſt, vitiatione, ei quod alij legunt* correptione, *quod eſt, admonitione.*

*V.* 8. Et probabilis in conſpectu omnium viuorum. *Inſignis correctio, qua repoſitum eſt* viuorum, *quod eſt, viuentium, pro eo quod plerique omnes libri habent,* virorum.

*Ver* 9. Ne fortè in adoleſcentia ſua adulta efficiatur. *Et hic egregiè reſtituerunt* adulta, *quod eſt, florem ætatis pertranſiens, pro* adultera, *quod eſt, fornicaria.* ✠ μήποτε παρακμάσῃ, ne in flore adoleſcat.

*V.* 17. Stabiliri in gloria ſua. *Non mutes paſſiuum in actiuum* ſtabilire.

*V.*23. Et tamquam ſcintilla. *Nec hic nominatiuum in accuſatiuum* ſcintillam.

CAP. XLIII. *v.* 8. Creſcens mirabiliter in conſummatione. *Alij libri pro ablatiuo, habent accuſatiuum* cõſummationem.

*V.*9. In firmamento cæli reſplendens glorioſè. *Non ſcribas nomen fœmininum* glorioſa, *pro aduerbio* glorioſè.

*V.* 11. In verbis ſancti ſtabunt ad iudicium. *Non mutes genitiuum ſingularem* ſancti *in ablatiuum pluralem* ſanctis.

*Sequitur*: Et non deficient in vigilijs ſuis. *Non ſupponas* exardeſcent *pro* deficient.

*V.*17. Et in voluntate eius adſpirabit Notus. *Correctores prætulerunt futurum præterito* adſpirauit.

*V.*18. Vox tonitrui eius verberabit terram. *Alia eſt verſio, quæ habet* exprobrabit, *pro eo quod noſtra* verberabit: *vbi & futurum ſeruandum Correctores iudicarunt.*

*V.*21. Et dum gelauerit, fiet tamquam cacumina tribuli. *Non mutes* gelauerit *cum* flauerit, *nec* cacumina, *omiſſa prima litera* c, *cum* acumina. ✠ παγεῖσα γίνεται σκολόπων ἄκρα; congelata fiant ſudium cacumina.

*V.*23. Et extinguet viride, ſicut igne. *Non ſubſtituas accuſatiuũ* ignem *pro ablatiuo.*

*V.* 24. Et ros obuians ab ardore venienti. *Non ſcribas, omiſſa præpoſitione, datiuum* ardori *pro ablatiuo.*

*Ver.* 25. Et plantauit in illa Dominus inſulas. *Obſeruatu digna correctio, qua ſcriptum eſt pronomen fœmininum* in illa, *pro maſculino* illum, *& nomen appellatiuum* inſulas, *pro nomine proprio* Ieſus; *ſic enim habent plerique omnes Latini libri:* Et plantauit illum Dominus Ieſus. ✠ ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ νήσους.

*V.* 34. Non enim comprehendetis. *Quidam codices ſcribunt,* non enim peruenietis; *quidam* non enim habebitis: *primum eſt omnium optimum.*

CAP. XLIV. *v.* 5. In peritia ſua requirentes modos muſicos. *Correctores prætulerunt* peritia, *ei quod alij libri habẽt,* pueritia, *quod eſt, adoleſcentia.* ✠ ἐν παιδείᾳ αὐτῶν, in diſciplina; *aut pueritia.*

*V.* 10. Quorum pietates non defuerunt, *Præferendus eſt numerus pluralis, ei quem alij legunt ſingulari.*

*V.*11. Cum ſemine eorum. *Non præponas* & *coniunctionem.*

*V.* 12. Et in teſtamentis ſtetit. *Non mutes plurale* teſtamentis *in ſingulare.*

*V.*13. Et filij eorum propter illos. *Non mutes nominatiuum* filij *in genitiuum* filiorum, *addito nominatiuo* ſemen *aut* hæreditas.

*Sequitur*: Vſque in æternum manent. *Nec hic mutes plurale* manent *in ſingulare* manet.

*V.*22. Dedit illi gloriam in gente ſua. *Pro* gloriam *non ſubſtituas* ſemen.

*V.*25. Et teſtamentum confirmauit ſuper caput Iacob. *Nec nomini* teſtamentum *addas pronomen* ſuum, *nec ſubſtituas pronomen* eius *loco nominis* Iacob.

CAP. XLV. *v.* 6. Et dedit illi coram præcepta. *Caue ne vocem vnam* coram, *quæ idem eſt quod præſens, ſepares in duas* cor ad, *quaſi dicatur animum ad* præcepta. ✠ κατὰ πρόσωπον, *ante conſpectum, ante faciem.*

*V.* 9. Et circumcinxit eum zona gloriæ. *Non ſcribas* iuſtitiæ *pro* gloriæ. ✠ δόξης.

*V.* 12. Stolam ſanctam. *Retinendi ſunt hi accuſatiui, non mutandi in alios caſus.*

*Ver.* 14. Et gloria honoris. *Pro* gloria, *non ſcribas accuſatiuum* gloriam.

*Sequitur*: Opus virtutis, & deſideria oculorum ornata. *Coniunctio* &, *vt non eſt præponenda nomini* opus, *ita non auferenda nomini* deſideria: *quod quidem legendum non eſt ſexto caſu numeri ſingularis* deſiderio. ✠ ἔργα ἰσχύος ἐπιθυμήματα ὀφθαλμῶν. Opera virtutis ſeu roboris, deſideria oculorum.

*V.* 15. Vſque ad originem. *Pro* originem, *quod eſt, principium, ne ſcribas* orientem.

*V.*17. Sacrificia ipſius conſumta ſunt igne quotidie. *Pro* conſumta, *alij libri habent* conſummata.

*V.*19. In nomine eius. *Non mutes* eius *in reciprocum* ſuo.

*V.*21. Et dedit illi in præceptis ſuis poteſtatem. *Seruandum eſt pronomen ſingulare* illi, *non ſubſtituendum plurale* illis.

*V.*27. Cęterùm in terra gentes non hæreditabit. *Non eſt mutandum plurale* gentes *in ſingulare* gens. ✠ *Græcè eſt* ἐν γῇ λαοῦ, in terra gentis, *aut populi.*

*V.*29. Placuit Deo pro Iſrael. *Non eſt omittenda præpoſitio* pro, *quam Correctores conſultiſſimè addiderunt.*

CAP. XLVI. *v.* 4. Nam hoſtes ipſe Dominus perduxit. *Non legas* percuſſit *à percutio, pro* perduxit *à perduco.* ✠ πολέμους κυρίου αὐτὸς ἐπήγαγεν, *bella Domini ipſe adduxit.*

*Verſ.* 5. An non in iracundia eius. *Non ſcribas coniunctionem* aut, *loco aduerbij* an.

*V.*8. Et ſecutus eſt à tergo potentis. *Seruandus eſt genitiuus ſingularis* potentis, *non mutandus in accuſatiuum pluralem* potentes. ✠ ὀπίσω δυνάστου, poſt dynaſtam, *potentem.*

*V.*9. Et perfringere murmur malitiæ. *Non ſcribas* perſtringere *à ſtringo, pro* perfringere *aut* confringere *à frango.* ✠ κοπάσαι, ſiſtere, *ſilere facere.*

V. 17. Et vidit Deus Iacob. *Legẽdus eſt caſus nominatiuus* Deus, *non accuſatiuus* Deum.

*V.* 19. In oblatione agni inuiolati. *Romani Patres emendarunt* agni, *pro eo quod plerique omnes legunt* viri, *quod eſt maſculi: & retinuerunt* inuiolati, *id eſt, immaculati, pro eo quod quidam ſcribunt* immolati *quod eſt ſacrificati.* ✠ *Gr.* ἀνδρὸς γαλαθηνοῦ, viri lacte nutriti, *Samuelis ſacrificium intelligit.*

*V.*23. Et exaltauit vocem ſuam. *Et hic correxerunt* ſuam, *pro eo quod multi legunt non reciproco* eius.

CAP. XLVII. *v.* 5. In tollendo manum, ſaxo fundæ deiecit. *Non addas præpoſitionem* in *ante* ſaxo.

*V.* 6. Nam inuocauit Dominum omnipotentem. *Non ſcribas aduerbium* vbi, *pro coniunctione* nam; *nec* potentem *pro* omnipotentem.

*V.*13. Dominus purgauit peccata ipſius. *Non eſt legendũ* Chriſtus, *neque* ſpiritus, *ſed* Dominus.

*Ibidem.* Et dedit illi teſtamentum regni. *Non mutes nomen abſtractum* regni *in concretum* regum.

*V.* 14. Et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorũ. *Alia verſio habet*: Et propter illum requieuit in latitudine.

*V.*15.16. Quemadmodum eruditus es in iuuentute tua, & impletus es, quaſi flumen, ſapientia, & terram retexit anima tua. *Retinenda ſunt ſecundæ perſonæ tum verba, tum pronomina, non mutanda in perſonam tertiam.*

*V.*22. Et incitari ſtultitiam tuam. *Quidam non intelligentes quid ſibi vellet infinitiuus paſſiuus* incitari, *mutarunt illum cum alijs vocibus; præſertim verò cùm* in cæteris, *id eſt, in reliquis, quod pleroſque omnes malè occupat libros.* ✠ κατανυγῆναι, *ſtimulari, incitari.*

CAP. XLVIII. *v.* 2. Et irritantes illum inuidia ſua, pauci facti ſunt. *Correctores ſcripſerunt* irritantes, *quod eſt, exacerbantes, pro eo quod alij* imitantes, *aut* ęmulantes.

*V.* 3. Et deiecit de cælo ignem ter. *Inſignis loci reſtitutio, qua* de cęlo *ſcriptum eſt, quod vulgo legitur* à ſe; *&* ter, *id eſt, tribus vicibus, quod* terræ, *ſic enim vulgo legitur:* Et deiecit à ſe ignem terræ; *mẽdoſiſſimè.* ✠ κατήγαγε τρὶς πῦρ ἐξ οὐρανοῦ.

*V.* 6. Et glorioſos de lecto ſuo. *Caue ne* delicto, *quod eſt peccato, ſcribas pro* de lecto, *quod eſt, de ſtrato.* ἀπὸ κλίνης αὐτῶν.

*V.*10. Qui ſcriptus es in iudicijs temporum. *Alij libri, pro ſimplici* ſcriptus, *legunt compoſitum* inſcriptus; *& pro* iudicijs, indicijs, *id eſt,* n *conſonantem pro* u *vocali.* ✠ καταγραφεὶς ἐλεγμοῖς εἰς καιροὺς, deſcriptus (*vt des*) correptiones in tempora, *ſeu opportunitates.*

*V.*13. Elias quidem in turbine tectus eſt. *Non mutes coniunctionem* quidem *in relatiuum* qui.

CAP. XLIX. *v.* 1. Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarij. *Correctores prætulerunt quartum caſum ſexto* compoſitione; *& ſublato verbo ſubſtantiuo* eſt, *nominatiuum fœmininum* facta, *reliquis quæ paſſim leguntur*, factam, factum, facti.

*V.* 3. Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentiam gentis. *Non eſt mutandus accuſatiuus* pœnitentiam *in ablatiuum.*

*Sequitur:* Et tulit abominationes impietatis. *Caue legas* ab hominibus *pro* abominationes, *duas voces pro vna* βδέλυγματα.

*V.* 7. Dederunt enim regnum ſuum alijs. *Non omittas coniunctionem* enim.

*V.* 11. Benefacere illis. *Non præponas coniunctionem* &.

*V.* 13. Nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu. *Superfluit, quod multi codices ſubijciunt* Iſrael.

*V.* 14. Sic & Ieſum filium Ioſedec? *Correctores præmiſerunt aduerbium ſimilitudinis* ſic.

*V.* 17. Neque vt Ioſeph qui natus eſt homo. *Non mutes duas dictiunculas* neque vt, *cum vna* &.

CAP. L. *v.* 11. Et veſtiri eam in conſummationem virtutis. *Vt non eſt omittenda præpoſitio* in, *ita non eſt ſubſtituendus ablatiuus pro accuſatiuo* conſummationem.

*V.* 15. Et conſummatione fungens in ara. *Hic ſeruandus eſt ablatiuus* conſummatione.

*V.* 24. Et nunc orate Deum omnium. *Multi codices pro* nunc *habent* plus, *&, pro imperatiuo* orate, *indicatiuum* orauit: *quidam etiam addunt* rurſum pòſt: Et rurſum pòſt plus orauit; *ſed hæc omnia repugnantia genuinæ lectioni.* ✠ εὐλογήσατε τὸν θεὸν πάντων, benedicite Deum omnium.

*V.* 30. Qui ponit illa in corde ſuo. *Non eſt commutandum præſens* ponit *cum futuro* ponet.

CAP. LI. *v.* 12. Et operationis tuæ. *Pro nomine ſimplici* operationis, *non ſcribas compoſitum* cooperationis.

*Sequitur:* Quæ à ſæculo ſunt. *Retinendum eſt plurale* ſunt, *non ſubſtituendum ſingulare* eſt.

*V.* 18. Cùm adhuc iunior eſſem. *Et hic retinendus eſt optatiuus* eſſem, *non ſurrogandus indicatiuus* ſum.

*V.* 19. Ante templum poſtulabam pro illa. *Correctores prudenter obſeruarunt ſcribendum eſſe* templum, *quod eſt, ædem ſacram, pro eo quod vulgo legitur* tempus, *id eſt, horam*, ✠ ἐναντὶ ναοῦ, ante templum.

*Ibidem.* Et effloruit tanquam præcox vua, *Pro* effloruit, *non ſupponas*, defloruit, deflorebit, *aut* florebit. ✠ ἐξ ἄνθους, ex flore.

*V.* 26. 27. Et inſipientiam eius luxi. Animam meam direxi ad illam. *Hæc eſt germana huius loci lectio, à multis vendicata mendis, Romanorum Patrum induſtria. Quidam enim codices addunt alterum* in, *& pro accuſatiuo* inſipientiam, *ſcribunt ablatiuum: quod tamen non recedit à vero. Alij vocem vnam* inſipientia *ſiue* inſipientiam, *diuidunt in duas*, in ſapientia, *aut* ſapientiam; *malè. Complures primâ perſonâ* luxi *mutant in tertiâ* luxit, *eique addunt ſuppoſiti loco* anima mea; *non ſincerè. Nonnulli, verbum ſimplex* luxit, *vertunt in compoſitum* eluxit, *tanquam à luceo deductum ſit, quod eſt à lugeo, deploro. Multi ſubijciunt*, & ignorantias meas illuminauit, *ſuperfluè. Denique nonnulli omittunt* animam meam, *niſi quod mutatum in nominatiuum iungunt verbo præcedenti* luxit. ✠ *Græca noſtra reſpondent, niſi quod pro* luxi, *eſt* ἐπενόησα, intellexi.

*V.* 30. Dedit mihi Dominus linguam. *Non eſt addenda coniunctio* enim.

*Verſ.* 33. Comparate vobis ſine argento. *Quidam libri ſubjiciunt* ſapientiam. *Verùm illud redundat Correctorum iudicio.*

# Finis Correctionum Romanarum in Biblijs Latinis, pro tomo tertio gl. ord.

# INDEX
# RERVM PRAECIPVARVM
## MAXIMÆQVE MEMORABILIVM, QVÆ
## IN HOC TERTIO TOMO CONTINENTVR.

### A


*ABISSVS.*

ABISSI ſunt profunditates aquarum, latentium & maria omnia, fol. 1582. f

Dicitur lex noua & vetus, 741. c

Abiſſi corda latentium tam bonorum quam malorum 1485. c

*ABOMINATIO*

Abominatio eſt peccatoribus bonorum religio, 1661. a

*ABORTIVVS*

Quis dicatur? 61. c

*ABRAHAM*

Eſt pater omnium fidelium qui fuerunt poſt ipſum, 2203. Lir. 1.

*ABSALON*

Patris perſecutor ſignificat tirannum apoſtatantem à fide perſequentem Chriſtum in membris, 464. Lir. 9.

*ABSTINENTIA*

Non valet niſi ſiſtat in medio, 298. f

*ACIDIOSVS*

Acidioſi eſt nolle pati ſed regnare cum Domino, 1657. a

*ACRISIA*

Quid & vnde dicatur, 2219. Lir. 13.

*ACTIO*

Præſulis tantum debet tranſcendere actionem populi, quantum diſtat à grege vita Paſtoris, 756. Mor. 5.

Actus hominum in ſcriptura aliquando Deo attribuuntur, 186 Lir. 1.

*ACTIVA VITA*

Actiuæ vitæ perfectionem triplex impedimentum imperficit, 1347. Lir. 1. 1359. Lir. 1.

Actiui intelliguntur per iumenta, 159. Lir. 5.

*ADAM*

Idem quod homo, & ideo aliquando accipitur por viro & muliere, 2165. Lir. 15.

Secundum Græcam linguam ſignificat totum orbem, 1186. f

Si ſtetiſſet in iuſticia originali generaſſet ſibi ſimiles, ſc. potentes non mori, 1913. Lir. 1.

Si non peccaſſet, Chriſtus homo non pateretur, 41. b

Plenus omni bono 443. b Cæſ.

Ab Adam incepit pæna, quam ſuſtinemus, 486. d

Voluit eſſe ſimilis Deo, 921. b Caſ.

In eo omnes fuimus quando peccauit, 1087. b

Comparatio Adami cum terra craſſa, 1533. Mora. 5.

*ADEPS*

Significat lætitiam & ſuperbiam ex ſimilitudine animaliū quæ ex adipe inflantur, 552. Lir. 12.

Significat ſapientiam, 877. c

*ADIVVARE*

Adiuuare cum nos videtur homo vel angelus, Deus per eos hoc facit, 1331. b

Adiuuat Deus eum qui ſe mendicum reputat, 1272. d interlinearis.

*ADOLESCENTIA*

Ætas pronior ad peccandum, 1348. f Caſ.

Duplex, 507. 1187. Lir. 3.

*ADVENTVS*

Aduentus Chriſti dicitur conſilium & quare, 104. b

Per aduentum Chriſti diabolus cadit, & homo à peccato & à morte abſoluitur, 962. c. Beda.

Aduentus Chriſti compleuit, quod Deus per prophetas promiſit, 159. e

Aduentum Chriſti priores iuſti petebant, 1333. c. Caſ.

Iuſti primum, nos ſecundum aduentum expectamus, 1408. e

Ante Aduentum Chriſti ſancti deſcenderunt in infernum, ſed non in inferiorem, 257. e

*ADVERSITAS*

Aduerſitas Iob duplex, 31. Lir. 1.

Non dejecit Iob ab habitu, nec ab actu ſapientiæ, 282. Lir. 10.

Aduerſitates præſentis vitę ſunt pęna peccatorum, 210. Mor. 9.

Qui aduerſitate frangitur à Deo non contemplatur, 337.

*ADVERSARIVS*

Aduerſariorum 4. genera 849. d

Animum in aduerſis conſtantem diligit Deus, 1313. Lir. 5.

Quod remedium quando anima turbatur in aduerſis? 1565. a

*ADVLATIO*

Semper comes voracibus & omnibus malis, 535. a. interl.

Adulatoris lingua plus nocet quam perſecutoris manus, 943. c

*ADVLTER*

Adulteri non ſe putent noctis tenebris vel parietum obtegi, 1624. Lir. 15.

Adulter libidinoſus quaſi equus & mulus laſciuiendo diſcurrit per latam viam quæ ducit ad mortem. 2092. d 14.

*ADVLTERIVM*

In viro & femina æqualiter damnatur, 2092. e 22.

Multo grauius furto, & quare, 1632. e

*AER*

In ſcriptura dicitur cælum, 1268. Lir. 11.

*AFFECTIONES*

Hominis quæ & quę Dei, 196.

Tres corporis, 835. a

Item tres animæ, 835. a

Affectiones, cogitationes, loquutiones peccatorum non latent Deum, ratio, 1890. Lir. 15.

Affectio ſuperba, pes quo itur à Deo, interl. 193. a

*AFFLICTVS*

Magis affligitur tacendo quam loquendo, 137. Lir. 1.

Poteſt habere remedium dupliciter, 213. Lir. 3.

*AFFLICTIO*

Afflictionibus eruditur Chriſtianus, intel. 739. a

Afflictio mentis & corporis magis apparet in oculis quam in alijs partibus, 1112. Lir. 13.

Afflictio in præſenti non ſemper punitio peccatorum, ſed aliquando tentatio 109. Lir. 1.

*AGIOGRAPHA*

Sicut & prophetica multipliciter dicuntur, 431. b Quare hoc nomen Hebræi impoſuerunt ibidem.

*AGNOSCERE*

Agnoſcentes hoc quod ſumus, nec defluendo imis ſubijcimur, nec ſuperbiendo de ſublimibus inflamur, 337. b.

*ALLELVIA*

Alleluia duæ dictiones, & quid ſignificent, 242. c

Quare intermittitur à ſeptuageſima vſque Paſcha, & duplicatur poſt hebdomadam Paſchæ, 884. a

# Index rerum Illuſtriorum.


*ALOE*
Arbor aromatica, & ad quid valeat, 1854. g
Non tantam vim habet quantam myrrha, 3.a 1854. h
*AMEN*
Hanc dictionem Ioannes Euangeliſta ſolus duplicat, & quare, 1249. a
*AMICITIA*
Humana triplex & quomodo altera ex altera cauſetur.
Amicitiam quot & quibus gradibus nobis acquirere valemus, 2010. e
Amicitiæ diſſoluuntur per lites, reformantur per dulcia verba, 2086. 28.
Amicitiam Iudæorum habere prohibentur, qui ſaluari cupiũt, & quare, 1702. d
*AMICVS*
Amicus eſt quilibet proximus, & quare, 102. c
Amicus verus non poteſt ad inimicitiam reuerti, 2007. a
Amicis mortuis non dolere, ſpe reſurrectionis, virtuoſi animi eſt 35. a
Amicorum fictorum diſtinctio quadrimembris, 2024. Lir.
Amicus verus quas conditiones habere debet, ibid. Lir. 23.
Amici, cum vino nouo comparatio, ibidem 27.
*AMOR*
Vbi abundat amor æternorũ, vileſcit poſſeſſio labentiũ, 1882. a
Amor Domini in paſcendis eius ouibus, maxime oſtenditur, 242. e Interl.
*AMARE*
Deum caſte qui dicantur, & qui non, 146. e
Amare qui non deſinit, nunquam deſinit orare, 709. c
Amans Deum gratis in lumine eſt, 838. b. Interl. habet in eo omnia 676. b
Amatoria verba, ſpiritualiter audienda, 1818. d
*ANGELI*
Omnes creati boni, 31. Lir. 1. 428. b
In Angelis licet non ſit purgatio ab immunditia, tamen eſt ibi purgatio à neſcientia, 408. 10.
Angelorum ordines per tres hierarchias ſunt diſtincti, & in ſingulis terni, 1514. 7.
Angelorum chori fortiſſimi ſunt, & quare dicuntur prærupti ſilices 3876. & inacceſſæ rupes, Ibidem b
Angeli tripliciter Deo aſſiſtunt, 32. Lir. 3.
Angelus ſtabilis non eſt, 31. Lir. 1.
Angelis Angeli leguntur reſiſtere, & quomodo, 81. 8
Sicut Angeli ſancti ſalutem hominum promouent, ita dæmones impediunt, 31. Lir. 1.
Quare dicuntur aſtra matutina, & filij Dei, 360. d
Dicuntur montes æterni, 194. c. aurum 276. g turres, 1433. L. 1. reges & etiam conſules & quare, 60. d
Angeli boni & mali, an, quomodo, quos, & in quibus, & quam differenter puniunt, 1031. b Augu.
*ANIMA*
In ſui creatione eſt ſicut tabula raſa, 1914. Lir. 13.
Vnitur corpori ſicut nauta naui, 1707. Lir. 5.
Tres habet poteſtates, 2056. Lir. 12.
Animam hominis eſſe mortalem, dicunt multi, & circa hoc triplex error, 1891. Lir. 5.
Anima maliuola quæ dicatur, 1888. Lir. 11.
Anima inter duas molas debet cõteri, & quę ſint, & quare, 171. g
Anima velut olla feruens, 8. b
Anima licet peccatrix melior per naturã corpore laudato, 1566. a
Anima viri fidelis, dicitur filia patris prudentis, & quare, 403. e
Anima dicitur vidua & quare, 1472. g
Anima humana dicitur terra, 53. e
Animam in manibus portare quid, 170. Mora. e
*ANIMALIA*
Grandia ſunt inter terreſtria Elephas, inter marina cetus, 398. Lir. 1.
*ANIMVS*
Animum exhilarant naturaliter vinum & muſica, 2182. f
*ANNVS*
Diuiditur in quatuor tempora, 1917. Lira. 6.
*ANTE*
Quid ſignificet, 1620. Lir. 3.
*ANTICHRISTVS*
Antichriſti tempore, tanta eſt futura perſequutio Eccleſiæ vt videatur Deus eam deſeruiſſe, 298. Lir. 10.
Eius tempore officium eccleſiæ ceſſabit, 300. Lir. 10.
Principalis eius nequitia in quo conſtabit, 818. Lir. 5.
*APOSTASIA*
Apoſtaſiæ tanta eſt grauitas quod vix poteſt homo ad bonum reparari, 1629. Lir. 1.
In omni peccato eſt apoſtaſia à Deo, ibid. Nec ea maior, 64. e
*APOSTOLI*
Significantur per duodecim fontes, 1306. e
Dicuntur prophetarum filij, 274. h
Dicuntur cœli & quare, 111. f
*APPETITVS*
Felicitatis ſummæ procedit ex amore mutuo Dei & creaturæ rationalis, 1819. Lir. 1.
*AQVA*
Aquæ maris in Oceano, an in medio Oceani altiores ſint, & contra naturam ſuam ſic detineantur, 1230. Lir. 1.
Aquarum reuerſio in mare poteſt dupliciter intelligi, 1755. b
Aqua eſt maxime formabilis in res viuas, 360. Lir. 4.
Differentia aquæ niuis ab altera aqua, 138.
Quomodo aquæ dicantur viuæ, & quæ, 1856. Lir. 5.
*AQVILA*
Mirabilis in multis, 389. Lir. 2.
Quomodo excutit vetuſtatem, 1689. a
Aquila interpres primus ex Hebræo in Græcum & quando floruit, 2. e
*ARBOR*
Arbor ſcientiæ boni & mali quare ſic dicta, bona erat & bonus fructus eius, 179. f
*ARCA*
Arca vet. teſtamenti dicebatur ſancta & quare, 1197. Lir. 7.
Mira cum introduceretur arca in templũ Salomonis, 1473. mo.
*ARISTOTELES*
Errauit in multis, 1749. Lir. 6. 1911. M. 3. Mora.
*ARROGANS*
Quis dicatur, 391. Lir. 7.
Arrogans non eſſe, ſed videri humilis cupit, 332. i
Arrogantes per humilitatis ſpeciem ornari concupiſcunt, ne videantur tumidi vt ſunt, quomodo & per quid, 324. c
Arrogantium grauis labor, 314. h
*ARS*
Ars neſcit virum, 950. h
*ARTIFEX*
Quatuor agit, & quæ, 358. Lir. 5.
Differentia inter artificem creatum, & artificem omniũ Deum 292. d
*ASCENSIO*
Aſcenderunt differenter Elias, Enoch, & Chriſtus, 2218. b
*ASTRA*
Matutina quomodo Deum laudare dicuntur, 374. Lir. addit. 3.
*ATTRIBVTA*
Attributa diuina ſunt idem cum eſſentia diuina, 1864. Lir. 14.
Quæ dicantur 1981. Lir. 1.
*AVARITIA*
Quare dicitur peccatum cæteris grauius, 2027. a
Deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur ad modum ignis. 225. c
Per quid deſignatur, 56. f
*AVARVS*
Auaro deeſt tam quod habet quam quod non habet, 122. g
Eius idolum eſt pecunia.
*AVTHOR*
Authorem eſſe alicuius contingit dupliciter, 83. a
*AVDITOR*
Auditores duo faciunt attentos, 170. e
Auditor humilis inauri aureæ comparatur & quare, 1714. d
*AVRVM*
In qua regione generetur, 355. Lir. 13.
*AVXILIVM*
Auxilium noſtrum eſt Dei reſpectus, 730. c
Auxilio Dei deſiſtente laborare potes contra vicia ſed non potes vincere, 1265. c

B

*BALAAM*
QVis fuerit, 169. Lir. 1.
*BALSAMVM*
Quid? 1412. b & extenſius 2100. g
*BARBA*
Barbæ raſura & capitis apud antiquos luctus indicium fuit, 36. b
*BARBARI*
Qui dicantur barbari, 1310. b
*BEATITVDO*
Quid, 668. Lir. 9. Dupliciter habetur, 1342. Lir. 1.
Beatitudo omnis in animo, 668.
Beatitudo prout habetur in via conſiſtit in perfectione vitæ actiuæ & contemplatiuæ, 1343. Lir. 1.
Beati viri plena diffinitio, 443. e


BEL

BEL

Bel idolum, vnde nomen traxit, per quem inſtitutum, & variatum nomen apud diuerſos ſortitur, 1256. Lir. 13. 1951. Lir. 8.

BELLVM

In bellis plus valet ſapientia, quam vires, 578. Lir. 10.

Bellum ſpirituale fit ſicut corporale, & quomodo, 1550. Lir. 10.

BENEDICERE

Benedicitur à Deo, qui ipſum benedicit, 674. Lir. 2.

BENEFICIVM

Beneficia duo commendant, ſcilicet intellectus & memoria, 1152. f Caſ.

Beneficium duplex homini collatum, 1136. Lir. 1.

Beneficia ſex collata populo Iſrael in exitu de Ægypto, 376. e

Beneficijs vndecim quibus benedixit Moyſes filijs Iſrael correſpondent vndecim pſalmi, 1147. Lir. 1. 225. a g

Duplex beneficium oſtendit Deus Iſraeli in deſerto, 1832. L. 10.

BET

Bet confuſio declaratur, 1347. a

BLANDIMENTA

Feminarum maxime hominem deijciunt, 1793. h

BLASPHEMIA

Exponitur in ſacra ſcriptura per verbum oppoſitum & quare, 30. Lir. 7.

BONITAS

Diuina non ſentitur ab iniquis, 967. Lir. 2.

BONA

Sunt in triplici genere & abuſio fit in talibus, 696. Lir. 1.

Triplex bonum contrariatur triplici malo, 2144. Lir. 31.

Bonum nec facere nec amare, eſt ex ſtudio peccare, 331. e

Quando bonum opus relinquendum, 418. g

Bonum delectabile ſignificatur per mel & butyrum, 224. Lir. 13.

Bona exteriora an & quomodo ſint dicenda bona, & quomodo, diuerſimode de hoc philoſophi ſentiunt, 36. Lir. 2.

Bona temporalia & ſpiritualia, differenter à Deo dantur, 271. Lir. 1.

Inter bona extrinſeca, maxima ſunt honor & dignitas, & ideo iactura iſtorum eſt maxime afflictiua, 213. Lir. 1.

Bonum prolis eſt præcipuum inter omnia bona exteriora, 1302. Lir. 2.

Bonorum temporalium adeptioni non eſt immoderate gaudendum nec de eorum amiſſione nimis triſtandum, quot & quibus de cauſis, 37. Lir. 7.

Bonus eſt Deus ex ſe & in ſe, & eguerunt eo cætera vt fierent bona, 1484. b

Bonus non eſt qui malos tolerare non poteſt, 1831. c

BOS

Alitur de præſepe, ſed labore bouis præſepe repletur, 322. e

Boues fœno non niſi mundo veſcuntur, 1661. Lir. 8.

BOSOR

Quomodo interpretatur, & cui interpretatio conuenit, 226. a

BVTYRVM

Eſt præcipuum inter illa quæ de pecudibus extrahuntur, 186. Lir. 11.

C

CADERE

Cadit ſepties iuſtus in die & per quæ & qualiter, 1709. b

Solus in illicitis non cadit qui caute ſe reſtringit à licitis fol. 66. e

CADES

Eſt duplex & vbi ſita, 209. Lir. 17.

CALAMITAS

Arenæ comparatur quæ æſtu vndarum exterius pellitur & quare, 96. c

CALIX

Calix in ſacra ſcriptura intelligitur pœna à Deo inflicta vel infligenda, 994. Lir. 14.

Calix Dei dicitur amor Chriſti vel ſpiritusſancti & quare, fol. 571. c

CAMELVS

Partim mundum, partim immundum animal & quare, 40. e

CANIS

